


BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA


Sala:
Estante:
Numero: 336



9



Handwritten text, possibly a signature or title.



2 400 40 Safa

MADRID

1195230



R-111782e

B^e

P. GASPARIS SANCHEZ,
SOCIETATIS IESV CONCIONES, IN DOMINICIS
& ferijs quadragesimæ, in quibus frequentius conciones haberi solēt.

*In horum dierum vnoquoque afferuntur tres, vel quatuor conciones, & in vnaquaq; eor-
um complures discursus, ad loca varia communia pertinentes.*

*Ad Clarissimum D. D. Petrum Manrique de Castilla
Ordinis militaris Alcantaræ commendatarium,
Regiæ Maiestatis ab ore ministrum.*



CVM PRIVILEGIO.

Toleti Thomas de Guzman. Anno. M. D. XC. VII.

Esta tassado á tres maravedis el pliego.

Jela Comp^{ra} de Jesus de granada vido el Licenciado Manjeco.

ERRATA.

PAg. 31. 7. 6. afferebūt, di afferebat, 46. 16. vt & virgo di & vt virgo, 62. 2. inist
 di inijt. 75. 33. natagē di attagenē, vlt. nittū di nisum. 73. antep. liberetur, di
 libaretur. 85. 15. vidua illa di viduæ illi. 105. 7. imperatis de in praris. 127. 13.
 homnē, di hominū. opera aduersus suos spiritu, &c. di opē aduersus hostes suos
 efflagitaret Pag. 132. lin. 14. decipi di decepti. 132. 24. dissimile 134. vlt. inuicta-
 tor. di inuitator. 15. imparētis di inparentis. 145. vl cō suis di cōsciis. 279. 10. ad
 ducaet iū acie, di adducereē in acie. 181. 9. superatur di superam' 187. vlt. lati' di
 latices. 223. aut animi, di aut immani. 236. 15. Quis penitentiae bonitas? Quis
 penitentiae bonitatē, quæ, 244. exhorata di exorta. 268. vlt. expellen. di expellen
 dis. 83. 1. illū di ria illū. 325. 25. parare, di parere, 36. horia di hor. 348. 1. Om-
 nis di omnibus. 373. 29. Etē id di Et idē. 387. 7. bi statu di in statu. 407. 33. mo-
 ue di noue. 465. 1. di reprehensionibus vti aut cū. 488. 19. siquidē di hi quidē.
 22. ad hæreat, di adherere 502. 22. in se, di se in, 507. 20. came di camelū. 513. 1.
 turpis lucrisadeundis, di turpi lucro augendis. 18. abstinere di abstineretur. 516.
 2. ditioni quis di ditionibus antep. calcitariū. di culcitrarum. 521. 8. impios,
 di in pios. 567. 6. nat, di natur. 599. 14. mime di minē. 615. 34. mōgaritis di mar-
 garitis. 620. 26. cpiendo di capiendo. 626. 1. sententiā di sententiæ pen. Turiam
 di Furiā. 632. 5. euicæ di erucæ. 636. 28. quæ cū ab di quæ ab. 639. 3. vsum di vi-
 sum. 642. 1. Prima di secūda. 643. 1. qua di quæ, 27. inanes di inares 645. 3. per-
 cipiunt di perspiciunt. 655. 23. mimæ orbi di miæ morbi. 687. vlt. ā di purā. 697
 22. vit vt di pro se vt 750. 10. animo di omnino. 7. abst. fuit di abs te fuit, 791.
 vlt. caulæ di caudæ. 792. vlt. Israelem di Ismaelē. 797. 22. flammæ di inflamat.
 798. 15. inge, di igne 804. 21. irrisione di visione. 807. 27. diuturnæ di diurnæ.
 825. 16. Pharaonē di putipharē. 17. Pharaone di putiphare. 838. 20. At si di ac si
 849. 24. viticis di vrticis. 861. 11. ecunst di est cū. 864. 4. minasti di minati 16.
 currunt di garriunt. 866. 8. asinum di asinæ. 9. asinæ di asinum. 868. 8. repub. di
 reipub. 887. 18. Iesus di Ioannes. 902. 20. Prima. di secunda. 921. vltima, volerit,
 di voluit 949. 8. ipsum exequi iussit 949. 15. hoti di horta. 29. illorum do di il-
 lorū. 951. destruxerit. 956. 10. agnoris di angoris, 970. 22. topaium Topaziū. 54.
 tabefactum di tabefacta. 983. 18. morditatus, di morbidatis. 997. 32. bitum di de
 bitum. 1000. 16. hæc mihi di hei mihi.

*Juan Vazquez
del Marmol.*

T A S S A.

YO Pedro Zapata del Marmol escriuano de Camara de su Magestad, do y Fè, que auiendo se presentado ante los señores del Cõsejo vn libro intitulado, Cõciones. P. Gasparis Sanctij, que con su licècia hizo imprimir el padre Francisco Labata de la Compañia de Iesus, le tassaron a tres maravedis el pliego de papel, y a este precio y no mas, mandaron que se venda, y primero que se venda ningun libro se imprima esta tasa en la primera hoja de cada volumen. Y para que de ello conste, de pedimiento del dicho padre Francisco Labata, y de mandamiento de los dichos señores di la presente firmada de mi nombre. En la villa de Madrid a veynte dias del mes de Febrero, de mil y quiniètos y nouenta y siete años.

Pedro Zapata
del Marmol.

P R I V I L E G I O.

E L R E Y.



OR quanto por parte de vos Francisco Labata de la Compañia de Iesus nos fue fecha relacion, que vos auia des juntado, y escrito en latin todos los sermones, que el padre Gaspar Sanchez de la misma Compañia auia predicado, anfi en esta Corte como en Toledo, y otras partes, como nos constaua del libro, de que ante nos se hizo presentacion, y nos suplicastes os dièssimos licencia para lo imprimir, y privilegio por diez años, o como la nuestra merced fuesse, lo qual visto por los del nuestro Consejo, y como por su mandado se hizieron las diligencias, que la prematuca por nos vltimamente fecha sobre la imprescion de los libros dispone. Fue acordado, que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien, y por la presente os damos licencia y facultad a vos, o a quien vuestro poder vuiere, para que por tiempo de diez años primeros siguientes, que corren, y se cuentan desde el dia de la fecha desta nuestra cedula, podays imprimir el dicho libro, de que de suso se haze mencion por su original, que en el nuestro Consejo se vio, que va rubricado, y firmado al fin de Pedro Zapata del Marmol nuestro escriuano de camara de los que en el nuestro Consejo residen, con que antes que se venda lo traygays ante ellos juntamente con su original, para que se vea si la dicha imprescion esta conforme a el, o traygays Fè en publica forma por el corrector nombrado por nuestro mandado se vio y corrigio la dicha imprescion por su original, y mandamos al impressor que anfi imprimiere el dicho libro no imprima el principio y primer pliego, ni entregue mas de vn solo libro con el original al autor y persona a cuya costa lo imprimieren o a otra persona alguna para efecto de la dicha correction y tasa, hasta que antes y primero el dicho libro este corregido, y tassado por los del nuestro Consejo, y estando fecho, y no de otra manera pueda imprimir el dicho principio y primer pliego, y seguidamente ponga esta nuestra cedula, tasa, y erratas, so pena de caer, e incurrir en las penas contenidas en la prematuca y leyes de nuestros

nuestr os Reynos, que en tal caso disponen, y mandamos que durante el tiempo de los diez años, persona alguna sin vuestra licencia no pueda imprimir ni vender el dicho libro, so pena que el que lo imprimiere aya perdido y pierda todos y qualesquier libros y moldes o aparejos, que el dicho libro tuviere, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere, la qual dicha pena sea la tercera parte para la nuestra camara, y la otra tercera parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tercera parte para la persona que lo denunciare, y mandamos a los del nuestro Consejo Presidente y Oydores de la nuestra Audiencia, Alcaldes, e alguaciles de la nuestra casa y corte, y chancilleria, y a todos los corregidores, Asistente, Governadores, o Alcaldes mayores, y ordinarios, y otros juezes y justicias qualesquier de todas las ciudades villas y lugares de los nuestros Reynos y señorios, ansia los que agora son como a los que seran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan esta nuestra cedula, y contra su tenor y firma no vayan, ni pasen, ni confientan yr ni passar en manera alguna, so pena de la nuestra merced, y de diez mil marauedis para la nuestra camara. Fecha en Madrid a veynte y siete dias del mes de Enero, de mil y quinientos y nouenta y quatro años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro señor
Don Luys de Salazar.

CLARISSIMO VIRO


D. PETROMANRRICO FRANCISCVS
Labata é Societate IESV S. P. D.



*V*M volumini iam primo ex patris Gasparis Sanctij concionibus collecto finem imposuisssem, illudq; typis mandare decreuisssem, nemo mihi veniebat in mentem, ut in lucem prodiret, cui meliore iure deberetur, quam tibi clarissime Petre, in quo duo illa, que in munere deferendo expeti solent, et gratia in accipiente, et officium in offerente potissimum conuenirent. Quorum alterum alacrem mihi offerendi voluntatem, alterum summam etiam obligationem afferebat. Voluntatem quidem, quod non dubitarem, quin et Gasparis Sanctij nomen, et tuus erga societatem nostram amor me apud te in summam gratiam poneret: obligationem vero, quod multa in nos merita tua, et beneficia prateriri sine culpa, et multorum offensione non possent. Nam cum in memoria reuoco, quanta tu Gasparem Sanctium beneuolentia complecti soleres, quam viri religione percelli, concionibus permoueri, consuetudine delectari, erudiri doctrina, consilijs iuuari, gaudere prudentia, quis dubitaret, quin libenti esses accepturus animo, si quis te, et si non illius

illius facundia, & diuino sale, quem difficile latine
exprimi posse putabam, tamē dictis, ac sententijs, qua
singularē illius viri redolerent pietatem, eruditio-
nemq; munerarēt. Hunc eundem animum rursus abs-
te mihi pollicebar, cum animaduertē id quod prop-
ter insignem tuam in societatem nostram pietatem,
& amorem eximium omnibus est quā notissimum,
quo studio, qua beneuolentia, & liberalitate nos nos-
traq; tueare: quibusq; officijs quotidie magis ac ma-
gis eā deuincire contendas, ut tecū ipse nouo genere be-
nificiorū certare videaris. Nec mirum id esse debet,
cum hic tuus amor non foris ascitus, sed domi tibi vi-
deatur innatus. Nam ut omittam matrem tuam D.
Isabellam Castellam, illustrissimam & lectissimamq;
foeminam, quae nos nullis non pietatis, & beneficētia
officijs semper excoluit: quid tam dignum de D. Step-
hania sanctissima, omniq; virtutum genere cumula-
tissima sorore tua aut oratione complecti, aut mente
cogitari potest, quod non illa suis assiduis perpetuisq;
beneficijs plurimū vincat. Ut hoc unū sibi post Deum
officium pijsimo studio deposcisse videatur, ut omnium
matrū amores in excolenda societate superaret. Hac
tibi cum domi exempla nascantur, quid miramur, si
tanta tua in nos merita existant, cum tales habeas,
qua te ad eā praeclaro exemplo suo prouocent. Qua

tum ita sint, constare iam potest, cur tibi hic meus la-
bor, & gratus, & debitus sit futurus: cum nec maiore
nec meliorem patronum sibi possit asciscere, nec bene-
uolentior em sine culpa, & ingrati animi macula pra-
terire. Tū igitur qua soles nos charitate, hoc quaecū-
q; munus suscipe: & quoniam obrectatores (quod
hominum vitium vel in rebus optimis est per uulgare)
non defuturos esse putastua auctoritate defende: ut hoc
ipse patrociniō subleuatus longū iter, quod ad reliqua
restat volumina, conficere possim. Precor tibi clarissi-
me vir, integram, & animae, & corporis incolumita-
tem, & ut hac vita post longissimā aetatem exacta,
perpetuam illam, & immortalem, qua est cum Deo
optimo Maximo consequare. VALE.



FRANCISCVS LABA

TA SOCIETATIS IESV RELI-
giosus beneuolo candidoque lectori.



PAVCIS ab hinc annis vixit in nostra socie-
tatis Iesu familia Gaspar Sāctius, vir moribus
gravis, in omniq, liberali doctrina eruditus,
in concionando præterea insignis, miraq, fa-
cundia, iudicio, & ardēti quodam spiritu in-
primis ornatus. Qui apud Hispanos, præci-
pue tamen in Regis Philippi secundi curia
triginta annos in euangelij promulgatione, summa cum om-
nium auditorum vtilitate, animorumq, spiritali profectu fe-
liciter posuit, ita vt huius insignis viri doctrina, & conciones
quas ad populum magna cum omnium admiratione assidue
habebat, maximum nomen, singularemque existimationem ei
apud omes etiam summi ingenij homines fecerint. Quamobrem
non pauci, haud his concionibus attente audiendis contentis
discontenti eas memoriæ, ac litteris accurate mandabant. Sed
quo omnis hic labor tolleretur, & latius hæc vtilitas pateret
multis in optatis id erat, vt ipse Gaspar Sanctius adhuc super-
stes suas cōciones primo quoque tempore typis madaret. Hic
quod eorum voto satisfacere magnopere cuperet conciones
confusas in ordinem redigere cepit, quod tamen morte præue-
tus prosequi non potuit. Cum igitur nostræ Societatis superio-
res iudicarent, non esse rationi consentaneum, tanti viri labo-
res perire, tamq, vtilem christianæ reip. doctrinam perpétua o-
bliuione obrui: cumq, etiam animo decernerent huius religio-
sissimi, ac præstantissimi concionatoris scripta, & lucubrati-
ones quæ penes ipsos essent in publicum edere, in me potissimū
oculos coniecerunt, licet imparem tanto oneri, cui omnem
hanc curam demandarent. Ego uero datam mihi provinciam
non

non meis humeris, sed sanctæ obedientiæ viribus fretus, liben-
ter suscepi, & de superiorū sententiâ, eâ omnia quæ tantus chri-
stiane reipublice concionator scripsit & incæpta reliquit, in cō-
cionum ordinem, quæ in morales quosdam discursus distribu-
ta sunt, pro facultate mea digessi. Quæ quidem opera tametsi
à me diligenter data sit, tamen cum in ipsis scriptis, quæ mihi
tamq, exemplaria proposita sunt, nullus fere ordo seruatus fue-
rit, & verba ipsa tum concisa, tum minuta essent, nouumq,
aliquid atq, adeo sepius mihi plura addere, mutare, aliquando
etiam detrahere necesse fuit. Vt iam (quod libenter fateor) ip-
sum opus non perinde æstimari debeat, ac si idem author illud
persequeretur, conficeret, & demum in lucem ederet. Quare
ita habeto, quidquid in præsentī opere grauitè ac sapienter
dictum agnoueris totum id vni authori, qui permulta ex qui-
bus in hoc opus illud transtuli, scripta reliquit, acceptum refer-
ri debere. Illa vero quæ, minus grata in ipso opere tibi occur-
rerint mihi esse tribuenda, ea præcipue quæ ordini methodo-
quæ deseruiunt. Imbecillitas ingenij mei culpam quamcumq,
repperis sustineat, etiam si voluntas haud reprehendenda vi-
deatur, quæ nihil diligentius & studiosius curandum esse du-
xit, quam vt cum modum rerumq, ordinem quoad eius fieri
posset teneret, quæ in hoc primo volumine seruari vides. Quæ
vero reliqua sunt volumina Deo optim. Maxim. id conceden-
te, ordine quem adhuc tenuimus seruato prælo quam breuif-
sime potero mandabo. Vale.




A P R O B A C I O N .

Yo he visto este libro *Quadragesimal* de los Sermones del Padre Gaspar Sanchez de la Compañia de Iesus, y pareçeme que contiene muy buena y sana y segura doctrina, y q̄ no tiene cosa alguna contra nuestra sancta Fè Catholica, ni contra las buenas costumbres Christianas: antes es libro de mucha erudicion en las Escripturas, y de mucha utilidad para todos los que del se quisieren aprouechar. Dada en este nuestro conuento de Sancto Thomas de Madrid a diez y siete dias de Enero de mil y quinientos y nouenta y quatro años.

Fray Diego
Alderete.

Yo Garcia de Alarcon visitador de la compania de IESVS en las prouincias de Toledo y Castilla por particular comision que tengo de nuestro Padre General Claudio Aquaviva. Doy licencia que se imprima el primer tomo de los sermones del Padre Gaspar Sanchez de nuestra compania. El qual es de los sermones de la quaresma, y ha sido visto y examinado por personas Doctas y graues de nuestra compania. En testimonio de lo qual de esta firmada de mi mano, y sellada con el sello de mi oficio. En nuestro collegio de Madrid, a veinte y dos de Oubre de mil y quinientos y nouenta y cinco.

Garcia de Alarcon
Visitador.




IESVS.

IN FERIA QVARTA CINERVM,

Concio prima.

Conuertimini ad me in toto corde vestro. &c. Ioelis, 2.



AVOR, & formido mortis intulerat vniuersos Israelitas, cum maximus ille Iudæi nominis inimicus Aman litteras dederat, Regis Assueri anulo obsignatas, quibus prouinciarum gubernatoribus præcipiebatur, vt singuli in suis prouincijs Iudæos omnes interficerent. Pendentibus iam edictis, gladijsq̄ue mortem minitantibus,

Salusatio.

Esdr. 4.
16.

Esther Regina israelitis indixit, vt omni cibo, potuque per triduum abstinerent, vt eo ieiunio illa munita, Regem adiret, ab eoq̄ue communem illam calamitatem deprecaretur. Factum est ab Israelitis, vt fuerat constitutum. Regina erga ad regem ingressa, tantum apud illum gratia valuit, vt facillè suis omnibus salutem impetrauerit, quæ admodum impetratu difficilis videbatur. Diuina Dei nostri iusticia, hominum flagicijs, ac sceleribus eo adducta est, vt edictum iam dictum, ediderit aduersus peccatores, ex quo omnes in maximo periculo, vitæq̄ue discrimine versamur, sed agetur nobiscû felicissimè, si Regina illa celestis causam nostram tuendam, ac defendendam suscipiat. Hanc cû illa rationem ineamus consequendę salutis, vt nos in luctu iaceamus hoc tempore quadragesimę, ieiunijs corpus, vigilijsq̄ue macerantes, dum illa Deum exorat, ac nobis omnibus impetrat salutem. Id ab ea maxima animi contentione petamus, firmam

▲ mu

mul etiam cœlestem opem imploremus, vt & rectè pœnitere, de- que pœnitentia non sine fructu loqui ipsius interuentu possi- mus. *Aue Maria.*

Primus discursus, in quo agitur de miseri- cordia Dei, qua nos ad pœnitentiam vocat.

Conuertimini ad me. & c. Ioelis. 2.

Ioel. c. 2.

HODIE nos fratres charissimi, diuina Dei nostri miseri- cordia ad pœnitentiã vocat: Tãto vero beneficio affecti gau- deamus? Quid enim suauius esse potest: Quid dulcius pecca- tori, quã verbũ Domini dicẽtis per Prophetã Ioel, *Conuertimini ad me in toto corde vestro?* Fidelis sermo, & omni acceptione dig- nus. Promeruerant peccatores, indignationem Dei, & illis acer- bissimi verbi imprecatione: *Discedite a me maledicti in igne æternũ.* Et ecce tibi propter singularem Dei misericordiam audiunt ver- bum hoc suaue; *Conuertimini ad me. Miseri profecto vult, &* *D. Ambro. parcere,* (vt ait Ambrosius) *qui peccatores ad se vocat.* Indices seculares cum primum flagicium aliquod perpetratum est, scele- ris authorem inquirunt, & comprehensum in vincula conijciunt vt suam in illum potestatem exerceant. Nihil illi lachrymæ, ni- hil gemitus, & suspiria profunt. Pœnitet reum commissi sceleris, promittitque futurum, vt in posterum resipiscat, sed non iuuat. Inquiruntur facinora diligenter, testes adhibentur, crimina cõ- geruntur, confessionem excipiunt tabelliones, eamque litteris mandant, non vt reus impunitatem assequatur, sed potius vt flagicijs, ac sceleribus exploratis, capite damnetur. Lata vero sen- tentia, aut illum arbori infœlici suspendunt, aut iugulant, aut in di- uersa tractum strangulant, aut infrustra discerpunt, aut igne sup- posito comburunt. Et quidem hæc omnia iuste fiunt, & ita ne- cesse est fieri, sic enim expedit reipublicæ a sceleratorũ hominum fece purgare. Suauiora, & faciliora sunt Dei nostri iudicia. Nefa- rium, & immane scelus peccator suscipit, & cum Deus illum dig- nẽ possit æternis addicere supplicijs, quam primum illum ad pœnitentiam vocat, confessionem exaudit, dolorem perpendit, vt illum illũ facti, pœnitet & in posterum proponit abstinere a pecca-

to Dei

to Dei misericordiam promereatur, ac omniũ scelerum remissio- nem assequatur. *Quis sicut dominus Deus noster qui in altis habi- tat, & sic humilia respicit in cœlo, & in terra, suscitans à terra ino- pem, & de stercore erigens peccatorem vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui. Nimirum, quia apud Dominum miseri- cordia, & copiosa apud eum redemptio.* Ex hac Dei nostri miseri- cordia, tanquam ex aliquo perenni fonte pulcherrimi diuina- rum gratiarum latices erumpunt, quibus eiusdem misericordiæ semina procreantur.

Psal. 112
5.

HA C misericordia motus peccatorem, ad pœnitentiam vo- cat. Nec solum vocat, & inuitat, sed nullum non lapidem mo- uet, vt illum ad dolorem sceleri debitum commoueat. Desidem prouocat, ignarum docet, timidum confirmat, prostratum eri- git, pœmijs allicit renuentem, deterret supplicijs obstinatum. Ac cum hæc omnia nihil pro fuisse videat, priusquam puniat peccatorem, doloris significationem ostendens, de eo conquiritur, quod fuis se manibus interemerit. Perpendamus omnia si- gillatim.

PR I M V M Deus quamuis offensus, peccatorem suæ con- ditionis ignarum, sui oblitum, & immemorem ad pœnitentiam vocat: *Conuertimini* (inquit pro Isaiã.) *ad me, & salui eritis om- nes fines terræ, quia ego Dominus & non est alius.* Sed quid aliud præ se fert iste cinis capiti aspersus? Quid verba illa sonant: *Memento homo quia puluis es?* Animaduerte o homo, memor esto condicio- nis humanæ, memento quod homo sis, ac tandem moriturus: Pœ- nitentiam age, ne immatura morte præoccupatus, tuorum scelerum pondere laborans, in infernum detrudaris. Hac ratione desidem ad pœnitentiam vocat.

Isa. 45.
22.

NE vero quis vocatus venire reuauat, dicens, pœnitere nescio, ignarum docet illis verbis: *Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu, scindite corda vestra, & non vestimenta vestra.* Quibus verbis perfectæ pœnitentiæ partes ostendit. Primo verbum illud *in toto corde*, constantem, ac firmum animum indicat, quo de prauatæ peccandi cõsuetudini nuncium remittimus. Dolor deinde ostenditur illis verbis, *infletu, & planctu*; ac si diceret, tantus sit animi dolor, quo peccator exardescat, vt foras conetur erumpere, & lachrymæ sint doloris indicium. At confessio exprimitur illo verbo, *scindite corda vestra.* Cum scindis aliquid, quod intus lateat, ostendis, capsulã frangis, quod

3.

rabulis erat inclusum apparet. *Scindite igitur corda vestra*, vt per propriam oris confessionem flagicia, quæ in cordis recessibus latitabant, manifestentur. Satisfactionem denique declarat verbum illud: *In ieiunio*, quo cruciatus corporis imperantur; vt enim scelerum veniam, & remissionem promereatur peccator, corporis oblectamenta respuens afflictionem sectetur, fame, vigilijs, ac dolore crucietur. Ecce tibi qua ratione pœnitentiæ ignarum, doctor ille cœlestis doceat pœnitentiam.

S E D ne ad huc difficilis videatur, eam facilem reddit illis verbis, *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos: Tollite iugum meum super vos: Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue*. Peccatores vocat, & illos præcipue, qui peccatorum suorum sarcina grauantur: Ad onus vocat, & ad iugum inuitat. Quid? ad onus leue, iugumque suauis? Iugum est pœnitentia: At est iugum perunctum, ac delinitum oleo suauis diuinæ misericordiæ. Iugum est sed iugum cui non ita solus collum supponis, cum Deus te iuuet, vt illud facile suauis ter que portes.

Q U O D si ad huc te graue pondus in terram depresserit, extollit dicens: *Conuertimini ad Dominum Deum vestrum, quia benignus, & misericors est, patiens & multa misericordia, & præstabilis super malicia: Et alibi: Lauamini mundi estote. &c. & venite arguite me, dicit Dominus, si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix de alba uentur: Et si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt*. Fuerint licet immania scelera (vt ait Glossa) omnium impunitatem assequimini: Ac si diceret, ne vos scelerum feceritis, & turpido detërreat, vt accidit Cain. Nam si vos eorum pœniteat, omnia Deus liberalissimè condonabit. O singularem Dei erga homines misericordiam, & liberalitatem prædicandam!

E T ne ad huc peccator dubitet, id Deus iure iurando confirmat. Nam cum populus Israel suorum peccatorum pondere oppressus abiecisset spem consequendæ salutis, voluissetque Dominus mederi tanto malo, accessit Ezechielem prophetâ, & ait, *Tu ergo fili hominis dic ad domum Israel: Sic locuti estis, dicentes, iniquitates nostræ, & peccata nostra super nos sunt, & in ipsis nos tabesimus, quomodo ergo viuere poterimus? Dic ad eos, vno ego dicit Dominus Deus: nolo mortem impij. Sed vt conuertatur impius a via sua, & viuat. Quis ad huc trepidat formidine? cui po-*

test iam obrepere dubitandi cogitatio? cum hanc Deus indulgentiam iuramento firmiter.

S E D erit fortasse quispiam, qui non formidine deterritus, sed corporis illecebris irretitus, noxiæ peccandi consuetudini nuncium remittere non audeat. Hunc vt Deus ad se alliciat, & a peccandi consuetudine abducatur, omnia tentat, maxima illi dona pollicetur. Quid te retardat infœlix homo? Quid animum tuum auera pœnitentia deducit? Suauis, ac blanda huius vitæ voluptas? Ego tibi æternam felicitatem polliceor; conuertere ad me, & age pœnitentiam. Si enim, impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, vita viuet, & non morietur. Non solum ait viuet, sed vita viuet; hoc est, ducet vitam, quæ vere vita est, nullamque mortis adumbrationem patitur. Vita quam viuimus non est vita sincera, sed vita admixta morte: vt præclare Seneca attigit vno verbo dicens: Nullam vitæ particulam apprehendis, quam subito mors è manibus non eripiat: viuimus, sed viuendo morimur, & quo longiori vsura vitam producimus; eo effluit vita cursu velociori. Non hanc Deus vitam promittit, sed vitam æternam, cui ne punctum quidem temporis est cum morte commune. Vita viuet æterna scilicet. O singulare, pœnitentiæ præmium? Si solum Deus peccatori crimina, & supplicia illis debital propter pœnitentiam remitteret, vel hoc vno verbo, non morierur, præmium quacumque pœnitentia maius proponeret pœnitenti, verum non hoc contentus, ad huc æternam felicitatem pollicetur, vt præ illius desiderio, caducam, & mobilem felicitatem peccator deferat, & ad illam, quæ altissimis & permanentibus est defixa radicibus, oculos adijciat.

E T S I hæc non sufficiunt, vt ad se reuersus aliquando sapiat, maxima illi supplicia minuitur; vt si minus amore tantæ Dei beneficentiæ, præ timore saltem, & formidine conuertatur. *Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit, & parabit illum, & in eo parauit vasa mortis &c.* Non verba hæc, sed tonitrua, & fulgura videntur. Nisi bonam viuendi rationem instituas, è vagina gladium extrahet Deus, illumque in omnes partes versabit. Parabit sagittas, mortifero veneno in fectas. Intendet arcum, ac tādē eas nisi conuersi fueritis iaculabitur. Terrorē dā nationis incutit Deus, pericula intendit, minas iactat, formidines opponit. Sed omnia hæc, è visceribus misericordiæ proficiunt. Ne vulnus infligat, clamore, & minis peccatorem inse-

A 3 quitur,



Math. 11.
28.

Ioel. 2.
13.

Isaia. 1.
16.

Ezech. 1.
33. 10.

Ezech. c.
18. lib. 21

Seneca E-
pist. 24.

Psal. 7.
13.

Tertullia.

Apo. 2.

5.

quitur, vt formidine deterritus, mortem fugiat, & ad viscera diuinæ misericordiæ confugiat. Quod maius fingi, aut excogitari posset misericordiæ genus? Hinc Tertullianus explicans illud Apocalypsis. *Age penitentiam alioqui veniam tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo.* Sic ait: Inauditū misericordiæ genus est, quod cum summo dominus iure misericordiam, & veniam negare posset, non modo non neget, sed eam ipse expetat, dum rogat, & minatur, nisi ad eum reuertaris. Tanto salutis nostræ amore tenetur, vt omnium patrum vincat affectum in filios, ac pietatem.

ET SI ad huc hæc omnia satis nõ sunt, conqueritur, & dolet, nõ secus ac si ipse damnus aliquod pateretur, & ait: *Conuertimini a vris vestrīs pessimis, & quare moriemini domus Israel?* Quid aliud clamaret ille, qui per vim & iniuriā suo pallio denunderetur? Nonne conqueritur dicens? cur pallium meum eripis? quare mea me spoliās veste, contra ius, & legem, Sic Deus: *Quare moriemini domus Israel? Quid ad te Domine? ipsi sibi inferunt mortem, ac suis se manibus iugulant. Quid deperit tuæ immensæ fœlicitati, si omnes pereant, & ne vaus quidem saluetur? Sibi imputent peccatores. Sed tanta est Dei nostri misericordia, vt ne id quidem patiatur. Neminem vult perire, omnium salutem querit, omnes ad se vocat dicens: Conuertimini ad me. Quid aliud sibi vult hæc cineris conspersio? Quid aliud resonant illa verba? Memento homo, quia pulvis es, & in puluerem reuerteris.*

Se cundus discursus, in quo ostenditur, quam consentaneum sit rationi, vt peccatores conuertantur ad Deum.

Conuertimini ad me. &c. Ioelis. 2.

Zach. 1.
nu. 3.

HODIE igitur fratres, si vocem Domini audieritis, nolite Hob durare corda vestra, Ne sitis e numero illorum, qui iam deprauata viuendi consuetudine obduruerunt, & se surdos simulant, ne Dei vocibus attentas aures ac beneuolas præbeant. Memores simus verborum Dei, quibus Israeliticum populum alloquebatur dicens, *Ne sitis, sicut patres vestri, ad quos clamabant propheta dicentes: Hæc dicit Dominus exercituum, Conuertimini, de vris vestris*

vris vestris malis, & de cogitationibus vestris pessimis, & non audierunt, neque attenderunt ad me dicit Dominus. Quid igitur dignius homine, qui sensu, & ratione vtitur, quam Deo clamanti, pœnitentiam præcipienti, & peccatorum omnium veniam promittenti respondere? Quid magis turpe, ac flagiciosum quam aures obturare, terga vertere, & tanti Domini voces contemnere? Miserum profecto est, sed ita frequens, vt omnium ferè admirationem substulisse videatur. Multi enim sunt, ne dicam infiniti, qui deprauata viuendi consuetudine irretiti, nullam temporum differentiam constitunt, sed qui ante acceptabile tempus quadragesimæ flagicijs, ac sceleribus inquinati erant, ipso demum aduentante, eisdem coinquentur, nec quadragesima transacta, a suo illi proposito desistant, sed vt spurcissimi fues in eodem peccatorum cœno volutentur, aures occludant, ne audiant diuinas voces, oculos auertant ne Ecclesiæ sensum, ac dolorem aspiciant. Quo fit vt alius, inhonestum lucrum adhuc sectetur, alius a concubinato abduci non possit, alius omnia tentet, vt illa tam sibi vlciscatur iniuriam, omnes denique defatigetur, & desudent, vt suam quisque expleat libidinem, & voluptati liberius vacet. Nihil faciunt diuinam misericordiam, qua illos ad pœnitentiam vocat.

SIMILES illi populo duræ ceruicis, de quo Dominus conquirebatur dicens: *Quare auersus est populus iste in Hierusalem a uersione contentiosus? Apprehenderunt mendacium & noluerunt reuerti.* Quare ait, ac si diceret: Quare populus non conuertitur? quam excusationem asferre poterit? Nonne hic de illorum salute, & vtilitate agitur? Quid mihi accrescit, si ipsi consequantur fœlicitatem ætenam? Si vero damnentur, Quid mihi decrescit? lucrum quod fecerint, vel detrimentum quod ceperint in ipso rum perniciem vel vtilitatem vergit. *Quare ergo auersus est populus iste? & non quomodocumque auersus, sed auersione contentiosa? Ego sine vlla intermissione eos ad pœnitentiam voco, ipsi vero sine vlla formidine iacent in sordibus peccatorum. Et in sua pertinacia persistunt, non secus ac si propter meam, & non propter ipsorum vtilitatem vocarem eos. Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti: Quasi dicat, eo animo, & mente apprehenderunt peccata, vt vix ex eorum manibus extorqueri possint, cum tam profundas habeant illa radices in eorum animis, vt nullis Dei monitis extrahi, nulla vi, nec virtute euelli possint,*

Ierem. 8.
nu. 5.

possint. Adeo sunt obstinati, & rebelles, vt eos Pharaones non immerito possis appellare, quos nec beneficia emolliunt, nec tormenta deterrent, cum tempore, quo Deus maiora in illos beneficia confert, ipsi grauioribus Deum peccatis offendant.

Hes 7.
na. 1.

QUID aliud resonat illæ querellæ? *Cum sanare vellem Israel, reuelata est iniquitas Ephraim, & malicia Samaria.* Ceperat Deus agere, qua ratione populum Israel ab Idolorum cultu abduceret, & ad se conuerteret, & dum hæc secum cogitat, ecce tibi Ieroboam de tribu Ephraim, conflauit vitulos aureos, quem insecuta est vniuersa Samaria. Id Deus ægrè tulit. Quid enim turpius? quid indignius fingi, aut excogitari posset, quàm eo tempore, quo Deus operam dabat, vt populum à tanto malo reuocaret, & ad Dei cultum, & venerationem traduceret, Idola conficere, in altum extollere, ad eorum pedes accedere, & se grauiissimis sceleribus, ac flagicijs coinquinare? Si id fieret alio tempore, quo tanta Dei beneficia non extarent, factasse posset aliquantulum dissimulari, sed eo tempore, quo maximis Deus populum afficiebat beneficiis, dura profectò res, quæ nulla potest dissimulatione tegi. Id Deus non patitur, charissimi fratres, id ægrè fert, quod tempore quadragesimæ, quo infinito amore flagrans, & singulari misericordia commotus ad pœnitentiam vocat peccatorem, quem in sempiternas miseriae deijcere potuisset, tunc aures obduret, & se surdum simulet, & peccatis peccata coaceruet, cumulum augeat, & eò malorum veniat, vt se de iis gloriosè iactet. Res sanè luctuosa, lachrymis, & dolore dignissima. Caue tibi peccator qui hæc non vereris committere. Saluti tuæ consule, nam speciè præbes, & signum ostendis damnationis æternæ.

QUID enim aliud indicant illæ lachrymæ, quas Christus Dominus profudit cum prospiceret urbem Hierusalem? illique prædiceret ruinam, & exitium, quod patitur vsque in hodiernum diem? Nam cum tantæ calamitatis causam redderet, ait: *Es quod non cognoueris tempus visitationis tuæ.* Non tam casum, & ruinam urbis florentissimæ deplorabat Dominus, quam causam, & occasionem quam eius dederat exitij, & calamitatis. Non enim cognouerat tempus visitationis, hoc est, non cognouit aduentum filij Dei in carne, qui tempus visitationis dicitur, vt ait Glossa. Contemni non debet calamitas illa quæ ab ipso Deo lachrymas exprimit.

Nam

Nam quis audeat dicere, Deum propter res parui ponderis, & momenti lachrymas profundere? Quid Domine deploras? quid tui dolore absumpsit viscera? Lamentationem facio super Hierusalem, eo quod non cognouerit tempus visitationis suæ. Quibus ergo lachrymis prosequemur eos, qui à Deo vocati, & ad pœnitentiam beneficiis illecti, eam subterfugiunt, & recusant? & quam illis poterimus spem ostendere felicitatis sempiternæ? Prædixit Dominus ciuitati Hierusalem exitium, & ruinam, quia vocationi suæ non respondit: prædicimus etiam tibi infelix peccator damnationem sempiternam, quia eiusdem Domini vocibus, & voluntati resistis.

5

A V D I Ieremiam prophetam, vult melius loquar, audi Dominum Deum tuum, id apertissimis verbis ostendentem, *Defecerunt sufflata in igne, consumptum est plumbum, frustra conflauit conflator, malitia enim eorum non sunt consumptæ.* Argentum reprobum vocate eos, qui Dominus proiecit eis. Vt hæc intelligas, id quod dicam, animaduerte. Construxit Deus fornacem in qua emundaret domum Israel, prophetas aurifices constituit, immisit plumbum, & omnia necessaria comparauit. Deus erat auctor operis, prophetae artifices, & tamen non est expurgatum argentum. Defecerunt prophetae, mallei fracti sunt, fornax dissoluta, plumbum consumptum. Sordes vero peccatorum non sunt consumptæ. *Defecit* (inquit) *effloruit in igne, consumptum est plumbum, frustra conflauit, conflator malitia enim illorum non sunt consumptæ.* Quæ erant de sceleribus, quæ ita hærent visceribus, vt euelli non possint, o misera contentio! o limæ felix obstinatio! Audi periculum in quo huiusmodi peccatores versentur. *Argentum reprobum vocate eos.* Ait Propheta, quia Dominus proiecit illos. Si Dominus eos a se abiecit, & amandauit, ad quæ confugient? Hoc apertissimum signum est reprobationis, & ideo illos reproborum nomine appellat. Si enim illi essent numero electorum, Deum vel vno verbo vocantem exaudirent, nec tot expeccarent voces, vt ad Deum conuersi meliorem vitam specimen darent. Quid animo præsentis, o infelix homo? obduxisti iam callos, ita vt nihil sentias? obduruisti vocibus concinatorum, nullum tibi terrorem, nullam formidinem incutiunt? o te miserum, atque in scelerem, o dubiam, atque ancipitem tuæ salutis conditionem, non temere conijcere possumus, quam in supremo Dei iudicio repulsam passurus sis cum è reproborum numero esse videaris.

Iere. 6. m.

29.

8. uol.

88.

Ie. e. ibid.

Ierem. 17

na. 11.

H. erony.

6

A V D I etiam Hieronymum explicantem verba illa Ieremæ: *Perdix fuit que non peperit.* In cuius explicatione conditionem

B tuam,

tuam non quidem adumbratam, sed penitus expressam reperies. Ait enim Aristotelem, Theophrastum, & Plinium testari hanc perdicis esse naturam, ut oua aliena, alterius scilicet perdicis fueretur, & incubans foueat, cumque fetus adoleuerit auolare ab ea, alienamque matrem relinquere. Mirabile hoc, sed mirabilius quod sequitur. Ait enim Diuus Ambrosius, & Diuus Idorus, non solum alienam deserere, sed cum primum vocem veræ matris audierint matrem agnoscere, ad eamque confugere. Cum perdidit igitur illam non insequitur, quæ pullos eduxit, coniectari possumus aliam habere parentem. Idem in animis electorum videre est. Nam cum quis Deum parentem habuit, licet demon clam eripiat, & furetur eius animam, illam foueat, aliat, & pelliceat, cum primum vocem Domini audit, agnoscit illum, aufugit a fure, & ad parentem confugit, ut illum ducem sequatur. Qui autem Deum ex voce non agnoscit, filius Dei non est, (ut Christus ait) *Qui ex Deo est verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Apertissimum reprobationis signum. Væ tibi pertinax, væ tibi obstinate, miserimum tuæ damnationis signum ostendis, cum Dei voces non audis, nec eius voluntati obtemperas, sed in tua obstinatione persistis.

ROTISSIMUM huius reprobationis argumentum est, indignatio diuina, qua iniuriam sibi illatam ulciscitur Deus. Rationi namque valde consentaneum est, ut qui vocatus exaudire noluit, cum clamauerit ipse, non reaudiatur. Et hoc ultionis genere utitur Dominus, ut facile ostendunt verba illa. *Hierusalem Hierusalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te misit sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum congregat gallina pullos suos sub alas, & noluisti. Ecce relinquetur domus vestra deserta.* Miserrat enim Deus Prophetas ad Hierusalem, & eum illos humaniter excipere debuissent, & quæ precipiebant, executioni mandare, non solum id non præstiterunt, sed tanto beneficio ingrati, tanquam multa febris frenetici, insanientes in medi eos, qui venerant curare eos, excogitauerunt consilium perdendi eos. Quæ maior fingi, aut excogitari posset obstinatio? Sed nec his contenta hominum malitia, aduersus Deum ipsum, qui descenderat, ut sanaret eos, maiora, & grauiora flagicia excogitarunt. *Quoties inquit volui congregare filios tuos, quemadmodum congregat gallina pullos suos sub alas, & noluisti.* Præclare satis hæc gallinæ similitudine suam Deus pietatem ostendit, quæ peccatores complectitur

Ioan. 8.
47.

Matth. 23.
37.

complectitur. Gallina enim inter animalia rationis expertia maximam curam, & sollicitudinem adhibere solet, ne pulli aliquid detrimenti capiant, & ne miluus aut alique rapiat vnguibus aut rostro discerpat, pullos congregat, & regit alis, & sectibus aduersarij obijcit, ut filios liberos & immunes conseruet. Sic Christus Dominus voluit congregare filios Hierusalem, in vnum cogere, defendere, circummunire, & corpus suum telis peruium opponere, ne illi inimicorum gladiis peterentur; & tamen ipsi noluerunt. O rustici & ingrati ciues Hierusalem, qui tantam Domini tutelam, & tantum patrocinium respuistis, & aspernati estis. Quæ poena multabitur tam insolens ingratitude? Ecce relinquetur domus vestra deserta, sine muro, sine aggere, & sine vlla maceria, ut nulli hostium incursioni resistat, sed facile penetreretur, & quorumlibet inimicorum præda fiat. *Iustus es Domine, & iustum iudicium tuum.* Quis enim non videat, eum exaudiri non deberi, cum clamat, qui se surdum simulauit cum vocaretur? nec opem illi ferendam, cum implorauerit, qui temere recusauit eam cum liberaliter offerretur.

VOCAVIT (inquit Dominus) & renuistis, extendi manum meam & non fuit, qui aspiceret, desistis omne consilium meum, & in crepatione meas neglexistis, ego quoque in interitu vestro ridebo, cum irruerit repentina calamitas, & in certus quasi tempestas ingruerit. Quando venerit super vos tribulatio, & angustia. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam, in me consurgent, & non inuenient me, eo quod exosam habuerint disciplinam, & timorem Domini non susceperint, nec acquisierint consilio meo.

QUATVOR his verbis exprobrat beneficia Dominus. Primo vocauit, & non fuit qui responderet. Deinde extendit manum, ut eos a peccandi consuetudine abduceret, nemo tamen apprehendit eam. Tum etiam eos rationem docuit consequendæ salutis, deseperunt tamen, & abiecerunt doctrinam. Ac tandem increpauit eorum pertinaciam, & peccata illis obiecit, sed omne id pro nihilo duxerunt. Quia ergo hæc fecistis & me ad iracundiam prouocastis, ait Dominus, ego in interitu vestro ridebo, cum irruerit repentina calamitas, & incertus quasi tempestas ingruerit. Quando venerit super vos tribulatio, & angustia, &c. Quis non trepidat formidine, & tota mente, atque omnibus artibus contremiscit hæc audiens. Veniet aliquando miser & infelix peccator, & forte proxima est, in qua

B 2 subito

Proa. 1.
24.

subito pauore, & formidine concussus, inimicis tuis circūuentus, & amicorum præsidio destitutus, oculos in cœlum erigas diuinū auxilium implores. Deus tamen dissimulet, ne solitis te beneficijs afficiat, quia illis propter immane ingratitude scelus, non immerito spoliatus es, ac tandem miseram, & infelicem mortem subeas, & in sempiternos cruciatus protrudaris. Vnde facile cōijcere possumus signum apertissimum reprobationis præferre illos, qui dum in lucem, & tenebris vocantur, non exaudiunt, & diuinæ semper misericordie resistunt.

N A M qui e numero sunt electorum, non indigent clamoribus, Sed vel vna dumtaxat Domini voce excitantur. Vt videre est in admirabili conuersione regis Dauid, ad quem misit Deus Natam prophetam, vt illum reprehenderet, & immane facinus, quod perpetrauerat, ante oculos poneret. Sed qua sermonis facilitate regem induxit, vt commissum scelus agnosceret, & errorem pœnitendo corrigeret? Quo animi sensu, ac dolore expressit verbum illud: Peccavi. Quo factum est, vt priusquam ab illo Natam discederet, ipse peccati sui veniam promeruerit, vt propheta; verba facile ostendunt. *Dominus transtulit peccatum tuum &c.* Potuit facili negotio flecti Dauid, quia electus erat, vna dumtaxat ouis similitudine, per iniuriam extortæ, & mactatæ, ad pœnitentiam traductus est. Idē fecit & Petrus Apostolorum princeps, qui a Domino auersus, vna oculorum Christi conuersione conuertitur. Et vt pœnitentiæ suæ significationem lachrymis daret, egressus foras fleuit amare. Non quomodocumque, sed amare fleuit. Et hæc amaritudo, vt ait diuus Clemes, hæ lachrymæ amari animi indices, non aruerunt, nec ab eius oculis discesserunt quoad animus a corpore discessit. Hi duo facile conuersi sunt ad Deum. Vnus vna ouis similitudine; alter vero vno oculorum obtutu, quia enumerato erant electorum. Vt illi, qui adeo graui somno iacet consopitus, vt nec voces, nec clamores exaudiat. Vt illi qui ita tenetur peccatorum laqueis, & compedibus irretitus, vt nullis vocibus se expediat, & vincula dissoluat. Quot similitudines tibi proponunt concionatores? Quot voces quotidie audis? & te surdum simulas? in tuis sceleribus iaces, pœnitentiam respicis, & insolita pertinacia persistis? Hanc obstinatam mentem quam non deponis, habere poteris in signum tuæ damnationis eterne.

A V D I A M V S igitur vocantem Deum, eius voluntati obtemperemus, qua nos ad pœnitentiam allicit. Apprehendamus
cam

eamque vtraque manu, animo scilicet & corpore. Nos illum ante vertere debuissimus, præoccupantes faciem eius in confessione, & ad illius pedes prouoluti, enixis efflagitare precibus vt nostram aspiceret pœnitentiam, & debita remitteret. Quare ergo adeo desides, & ignaui sumus, vt ad illum accedere nihil curemus? & cum ille ita vehemens, & sollicitus sit vt nos præueniat, cur adeo rusticis, & in vrbis moribus sumus, vt nec præuenienti quidem respondeamus?

E T si forte mundi vanitatem deserere pertimescis, & ad Deum accedere formidas: cogita abscreo, & attentè considera, de tua re agi, quamquam Deus hoc negotium, non secus ac si suum esset pertractet. Vastauerant aliquando Tyrij, & Sidonij templum Domini, & diripientes quæ in illo erant, expilarunt illud, preciosissimis vasis aureis, & argenteis, vt in sua delubra, & in Idolorum cultum exportarent. Illustres & nobiles Israel captiuos duxerunt, vendentes illos filijs Græcorum. Id Dominus ægre tulit, & voluit sibi patrimonium suum, & templo supellectilem restitui. Et vt iniuriæ sibi illatam vlcisceretur Deus, præcepit filijs Israel vt arma fumerent, & misit prophetam, qui diceret eis, *Sanctificate bellum, suscite robustos: accedant, ascendant omnes viri bellatores. Concidite aratra vestra in gladios, & ligones vestros in lanceas. Infirmus dicat quia fortis sum. Quis ad iustam illud bellum suscipiendum vires non resumeret? & animum sibi faceret? iam Dominus belli apparatus præparat, vt bellum huic semile gerat. Humani enim generis hostis, quæ in ecclesia preciosissima sunt, deprædatus est, honestos, & nobiles in captiuitatem redegit, patrimonium Christi Domini, ab eterno patre constitutum, Christi sanguine firmatum, & rebus ab eo præclarè gestis stabilitum, dissipauit. Hodie litè intendit Christus Dominus, vt paterni nominis patrimonium, quod in cruce promeruit sibi adiudicetur. Nec his contentus, rem armis peragi contendit, ad arma vocat, tympanum pulsari, ac lituo cani iubet. Quis erit ita agrestis, aut ita timidus, qui nomen huic militiæ dare recuset? qui arma non capessat, vt hunc præstantissimum imperatorem sequatur? Quid igitur in milite requirit dux iste clarissimus? dicam, vestes preciosas in aspera silicia commutes, mensas varijs & conquisitis epulis instructas deseras, & famem ac siti perferendis assuescas, nec cachinnos eferas, sed lachrymas profundas, ac denique vitiorum consuetudinem fugias, & pœnitentiam secteris, & his armis
B 3 instructus*

instructus & expeditus ad pugnam procedas. Nemo sit qui excusationem afferat dicens, infirmus sum. Sed potius imbecillis dicat, fortis sum. &c. Proh dolor, quot sunt imbelles, & timidi, qui dicunt, non possum, potentes ad malum, ad bonum autem infirmi, & debiles, ad peccatum habiles, inhabiles vero ad penitentiam, vafri, & versuti, qui ad omnem maliciam, & fraudem mentē facile versant, ignaui autem, & ignorantes ad æternam salutem comparandam. Obijciunt se non posse corpus ieiunijs macerare, & hi maxime indigent hoc medicamento salutari. Dimicare non valeat, cum maximum læcrum in belli acie, & conflictu constitutum habeant. ô foelix homo si tuam agnoscis condicionem, Deus te ad libertatem vocat ad regnum inuitat, tu vero aduersus te ipsum difficultatum excusationem, affers. Si rem grandem dixisset tibi Deus, profecto facere debuisses, ac vires resumere, & clamare, fortis sum, hic enim de tua sempiterna agitur felicitate.

VENITE ego adoremus, & procidamus ante Deum, ploremus coram Domino qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster, nos autem populus eius, & oves pascuæ eius. Agnoscet pastor balantem ouem, eamque in ecclesiæ caulis inter suos greges recipiet, ac tandē in pascuis bonis omnibus circumfluentis paradisi collocabit.

In feria quarta cinerum, concio secunda.

Memento homo quia puluis es & in puluerem conuerteris.
ex cap. 3. Genes.

Exod. 38.
8.
DIVINA historia narrat. Moysen collocasse specula in aditu tabernaculi, prope aque fontem, in quo sacerdotes abluebant manus; Nam cum Deus mundiciæ, & candoris amator sit, voluit vt sacerdotes, cum templum adirent, ad fontem accederent; sordes ac maculas aspicerent, easque aquis lauerent, & abstergerent. In eundem fere modum mater Ecclesia, vt sponsum referat, in eiusque vestigijs insitat vehementer exoptat, vt Christiani homines peccatorum maculas confessione deleant, vnde in ipso quadragesimæ aditu, speculum illis proponit, iuxta penitentiae fontem, in quo scelerum maculas aspiciant, quæ penitentiae aquis, & oculorum lachrymis diluuntur.

diluuntur. Patina cum cinere, quam sacerdos manibus portat, speculum est, in quo peccatorum maculae apparent. In hoc speculo superbus sui animi leuitatem considerat, quid enim leuius, quam eum, qui puluis, & cinis est, in altum efferri; & superbie motibus agitari? Hoc speculum ostendit auaro, auariciæ sordes, admonet etiam vt eas abstergat, res caducas contemnat, vt curam omnem, ac sollicitudinem, ad ea, quæ nunquam intereunt, bona conferat; Quid enim ineptius, quam immortalis animæ curam deponere? & toto pectore in auariciæ studium incumbere, vt pulueris ac cineris manticam; & stercoreis sacrum foueas, ornes, & cures. Hoc speculum iuuenem dissolutum, ac profusum colligit, vt secum cogitet, nihil turpius esse quam voluptatum illecebris irretiri, nihil magis stultum quam mortale corpus, in cineres conuertendum delicate tractare. Hortatur deinde vt ad spiritualia, ac cœlestia gaudia oculos adiciat, & eorum amore ducatur, ea vero quæ corporis fines non transcendunt, spernat. Præclare satis hoc speculum animarum maculas ostendit vt penitentiae lachrymis deleantur. Sed non omnibus ex cœlo lux oboritur, qua suam quisque in miro hoc speculo deformitatem aspiciat; quia non luce solis, sed diuinæ gratiæ lumine illustratur. Deus qui totius gratiæ auctor est aliquem eius radium nobis immitat hodierna die. Ad hæc Sanctissimæ Virginis interuentu suppliciter imploremus.

Primus discursus, in quo ostenditur quantum homini cōducatur cognitio sui, quæ ex parte mortali corpo-

re constat.
Memento homo quia puluis es & in puluerem conuerteris.
ex cap. 3. Genes.

MULTI. multa sciunt, & se ipsos nesciunt. His verbis, diuinus Bernardus ostendit humanæ naturæ condicionem. *D. Bern.*
Ea enim est hominum natura, vt cum multarum rerum per. *Enst.*
peritissimæ sint, in sui cognitione non laborent. Multi enim sunt in *Exame.*
qui variisque iuris volumina diligenter euoluunt, liberales & *hom. 10.*
ingenuas

ingenuas artes assecuantur, historias ac fabulas recordantur, curias Regum, Principum domos, regias Imperatorum, Pontificum, basilicas adeunt: ad pagos, & tuguria descendunt, ambiunt suburbana, viciniam lustrant, quæque in his locis gerantur mente, & cogitatione perquirunt; nihil non scientes, seipfos nesciunt. Instar occulorum, qui cum omnia videant, seipfos non vident. Hoc & vitio, & errori, & stultitiæ vertit D. Bernardus, vnde ad Eugenium, scribens, ait. Ne frustra extendaris in alia, te neglecto; quid tibi prodest, si vniuersum mundum lucreis, te vnum perdens? si sapiens sis deest tibi ad sapientiam, si tibi non fueris sapiens: noueris licet mysteria omnia, noueris lata terræ, & profunda maris, si te nescieris, eris similis ædificanti sine fundamento, ruinam non strueturam faciens. Merito hæc Bernard. quia in supremo Dei iudicio harum rerum scientia parum proderit peccatori, si sui cognitione deseritur.

H A E C de qua loquimur cognitio, magni semper est habita apud illos, qui, vel humana, vel diuina sapientia sternerunt, quo factum est vt Græci illi sapientes (quorum fama ita percrebuit, vt vniuersum terrarum orbem compleuerit) in valuis celeberrimi Apollinis templi, grandioribus, & aureis litteris scripserint. *Nescite res sum.* Quam inscriptionem posteritati comendabant, & tanquam oraculum ecclæ delapsam omni memoria, & veneratione colebant.

D. 1158.

D I V V S Augustinus Deum alloquens in oratione dicebat: *Nouerim te, & nouerim me*, ac crebro repetito sermone, eadem verba vsurpabat, quia tanti semper fecit cognitionem sui, vt post cognitionem Dei, quæ omnium præcipua est, nihil haberet prius quam sui cognitionem efflagitare.

D. Ber. vb supra.

Q U I D de illa senserit D. Bernardus satis ostendit Eugenio dicens: A te tua consideratio incipiat, non solum autem, sed in te finiatur: quocumq; vegetur, ad te reuocaueris eam cum salutis fructu: tu primus, tu vltimus tibi. Sume exemplum de summo omnium patre, verbum suum & emittente, & retinente. Verbum tuum, consideratio tua, sic procedat vt non recedat, sic progrediatur, vt non egrediatur, sic exeat vt non deserat. Hæc ille. Ac tandem vt quam de huiusmodi cognitione opinionem conceperat exprimeret, ait: Nemo absque sui cognitione saluatur. Vnde præstantius est, hac cognitione duce, sui curam gerere, quam sine illa, maxima miracula edere. Sibi itaque consulat, sua omnia consideret, ac diligenter expendat

D. Ber. sermo 37. in Cantu.

expendat, qui sui rationem redditurus est. Sed iam videamus quid homo sit.

D V O in homine extrema, ac maximè inter se disiuncta coniunguntur, quæ eius cognitionem difficillimam reddunt. Constat enim duplici natura, corporea, scilicet, & spiritali, quarum altera ad corpus, altera ad animam intellectumque pertinet, corpus illum mortalem, animus verò mortis expectem reddit, animi beneficio ad celestes illas mentes accedit, corporis verò conditione vix pecudum naturam excedit. Et quamuis utique homo dici non possit, nisi anima & corpore constet, quæ animæ propria sunt in alium locum missa faciamus & solum de corporis conditione pertractemus.

M V L T I alioqui sapientes in sui cognitione turpiter errant, existimant enim se aliquid esse, cum nihil sint, aut quid aliud esse præter id quod suat. Vnde tantus error erupit & dicam. Tanta vestimentorum varietate vtuntur iam homines, tam inusitato amictu, & recenter excogitati ornamentis exornantur foeminae, ad eò succo illarum variisque coloribus depictæ procedunt, vt seipsas ignorent. Quo fit vt iniquaquam valeat dicere peccator, quid homo sit. Deum igitur, qui eius naturam conditionemque cognoscit, audiamus.

A G G E R S I V I T aliquando Deus Isaiam prophetam, & ait ad eum: *Clama rogauit ille, quid clamabo? Omnis caro fenum* (inquit Deus) *& omnis eius gloria quasi flos agri, exicatum est fenum, & cecidit flos, quia spiritus Domini sufflauit in eo.* Animaduerte obsecro, quo Deus penicillo depingat corporis gloriam. Vides ne hoc corpus, cui per laxum homines inseruiunt? quod sericis conuestiunt ornamentis? succo delinant, ac epulis exquisitissimis alunt? fenum est, & omnis gloria eius quasi flos agri, leuis, ac futilis, quæ & facile decedit, & vento rapitur. Audi Hieronymum in hæc verba Isaiæ. Reuera si quis fragilitatem carnis aspiciat, & quod per horarum momenta crescimus, atque decrescimus, nec in eodem manemus statu: ipsamque quod loquimur, de vitæ nostræ parte præteruolat, non dubitauit carnem fenum dicere, & gloriam eius quasi flos agri. Qui dudum infans subito puer, qui puer, repente iuuenis, & vsque ad senectutem per spatia mutatur incerta, & ante se senem intelligit quam iuuenem non esse se miretur. Pulchra mulier, quæ adolescentulorum post se traheret

Isai. 64. ap. 40. 6.

D. Hieronymus.

hebat greges, arata fronte contrahitur, & quæ prius amori, postea est fastidio. Exiccata est caro, & cecidit pulchritudo. Hæc ille.

E. T. S. I. adhuc Hieronymo doctore sapientissimo non assentis, adito sepulchra mortuorum, in quibus corpora condita sunt. Accede ad sepulturam Absalonis iam vita functi, extrahe manibus calvariam pulcherrimi, ac florentissimi quondam adolescentis. Vbi nam est ille decor antiquus? Vbi pulchritudo illa singularis, ætatis flore collecta? Vbi capilli speciosissimi, auro purissimo splendidiore, quibus exornatæ Israelitici populi virgines procedebant? evanuit ille decor antiquus, & species illa pulcherrima immutata est, cranium solû remanet, omni pulchritudine denudatum, sine fulva coma, sine cædida cute, & sine vlllo decore: ossa sicca apparêt exessa & comminuta, quæ formidinem, ac terrorem incuriunt. Vnde hæc ex alio in aliud vicissitudo? quia scænum erat Absalon, & exiccato scæno: cecidit flos.

Q. V. I. D. ergo prodest tanta corporis cura? quid sericæ vestes acu depictæ, ad eius cultum, & ornamentum poscuntur? spernis animam, ô infelix, vt omnis cura, & sollicitudo ad miserum corpus deuoluatur. Clama (Deus ait ad Haiam) clama non quomodo cunq; sed maxima vocis contentione. Si forte peccator exaudiat, & ad se reuersus, aliquid de amore, quo se ipsum prosequitur, remittat, si forte diuitiarum cupiditas, quæ illius animum valde sollicitat, vt corpus indignissimum alat, & curet, in eo restinguatur. Clama vt exaudiaris, contende vocem vt illum excites, iacet enim profundissimo somno consopitus. *Memento homo quia puluis es, & in puluerem reuerteris.*

Iob c. 14.

I.

Q. V. A. M. benè conueniunt verba sanctissimi Iob, cum huiusmodi vocibus videlicet, quia ex eodem spiritu proficiscuntur. *Homo (inquit ille) natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miseris, qui quasi flos egreditur & conteritur.* O præclaram hominis definitionem! Quid est homo? Quid est ex scæmina ortum? non est mès aliqua cœlestis, aut quid aliud ex cœlo, & in cœlo procreatum, in terra nascitur, ab infirma, & imbecilli scæmina originem ducit. Quid poterit habere constantiæ? quid firmitatis, ac roboris, proximum, id verbum indicat. *Breui viuens tempore.* Vix in lucem editus susceptusque est, cum morte dissoluitur. Adde etiam quod breui hoc tempore, quo spiritum ducit, repletur multis miseris. Non dicit plenum esse miseriarum, sed repletum esse multis miseris. Scat

tet

tet miseris, hac, illac. Aduersa sæpe vitur valetudine, multis erumnis circumdatur, cruciatus patitur, timore, ac formidine concutitur, dolore torquetur, animi ægitudine laborat, ac denique sicut flos egreditur, & sicut flos excidit, & conteritur. Nonne miraris aliquando cum hortos amenissimos intras, quàm pulchri, & speciosi se oculis obijciunt flores, qua amenitate oblectat oculos cædum lilium, quàm pulcher euagina erumpit gariophylatus flos, quàm suauem ex se odorem emittit viola, & viuido illo colore ad se allicit. Sed si attente consideras, è terra procreatur, terra est, & in terram conuertitur. Ter si recte perpendisti illam terram esse dixi, videlicet in sui procreatione, & origine, in suo robore & vigore, & in suo interitu cum dissoluitur. Idem in homine reperitur, quod satis aperte indicant verba illa Hieremiæ prophætæ: *Terra, terra, terra, audi sermonem.* Cui hominem alloquens terram vocat, & repetitò sermonè, ter hominem, terræ nomine appellat? videlicet qui non solum semel, sed iterum, atque iterum est terra. Puluis est, ex puluere factus, & in puluerem conuertendus. Formauit Deus hominem ex limbo terræ, & factus in animam viuentem, adhuc terra est, quia ex terra factus, ac denique in sepulchro conditus terra est, quia in terram soluitur. *Sicut flos, inquit, egreditur & conteritur.* Nonne aliquando vidisti adolescentem aliquem, speciosum formam agilem pedibus, robustum corpore, valentem viribus, hilarem vultu, & ingenio quodam rubore suffusum, quàm pulcher apparet & quàm subito euanescit, quàm speciosus egreditur, & quàm subito conteritur, fugit velut ymbra venustas oris, & in nihilum redigitur antiquus decor. Conteritur sicut flos, qui adhuc virens olfactum reficiebat odoris suauitate, & coloris pulchritudine oblectabat oculos, exiccatus verò contemnitur, & conculcatur: quia iam nec oculos colorum varietate retinet, nec suauem ex se odorem exhalat. Quid? Nonne mortale corpus has etiam temporum vicissitudines patitur? Oblectabat oculos pulchritudine, dum adhuc vigeret spiritus in eo. Discessit spiritus, qua sceditate deterret? quàm intolerabili auras inficit foetore? Turpitudinem tegebat color viuus, dum adhuc viueret, sed morte quod latebat manifestè apparuit. Arrige aures frater mi, ne adumbrata quadam veritatis specie decipiaris, sensu, & cogitatione vttere, memorare nouissima tua, memento quia puluis.

Q. V. I. D. sancti, & scriptura senserint de homine audiuimus iam, quid sentiant Philosophi audiamus.

C 2 IDEM

Simile.

Hierem. c. 22. 29.

Simile.

IDE M ferè sensit Aristoteles Philosophorum princeps; nam cum rogaretur aliquando, quid est homo. Imbecillitatis inquit exemplum, temporis spoliū, fortunæ lusus, inconstantiz imago, inuidiæ & calamitatis trutina, reliquum verò pituita & bilis. Viuis colombus, atque pigmentis hominis conditionem expressit, Philosophorum princeps. Vocat hominem imbecillitatis exemplum propter maximam eius infirmitatem, adeo enim infirmus, & imbecillus est, vt vel vnicuique aquæ haustu vita periclitetur, vel aeris tenui flatu restinguatur. Dicit deinde hominem esse temporis spoliū quia sine vlla intermissione sensim à tempore spoliatur vita, ac tandem omni spiritu priuatur. Quotidie intereunt homines, singulis horis campanæ resonant funera, induuntur ad sepulcrum obeuntium corpora, cadauera efferuntur, & sepulchris condita hominum spolia, tempus victor manifestat. Nec his contentus Aristoteles, hominem quasi per ludibrium fortunæ lulum appellat à puellarum pupis sumptâ metaphora. Puellæ enim dum oblectamenta, (vt fert ætas) sectantur, iam pupulas ornant vestibus, iam exornatas denudant, iam regio diademate coronant, iam per ignominiam, & dedecus denudant, quandoque pupulas in altum extollunt, quandoque in terram deprimunt. Est hic lusus puellarum, sed exprimit ad viuū fortunam, & conditionem hominis. Hodie secundo vento nauigans gloria & honore in cælum extollitur, cras vice versa cum dedecore, & ignominia ad ima descendit. Iam lætus, iam tristis ostenditur: iam gaudet & ridet, iam prænitia tristitia lacrymatur: quandoque diuitiarum affluentia floret, quandoque paupertate consumitur. Merito igitur fortunæ lusus ab Aristoteli nuncupatur. Dicitur etiam inconstantiz imago, quia nunquam est eiusdem propositi tenax. Iam appetit aliquid, & exposcit, iam illud aspernatur, & à se repellit, iam vnice amat, iam maximo prosequitur odio rem amatam; nunc approbat, mox reprobat, vt nullus sit ventorum index qui quolibet agitatus vento tam facile voluatur. Merito igitur appellatur inconstantiz imago. Sequitur, trutina inuidiæ, & calamitatis. Quia homo trutina quædam peculiaris est in qua inuidia, & calamitas examinantur. Nam licet inter animantia rationis exper-

tia bella, & contentiones oriantur, ac circumstantiis calamitatum sint participia, homo tamen qui rationis est capax, infortunum est, & mensura calamitatis, & miseriæ. Semper quibus laboribus versatur, nec suis contentus, aliorum calamitatum particeps sit. Quid multa? si alios scelices, & fortunatos reputat, stimulatur inuidia. Si eos videat miseris, & ærumnas pati agitari laboribus, & animi afflictionibus excrucitari, vitro se illis committit, & in eadem cruce libenti animo versatur. O miseriam, & infelicem hominis conditionem, tantis obnoxiam calamitatibus! Quod reliquum est, pituita & bilis est. Constat igitur homo pituita, & bili, terrenis scilicet humoribus, qui satis indicant illum esse terrestre animal, qui satis declarant illum esse lutum, pituita, & bili coagmentatum. Hæc est philosophi de homine sententia, qui naturali dumtaxat lumine ductus, veritatis scopum attingit, nondum enim videbat Isaiam prophetam, neque in libris sanctissimi ac sapientissimi Iob, fuerat versatus. Sed id & ipsa natura docet, & quotidiano experimento sentimus.

R E G I V S etiam vates diuino spiritu afflatus vno verbo expressit hominem ad viuū cum ait: *Vniuersa vanitas omnis homo viuens.* Non illum vanitatem dumtaxat esse dixit: Sed vniuersitatem vanitatis. Vanum dicimus illud quod quandam solidi speciem, & adumbrationem habet. Sed reuera inane, ac futile est. Quandam veritatis speciem præferre videntur honores, diuitiæ, oblectamenta, & solatia, quibus potiuntur homines in hac vita, sed si accurate perpendas, omnia hæc inania sunt, vento similia, qui cum sonitu dilabitur, nec sui vestigium relinquit. Et ne alicui hominum tantum, & non omnibus conuenire arbitraris, de vniuerso hominum genere loquitur dicens: *Vniuersa vanitas omnis homo viuens.* Non loquitur de paupere solum, de humili, & obscuro, sed etiam de diuite, præstanti, & claro, sis licet in supremo dignitatis gradu collocatus, & in omnium oculis, luceque verseris, adhuc inane quid, & futile eris, vento lenissimo simillimus, qui super terram voluitur, nec sui vestigium relinquit. Quia honor, gloria, potentia, pulchritudo, maiestas, ac denique rerum omnium affluentia, cum leui nitantur fundamento facile ruunt, & perit memoria eorum cum sonitu, ac sempiterna oblivione.

psal. 38.
7.

uione delentur, merito igitur clamat Dauid; *Vniuersa vanitas, omnis homo, viuens.*

A C denique vt luce clarius appareat, quid homo sit, qua ex parte mortali corpore constat, conclamat ecclesia dicens: *Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuertetur.* Licet enim corpus auro purissimo cooperias, illudq; gemmis preciosissimis ornes, puluis est. Licet fucato candore, ac rubore niteat, puluis est. Quamuis illud exquisitissimis epulis alas, & bellarijs recreas, ad huc est puluis: Etiam si ornatu serico conuestiatur, ostrumque superbum ostendet, remanet puluis, ac breui in cinerem redigetur. Quantum proficit huius pulueris cognitio, proximus discursus indicabit.

Secundus discursus, in quo ostenditur hominem, ad Deum conuerti debere, vel eo solum quia puluis est.

Memento homo quia puluis es, & in puluerem reuertetur, ex cap. 3. Genes.

Trey. 2. nu 14.

A M E N T A B A T V R quondam Ieremias propheta ciuitatem Hierusalem, quia illam peccatis vndique circumuentam contemplabatur, & cum sui illa esset oblita, nullus tamen aderat propheta, qui illam ad poenitentiam induceret? *Propheta tu, inquit, viderunt tibi falsi, & stulti: nec aperiebunt iniquitatem tuam, vt te ad poenitentiam prouocarent.* Non possumus hoc tempore hanc Ieremias lamentationem edere in ecclesia catholica, quando illam egregijs concionatoribus stipatam cernimus, qui poenitentiam predicant. Et ipsa etiam cum patina cineris procedit, quo capita peccatorum aspergit, eosque ad poenitentiam commouet illis verbis: *Memento homo, &c.* Verba haec ex capite tertio Genes desumpta sunt, ea Deus protulit, id circo vt Adamu ad poenitentiam induceret, ad se conuerteret. Hoc eodem animo, & voluntate, ab ecclesia vsurpantur hodierna die. Videamus igitur an bona consequentia sit, quae ita connectitur. *Memento homo, quia puluis es: conuerti ad Deum & esse poenitentiam.*

Vt illud luce clarius appareat, animaduertere opus est, ideo hominem ad Deum nolle conuerti, quia ad se ipsum conuersus est,

est, se solum quaerit, sibi inseruit, & quem Deo honorem, & cultu exhibere deberet, ad seipsum detorquet, ac descedit. Instar fabulosis Narcissi ad vmbra pulchritudine captus, sua quaerit, non vero quae Dei sunt. Si diuitias appetit, sibi appetit, honoris cupiditate inflamatur: Sed non Deo honorem, sed sibi quaerit. Gloriam splendore ducitur: sed non Deo, sed sibi gloriam comparat. Voluptatu illecebras indagat, corporis oblectamenta sectatur: ad magistratus, & dignitates aspirat, vt omnia in suam vtilitatem conuertat. Quid

Psal. 11. nu. 9.

Qui in girum voluitur, a puncto egreditur, & confecto circulo, ad eundem punctum reuertitur. Sic peccatores seipso agunt in circulum, cupiditate scilicet temporalium, vt exponit Augustinus. Nam dum ad res caducas inhiant, & earum cupiditate ducuntur, exeunt a se, terrae tractus peragrant, longissima maria traieciunt, ad Indos penetrant, orbis terrarum recessus, & meatus scrutantur, voluuntur in circulum, & tandem eo, vnde egressi sunt, ad se scilicet, reuertuntur, vt inuenta voluptate perfruantur, & sic imperfectum circulum perfecte conficiunt. Vnde tantum malum erupit ex falsa opinione, quam de se conceperunt, ex immoderato amore sui. Nam si suam humilem, & abiectam condicionem cognoscerent, nunquam seipso tanto amore prosequerentur, nec a se egressi, ad se redirent: sed ad Deum tenderent. Quid igitur nobis faciendum est, quod faceret ille qui haberet lapillum vitreum, auro preciosissimo inclusum, cœlatum, ac vermiculatum, quia existimat gemmam esse pretiosissimam, aut vnionem magni valoris, qui vt veritatem comprobaret lapillum aurifici penitissimo traderet, & explorata veritate, ab errore, in quo fuerat versatus, abduceretur, similis error obuenit tibi, in cognitione tui, auro, & argento tegeris, quia existimas, te aliquid esse, cum nihil sis, falsus es, mihi crede, falsus es, inani quadam opinione deoptus, adito ecclesiam, ipsa enim explorabit coticula, adulterinum aurum, audi illam clamantem, *Memento homo, quia puluis es.* Nam si attentas his vocibus praebueris aures, profecto fiet, vt in tui cognitione proficias, & immoderatum amorem, quo te ipsum complecteris, a te repellas. *Memento homo quia puluis es* animaduerte, & cogita te non esse illum, quem esse arbitraris, puluis es, sterces es, vide quid æstimes, vide quid diligas, vide cui inseruias: Vnde D. Gregorius exponens verba illa Baldad amici Iob. *Dulcedo vilius vermis:* Sic ait, *Quid caro nisi putredo, ac ver-*

D. Aug. super Psal. 11.

per Psal. 11.

Simile.

D. Grego. 16. moral.

mis est? & quisquis carnalibus, desiderijs anhelat, quid aliud, quam vermem

vermem amat. Quæ sit substantia carnis testatur sepulchra, quis parentum, quis amicorum, fidelium, quamlibet dilecti sui filij, vel amici tangere carnem scaturientem veribus potest. Caro itaque cum concupiscitur, pensetur quid sit iam exanimis, & cognoscatur quod amatur. Nihil sic ad edendum appetitum desideriorum carnalium valet, quam ut unusquisque hoc quod viuam diligit, quale sit mortuum penset. Considerata enim corruptione carnali, citius cognoscitur, quia cum illicite caro concupiscitur, tabes desideratur. Hactenus Gregorius. Quasi dicat, unde profluit nimius amor, quo se ipsum homo prosequitur, nisi ex falsa opinione, quam de se habet. Nam si se ipsum agnosceret, & corporis condicionem sibi ob oculos proponeret, quis dubitat quin illud contemneret, & tanquam sterco conculcaret. Sed si diu in suo errore perseverat, tandem aliquando Deus veritatem manifestabit. Nonne episcopus ille Laodiceæ dictitabat, *Diues sum, & locuples, & nullius ego*. Decipiebatur tamen, ut declarauit Dominus, dicens: *Nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus*. Quam falsam de se opinionem conceperat episcopus ille, se felicem reputabat, cum esset infelicissimus. Se diuitem, & fortunatum esse existimabat, erat autem egenatissimus. Perspicaces se habere oculos arbitrabatur, cum oculorum lumine captus esset. Quot, & quanti homines, (prohibet) in eodem errore versantur. Vanitatis puluerem conitant, obnubilant oculos ignorantiae tenebris, & caliginem mentis, & ad huc restantur, & profitentur se quid præclarum esse, valere plurimum, scire, & posse. Re tamen accuratè perspecta nihil sunt, nihil valent, nec sciunt, nec possunt. Unde igitur tam intolerabilis error? dicam, quia seipsum superficie tenus contemplantur, non penetrant ad ima, sed visibili specie decipiuntur, & euasunt.

P O T E N T I S S I M V S. Quidam Rex Tyrius, ut ait propheta Ezechiel, preciosissimis vestibus utebatur, clamidem auro contextam omni gemmarum, & lapillorum genere ornabat, & in tantis delicijs erat, ut paradisi felicitatem in terra adeptus videretur. *Omnis lapis preciosus* (ait propheta) *operimentum tuum in delicijs paradisi fuisse unum opus decoris tui*. Rex erat ille, sed tanta superbia elatus, ut ausus sit dicere, *Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi, in corde maris*. Vide quo ascenderit huius hominis superbia. Et cum Deus tantæ superbiæ causam redderet, ait: *Elatum est cor tuum in decore tuo, perdidisti sapientiam tuam in decore tuo*. Mentecaptus est,

est dum suam pulchritudinem intuebatur, obtutus ille errori, & superbiæ occasionem dedit. Non cogitabat se ex terra fictum esse, & puluere coagmentatum. Sed vestes sericas auro contextas, aculeo depictas, gemmis preciosissimis exornatas contemplantur, annulos aureos quos gestabat digitis ostendebat, smaragdos, ametistos, adamantes, & margaritas intuebatur, quarum rerum splendore, & claritate suffusa oculorum acies perstringebatur. Et cæcitate laborans, quid mirum si sibi honorem Deo debitum falso ascriberet? nec humani corporis humilitatem, & mortalitatem agnosceret? Non ab simili errore tenentur amatores sui, qui abdita scrutari nolunt, sed ea dumtaxat, quæ superficie tenus apparent contemplantur. Aspiciunt mundani homines preciosam vestem, intuentur domum peristromatis, ac tapetibus conuestitam, deauratum stratum, abacos ornatos argento, auroque exlato, multam, & lautam supellectilem, mensam exquisitissimis epulis extructam, considerant genus antiquum, & stirpis nobilitatem, honorem contemplantur, quem ipsis deferunt ciues, ac denique animaduertunt animi submissionem, qua inferuiunt famuli, & tantus est harum rerum splendor, ut oculorum aciem perstringat, & mentis quasi luminibus officiat. Unde hominem sita stolidum, & sui oblitum reddit, ut cultum, & honorem soli Deo debitum sibi appetat. O miser & infelix, animaduerte obsecro, quo in errore verferis. Si existimas aliquid esse tui vestem, diuitias, supellectilem, epulas, honorem, gloriam, potentiam, & imperium: falleris, mihi crede, falleris, toto erras caelo. Audi igitur si non grauat, quid sis, puluis es, licet senatorij ordinis sis, licet regio fungaris munere, aut ad imperatoriam ascenderis dignitatem, puluis es, ex Adami infecta stirpe originem ducis, ex terra denique procreatus, terræ filius es, & nihili nepos. Si igitur puluis es, quid tibi metipsum ita charus? quid tibi cordi es? Quid tibi solitudinem anxietati, & angori? Quid puluerem bombice, & ostro inuoluis? sufficit illi ex fago faccus in quem infundatur. Breui ut video corpus tradendum est veribus, ut eo velcantur, quid illud conquisitissimis epulis alis & opiparis conuiujs oblectas? sanilli esset panis & aqua. Non longè abest sepultura, inter cuius angustias intercludendum est. Quid illi nunc profunt magnificæ domus? quid aulae regiae? quid tecta laquearia argenteo, & auro splendentia? sufficit illi cuiuslibet domuculae angulus in quo plangat palulū dolorem suum.

D donec

donec vadat ad terram tenebrosam, & operam mortis caligine. Denique ad abiectum & humile corpus sustentandum, non sufficeret aliquantulum curæ, & sollicitudinis adhibere? Quid homines diuinum cultum deserunt, & animæ comoda posthabent, vt se totos ad corporis vtilitatem conuertant?

Offe. 2.
n. 5. & 6.

CONFLAVERANT Samaritani vitulum aureum, cui cultum, & venerationē Deo debitam tribuebant, cū vellet dominus illos a suo errore reuocare, prophetam misit, qui diceret. *Proiectus est vitulus tuus Samaria, in vanorum relis erit.* Vitulum Samariæ. Falsa opinione decepti existimabant illi, vitulum aureum esse magni precij, & dignum, cui diuinus honor tribueretur. Deus autem, vt fraudem detegat, & eos ab errore deducat, ostendit vitulū tantum esse deauratum, qui breui in nihilum redigetur. Hæc est Dei nostri misericordia, quæ errorem, in quo peccatores versantur, detegit. Cum enim oculos ad se conuertit aulicus, & se fericis exornatum vestibus, & auri splendo re micantem contemplatur, superbia extollitur, instar pauonis, qui cum caude plumas disponit in orbem & lunaram pulchritudinem contuetur, se mirum in modum efert cum autem oculos ad pedes refert, & eorum deformitatem considerat, speciosam illam rotam continuo deponit. Breui enim fiet, vt in tumulo conditus, adumbrata hæc gloriæ species decadat, & in puluerem, ac cineres conuertatur. *Memento igitur homo quia puluis es.*

simile.

Exod. 32.
nu. 20.

COMMOTVS valde Moyses aduersus populum Israel, quia vitulum aureum conflauerat, & adorauerat, vt illi impietatem exprobraret. Vitulum in cineres conuertit, & præcepit, vt cineres, & aquam in calices infunderet, ac biberet. Eo consilio, vt epotopoculo, experimento cognoscerent illius Dei amaritudinem, in cuius cultum, & honorem, facultates suas tanto cum amore, & sollicitudine expenderant. Quid? Cum Israelitæ exhaurirent amara, & turbida pocula, nonne vultum detorquentes, & seipfos accusantes dicerent, vae nobis, quam amarum Deum colebamus? quæ mens & ratio nobis inerat, cum præ huius amore verum, ac dulcissimum Dominum deseruimus? qui eduxit nos de terra Aegypti, & a durissima Pharaonis seruitute in libertatē asseruit? Eadem verba peccatores possunt vsurpare, qui sibi met ipsis genua flectunt, & corruptibile corpus non secus ac Deum adorant, illud enim mater ecclesia in cineres conuertit, & ob oculos proponit dicens, *Memento homo quia puluis es, & in puluerem con-*

uerteris.

uerteris, lutum, cinis, & stercus est istud corpus. Quid illud in agni ætinas, & tanti facis? quid in eius cultum, & honorem vitam, & sanguinem profundis?

MEMINERIS quam ægre ferebat populus Israel, in Aegyptiaca seruitute, paleas quærere? lutum subigere? conficere lateres? & in hoc abiecto, & humili munere obeundo vitam traducere? Expetebant illi diuinum cultum, & honorem: proficisci cupiebant in solitudinem, vt sacrificia, & laudes offerrent Deo, Pharaon autem id denegans, lateres imperabat. Miserū profecto est, fratres charissimi, vt Christiani homines, quos Deus sibi elegit in populum, superbientis mundi tyranidi subiaceant, & in colligendis paleis, subigendo luto, ac lateribus conficiendis tempus consumant. Quid in latere nisi corpus, Quid in paleis nisi diuitiarum affluentia, gloria, & honores designantur? Et sicut lutum ex paleis, & puluere coagmentatur, sic homo ex corpore, & eius ornamentis coalescit. Quid igitur dispergimur per orbem terrarum, paleas coaceruantes, qui in diuinis laudibus decantandis, & sacrificijs Deo offerendis vitam felicissime traducere debuissimus? Pudeat nos ostendere manus luto infectas, fordidas, & coinquinatas, quæ & tornantes esse debuissent, & candore, ac puritate conspicuæ. Satius quidem esset, collachrimari, quam tripudiare, & penitentiae operam dare, quam indulgere genio. Præstantius esset celesti se cibo quemq; reficere, quam opipare epulari, & celestes illos ciues precibus, quæ maria remorum impetu, & agitatione sollicitare. Melius esset animæ curam suscipere, quam maria trajcere, vt quæ corpore vtilia sunt, ex qualibet orbis terrarum parte exportentur, & in urbem inuehantur.

NON nego corporis imbecillitati subueniendum esse: id tamen fieri debet cum ea mensura, & modo quem D. Paulus præscribit dicens: *Carnis curam ne feceritis in desiderijs.* Quæ verba explicat D. Chrysof. dicens: Considerate ebrios, ventricolas, & delicatos, qui vitam viuunt mollem, & laxam, & intelligetis, quid sit curam carnis ad concupiscentiã agere. Non prohibet Paulus curam corporis, sed præcipit, vt modū adhibeas, eam ad rectã rationem reuocet, nimia sollicitudinem interdicit, redundantiam, & profluentiam reprimat quæ corpori nõ debetur. Si vir aliquis clarissimis or-

Ad Rom. 13 n. 1-4.
Ad Gal. 5. nu. 16.
D. Chri.

simile.

D 2 considerans

consideras lachrymas cohibere non posset, & vitam sibi acerbam putaret. Quid igitur nobis faciendum est, qui ex nobilissima stirpe, singulari Dei beneficio procreati sumus, & ob formatam aduersam, & infelicem, in hac lachrymarum valle exulamus a patria? Serui sumus corporis nostri, & hunc equum ferocitate exultatem alere cogimur, & ferrea strigili circumagere. Non est opus in hoc munere præstando tantam curam, & sollicitudinem collocare. Sat est, ut ea quæ sine vitio præstriri non possunt, exequamur. Audiamus ethaicum dicentem. *Major sum & ad maiora natus, quam ut sim mancipium corporis mei.* Nascaris, o homo, ut sis filius Dei, & animi tuum præstantissimum in seruitutem corporis subigi patieris? Natus ad regnum, ad diadema, ad felicitatem eternam comparandam, & omne vitæ tempus consumes, in hordeo & paleis conquirendis, quibus equum pascas, ut ferocitate exultet, & te tandem in terram prosternat, ne tanta aspergas ignominia, nobilissimum genus. Agnosce, o Christianæ dignitatem tuam, & diuinæ consors factus naturæ, noli in ueterem uilitatem degeneri conuersatione transire.

Seneca,

S. Leo.

C. V. M. filius ille prodigus eo miseræ deuenisset, ut fues propter paupertatem pasceret, ad se reuersus aliquando, recordatus est clarissimæ familiæ & parentis sui, & cum hæc memoria, eius peccatus effoderet, reueri decreuit in parentis domum; honestum minime ratus, ut qui erat generis splendore illustris, inter porcos uersaretur, & glandes deturbaret, ac illis præ inopia, & fame, auide uesceretur. Omnes nos quotquot Christi nomine insigniti sumus Deus in filios adopravit, *ipsius enim & genus sumus.* Pudeat nos igitur tempus conterere in conquirendis glandibus, ut corpus hoc animale. (Sic enim uocatur a D. Paulo) illis uescatur.

MAXIMO dolore affecit Sansonem dedecus illud in quod incidit dux aliis præstantissimus, cum in pistrinum coniectus est, ut illud circum ageret, & bestiarum munere fungeretur, quia se Nazarenum considerabat Dei cultui, & honori dicatum, Erubescant similiter Christiani homines, quibus hic mundus, cui adhærent, eruit primam rationis oculos, deinde illos in pistrinum cõijcit, ut molam asinariam cum labore & sudore uersent, & in terendis rebus nullius pöderis, & momenti defatigentur. O vos miseros, & infelices, quis mentes uestras seduxit, ut Deo derelicto ad hanc Dæmonis tyrannidem confugeretis, ut in abiectum locum cum maximo dedecore, & ignominia detrudamini.

Maximum

MAXIMO supplicium est hoc, sed tamen iustissimum, & illi simile, quod Deus minatur Babylonæ cum ait: daturum se operam, ut ex folio dignitatis in quo sedebat deturbaretur in molam ut fieret molendinaria. Animaduerte ruinam maxime principis, quæ sedebat in throno sublimi, ex ebore antiquo, & auro fuluo confecto, nunc autem iacet in puluere. *Descende inquit, sede in puluere filia Babylonis, sede in terra, non est solium filia Chaldeorum, tolle molam, & mole farinam.* Miserum profecto est in tueri reginam ex sublimi dignitatis gradu, in abiectum locum deturbari, ut inter farinam, & molam asinariam uersetur: Sed miserius quid est, animam, quam Deus principem totius orbis constituit, & super paradisi iucundissima iuga collocauit, in terram cum dedecore deprimi, ut terrena sapiat, & omnem curam, & sollicitudinem, in terrenis rebus comparandis collocet. Et illa cuius conuersatio in cælis esse debuerat, splendoris oblita generis sui, terre ad hæreat. *Memento igitur homo quia puluis es,* qua ex parte constas corpore, at uero qua ex parte spiritualis es, ad mentes illas diuinas, & ab omni concretionem corporis seclusas pertingis, factus ad imaginem, & similitudinem Dei. A uertere igitur a te ipso, quia puluis es, ne in puluerem conuertaris, & conuerrere ad Deum, quis ad illum conuersus, & diuinitatis eius particeps factus, non in puluerem conuertaris, sed in æternum uiues.

Isai. 47. nu. 1.

In feria quarta cinerum. Concio tertia.

Memento homo quia puluis es & in puluerem conuertaris,
ex Genes. 3.

PECULIARI quædam exclamatione, ait Spiritus Sanctus, amarum esse memoriam mortis, ijs, qui cum hoc mundo & rebus, quæ in illo florent pacem firmarunt. *O mors quem amara est memoria tua, homini pacem habenti in sabitantijs suis.* Amara valde, dulcis tamen redditur, si consideremus, magni nostra interesse hæc mortis memoriam. Perfunditur etiam dulcedine diuinæ gratiæ quæ corrupto naturæ nostræ palato suauem adhibet medicinam, & ad pristinam salutem & sanitatem reuocat. Hanc igitur diuinæ gratiæ dulcedinem, a Deo optimo, maximo Sanctissimæ virginis interuentu suppliciter exoremus.

Ecclesij. 41. nu. 1.

Primus discursus, in quo agitur de misericordia Dei, qua nos ad penitentiam excitat, proposita nobis ob oculos mortis memoria.

Memento homo quia pulvis es, & in pulverem conuerteris.

SOMNVS valde periculosus est iis, qui bella gerunt, & inter hostes, qui eorum sanguinem expetunt, versantur. Id Holofernis cede satis aperte comprobatur. Intulerat ille bellum Hæbreis, & hostium oblitus securus in lecto dormiebat in vtranque aurem: quo factum est, vt qui nullus Hæbreorum viribus debilitari poterat, imbecillis fœminæ virtute superaretur, & capite truncaretur. Dux etiam Sisara inter hostes versabatur, cum lactis poculum exhausit, quod illum & somno, & morti tradidit: clauo enim per tempora transfixus occubuit. Princeps quoque Ithobeth Regis Saulis filius super stratum suum meridie dormiebat, & cum hostiaria etiâ obdormiret, ab hostibus domum latentem ingressis, pugione confossus, & interfectus est. Vnde amens profectò fit, qui in medio hostium constitutus somno deditur. Bellum gerimus omnes Christiani: militia est vita hominis super terram: versamur inter infestissimos hostes, qui vitam, & sanguinem expetunt, ne somno grauemur, nam valde periculosus est, & mors, quæ post illum sequitur infœlicissima. Somno enim oppressæ, & morte correptæ sunt: quinque illæ virgines fatuæ, & infempiternas miseras deturbatæ. Aduerte, & considera quem exitum somnus iste sortiatur. Hoc somno grauatur ille, qui à concubinato abduci non potest, sed mortis voce excitabitur aliquando, & in candentes inferni sedes detrudetur. Hoc somno detinetur fœnerator, qui aliorum pecuniâ retinet, & cum in maximo versetur periculo, nullis cōscientiæ stimulis excitatur. Accidet illi aliquando, vt securus cubitum discedat, & subita morte correptus, cum euigilet se in inferno tortoribus vndique circumueantur inueniat. Hoc denique somno dediti sunt, quicumque peccatû aliquod mortiferum comisserunt, nec dant operam diligenter vt illud confessione deleant, & pericula effugiant, cum sciant à quolibet

mone

mone, ni Deus impediatur, suffocari posse, & in ignem inextinguibilem deturbari.

SED tanta est Dei nostri misericordia, vt hominis curam gerat, & ne illû mors somno obrutum offēdat, hac peccatorem excitat voce. *Memento homo quia pulvis es, & in pulverem conuerteris.* Precipere solent medici, vt tondantur capilli eorum, qui lethargia laborant, & vt caniculû aut aliud quid ex animantibus recens enectum capiti admoueat, & vt astantes magna vocis contentione ægrotos excitent, ne humore illo nocivo capiti infesto conficiantur. O quàm grauem lethargiam patiuntur mundani homines, quorum capita pestiferis humoribus; superbix scilicet, auaritiæ, & in temperantiæ grauatur. Sed medicus ille cœlestis, cum maxime exoptet, vt omnes hi optima valitudine vtantur, eorum capiti adhibet non canum cadauera, sed eorundem peccatorum mortalia corpora. Hodie chirurgus hic diuinus ex puluere & cinere cōficiat medicinâ, & præcipit vt peccatorum capiti applicetur, & singulis dicatur. *Memento homo quia pulvis es, & in puluere conuerteris.*

VOLVI Taliquando Deus Israeliticum populum ad se conuertere, & ad penitentiam inducere, & accersit Ieremiam propheta ad quem ait. *Quid tu vides Ieremias? & respondit, virgam vigilantem ego video, & dixit Dominus benè vidisti, quia vigilabo ego super verbum meum, vt faciam illud. Vocauit iterum prophetam, & ait quid tu vides? ollam succensam ego video, & faciem eius a facie Aquilonis. Et dixit Dominus ab Aquilone pandetur omne malum. In hac visione duo illi Dominus ostendit: primum virgam vigilantem; deinde ollam succensam. Virga vigilans ostendit Deum vigilare, & diuinæ iustitiæ virgam versare manu, quo indicat se nunquam obdormire, licet peccatores sui immemores obdormiant, & somno indulgentes nihil de peccatorum suorum penitentia cogitent. Olla deinde succensa supplicium refert, quo Deus puniet peccatores. Excubat itaque Dominus, & prospectat, qua ratione se gerant peccatores, vt si deliquerint scelerum & flagitiorum suorum poenas lauant, & in itagnum ignis ardentis viui detrudantur. Mirabile hoc, peccator peccat, & peccata congerit, & adhuc securus dormit, Deus autem vigilat, de cruciatibus cogitat, & ignem succendit. Quid? Arbitrantur impij Deum obliuisci, & obdormire, quod ipsi faciunt, falluntur profectò, quia non dormit aut neque dormiet iustus iudex. Væ tibi peccator, qui ex ollis Egipti comedis, Deus autem ollam tibi preparat, candentibus inferni, prunis succensam.*

Sed

Iud. 13.
8.
Iud. 4.
16.
2. Reg. 4.
num. 7.

Ierem. 1.
num. 11.

Sed perpendite Dei nostri misericordiam, hodie peccatorem excitat, ne somno grauat in feruentem inferni ollam dilabatur. *Memento homo quia puluis es.* si dormis expergiscere, explica atque excute intelligentiam tuam, vt videas, mors adest in vestibulo, & nisi tibi consulas, in æternos inferni rogos detruderis.

IN somnis erat Echnicus ille Rex cui Dominus ostendit arborem proceram valde, ita vt altitudine sua cælum contingeret, cuius aspectus erat vsque ad terminos vniuersæ terræ, folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius. Sed ecce vigil, & sanctus clamauit fortiter, & ait: *Succidite arborem, & praeidite ramos & excutite folia, & dispergit fructus eius.* Qua voce perterritus, & timore conuulsus Rex, pauidus è somno surrexit: O summam Dei misericordiam, qua Regem illum excitauit, ille enim erat arbor illa frondosa, & pulchra, quâ Dominus excidi imperabat. Arbor est homo speciosa foliorum tegmine ornata, dũ vita floret, & spiritum ducit, sed breui senescit, & exciditur, adest enim mors cum falce, qua arborem concutit, deturbat, & in terram prosternit. Hodie nos Dominus, voce sua admonet, quæ licet in terra resonet, è cælo tamen egreditur: hac voce declarat arborem esse præscindendam. *Memento homo quia puluis es, & in puluerem conuerteris.* Arbor licet gratissimæ frondosa in nemore sata ad te falx aliquando perueniet, qua præcideris.

NONNE Babylon illa magna gloria & honore coronabatur cum misit Dominus prophetam suum qui diceret. *Erit Babilõ illa gloriosa in regnis, inclita in superbia Chaldeorũ: sicut subertit Dominus Sodomam, & Gomorrhã. Non habitabitur vsque in finem, & non fundabitur vsque ad generationem & generationem.* Quam oblita erat Babylon tantæ calamitatis, & miseræ, quæ iam imminebat. Ipse dulgebat genio, voluptatibus perfruebat. Sed propheta Domini prosperebat, & prædicebat casum, & ruinam eius. Sicut Sodomam, & Gomorrhã subuertetur, nec erit, qui reedificet illam. Attenta mentis, consideratione perpendite, quem exitum habuerit Sodomam, vrbs illa florentissima, paradiso similis, ciuitas illa opulenta, quæ omni deliciarum genere abundabat, subuersa est in puncto temporis, & in cinerem conuersa propter immania scelera. In eodem periculo versamur omnes peccatores, eadem ferè calamitas imminet. Gloria tur homo in suis rebus, honorem, & gloriam querit, diuitias congerit: Deus autem admonet futurum, vt omnia breui in puluerem conuertatur. *Memento homo quia puluis es, & in puluerem conuerteris.*

MAXIME

MA X I M E. Deo gratiæ, agenda sunt, qui prospicit tempestatem futuram, & antequam imber ingruat, nos admonet, vt illum fugiamus, & animas nostras præparemus, ne nos calamitas incautos offèdat, & in sempiternas miseras deprimat. Aures igitur intende, & oculos aperi ne obdormias, respice finem, quicumque his rebus caducis inhias. Omnia enim, quæ in tempore fiunt, cum ipso tempore fluunt, præterit figura huius mundi, omnia finiuntur, mūditiæ, elegantiz, horti floribus cõsiti, frõdosa nemora, virentia prata, aurum, argētum, præciosæ gemmæ, & quid quid cæli ambitu continetur, in interitum properant, illud verò peius quod illaqueat animas, & irretiunt, mortisq; memoriã adimunt.

QU I D aliud indicant verba illa Ieremiæ. *Dat e florem Moab quia florens egredietur.* Mos enim erat in regno Moab peculiaris priusquam reus aliquis ad supplicium duceretur, vt mortis memoriam deponeret, eamque minori cum animi sensu, & dolore degustaret. Asserebant illi Moabitæ preciosissimos cibos, vt illis vesceretur: Epulabatur splendide, pulcherrimis vestibus exornabatur, & corona floribus contexta redimitus ad supplicium rapiebatur, vt illis oblectationibus intentus, & mortis obliuisceretur, & tormenta facilius toleraret. Hoc videtur insinuare Ieremias cum ait. *Dat florem Moab, quia florens egredietur.* Quia ea verba protulit Dominus eo tempore quo sententiam proferebat, vt Moab funditus deleretur. Moabitarum arte vititur mundus, qua peccatores propter immania scelera morti damnatos decipit, illos scricis conuestit ornamentis, conquistissimis epulis alit, eorum capita coronis, virentibus herbis, ac viuidis floribus exornat, & variis denique oblectationibus, ac deliciis illaqueat, vt mortis obliuiscantur, & omnes suas cogitationes ad turpissimã corporis voluptatē referat. Quibus præstigiis decepti poenitentiz minime recordantur. Sed hodie Deus capita vestra coronat nõ floribus, sed puluere & cinere vt mortis recordemini, quã nobis Deus sub specie cineris ob oculos proponit.

VO C A V I T Dominus Ezechielem, & ait. *Fili hominis propheta ad saltum agri meridiani, & dices saltui meridiano, audi verbum Domini. Hec dicit Dominus. Ecce ego succendam in te ignem & comburam in te omne lignum viride, & omne lignum aridum, & non extinguetur flama succensionis.* Ciuitatē Hierusalē appellauit nemus frõdosum, quia illius ciues mortis obliuiscuntur nõ fecus ac pecudes graminata, omni voluptatum genere pascebantur. Cum Deus de eorum

E interitu

Dan. 4.
num. 1.

Isaias 8.
num. 19.

Iere. 48.
num. 9.

Simile.

Ezechiel.
20. num.
45.

interitu cogitaret. Væ tibi immanis bellua, quæ in syluis commoraris, agros, & nemora peragras, cum medium iter peragit Sol, & radiorum splendore adurit speciosa deserti. O si animaduertes quid Deus cogitet, quid agat, sed ne ignorantia obijcias, mater ecclesia te Dei nomine admonet dicens. *Memento homo quia pulvis es.* Mors enim tanquam ventus vrens pertransiet, & deuastabit agros, & quidquid floret, viret, & viget, in cinerem rediget.

Id minime cogitant peccatores, unde mortis oblitri, & peccatis impliciti, non secus ac pecudes ducuntur ad mortem. Aureum mundi calicem apprehenderunt manibus: dulce exhauerunt vinum, ebrii sunt, crapulam dormiunt, diuinis indigent vocibus, quibus excitentur. Nec solum ebrii sunt, & somnolenti, sed etiam humanam naturam exuisse videntur. In maximo quodam errore versantur, promittunt enim sibi longissimam vitam vsuram, cum nec punctum temporis certum habeant. Aduersarij hoc stratagemata est, vt poenitentiam in aliud tempus differant, & suis sceleribus circumuenti, concidat. Hinc D. Gregorius, reproborum mentes id circo multa nequiter agunt, quia hic se viuere diutius arbitrantur. Iusti vero dum breuitatem suæ vitæ considerant, elationis, & immunditiæ culpas declinant, nihil quod transeat, appetunt, & pene mortuos se considerant, quia morituros se non ignorant. Execute igitur somnum somniculose, mortem tibi ob oculos propone, quia obliuio mortis somnus valde periculosus est. Audi Deum cuius voces, e morte ad vitam reuocant. *Memento homo quia pulvis es, & in puluerem conuerteris.* O vox suaui non asperitatis, & terroris, sed lenitatis, & misericordiae plena. Cum in nauali bello classis bene instructa, nauem aliquam hostium inuadit, ne illam in pelagus demergat, sed vt incolumem capiat, tormentum bellicum explodit, ea tamen arte vt ferreus globus nauim superet, & tonitruo deterreat, non verò labefactet, vt perterriti milites, à sui defensione desistant, arma deponant, & se classis Imperatori dedant. Sic Deus Optimus Maximus ne peccatorem perdat, sed vt illum saluum & incolumem capiat, & sub suam potestatem redigat, intonat dicens. *Memento homo quia pulvis es, & in puluerem conuerteris.* Tormentum bellicum est istud quod tantum reddit sonitum, sed non explodit pilam. Aliquando tamen si obsurderis mortem incutiet. Si verò manus dederis, & collum diuinæ subieceris voluntati, nec nocebit, nec vllum afferet detrimentum.

D Greg.
super cap.
17. Iob.

simile.

Secundus

Secundus discursus in quo ostenditur, mortis memoriam valde conducere ad poenitentiam peragendam.

Memento homo quia pulvis es, & in puluerem conuerteris.

D I V I N A iustitia hominum sceleribus irritata, mortis sententiam protulit aduersus peccatores: quæ non comminatoria, sed firma & stabilis est, vt Diuus Paulus testatur dicens. *Statutum est hominibus semel mori.* Minatur Deus populo suo atrox Heb. 9. supplicium, cum ait. *Ecce ego mittam vobis serpentes regulos quibus non est incantatio, & mordebunt vos:* (ac si diceret) ego vos puniam Ierem. 8. supplicio ineuitabili, quod nulla ratione subterfagere possitis. num. 17. Malum illud, quod ita serpit, vt nullo modo caueri possit, magnum malum est: cum illi mederi possumus non est valde periculosum, sed cum nullam patitur medicinam, graue, & mortiferum est. Maximum nostris capitibus imminet malum: morte nos Deus ineuitabili deterret, id verba illa indicant. *Memento homo quia pulvis es, & in puluerem conuerteris.* Mortis manus effugere non valebis, licet diuitiis affluas, & voluptatibus perfruaris, quamquam corpus succo delinias, balsamo, & mirra condias, nihil tibi proderit: velis, nolis, moriendum tibi est. Singulis diebus aliquid itineris peragimus, & morti propius accedimus, ac tandem aliquo die totum iter conficiemus. Mortis imperium subire necesse est, in eius manus incidemus, è quibus nec sanguinei nec noti, ac familiares nos poterunt eripere, quia mors serpens regulus est, cui non est incantatio.

M O R T I S naturam, & condicionem induerant hostes illi, quos Deus immisit, vt debellarent populum Israel, qui nec argento, nec auro flectebantur, vt à suo proposito desisterent. *Ecce* (inquit) *ego suscitabo super eos Medis, qui argentum non querant nec aurum, sed sagittis paruulos interficiant, & latentibus vteri non miserebuntur, & super filios non parcat oculus eorum.* O feroces, & immanes Medes, qui sitim patiebantur vt canes, nec eam extinguiebant nisi sanguine innocentum. Hic describitur mortis ferocitas: Inexorabilis est nec flectitur auro, nec argento, nemini parcat. eadem facilitate infantem suggestem vbera apprehendit, qua hominem senio confectum. In omnibus aliis malis sæpe casus, & fortuna domina-

Isai 13.
num. 17.

tur, in morte quia certa est non habet locum. Fortasse inops, & me dicus ero, fortasse non : aduersa forsitan utar valetudine, fortasse non. Omnia sunt incerta. Sola mors certo aduenit, nec ulli dubitationi subest. Dicere non poteris, forte moriar, forte non moriar, sed certo scio moriendum mihi esse. Hoc dato, quis non timore concutitur? Quis non adhibet maximam curam, ne illum mors incautum, & sui oblitum offendat? Quis non spernit diuitias, honorem, gloriam, potentiam, & quidquid cœli ambitu continetur, vt vnâ amplectatur pœnitentiam, & assidua carnis maceratione corpus castiget? Virum illum sanctissimum Iob sollicitum reddebat, certissimus iste mortis aduentus. *Nunquid (aiebat ille) non paucitas dierum meorum, finietur breui: dimitte ergo me, vt plangam paululum dolorem meum, ante quam vadam, & non reuertar ad terram tenebrosam, & operam mortis caligine, terram miseria, & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed seuspiterius horror inhabitat.* Ecce tibi vir sanctissimus ex attēta mortis cōsideratione pœnitentiā appetit, & tēpus expetit, vt plangat paululum dolorem suum.

C V M filia illa ducis lepte mortem sibi, a parente indici audit, statim sine vlla mora facultatem petijt discedendi in solitudinem, vt tibi deplorare, gemere, & collachrymari posset. Quam læta & alacer egrediebatur domo, virgo illa pulcherrima, antequam mors illi denuntiaretur, Obuiam parenti processerat, splendētib; exornata vestibus, hilari vultu pulsabat tympanum, puellarum choreas ducebat. *Occurrit* (inquit scriptura) *Virgenita filia sua, cū tympanis & choris.* Sed quam primum mortis sententiā audiuit, a parete prolatam, vultus eius concidit, concentū, & armoniam, in gemitus, & suspiria, choreas, & tympana in singultus, & lachrymas commutauit: Et reliquum vitæ tempus in luctu, & squalore traduxit. Priusquam quis de morte cogitet, ac eam sibi ob oculos proponat, quid mirum si cytharam pulset, neruis concrepet, & inter virginum choros libenti animo versetur? Quid mirum si se coronet rosis, & nullum sit pratium quod non per transeat luxuria eius? Sed nunc quando mater ecclesia capita cinere aspergit, & mortem indicit, quis ille erit qui si sensu & ratione ducatur, corporis voluptatibus, & illecebris nuntium non remittat, vt reliquum vitæ tempus lachrymis, & mœrori deditus traducat.

V O L V I T aliquando Samuel Israeliticum populum ad pœnitentiam excitare, & petijt a Domino, vt tempestatem & tonitrua immitteret: Quod cum impetraret, aded populus tempestate illa perterritus

perterritus est, vt statim de pœnitentia peragenda cogitarit. Nunc Deus peccatorem excitat, vt pœnitentiam sectetur, iam ingruit tempestas, imber decedit, & tonat de cœlo Deus. *Memento homo qui puluis es, & in puluerem conuerteris.* Quis hoc tonitruo atonitus non obstupescit. Tibi prospice peccator, nam corpus istud in magnis delicijs nutritum, ab inclementijs temporis seruatum, cui vt inseruias diuinam sæpe offendis maiestatem, breui vermibus tradendum est vt in fetidum sterco conuertatur.

A V D I V I T Ezechias Rex ex ore Isaïæ suæ mortis sententiam, & statim oculos ab omnibus diuitijs auertit, & ad parietem conuersus maximam lachrymarum copiam effudit. Fleuit Ezechias fletu magno, quid faceret ille qui se morte damnatum considerabat, nisi Deum adire, & coram illo lachrymari. Hodie mater ecclesia mortis sententiam a Deo latam nobis in memoriam reuocat, vt Deum adeamus, & ad illius pedes prouoluti lachrymarum riuiolos profundentes diuinam misericordiam imploremus. Non inutiles Ezechia lachrymæ fuerunt, illis enim Dominum permouit, vt longiorem sibi vitæ vsuram concederet. Magis tibi proderunt lachrymæ, si & oraueris, & fleueris, nam omnium scelerū impunitatem impetrabis. & non solum vitam tibi Deus per quindecim annorum spacium producet, vt contigit Ezechia, sed per totam æternitatem. Si vero ita durus, & ferreus es, vt lachrymas exprimere non valeas, te morti æternæ damnatum attenda mentis cōsideratione contemplare, & erumpent lachrymæ, & infixus animo hærebit dolor.

D I S C E pœnitentiam ab Achab crudelissimo rege, qui fuit idolorū cultor, & fecit malum in conspectu Domini super omnes qui fuerūt ante eum, seruiuit Baal, & adorauit eū, & addidit Achab in opere suo irritans Dominū Deum Israel, & interfecit innocentē Naboth. Iratus Dominus misit ad eum Eliā prophetā qui diceret: *Hec dicit Dominus in loco hoc in quo linxerūt carnes sanguinem Naboth, & lambent quoque sanguinem tuum. Cū audiret sermones istos, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam ieiunauitque, & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite.* Quid aliud facturus erat rex ille truculentus, cū se morti damnatū animaduerteteret? Lætus, & alacer egrediebatur domo, vt in vinea Naboth. pedem poneret, ibiq; hortos cōstrueret, & cum iter faceret, in via renuntiatum est illi sententiam esse latam a Deo, vt cantum dentibus dilaniaretur.

Quo audito nuntio, vineis, hortisque relictis domum redijt, vt penitentiae operam daret, & lachrymis ac gemitibus immanium scelerum impunitatem assequeretur. Stultum sane esset (vt ille prudenter existimauit) vt qui propter maxima flagitia tradendus erat canibus, penitentiam desereret, & corporis oblectamenta sectaretur. Mundani homines in construendis hortis, peragratis pratis, colligendis floribus, & delicijs comparandis tempus conterunt. Hodie diuinus nuntius illis obuiam venit, qui mortem denuntiet ac dicat eos si minus a canibus dilaniandos, vermibus saltem consumendos esse. Quis hæc audiens, viam non reuocat, vt fecit Achab, vt se totum penitentiae dedat, & lachrymis, cilicijs, & ieiunijs, diuinæ iustitiæ satisfaciat? Eris ne o miser, & infelix peccator, ita excors & inanimus vt te ab idolatra rege superari patiaris? es ne minus certus de tua damnatione quam ille? Cur igitur in tuis sceleribus permanes, & penitentiae obliuisceris, qua Deum tibi placatum reddas?

A N I M A D V E R T E, & cogita, quo nomine appelletur diues ille, qui cum ingentes tritici acervos haberet, in somnes ducebat noctes, & secum ipse cogitabat, qua ratione eos, in horrea conderet, & in plurimos annos referuaret. Stultus merito appellatus est, quia cum mors prope ostium adesset, nihil de illa cogitabat: Sed totus ad fortunas suas conuersus, secum ipse colloquebatur diuens. *Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos requiesce, comede, bibe, epulare.* Hæc ille repetito sermone crebro dictitabat. Sed in sua cogitatione constitutus audiuit vocem de caelo dicentem sibi. *Stulte, hæc nocte animam tuam reperent a te, qua autem parasti cuius erunt? Quam ob causam stultus appellatur? videlicet, quia cum esset mortalis, & in domus vestibulo iam prope adesset mors, non de penitentia peragenda, sed de fortunis, & epulis cogitabat. Si igitur, tu quicumque sis, in eadem vestigia incurris falso tibi sapientis nomen usurpas? stultus sane es. Nam quæ maior stultitia esse potest, quam mortiferum peccatum committere, quo diuinam contemnis maiestatem, & id pro nihilo ducere? Nec de placando diuino numine cogitare? Id non sapientia, sed maxima stultitia est. Ergo quicumque sapiens haberi, & esse cupit, cum primum audit se mortalem esse, rebus omnibus nuntium remittat, & se totum corpore scilicet, & animo ad Deum conuertat.*

C V M sapiens ille Mardocheus edictum mortis ab Assuero rege editum, in vrbis compitis, & regiae domus pertis fixum aspexit, acer

bissimo animi dolore affectus est. Scidit vestimenta sua, indutus est sacco, sparsit cinerem capiti suo, & in platea vrbis Susan voce magna clamabat, ostendens amaritudinem animi sui, & hoc eiulatu vsque ad fores palacij gradiebatur. Non animaduertis, quam graui vulnere Mardochei animum affecit sententia mortis a rege lata? Non ab simili animi sensu, & dolore cruciabantur reliqui Israelitæ. In omnibus etiam prouincijs, ac locis, ad quæ crudele regis edictum, peruenerat, planctus ingens erat apud Iudæos, ieiunium vllulatus & fletus, sacco & cinere multis etiam sceminis pro stratu ventibus. Vna mortis sententia, maximum illis abstulit gaudium, quo fruebantur. Sed prudentes malo effecti, se totos penitentiae dedorunt, quæ magna sapientia est. Hodie videmus edictum, quod mortis nostræ sententiam continet, non fixum in angulis vrbis Susan, nec in portis regiae domus, sed in frontibus, & capitibus nostris. Quid aliud indicat lutum istud quod fronti hæret? Quid resonant illa verba? *Memento homo quia puluis es, & in puluerem conuerteris?* Hæc est proscriptio capitis, quæ hodie promulgatur, & ob oculos proponitur, vt memoriæ adhereat. Si Mardocheum, & Israelitas adeo permouit regis edictum, vt timore perterriti se totos ad penitentiam conuerterint, quæ ratio patitur, vt tu ita insensibilis sis, vt diuinis minis minime commouearis, sed in tua obstinatione persistas? Misit eo tempore regina Esther pretiosas vestes ad Mardocheum, quas ille induere noluit, quia mundiciæ, & eleganticiæ, minime condecet eum, qui morte damnatus est. O frater mi exue vestem sericam, auro contextam, acu depictam, nam breui ad mortem ducendus es, melius tibi erit, sacco, & cilicium induere, lugu

V I D I T aliquando regius ille vates Dauid angelum Domini versantem gladium, viderunt item dynastæ, ac principes regni sui, quo viso tanto timore concussi sunt, vt illico præciosissimis vestibus exuti, cilicijs corpora circumcinxerint, & corruentes in terram diuinam misericordiam implorarint. Vir fortis, & acer erat Dauid, & ita animosus, vt cum bestijs, & leonibus pugnaret, quos in frustra discerpens virtutis suæ specimen dabat, fortissimos etiam habebat exercitus duces, quos sacræ litteræ commendant, sed tanta erat mortis formido, vt vel leui eius adumbratione omnes in terram corruerint, & diuinam opem eflagitarint. Quid igitur in animis nostris operatur diuinæ iustitiæ gladius, cum adeo timidi, & imbecilles simus? Illum educit e vagina, & in omnes partes versat vt no

Lucæ. 12.
Mat. 16.

Esther. 4.
nu 4.

I. Paral.
21.6.

bis timorem incutiat. Omnes etiam prophetae astant strictis mitronibus, quibus mortem peccatoribus minantur. Quis confister? quis non occumbet? Accedamus ergo ad Domini pedes, & enixis ab eo precibus contendamus, ut gladium reuocet.

Iere. 18.
8.

A SPICE Ieremiam prophetam clamantem, & dicentem: *Poenitentiam agite, ut Deus gladium in vaginam recandat, & latam sententiam reuocet.* Eadem verba usurpamus hodie concionatores, idem clamamus. Poenitentiam agite, mors enim vobis imminet, quam si minus effugere possitis, aeternam tamen mortem poenitentiae beneficio cauere poteritis, & caelestem illam bonis omnibus circumfluentem vitam adipisci. Ad quam, &c.

In feria quarta cinerum Concio quarta.

Memento homo quia puluis es, & in puluerem conuerteris.
Ex Gene. 3.

Eccles. 7.
num. 3.

MELIUS est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij. Quis haec protulit verba? nisi sapiens ille, qui magnificas aedificauit domos, quae hortorum amenitate suppeditabant: pomaria omnium arborum genere fata construxit, deliciarum causa, & voluptatis, ut haec & alia multa quae parauit, corporis luxui, & oblectationibus inferuissent. & rebus omnibus exploratis, ac experimento cognitis, tandem sapientissime ait. *Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij.* Sed cur ita loquatur examinemus. In domo luctus, omnia in luctu, & squalore iacent; in domo autem conuiuij, omnia laetitia, & alacritate gestiunt. At tristitiam, & merorem gaudio, & alacritate superari, quis est qui non videat? cur igitur domum luctus, domo conuiuij anteposit. Salomon ipse se explicat, & ideo subiungit. *In illa enim finis cunctorum admonemur hominum & viuens cogitat quid futurum sit.* At in domo conuiuij, tanta est hilaritas, & letitia, ut nullus mortis memoriae locus residuus sit: & obliuio haec maxime nocet homini: quia nec sibi consulit; nec quae in posterum necessaria sunt prouidet, sed bono praesenti recreatus, ea tantum quae ad illud conducunt intuetur. *Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij.* Hodie nos inuitat mater Ecclesia, ut hanc inuisamus domum, in qua de extremo vitae nostrae termino agitur, ut ea quae ad sempiternam felicitatem comparandam

comparandam necessaria sunt praeparemus. Ne ita agrestes simus, ut nuntium rustice remittamus. Adeamus domum luctus cum laetitia. Et ut eam utilitatem, quam decerpere possumus comparemus. Diuinam gratiam Sanctissimae Virginis interuentu a Deo op. max. suppliciter imploremus. *Aue Maria.*

Primus discursus, in quo ostenditur cineris, & mortis memoriam omni hominum generi utilem esse.

Memento homo quia puluis es, & in puluerem conuerteris.
ex Genes. 3.

HODIE mater ecclesia filios suos conuocat, ut capita cinere aspergant, & verba illa audiant. *Memento homo quia puluis es, & in puluerem conuerteris.* Non dicit Dominus, memento Petre, memento Paule, &c. Sed memento homo, quia cum omni hominum genere loquitur. Non est personarum acceptor Dominus Deus, dum homo sit, quicumque ille sit in puluerem conuertendus est. Mors quae diuinae iustitiae gladium praefert, nullam constituit differentiam inter diuitem & pauperem, nobilem & ignobilem, herum & seruum, sapientem, & ignorantem. *Pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas, regumque turres,* sicut recta intrat tugurium pauperis, ita & basilicam imperatoris.

MORTEIS effugies, & hieroglyphicum id aperte declarat. Depingitur mors frequenter sine oculis, sine auribus, sine carne. Ossa tantum ostentat nuda, neruisque compacta. Falcem habet oblongam, & inscriptionem hanc. *Ne in parco.* Primum oculorum luminibus spoliatur mors, nam si haberet oculos, cum regis conspectum subiret, eumque videret, suis affectis, & principibus stipatum, splendore auri micantem, aspectuque terribile, fortasse pertimesceret, & cohiberet sese, cum autem oculorum lumine orbata sit, nec purpureos stratus considerat, nec puluina gausapina, aut leui ferico coelecta, nec peristromatis auro contextis, parietes conuestitos: illius oculos retinet, non abacorum splendor, aurum argentumque coelatum, pocula gemmis distincta clarissimis, non eius aciem perstringunt, quia oculo rum lumine capta est. Nullam constituit differentiam inter potentissimum

Hierat. li.
I ad sextum.

Mortis hieroglyphicum.

tissimum principem, qui Reipublicæ habenas moderatur, & humilem, ac infirmum seruum, qui equorum curam gerit, inter pulcherrimam virginem sericis ornata vestibus, in purpureis fedentem puluinaribus, & abiectam ancillam, quæ inter ollas, & cacabos in culina versatur, quia oculis priuatur mors, quorum beneficio posset inter vtramque discernere. caret etiam auditu ne voces, & deprecationes eorum quos apprehendit audire cogatur, nam si aures haberet mors, qua se ratione posset à tot deprecatoribus expedire. Pater enim pro liberis, vxor pro coniuge, amicus pro amico deprecaretur. Si precibus flecteretur, quot & quanta argumenta cogerent vt eam quisque ad suam sententiam adduceret, vt aliquam interponeret morâ. Rex assereret cõmuni bono valde conducere, vt quam ducit vitam in longissimum tempus protraheretur. Idem Summus Pontifex, qui Christianæ Reipublicæ præest de seipso affirmaret. Sapientissimus quisque labores obijceret quos in litteris discendis posuit, & longissimam vitam vsuram efflagitaret quoad fructus quos producere solent, vberimos ipse perciperet. Pater contenderet non esse rationi consonum, vt prius ipse è vita discederet quàm liberos omnes, vel locaret in matrimonium, vel Deo consecraret. Precibus, & argumentis promissa, promissis, denique minas adderent homines. Sed cum mors aures non habeat, nec mouetur precibus, nec promissis flectitur, nec minis a sua sententia dimouetur. Quid plura? Carne etiam & sanguine spoliatur mors, vt neminem consanguinitatis vinculo contingat. Osibus dumtaxat arentibus constat. Nam si caro illi concederetur & sanguis, consanguineos etiam haberet, quorum precibus quandoque flecteretur. Cum autem omnem carnem & sanguinem exuerit, nullum cognatum agnoscit, sed omnes tãquam extraneos & à se alienos adoritur. Habet etiam falcem oblongam cum inscriptione hac. *Nemini parco*. Hoc est, illius insigne in quo gloriatur superbum, multo magis quàm illud, quo Imperiosi illi Romani potentiam suam ostentabant, quorum insigne fuit: parcere subiectis, & debellare superbos. Si mors subiectis parceret, & superbos tantum debellaret, omnes ad illius pedes accederent, ne suam in illos potestatem exerceret, sed tantam profiteretur tyrãnidem mors, vt nemini parcat, & humilem & superbum, & eum qui resistit, & eum qui dat manus obruncat, & adeo oblonga vitur falce, vt ad omnes mundi partes pertingat, ita vt de potestate, & iurisdictione cum ipso Deo contendere videatur. De cuius potentia ait Regius ille

vates Dauid. *Quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cælum tu illic es si descendero in infernum ades; si sumpsero penus meas diluculo, & habitauero in extremis maris Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Et dixi forsità tenebra concubabunt me, & nox illuminatio mea in delicijs meis. Quia tenebra non obscurabuntur à te & nox sicut dies illuminabitur. Nullum itaque locum reperit Dauid in quem se abdat, quem non penetret diuina vis. In eundem ferè modum, mortis imperium serpit. Nullus est locus ita reconditus, nullæ sunt latebræ, nullus speluncæ recessus, in quo eius manus erugere possis. In qualibet orbis terrarum parte intereunt homines, in Africa, in Asia, in Europa, in medijs fluctibus, in media terra, ac tandem vbique gentium. Falcem habet oblongam mors, ac pene infinitam, qua omnes metitur, id eius effugies indicat. Ideo mater Ecclesia, vt huius rei veritas appareat, omnes hodie conuocat, & omnes luto inficit, diuitem & pauperem, clarum, & obscurum, herum & famulum, & ad omnes ait. *Memento homo quia puluis es, & in puluerem conuertetur*. Hanc Deus sententiam pronuntiauit, quæ omnes comprehendit, Reges, Principes, Imperatores, Summos Pontifices, & reliquos omnes, qui ex Adami stirpe procreantur. *Quis est homo qui vuet & non videbit mortem*: quasi dicat, regius vates, nullus. Vnde cum Dux ille clarissimus Iosue iam iam extremum spiritum exhalaret ait. *Ego ingredior viam vniuersæ terræ*. Eadè verba vsurpauit Dauid, cum iam animam ageret. *Ingredior* (inquit) *viam vniuersæ terræ*. Præclara mortis noitæ periphraſis. Quid est mors? via vniuersæ terræ: via est expedita satis trita, quia eam omnes homines ingrediuntur. Viuendi rationes multæ, & variæ sunt, & eam quisque amplectitur, quæ sibi magis placet; at via, quæ ducit ad mortem vna est, quam nullus adhuc mortalium valuit declinare.*

A V D I V I T aliquando Diuus Ioannes vocem Christi Domini dicentis. *Mitte falcem & metere, quia venit hora vt metatur*. Sub nomine falcis mortem intelligit, & per hoc verbum metere ipsum mori significat, à messoribus sumpta metaphora. Nam sicut rusticus cum segetes metit omnes spicas æque colligit, licet vna præ alia creuerit, & vnus culmus sensim adoleſcens alterius culmum exceſſerit, licet vnus grana turgida, alterius verò gracilia sint. Sic etiam mors homines, qui in hoc mundi agello nõ secus ac segetes in agro radices agunt, falce sua metit, neque inter eos aliquam differentiam constituit. Non enim considerat vtrum imperet, vel obe-

Psal. 138.
num. 6.

Psal. 88.
Iosue 23.
num. 14.
3. Reg. 2.
num. 1.

diat, an Reipublicæ habenas moderetur, vel compedibus consti-
ctus in carcere detineatur. Quo fit, vt ad omnes spectet verbum illud.

Dane. 2. Memento homo quia puluis es, & in puluerem conuerteris.
num. 29. NE mireris illius statuæ, quam in somnis vidit Nabuchodonoso-
for, quæ cum ex auro, argento, ære, & ferro esset conflata vnus
lapidis ictu dissoluta est. Mirum profectò, cum nec atigerit lapis
aurum, argentum, æs, nec ferrum, attigit tamen lutum, quod habebat
pedes fictiles. Attède, & cognosces mortis eodicionem, non petit
hæc aurum, nec argentum, sed lutum ex quo Deus hominem fini-
xit. Omnia, quæ in hac vita nitida sunt, diuitiæ scilicet, potentia,
honor, gloria, maiestas supra puluerem ædificata sunt, & quam pti-
mum mors fundamentum istud labefactat, omnia corruunt, aurum
dissoluitur, argentum consumitur, honor & gloria perit, cõteri-
tur statua, & in nihilum reducitur, & quod residuum est puluis
& cinis est (vt Daniel ait) *Contrita sunt pariter ferrum, testa, as, ar-
gentum & aurum, & redacta quasi in fauillam astiua auro, quæ supra
erat vitæ.* Omnes conuertuntur in cinerem, Principes, & dynastæ,
humile & abiecti. Aspice sepulchra, in quibus iacent caduera
ossa, & caluarie inter quæ minime poteris discernere, quæ sint ossa
illiberris & pulcherrimæ virginis, quæ verò de formis, & ignobilis,
quæ sit caluaria Principis, quod sit cranium humilissimi serui, quia
omnes mors adæquat. Cum homines illos, & mortales inueniat.

14. cap. 11. REX quidam in Babylonia maxima superbia efferebatur,
quia Dei, & mortis memoriam abiecerat. Misit autem Domi-
nus Haman, qui diceret: *Dixit alba est ad inferos superbia tua, concidet
caluarie tuae, sicut te sternatur in cinere, & operimentum tuum erunt
verbera.* Superbi illius in sepulchrum detrudendam esse prædi-
citur in quo quid potentia & maiestas præferant: apparet, nam
corpus quod in croceis nutriebatur, in sepulchro amplexatur
stercora, & ille qui dormiebat in strato lecto, in mollitis culci-
tris atque subactis, ad tantam miseriam deuenit, vt subter il-
lum sternatur tineæ, & qui stragulis sericeis, & purpureis lodicibus
utebatur, cooperiatur vermibus, qui eius corrodunt viscera. Se-
ctare igitur superbiam ô homo quisquis sis, efferte te, & extol-
le quantum libuerit, quia hæc te expectat miseria. Quanto
melius feceris si te ipsum deprimas cum hæc te maxima miseria
expectet.

Secundus

Secundus discursus, in quo ostenditur,
quam incerta sit hora mortis nostræ.

Memento homo quia puluis es, & in puluerem conue-
rtetur. Ex Gene. 3.

HIS VERBIS de morte admonemur, non tamen de tem-
pore & hora mortis, id enim Deus sibi reseruauit. Nihil cer-
tius morte, nihil incertius hora mortis (vt Origines ait) vnde
Iob breues dies hominis sunt, numerus mensum eius apud te est. Duo
aduertit sanctissimus vir, quæ in vita nostra reperiuntur, & bre-
uem esse, & maximè dubiam: vix inchoatur cum iam finitur, &
huic additur anceps eius condicio, nescimus enim quando finietur,
si intra annum, vel mensem, aut etiã hodiernam diem. In lu-
brico versatur, sed quem exitum fortietur Deus solus scit. Vnde
vt dubiam, & ancipitem vitæ nostræ condicionem Dominus
ostenderet ait. *Habeo claves mortis.* Nemini hanc comisit clauem.
Petro dedit claves regni cœlorum, hanc tamen mortis sanctam
solus ipse claudit, & aperit. Vidit etiã Diuus Ioannes in A po-
calypsi Christum Dominum, qui falcem gestabat manu, qua sege-
tes meteret. Hanc falcem p̄t̄ores ascribunt morti, sed falso, nam
reuera illam portat Dominus ille, penes quem est vitæ, necisque
potestas, qui quotiescunque homini vitam adimit, mittit falcem
non in alienam segetem, sed in suam, & virides culmos, & spicas
teneras vix erumpentes e vagina pro voluntate sua præscindit, li-
cêt quandoque etiã ad maturas segetes expectet. Numerus men-
sum apud illum est, ipse solus præscit diem mortis, & subitum &
inopinatum casum hominum. Homines scilicet subito extingui, &
cum minus putabatur e medio tolli. Ideo in sacris litteris mors
latro dicitur. Rationem reddit D. Augustinus: quia mors instat la-
tronis, in t̄p̄te noctis silentiũ quærit, vt nos incautos offendat.
Id ostēdit aperte vox illa quæ somniculosas virgines excitauit, quæ
ad mediã noctem exaudita est, vt Christus Dominus ait. *Media an-
te nocte clamor factus est, ecce sponsus venit & tunc obdormi-
ti.* Voces istæ
clamorem illum referunt quo Deus homines ad iudicium vo-
cat, & in noctis tenebris exaudiuntur istæ voces. Venit nõ-
ctu mors, vt prius hominem apprehendat, quàm illam cauere
possit. Solent enim lictores, cum alicuius sceleris authorem

Iob. 4. nu.

5.

Apoc. 1. 2.

18.

Apoc. 1. 4.

nu. 15.

Math. 2. 4.

nu. 43.

Luce. 1. 2.

num. 40.

ad Thes. 5

nu. 2.

Angu lib.

43. 44. 4.

59.

Math. 2. 5

Simile.

inter noctis tenebras indagant, prius in illum manus iniicere, quã ille possit malum sibi imminens præcauere, quia cum omnia tenebris obuoluta sint, prætozem non agnoscunt. Sic mors quæ diuinæ iusticiæ falcem præfert, intempestæ noctis silentium expectat, vt prius nocentem apprehendat, & duro compede constringat, & ante diuinum tribunal sistat, quã ab illo videatur, quo fit vt neque eius manus effugere, nec ad tutum aliquem locum possit cõfugere. Ad mediam noctem exaudita est vox eorum qui sponsum introducebant. In horrore visionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines, itaque non solum adest mors, cum nihil de illa cogitant homines, sed potius cū de illa in tempus longissimum protrahenda meditantur, vt præclare significauit sapiens cū ait. *Nescit homo finem suum sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues laqueo cõprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cum repente super ueneris.* Nonne inspexisti aliquando, qua contentione tendat pisciculus, vt cibum capiat, quo corpusculum reficiat, & interdum deuorat hamũ, quo misere perit, passerulus etiam quærit tritici granum, & laqueo irretitus mortem inuenit, sic voluptate etiam tanquam dulci veneno multi perierunt. Quid aliud homini euenit quotidie? vitam quærit, & quando minus putarat mortem inuenit. Traijcit mercator mare, ad Indos penetrat, onerarijs nauibus stipatus, in quibus merces exportat, & subita tempestate suborta, naufragium patitur, fortunas quærebat ille vt vitam felicissime traduceret, & inuenit mortem. Aegregius adolescens nomen militiæ dat, & equo inheret, vt corpus alat, & curet, & cum minus putabat hostis hasta verberatus occumbit. Alius inanis gloriæ studiosus curiam addit & nihil intentatum relinquit, vt regis oculis gratiosus appareat, & cum iam iam voti compos euaderet, aduersa agitata fortuna, ex alto dignitatis gradu cum dedecore deturbatur, & ignominiosam patitur mortem. Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues laqueo comprehenduntur: Sic capiuntur homines in tempore malo, cum extemplo superuenit, scilicet mors.

Et quando aded tecum feliciter agatur, vt mors non erupat ex eodem loco, in quo vitam quæris: hoc tamen tibi compertũ sit, illam cum minus cogitas aduentare: vt cum tu vitæ rationem insti tuas, illa non vocata tuis se rebus immisceat. Vnde illud Iacobi, *Ecce nunc qui dicitis hodie, aut crastino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur & lucrum faciemus,*

Eccles. 9.
m. 12.

Simile.

Iacob. 4.
m. 15.

qui ignoratis, quid erit in crastino. Incertum sane est, quot sunt, qui magnificas ædificant domos, qui prius ad infernum descendunt, quam in solaria, & cubicula ascendant? quot agricolæ terram proficiunt, semina spargunt, & arbores serunt, qui nec segetes metent, nec fructus colligent. Multi litterarum curricula ingrediuntur, qui morie præuenti earum insignia nõ assequuntur. Plurimi sunt qui litem intendunt aduersarijs, & priusquam ad sententiam veniatur, extinguuntur. Multa homines machinantur, multa molliuntur, nihil de morte cogitant, & illa aduentate, omnia obscurantur, & euanescent.

HAC mortis obliuione decepti homines turpem viuendi rationem instituunt, ludicris exercitationibus se dedunt, ætatis flore existimant viam morti interclusam esse. Sed accidit illis secus ac putarant, mors enim, quæ nulli cedit, eorum arcem subito inuadit, & prius capiuntur quam periculum in quo versantur animaduertant.

FRVEBANTVR filij Israel delicijs, & voluptatibus cū misit Dominus prophetam Amos, qui hæc nuntiaret, *in die illa dicit Dominus: Occidet sol in meridie & tenebrescere faciam terram in die luminis.* Per solem & diem prosperitatem & lætitiã intelligit scriptura: sicut per tenebras, afflictam fortunam, & tristitiã, vt docet D. Gregorius. Israelitis ergo occidit sol in meridie, quia subito cum minime putabant, eorum prosperitas, captiuitate, & morte obscurata fuit. Capti sunt cū magis florent, & decor ille cladibus ab Assiriorum exercitu illatis obscuratus est. Quis dubitat, quin illi existimarint magnam diei partem residuam esse, cum eo tempore sol medium iter perageret: sed occidit repente sol, & nocte oppressi sunt. Quot fœminæ impudicæ. Quot periti adolescentes, omnes suas cogitationes in vnam corporis voluptatem abijciunt, quia cum in medio vitæ curriculo versentur, existimant mortem longissime abesse, sed occidit illis in meridie sol, nam cum adhuc tripudium exercerent, & puellarum choreas ducerent, tetris mortis tenebris offusi sunt, & perierunt. Quod multo ante prædixerat. S. Iob. *Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad sonitum organi, dicunt in h. nis dies suos & in puncto ad inferna descendunt.* Res sanè lætuosa, dolore & lachrymis prosequenda. Cum adhuc citharã pulsarent & lyram haberent in manu, vt tripudium, & saltationem exercerent, mors impetum fecit, repagula comminuit, intravit recta, eosque cepit incautos, iucunda instrumenta e manibus extorsit. Citharistas,

Amos c. 8
m. 9.

D. Gre. 5.
moral. c. 1

Iob. 21. n.
12.

ritas, & Citharædos in sepulchrum deturbauit.

1. reg. 5. n.
1.

MAGNIFICATIO regioq; apparatu conuiuû celebrabat Rex Baltasar, ex principibus atque dynastis regni sui mille accumbebat mensæ, vnusquisque eorum secundum suam bibebat ætatem, laudabant & magnificabant Deos aureos, & argenteos. Et ecce tibi læticia gesticans in merorem, & luctum subito conuertitur. Nam in eadem hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis in superficie parietis. Scriptura autem & regis necem, & regni exitum indicabat. ornauerat splendidum, lautumque conuiuium Rex Baltasar, nulla mortis habita ratione. Sed illa præsto fuit, & cum ille sibi liberius indulgebat, interemptus est.

2. reg. 6.
13. n. 28

CONUIVIUM etiam instituerat Absalon, in quo frater eius Amnon, jexquilitissimis epulis, & pretiosissimis vinis reficiebatur, inuassus autem repente est a seruis Absalon, & pugione confossus, misere interfectus est. Negligenter se gessit Amnon, cum iniuriam sorori illatam obliuioni mandarit, quo factum est, vt versutus frater, qui rem callide moliebatur seruos immiserit, vt in conuiuio iniuriam sibi, & sorori illatam vlciscerentur. Vnde Amnon qui dulcissima exhauriebat pocula accerbam etiam mortem degustauit.

Job. 1. nu.
18.

CONFLUXERANT filij Iob in domum fratris sui primo geniti? qui illo die lautum dabat epulum, & vescentibus & bibentibus vinum, repente ventus vehemens irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quæ corruens oppressit illos, & mortui sunt, ecce tibi ex conuiuio in sepulchrum deferuntur: imò locus ipse conuiuij repente sepultura fit. Mortis oblitum mensæ accubuerant, at mors non obliuiscatur eorum.

4. reg. 9.
nu. 30.

DEPINXERAT Tèzabel oculos suos stibio, caput ornat, redimiculis & muliebribus ornamentis nitidissima respexit per fenestram, lenauit Iehu faciem suam, oculos erexit in fenestram, cum que vidisset eam ait, præcipitate eam deorsum, & præcipitata est, aspersusque est sanguine paries, & equorum ungulæ cõculcauerunt eam. Quis aspiceret eam cum fucis imbuebat faciem, & pigmentis, ac coloribus ornabat? quis id cogitaret cum splendidam induebat vestem? cum processit delibuta, cõpto capillo, madetibus cinnorum capillis, fucatis genis, tunc instare tempus, in quo erat præcipitanda, & corpus elegans canibus obijciendum. Nunquam id illa cogitaret, sed euenit tamen illi præter opinionem, vt solet ijs frequenter accidere qui se hauiumodi hostibus crediderunt.

ID

ID testatur Holofernes qui elegantis femine simulatione deceptus cubitum discessit. Id Sifara & princeps alter Holoferthes experti sunt, qui omnes sine vlla mortis formidine somno confopiti nunquam excitati, nec experrecti sunt, sed hostium manibus interempti. Sed quid hæc vetera commemoro, cum nihil aliud singulis diebus videamus? Anima duerte obsecro, & considera, quoties hominibus in meridie occidat sol, & omnia mors obducatur tenebris. Hic subita morte corripitur, ille necatur in carcere, hic inimicis circumuentus occumbit, ille alius cum minime putaret obtruncatur. Varij, & incerti sunt exitus vitæ, quod ex ijs quæ Passim accidunt, perspicere licebit.

Tertius discursus, in quo ostenditur oportere vt homines se ad honestam viuendi rationem recipiant, propter dubiam & ancipitem vitæ nostræ condicionem.

Memento homo quia puluis es, & in puluerem conuerteris.

Ex Gene. 3.

BELLVM geritur inter Deum & humani generis hostem, & nunc oboritur magna contentio, nam Deus homini mortem ob oculos proponit, vt eius memoria, & consideratione à vitæ turpitudine ad honestam viuendi rationem reuocetur: aduersarius autem cum videat hominem huiusmodi memoria maxime proficere, eam ex eius animo penitus delere conatur. Finxit Deus hominem cum vniuersa rerum natura constituebatur, & collocavit illum in paradiso voluptatis, illico præceptum imposuit, ne vetitum arborum contingeret dicens. *In quocunque die comederis ex eo morte morieris.* Mortem illi ante oculos proposuit, vt illa esset custos, & pædagogus eius. At versutus & callidus serpens hæc intra seipsum cogitatione versabat: dum isti mortis memoriâ habuerint: peccatum quodlibet subterfugiet. Oportet igitur vt ex eorum animis radicitus euellatur. Accessit callide, & interrogavit Eudam. *Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno? ne forte moriamur;* respondit illa. *Nequaquam moriemini: subiungit astutus coluber. Scit enim Deus quod in quocunque die comederitis ex eo aperietur oculi vestri, & eritis sicut dii scientes bonum, & malum, ac ne vobis tantum boni acrescat,*

Gen. 2. n.
18.

Genes. 3.
nu. 1.

G iactauit

iacit illi minas ut vos perterrefaceret, ne suauissimum fructum degustaretis, qui homines Deo similes reddit. Crede mihi qui rem probe teneo, in me malum recidat, porrige manum, decerpe pomum, comede. & comedat coniux, nequaquam moriemini. O execrandum mendacium, quod commentabatur perfidus ille hostis, illius tamen verbis fidem adhibuit femina leuis, decerpit nocuum pomum, dedit coniugi, & cum illo venenum exhaustit. Deus autem, ne funditus homo deleatur, sed ut damnum per poenitentiam resarciat, iterum illi mortis memoriam ob oculos proposuit dicens, *Memento homo quia puluis es. & in puluerem conuerteris.* Nec solum loquitur cum Adamo, sed cum illis omnibus, qui ex eius stirpe procreantur, nam licet solus ille uiam acerbam degustauerit, filiorum tamen dentes obstupescunt: ille in puluerem conuersus est, & nos item in puluerem conuertemur.

S E D cum hostis noster iam persuadere non possit moriendum nobis non esse, (id enim quotidiano experimento refellitur) persuadere conatur non fore tam cito. non ait iam, nequaquam moriemini: sed nequaquam moriemini tam cito. Deus enim cuius singulari beneficio vita uobis conceditur eam in longissimum tempus producet. tempus istud patitur, ut tibi indulgeas, & corporis voluptatibus perfruaris. Veniet aliud tempus, in quo possis poenitentiae operam dare, & corpus laboribus exercere. Adulescenti persuadet ille futurum, ut ad placidam senectutem perueniat, quia iuuentutis robur id ipsi promittere videatur, senem etiam aetate prouectum decipit dicens, aetas quae ad istud usque tempus per multa curricula deuoluta est, specimen praebet roboris, & firmitatis, nec ita facile conficietur: infirmum consolatur, ostendens quam plurimos, qui varijs languoribus vexati sint, quasi immortalitatem quandam assecutos. Cum autem quis bona utitur valetudine, eadem morti aditum interclussum esse affirmat. Si quis sibi indulget, & voluptati liberius vacat, facile persuadet, illud profuturum valde, ut vitam producat, & sine villo dolore traducat, cum certum sit voluptatis exitum doloris initium esse: cum autem quis laboribus exercetur, eosdem labores obijcit dicens fieri non posse ut quibus laboribus coalescat, eisdem subito conficiatur, sic homines in errorem inducit.

V E T E R A T O R & uaser est aduersarius noster, & eos imitatur pictores qui cum in breui aliqua tabella uniuersum terrarum orbem exprimere conantur, ut ea quae in tabula coniuncta sunt longissimis

gissimis interuallis disiuncta esse videantur, egregia quadam utuntur arte: hanc enim urbem adeo extollunt, & illam ita deprimunt, ut cum se fere contingant maximum inter utramque interuallum interiectum esse arbitreris. In eundem fere modum callidus iste Geometra, ita omnia inuertit, & tam uerisimilibus uiuisque coloribus, atque pigmentis illustrat, ut mors quae iam in limine versatur, longissime distare videatur. Hac arte in fraudem induxit diuitem illum cuius ager uberes, & copiosos fructus attulerat, qui existimabat bona illa posita esse in annos plurimos, prospiciebat enim mortem à longe. illa tamen erat in vestibulo domus. Quia haec est egregij huius pictoris ars, ut exprimat penicillo recessus quosdam & anfractus, qui cum intus se minime distent, ita disiecti apparent, ut ad eorum confinia nunquam perueniri posse videatur. Ideo doctor ille celestis cuius doctrina cunctas illustrat ecclesias ut hominem a tanto errore abducatur, fraudem detegit, & mortem prope adesse denuntiat dicens. *Memento homo quia puluis es. & in puluerem conuerteris.*

E T adhuc clarioribus uerbis idem ostendit Spiritus sanctus cum ait, *memor esto quoniam mors non tardat: & alibi non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. subito enim ueniet ira illius. & in tempore vindictae disperdet te.* Ira inquam subita est. Ira subita dicitur mors illa quae tempus poenitentiae adimit, nec permittit, ut peccator ad Deum conuertatur. Proh dolor, quam frequenter aduenit subito mors. Satis id iam ostendimus in proximo discursu cum diximus illam esse similem latroni. In magno periculo versamur. quis igitur ita excors, & amens est, ut poenitentiam in aliud tempus reijciat. Audite consequentiam, quam Dominus deducit ex illis praemis, in quibus infelicissimam quinque virginum sortem commemorauerat. *Vigilate itaque quia nescitis diem, neque horam.* & alibi. *Vigilate ergo, nescitis enim quando Dominus ueniat, sero, an media nocte, an galli cantu, an mane,* ne cum uenerit repente, inueniat uos dormientes. & ne quis existimaret ad discipulos dumtaxat uerba facere, addit Dominus: *Quod uobis dico omnibus dico, uigilate.* quid mirum si haec Dominus cum omnia perspecta sunt, dicat cum ethnicus quidam philosophus, id usu & ratione assecutus sit, unde sic hominem alloquitur. *Nescis quo loco te mors expectet, ideo tu eam in omni loco expecta. o dubiam, atque ancipitem uitae nostrae condicionem! Cui non adhibet calcaria, incertus hic mortis euentus, & lumen illud diuinum quod animo praesentitur.* Hodie possu conuerti, crastina die fortasse

non potero. Nunc vltro se mihi offert diuina misericordia, postea fortasse recedet à me. Fieri necesse est, vt aliquádo emergá ex hoc vitorum cœno, cur igitur statim non fit? in aliud tēpus reijcis, forsitam occasionem quæres, & è manibus dilabetur. Audi D. Bernardum qui tuam desidiam increpat, dicens. Quid de futuro miser, tã temerarie disponere præsumis, tanquã pater tempora & mōmenta in tua, & non magis in sua posuerit potestate? Quid aliud faceret ille, qui de alienis bonis sibi mutuo datis liberalissimus existeret, & inscio vero Domino eam quoslibet vsus distribuere vellet? non ne obiurgares illũ, ac diceres: vide quid agas? forte Dominus quod suum est repetet, & non poteris quæ decreueras executioni mandare. Non est tuum tempus sed Domini tui, qui illud tibi mutuũ dedit, fortasse cum minime putes, quod suum est postulabit ille, in quo nemini faciet iniuriam. *Non est vestrum nosse tempora vel mōmenta quæ pater posuit in sua potestate.* Tuum est quicũque sis semper esse paratum excubias agere, & vigilare, vt cum Dominus venerit confestim aperias ei, & totius vitæ rationem reddas.

C V M quis graues cum aliquo inimicitias gerit, semper & vbi que locorum timet, semper domo egreditur armis instructus, & expeditus ad suscipiendam dimicationem. Quacunque incedit, omnia prospectat, & oculis lustrat ne in illum ex insidijs impetus fiat. Et quãuis frequenter accidat, vt eius memoriam abiecerit inimicus, ipse tamen inimicum a cogitatione sua repellere non potest, qui velit, nolit, semper ob mentis oculos obseruatur. Vnde cum caute se in omnibus gerat, nunquam illum in cautum offendet. Eandem ob causam ciuitates illæ, quæ in hostium conspectu sunt, speculatores constituunt qui semper in speculis excubant, quanquã hostes, neq; excursiones, neq; impetũ faciant, quia cum ignorent, quãdo illi urbem inuadere velint singulis horis, ex altis turribus prospectant, & speculantur, & in tempeste noctis silentio excubias agunt. Hanc Deus in suis militibus vigiliã exigit cum ait. *Vigilate quia nescitis diem neque horam.* Inter hostes verlanur, qui nos agmine facto adoriuntur, vt bona cuncta diripiant, mors inimicus & hostis est nimis ferax, & immanis, qui vitam nostram & sanguinem expetit. Sic loquitur D. Paulus, *inimicus destructur mors.* Nescimus quando veniet. Vnum tamen certo scimus illam præsto futurã. Quæ poterit si nos in cautos offendat, nõ solum vitam corpori adimere, sed animã etiam in sempiternas mis-

serias deturbare. Ideo opus est vt sine vlla intermissione vigilemus, vt nobis etiam Dominus benedictionem illam impertiarur. *Beati serui illi quos cum venerit Dominus inuenit vigilantes, amen dico vobis quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis, et si venerit in secunda vigilia, est in tertia vigilia venerit, & ita inuenit: beati sunt serui illi.* Vigilemus igitur, ne vita corporis spoliemur, & simul etiam æternæ felicitatis iacturã faciamus. Penitentiam sectemur, à susceptis maculis accurata nos confessione purgemus: cilicinam vestem ad reprimendam contumaciam corporis, & hostis impetum retundendum induamus, & his armis instructi illius incurSIONem, & impetum expectemus. Si quis certo sciret furem noctu domum suam aditurum, vt cuncta diripiat, nesciat tamen qua hora venturus sit, stultus profecto erit, si nullam custodiã adhibeat, sed cubitum discedat, & somno profundissimo consopitur. In eandem stultitiam incurrunt illi, qui cum certo sciant moriendum sibi esse, diem autem obitus profus ignorent, non se ad diem illum obeundum cõparant, nec cõfessionis, atq; Eucharistiæ mysterijs animum expiant. Nullam custodiã adhibent, nullam suam curam gerunt, & ita mors latenter ingreditur, animam adimat, eamque in sempiternas miseras detrudit.

O P O R T V N O tempore solent homines annonæ rationem habere, & necessaria familiæ comportare, triticum in horrea condunt, penum comparant, & quilibet merces in domum inuehunt, ne ita ingrauescat annona, si rem in aliud tēpus reijciant vt cũ velint quæ necessaria sunt comparare, nõ possint. Nũc quæ diuina misericordia est, tempus tibi penitentia liberalissimè conceditur, ne occasionem è manibus elabi permittas: maxima harum mercium abundantia est. Veniet tempus, transacta vita, cum tanta huius annonæ difficultas consequatur, vt ne granum quidem inuenias. *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis,* ne tantã Dei beneficentiã negligas, vti fecerũt quinque illę virgines somniculosæ, quæ repulsam passæ sunt. Imitare alias quinque, prudentes quæ in vigilia perseuerarũt & voci Domini præsto fuerũt, quæ merito cum gaudio, & alacritate maxima, ad celebrandas nuptias introducuntur.

C V M filij Israel per illam Arabiæ solitudinem iter agebant, inculta & deserta via, quæ ducebat tamen in terram vberem lacte & melle manantem, castra mouebant, cum primum Deus voluntatem suam nube, vel columna ignis declarabat. Nullibi legimus

Luce. 12.
nu. 37.

Simile.

Simile.

Simile.

in diuinis litteris, eos ad nutum, & voluntatem diuinam obmur-
murasse, semper illos Deus paratos, & expeditos ad iter agendum
inuenit, in eundem modū sancti illi viri qui laboriosam viam, quæ
in sempiternam felicitatem ducit susceperunt, ab incunte ætate
seipfos compararunt ad iter agendum, quotiescumque Dominus
signum daret, cuius semper nutum, & voluntatem intuebantur.
Antonius ille magnus sanctorum patrum columen, & ornamentū,
a tenera ætate se in desertam solitudinem recepit, vt D. Athanasius
testatur, in qua perseuerabit præcinctus, & paratus ad ambulandū,
vsque ad centesimum quintum annum, quo à domino euocatus in
cælū quasi somno placidissimo confopitus, excessit ē vita D. Hil-
larion splendidus adolescens, vix decimum quintum attigerat an-
num, cum se in desertam abdidit solitudinem, in qua longissimum
tempus commoratus est. Octogenarius enim felicitissime obiit. Di-
uus etiam Paulus eremita illius admirabilis instituti auctor, cū
adhuc esset in ætatis flore (nam decimum quintum agebat annum)
desertam solitudinis viam ingressus est, & speluncam nactus in ea
cælestem vitam ab omni cura & solitudine alienam traduxit. Cē-
tesimum decimum tertium attigit annum, & plenus dierum, &
omnium virtutum cumulo perfectus ac clarissimis animi laudibus
stipatus felicitissimè migravit in cælum. Quis dicere queat, quā
asperam & acerbam viuendi rationem instituerint? Quot dimica-
tiones susceperint? quanta pericula superarint? ab incunte ætate ad
virtutem animum applicantes, nunquam à proposito destiterunt,
quoad inchoatum opus absoluerint. Hi fuerunt viri sapientes,
qui pure viuendi laude floruerunt. In eorum vestigiis insistamus,
vt cū ex huius vitæ miseriis discesserimus, ad eorum cætum in
illa bonis omnibus circumfluenti patria adiungamur.

In feria quarta cinerum Concio quinta.

Cūm ieiunatis nolite fieri sicut hypochrisæ, &c.

Matth. 6. num. 16.

Hom. de
ieiunijs.

CVM Diuus Ioannes Chrysostomus institutam quadragesi-
mæ prædicationem aggredere, sic exorsus est. *Iucundum
quidem nautis est ver, iucundum etiam agricolis: sed neque nautis
neque agricolis ita iucundū est veris tempus, vt his qui philosophari volunt
iucundū*

*iucundi sunt ieiuniorum dies, spirituale animarum ver, & fidelissima
tranquillitas animorum.* Nam agricolis ver idcirco iucundum est,
quia delectat aspicere tunc depictam floribus terram, & varijs fron-
dibus virgulta comantia, Nautis verò acceptum est ver, quod dor-
sum maris deductis nauibus tuto licebit ascendere, nec vndarum
pericula formidare. Nobis autem iucundum est ieiuniorum ver,
quod tunc non vndarum, sed cogitationum, & concupiscentiarum
carnis fluctus, ac turbines mitigantur, & coronæ nobis non flo-
rum, sed gratiarum spiritualium parantur. Sic enim scriptum est
Ecclesiast. 6. *Coronam gratiarum accipies tuo capiti.* Quia ergo tran-
quillitatis tempus aduenit, etiā nos deducamus in mare doctrinæ
nauigium, & dicendi vela soluamus, si tamen tranquillus, & tutus
est aurium vestrarū portus, in quo verbi Dei nauis absq; metu nau-
fragij collocetur. Hactenus Chrysostomus, cuius verba protuli,
quia in eodem ego desiderio versor hodierna die. Deus Optimus
Maximus diuine gratiæ nobis spiritū elargiatur, vt & virgo sanctis-
sima intercedat, angelicam salutationē recitemus. *Aue Maria, &c.*

Ecclesiast.
6.

*Primus discursus, in quo ostenditur ieiunium
valde utile esse, ad placandum diuinum
numen nostris sceleribus ad iracun-
diam prouocatum.*

Cūm ieiunatis nolite fieri sicut hypochrisæ, &c.

Matth. 6. num. 16.

SVPPONITVR à Christo Domino, his verbis ieiunan-
sdum nobis esse: frustra enim si hoc non daretur, vt certum
ieiunij ratio, & modus prescriberetur. Quamquam non desint,
qui id sibi compertum non habeant, & corpus ieiunij macerare
recusent. Erunt fortasse aliqui, quos necessitas cogat, sed sunt vt
arbitror multi, qui falsa quadam opinione ducuntur & sui amore
decipiuntur. Ocasiones quærunt vt à ieiunio honestè recedant, &
immunes ab illo, ac liberi iudicentur. Hi minime dant ieiuniorum
tempus. Sed maligno spiritu agitantur apertè. Nam mater Eccle-
sia diuino spiritu afflata quadragesimæ ieiunium instituit, non
heri

heri aut nudius tertius, sed a primordio nascentis Ecclesiæ, vt & sanctorum patrum scriptis liquido constat. Diuus Hieronymus super Oseam, capite 53. & Epistola ad Marcellam, Diuus Augustinus Epistola 86. & 118. & 149. Diuus Ambrosius, sermone. 25. & 38. Diuus Chrysostomus, homilia. 3. & 16. ad populum Antioch. Diuus Basilius concione de ieiuniis, & in ebrios. Origenes, homilia 10. in Leuiticum. Theophilactus. Alexandrinus, & Epiphanius in canon Apostolorum.

MATER Ecclesia vehementer exoptat vt penitentiam amplectamur, qua diuinum numen nobis placatum reddere possimus, ad id autem ieiunium non parum conducit. (quia vt ait Diuus Ambrosius.) *Ieiunium est reconciliatio nis sacrificium.* Variis generibus sacrificiorum utebatur populus Israel: Animalia mactabant sacerdotes, & eorum sanguine mactabant aræ, vt cum Deus altaria prospiceret cruore conspersa, iram deponeret, & populus suorum scelerum impunitatem assequeretur. Vultis (inquit Ambrosius) vt ostendam vobis sacrificium, quo diuinum numen scelere violatum placare, ac lenire possitis. Ieiunate. Ieiunium enim reconciliatio nis sacrificium est, & peccatū omnino delet, quod inter Deum & hominem amicitiam dirimebat. Id præclare explicat Diuus Bernardus his verbis. *Primum quidem fratres pro eo quod ab ipsis quoque vobis abstineamus. ea nobis qua prius illicita commisimus condonantur.* Quid igitur est condonare commissa, nisi ieiunio breui ieiunia redimi sempiterna? gehennam enim meruimus, vbi nunquam cibus vllus est, consolatio nulla, & terminus nullus, vbi gutta aquæ diues postulat, & accipere non meretur, bonum ergo & salutare ieiunium quo redimuntur æterna supplicia, dum remittuntur hoc modo peccata. Non dicit Bernardus ieiunio promereri vt Deus peccata condonet, & pœnam remittat. Sed illud dumtaxat, quod de elemosyna dici solet: illam valde vtilem esse, vt omnium scelerum impunitatem assequaris; quia sicut diuina misericordia excitatur, ad vberem gratiam tribuendum illi, quem erga proximos suos misericordem contemplantur: sic Deus ieiuniis quibus se peccatores macerant commouetur, ad infundendum cœlitus in eorum animos diuinum lumen, quo illustrati peccatorum deformitatem perhorrescant, & eos commisi sceleris vt par est peniteat, vnde veniam agniti facinoris assequantur.

IDEM declarat Diuus Athanasius dicens. *sicut propter escam, & inobedientiam proturbatus est Adam ex paradiso: ita rursum per ieiunium*

ium & obedientiam in paradysum qui valet redibit. ac si diceret, propter ciborum abusum iratus est. Dominus, & Adamus expulsus. e paradiso voluptatis, ratio postulat, vt ciborum parcias Deum placatum reddat, & hominem in paradysum restituat. Diuina iusticia post immodicam illam, intemperantiam, ieiunium postulat, ac diuina misericordia post ieiunium, & parsimoniam nostram, veniam nobis, & impunitatem de suo pollicetur.

ILLAM Deus, quæ sua clementia est liberalissime concedit, vt videre est in ciuitate Niniue, cuius scelera adeo erant immania, vt Deus grauius offensus carn post dies quadraginta funditus delere decreuerit. Erat vrbs florentissima, ac adeo celebris, vt verarentur in ea plusquam centum viginti hominum millia, qui nesciebant, (vt scriptura ait) quid esset inter dexteram & sinistram suam.

INGRESSVS est Jonas urbem illam amplissimam, cœpit clamare: *Adhuc quadraginta dies & Ninive subuertetur.* Timore confusi, & formidine perterriti Niniuitæ, cum propheta verbis fidem adhererent, ieiunium generale indixerunt, neminem excipiunt, vt tam omnes homines quam animantia rationis expertia potu, & cibo abstinerent, secundum regis imperium, & voluntatem. *Vidit Deus* Ione 3. *operi eorum quia conuersi sunt de via sua mala, & misertus est Deus super malitia quam loquutus fuerat. vt faceret eis, & non fecit.* Hæc est Dei nostri natura, facile ad misericordiam flectitur ieiuniis, facile carnis maceratione eius commouentur viscera, ex quibus hæc medicina, quæ ad nostram salutem plurimum valet proficiscitur, vt Diuus Chrysostomus testatur cum ait. Communis nostri omnium Dominus, veluti pater filios indulgenter amans, cupiens ea quæ peccauimus nos abluere, hanc nobis quæ per ieiunium fit curatio nem adiuuenit. Hæc ille. *Quæ maior fingi, aut excogitari posset misericordia? qui punitor scelerum, & inortium operum castigator est, ipse antidotum conficit, quo malis nostris medeatur, quia non puniendi, sed ignoscendi studio flagrat, & ideo ait. Conuertimini ad me in toto corde vestro. in ieiunio. fletu. &c.* Primum verbum quod usurpat ieiunium est, vt inde facile conijciamus efficacissimum mediū esse ieiunium ad impetrandam veniam omnium peccatorum.

HINC oritur istud ieiunij præceptum, quod nobis imponit mater Ecclesia hoc tempore quadragesimæ eo animo vt ab omnibus obseruetur, quia probè cognoscit quantum habet virtutis, & gratiæ ad placandum diuinum numen. Vnde tam in

H euangelio

Libro de
Helia &
ieiunio ca
pit 9.

Serm .4.
de quadra
gesima.

Lib. de vir
ginitate.

D. Chryst.
hom. 1. in
Genesim.

Ioel.

euangelio, quam in epistola de ieiunio agit, quia quæ repetite sermone crebrius vsurpantur, facilius ab omnibus percipiuntur. Si ergo modum & rationem queritis, qua vobis Deum placatum reddatis, in ieiunium incumbite, quod tantum gratia valet apud Deum; vt eandem vobis facile possit impetrare. Ieiunium enim fons perennis est, ex quo diuinæ misericordiæ riuuli proficiuntur, quibus peccatorum maculæ eluuntur, & virtutum virgulta procreantur.

Secundus discursus aduersus illos, qui cum hypocrisim detestentur, nullo ad homines habito respectu publicè peccant.

Nolite fieri sicut hypocrita. &c. Matth. 6. nu. 16.

VITIVM istud hypocrisis liberius quondam grassabatur, cum veritati debitus honor deferebatur, nam cum homines laudis, & gloriæ studiosissimi sint, & animaduertant veras animi laudes plurimi fieri, & clarissimos ac præstantissimos viros, in omnium oculis luceque versari, se ex eorum numero esse simulant, vt ea ratione inter primarios haberentur, & ea ratione inanis gloriæ laudem aucuparentur. Nunc autè cum iam vera virtus debita hominum opinione & honore careat, & improborum iniuria parvipendatur, nò pauci sunt, qui eam pronihilo ducunt, nec dant operam, vt virtutis studiosi habeantur.

Simile.

STVLTVS sane esset mercator ille, qui vitreos lappillos, & adulterinos in eam urbem vendendos inucheret, in qua & gemmæ præciosissimæ floccipenduntur, & conculcatur. Sic meritò reprehenderetur ille, qui simulatas animi laudes hisce temporibus sibi ambiendas proponeret, in quibus nec vera, ac speciosa animi ornamenta propter hominum petulantiam in honore sunt. Tantus quondam ieiunio deferebatur honor, vt essent multi, qui facies suas exterminarent, vt apparerent hominibus ieiunantes: & macie consumpti ac palidi incederent, vt corporis tenuitate aurâ captarent popularè. Sed iam ad ea tempora peruentum est, in quibus laudatur ille, qui lautè ac splendidè epulatur, qui pretiosissimis vescitur cibus, & pleniora exhaurit pocula: Hunc omnes prædicant, huc in summo honore & veneratione habent,

Tanti

TANTI quondam fiebat oratio, vt amarèt homines in synagogis, & in angulis platearum æstantes orare, vt viderètur ab hominibus. Sed iam neq; in plateis, neq; in templis orationi vacant, neque honorem & gloriam in diuinis cõmentationibus exercendis constituunt. Et sunt qui falsò putent sua amplitudine minime dignum esse vtroq; genu ante Deum prouolui, sed vnum dumtaxat in flectunt, & ne pavimentum, aut seripulus aliquis genu lædat, gausapinum puluinem mollium atque sub actum illi supponunt.

PLVRIMI etiã habebatur eleemc syna priscais illis temporibus cum in publicum procedebat illi, qui pecunias in pauperes distribuebant, cum prius tuba canerent vt homines cõfluerent, & per fenestras & cæcellos aspicerent, ac summis in cœlũ laudibus efferrèt illum, qui tãta utebatur liberalitate. Sed iam eò miseriæ vêtum est, vt non glorientur homines, cū pauperum inopiam subleuant, sed cū patrimonia profundunt, & fortunas suas obliguriunt cū equos, canes, accipitres, & aucupes alunt, & futili ferarũ venationi inserviunt. Summo in honore quondam habebatur qui sacco utebatur, & cilicinã vestem ad reprimendam contumaciam corporis induebat, quia debitus poenitentia honor deferebatur: nunc autem qui sibi liberius indulget, qui indusium byssinum, ac sericas vestes ostendat, per ora hominum volitat & maximis exornatur laudibus. Hæc est origo totius nostræ calamitatis.

CVM filij israel Idola tegebant, eaq; in abditis, & reconditis locis venerabantur, licet grauius peccarent, sibi solum nocebant, sed cū ea publico in loco proposuerunt, vniuersa ferè fides corruit, & cultus Deo exhibendus periclitatus est. Vt terræ hodierna die in qua non latitat vitia in tenebris, & abditis locis, sed in publicum processere, & in oculis omnium, ac clara luce versantur. Vt hominibus qui suam gloriã, & nominis immortalitatem, in flagitijs ac sceleribus constitutã esse arbitrantur. Superbia effertur, humilitas deprimitur: gula laudatur, temperantia vituperatur, turpido extollitur, continentia iacet, vitia deniq; omnia in honore sunt, & clarissimæ animæ laudes despiciuntur. Principes dynastæ, & primores anam derunt tanto malo quorũ diuitiæ auaritiã, & abundantes voluptates prodigalitatẽ, & omnium fortunarum euersionẽ inuexere, & his temporibus nati sumus (vt ait Liuius) quibus nec vitia nostra nec remedia pati possumus, qui verò tãto malo rebus in republica præclare gestis mederi debuissent, malum augent deprauata viuendi consuetudine, qua reip. vlcera serpunt magis ac magis, & sensim re-

Matth. 6.

nu. 5.

Matth. 6.

nu. 5.

Tit. Livi. in prologo prima de cadis.

H 2 crudel.

rudescunt, unde tātū malum? Ex eo quod iam vitia perficerūt frontem, & in publicum processerunt.

Isai. 59. num. 14. V N D E cum Isaias propheta, populi sui proteruitā & impietatem verbis augere vellet, sic ait, *Corrui veritas in plateis, & æquitas non potuit ingredi, & facta est veritas in obliuionem, & qui recessit a malo prædæ patuit.* Ac si diceret, pugione cōfossa est veritas in foro,

non in angulis vrbis, sed in platea publica, non in tramite aliquo illi insidiæ paratæ sunt, sed in medio foro mucrone petita fraus & dolus signū sustulit. Nullus æquitati & iustitiæ aditus patet, omnes viæ sunt interclausæ, ille vero qui recedit a malo prædæ patet. Hūc insequuntur omnes, hūc cōtumelijs onerāt, hūc figūt maledictis.

Hiero. super caput 59. Isai. Iou. 9. E X P O N I T. D. Hieronymus verba illa Isaiæ, ducta similitudine ab homine illo quem D. Ioannes cōmemorat, qui cū cæcus inatus esset singulari Christi Domini beneficio visum recepit. Quid enim opprobrii & cōtumeliæ nō pertulit, eo quod veritatis partes egit, eamq; sibi defendendā suscepit? maledixerūt ergo ei, quia veritatis defensor acerrimus existeret, ac tandē ex synagoga cū dedecore eiectus est. Huc vsq; inūdauit, vt ait Isaias iniquitas Hierusalē.

H A D E M prophetæ verba vsurpare possumus hodierna die, cū iam iniquitas tantam auctoritatem consecuta est, vt spurcissimi & edacissimi homines, qui tantū abdomini suo nati videntur, summis in cœlum laudibus efferantur: si verō quis paupertatem & parsimoniam sectatur, omnes insurgūt, ac illi in oculos inuolāt. Hunc beneficū, maledicū, hypochritam, per dedecus & contumeliam appellant. Anima duerte obsecro, ad quantam miseriam, & calamitatem deuenerimus, o tempora, o mores, o mirabile portentū! Iam iam homines in tanto scelerum cœno volitantur, vt latentur & gloriētur, cū male fecerint. Si verō quis dat operā, vt ad rectā viuendi viam, a qua deflexerat reuocetur, aut ab eorum societate se auocat. Hunc exagitant contumelijs, hūc afficiunt iniurijs, ac de illius fama quantū possunt deprehunt, prædæ patet. Vt tibi qui in hūc miseriam & calamitatis lacū incidisti, qui tantā tibi licentia assumis, vt nō verearis in hominū oculis facinora peepetrare. Vt tibi possumus enim nō immerito de tua salute dubitare.

Isai. 3. num. 9. V O L V I T aliquando Deus populi sui calamitatem ostendere, & ait: *Peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt.* Verbū illud (*nec absconderunt*) magnā Domini indignationē indicat. Peccatum turpe est, & deforme, & cū illi qui illud admiserāt erubescere debuissent, iactabant facinora, & de commissio scelere gloriabantur.

riabatur. Hi Sodomitis similes sunt, qui omnes verecundiæ fines trāsierūt, omnia pudoris repagula vt homines impudētissimi perfrugerunt, vt indicat cæcitas illa qua meritō puniti sunt, & sulphur ac ignis de cœlo dilapsus, quo vniuersa ciuitas conflagrauit. Quid Dominus de illis diceret, qui sine vlla religione, sine vllō pudore, humanas & diuinas leges ouertūt? Pereāt, extinguantur, concrementur, deleatur de libro viuentiū, cū quis de sceleribus gloriatur nec vllis verecundiæ frenis retardatur, iam hic ad extremā sceleris improbitatem deuenit: reliquum est vt Deus cum illo rationē ponat illumque æternis supplicijs addicat vt tanquam arbor sterilis excidatur, in ignem conijciatur, & ardeat.

S V B M O V E R A T aliquando Dominus pluuiam serotinam, & matutinam, & cū huius calamitatis rationē redderet ait: *Prohibita sunt stella pluuiarum, & serotinus imber non fuit, frons mulieris meretricis facta est tibi, nolisti erubescere.* Cōmemorat ibi propheta supplicium illud, quo Dominus populum affecit, cū cœlum conclusit, ne nubes pluerent, eo quod ad tantam impudentiam, & procacitatem populus deuenerat, vt iam non in angulis vti fiebat, cū adhuc vigeret pudor, sed in publico Idola coleret vt factum fuerat tempore Iezabel. Perficitur populus frontem, pudorem, & verecundiam deposuit, & conclusit Dominus pluuiam. Sed erua-mus spiritū, qui sub huius littere cortice latuit. Quid est subtrahere aquā propter scelerū impudentiam, nisi vt D. Gregori⁹ insinuare vide-tur, concionatores submouere, qui instar nubium aquā infundūt, quibus virtutū semina in hominū animis procreantur? Prohibita sunt stelle pluuiarū. Quedā glosa ait prohibita sunt distributiones diuinarū gratiarū quia nō solū cōcionū beneficio, sed diuinis etiā afflatib⁹ spoliatur quos animo presētire solebāt qui sine vllō pudore peccatis peccata coacerbāt nec hominum cōspectū reformidāt.

A T T I G I M V S causam, cur iam nulla sit hyocrisis, quia scilicet virtus despectui est, vitium autem honori, & gloriæ. Sed cū omnia sint inuēsa, licet virtus non habeat, vitium tamen suos habet hypochritas, qui nō ex veris animi ornamentis, sed ex vitijs simulacris laudem & gloriam aucupantur. Pauper diuitias simulat, & ignobilis humilitatem dissimulat. Qui omnium rerum infcius est sapiens, & dici, & haberi vult. Ad tantā miseriam propter temporum improbitatē deuentum est. Deus, quæ sua misericordia est, tantæ calamitati medicinam adhibeat, qua vitiosæ Reipublicæ partes sanentur.

Jerem. 3. num. 3.

D. Greg. lib. 9. in Iob. ca. 3.

In feria quarta cinerum concio sexta.

Nalite fieri sicut hypochrita, &c. Matth. 6. num. 16.

*Primus discursus, in quo agitur de hypochrita,
qua homines possunt decipi, non
verò Deus.*

QVAMQVAM verum sit hypochritis imperium, non esse tam longè, lateque diffusum, sicut esse solebat, si rem tamen attente consideremus, inuenimus quam plurimos esse hypochritas christianæ Reipublicæ, valde perniciosos, & ut id luce clarius appareat, perpendere necesse est, quid sub nomine hypochritis intelligamus. Diuus Isidorus ait: Hypochrita græcum verbû, latine simulator interpretatur, qui cum intus malus sit, bonû se palam simulat, nam hypochritis falsum veri iudicium interpretatur. Diuus Gregorius Nazianzenus addit, hypochritam esse instar mulierculæ insipientis, quæ cum pulchritudine careat naturali, ad colores pigmenta, & fucos confugere solet. Sic hypochrita cum specie careat, perfectæ, solidæque virtutis, adumbrationem quandam ornamentorum simulat, qua eorum oculos retinet, qui adumbrata virtutis simulatione capiuntur. Diuus Thomas hypochritæ nomen tractum esse dicit ab specie eorum, qui in spectaculis contexta facie incedunt, distinguentes vultum vario colore, ut ad personæ quam simulant speciem propius accedant, modo in viri, modo in fœminæ, ut in ludis populum fallant. Adducit Diuum Augustinum, qui ait, sicut hypochritæ simulators aliarum personarû agunt partes illius quod non sunt (non enim qui agit partes Agamemnonis verè Agamemnon est, sed simulat eû.) Sic in Ecclesijs, & in omni vita humana qui se vult videri quod non est, hypochrita est, simulat enim iustum, non exhibet. Itaque sicut in Scena qui pauper est, diuitis personam agit, & famulus heri, ac qui turpem, & flagitiosam vitâ degit, Diui Francisci honestissimi, ac innocentissimi viri personam refert: sic hypochrita cum in tragediam huius mundi prodit ut animi elationem occultet submissi personam representat, & qui maxime auarus est, se munificum, & valde liberalem simulat. Vnde Diuus Thomas in hanc sententiam concludens: hypochritis ait simulatio est,

non

non autem omnis simulatio, sed solum illa qua quis simulat personam alterius, sicut cum peccator simulat personam iusti.

HINC colligere possumus, hypochritam fuisse Absalonem, qui pietatis prætextu fratrem Amnon ad conuiuium vocauit, animo interficiendi ut Thamar sororem suam speciosissimam vlisceretur. Voluit etiam in parètem insurgere, & regnum per tyrannidem occupare, quod ut facilius assequeretur, stabat iuxta introitum portæ & vocabat eos, qui negotia gerebant, quos ut ad se alliceret blandissimis verbis alloquebatur, ac sæpe dicebat: *Quis me constituat iudicem super terram, ut ad me veniant omnes qui habent negotium ut iustè iudicem.* Studium & animum subueniendi Reipublicæ ostendebat: at verò inaudita quadam regni cupiditate conflagrabit. Quid? Nonne hypochritæ erant Scribæ, & Pharisei quos Christus Dominus reprehendit, qui nomine pietatis liberos à pietate quam erga parentes habere deberent submouebant? nam ut ea quæ filij morigeri, ad subleuandam patrum suorum inopiam suppeditare solent, ipsi sacerdotes raperent, dictare solebant. Deo potius & altari, quam parentibus esse deferenda. O callidi hypochritæ qui sub pietatis, & religionis nomine suam insatiabilem pecuniæ cupiditatem dissimulabant.

Quid? ut diuinæ legis acerrimique pugnatōres haberentur. Scribæ & ligantes ea in fronte, & quasi coronam capiti facientes, ut semper ante oculos mouerentur, latebant autem in animo, perniciosæ, ac pestiferæ mundi leges quas custodiebant, & callidè occultabant, & licet quod oculis cernebatur iustum & sanctum iudiceres, in corde tamen latitabat virus, superficie tenus, summissi, liberales, misericordes apparebant, erant verò superbi, auari, & inuidi. Merito à Christo Domino sepulchri dealbati appellati sunt. Si sepulchrum alicui Principi erectum aspicias statim se oculis obijciunt marmora pulcherrima, & fornices splendenti è iaspide factæ, quocunque te veritas colunas aspicias alabastrinas, niue candidiores, statuas inauratas in excelso positas, stemmata ex auro, & argento, inscriptiones grandioribus litteris in marmore incisas, quæ facinora Principis in illo sepulchro conditi immortalitate consecrant. Omnia pulchra, speciosa omnia, quæ oculos, & varietate retinent, & pulchritudine delectant. Sed si ad ea quæ in busto latent oculos conuertas, si lapidè amoueas, ossa nuda & exesa reperies, putrida occurret caro, veribus scaturiens, quæ tetro, & pestilenti odore aerem inficit. His sepulchris hypochritas similes esse dicit Christus Dominus, qui vult

2. Reg. 15.
7.

2. Reg. 15.

D. Hic in
cap. 33.
super Mas
sheum.

Simile.

tu &

D. Isid. li.
10. Ethic.
cap. 8.
D. Naz. in
orat. fun.
Patr.D. Thom.
2. 2. q. 11.
art. 2.
D. Aug. li.
2. de ser.
Domini in
mon. 6. 3.

tu & superficie mentes illas cœlestes, corde verò, & animo cacæ demones referunt.

NEC solum sunt hypocritæ Scribæ, & Pharisei, sed ille etiam qui verbis simulat amicitiam, vt fecit Ioab, animo autem seruat inimicitiam: *Pacem cum animo loquitur* (vt ait Ieremias) & occultè ponit insidias. Hypochrita est mercator qui publicè porrigit eleemosinam pauperi, occultè tamen ciuitatem vastat latrociniiis. Hypochrita est vidua quæ sub lugubri vtitur veste, & candido velamine tecta in publicum procedit, vt honestissima habeatur, ac intra priuatos parietes, impudentior, & perniciosior est. Hypochrita est etiam sacerdos qui nigri coloris vestibus oblongis indutus linteatus laciniam trahit & diuinis officiis interest, vt diuini cultus studiosus habeatur, animo tamen occultat turpitudinem, & domi fortasse pellicem allit. Hypochrita est iudex, qui publicum exercet iudicium, & quòd in foro tribuat unicuique quod suum est, gloriatur, occultè tamen omnia latrociniiis infestat, ciues expilat, & Regis patrimonium diripit. Hypochrita est tabellio, qui leges sibi præscriptas appendit in superluminari domus suæ, vt legum maximè custos habeatur, in occulto autè depopulator fori est, & pauperes denudat. Hypochrita est, qui Episcopalem dignitatem religionis pretextu appetit, quærit tamen honorem, laudem, & gloriam, quæ inde proficiuntur, multam comparat suppellecilem, seruatorum turbam cogit, Antistes denique creari vehementer cupit, vt nomen immortalitati consecret, & humilem suam stirpem amplificet. Hypochritæ denique sunt omnes illi, qui aliud ostentant, specie simulationis, aliud verò obscurè moluntur.

SE Dices, si hoc verum est, omnia sunt plena hypochripsis, vt quid ergo omnem culpam in Scribas, & Phariseos conijcimus rectè sentis. Sed animaduertere necesse est, nemini licere tantam sibi licentiam assumere, vt alios iudicet, quâquâ ab hac peste, & contagione liberi nõ sint, & immunes. Audi quid Dominus dicat. Cũ repetes à proximo tuo rem aliquam, quâ debet tibi, non ingredieris domum eius, vt pignus auferas, sed stabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit. Nolebat Dominus vt quis alienas ædes perscrutaretur, id enim iudici dumtaxat commissum est. Idem nobis præcipitur, vt quid proximum tuum temerè iudicas? & eius opera mente, & cogitatione perscrutaris, vt aliquid reprehensione dignum inuenias, aut inuenisse arbitreris? Deus operum diiudicator est. Istud munus diuinæ iustitiæ reseruatur. Proximus tibi in rebus omnibus, quæ

quæ oculis cernuntur, præclarum tibi exemplar ad imitandum præbet, & bonum ex se odorem emittit, iam suo muneri satisfecit: iam pignus quòd tibi debetur exhibuit, aliud ab eo repetere non debes. Christus Dominus qui iudex à Deo constitutus est, quem nihil preterit, fugit, aut latet perscrutabitur abscondita tenebrarum & cordis latebras, atque recessus, ac ea quæ in animo & mente latitant diiudicabit. Homo facillè alterius hominis præstigiis, simulatione capitur. Deus autem decipi nulla ratione potest, qui cordis alta considerat, & attingit à fine vsque ad finem fortiter. Homo ea tantum intuetur, quæ ante oculos existunt: Dominus autem intuetur cor: nec solum intuetur, sed penetrat, & omnes eius anfractus atque recessus perscrutatur. *Præuuum est cor hominis* (inquit Ieremias) *& inscrutabile, quis cognoscat illud? Ego Dominus scrutans cor, & probans renes, qui de vnicuique iuxta viam suam, & iuxta fructum adinuentionum suarum.* Verbum illud (inscrutabile) tantâ cordis difcultatem indicat, vt vix homo sibi ipsi conscius sit. At Deo omnia sunt luce clariora, non ait cognoscens, sed scrutans, ad significandam Domini curam, in cognoscendis hominis cogitationibus; attentè enim considerat, quid homo cogitet, cur id cogitet, quo in loco cogitet quid intendat, quo cõtendat, cur contendat: & vnamquamque rem suo pondere pendit, ac suo momento examinat, quali nihil aliud ageret, nec cogitaret. Vnde homines fallere posset hypocrita, Deum autem decipere non poterit.

M V T A V I T aliquando vestem vxor Ieroboam, vt Dei prophetâ consuleret, volebat enim simulatione illa Ahiam decipere, sed non successit: agnita enim est, vt indicant verba prophetæ. *Eccc vxor Ieroboam ingreditur, dic illi quòd audire refugit, &c.* Nimirum nullus Deo tenditur dolus.

A N A N I A, & Saphira arbitrabantur D. Petrum Apostolorum principem, & Christianæ Reip. caput decipi posse: Et falsus est vterque, vt subita mors, qua subito statim correpti sunt indicauit. Nam ad verbum Diui Petri dicentis. Non vobis cum homine sed cum Deo res est, mortui corruerunt in terram.

C V M Christus Dominus, vt illi moris erat concionaretur, aliquando inuectus est in auaros, eosque acriter obiurgauit. Aderant Pharisei qui sanctitatem simulabant, eamque in vestibus præferebant. Studebant autè auaritiæ, & in eius studiũ acriter incumbabant Dominum irridere cœperunt, cui cùm omnia perspecta sunt, nihilque illum lateat, conuertit sermo nem ad illos, & ait.

1. Regum
16. n. 7.
Ieremia
17. num.

3. Regum
14. nu. 6.

Act. 5.
n. 1.

Lucæ 16. Vos estis, qui iustificatis vos coram hominibus Deus autem nouit corda vestra, quia quod hominibus altum est, abominatio est apud Deum.

Genes. c. 1. 27. S A N C T V S ille patriarcha Isaac cū oculorum lumine fuisset orbatus, facili negotio potuit in errorem induci, pellibus, vestitu, & odoris suauitate. Deus autem cum perspicaces habeat oculos, quibus corda penetrat, neque alienis pellibus manibus admotis, neque alienis vestibus suauem ex se odorem spirantibus decipitur, quia aliena sunt. Deus autem quæ propria sunt considerat, & cordium est, ac animorum scrutator.

Gen. 94. P O T E R I T Aegyptia procax Putiphari persuadere se esse puram & integram Iosephum verò turpem & adulterū, Deus autem fraudē regeget aliquando, & facile ostendet, Putipharē, ac omnes illos, qui illi assenserunt fuisse deceptos: quia Iosephus elegans, & pulcher adolescens, pudicitiam coluit, & honestissimus fuit, sed mendax scæmina, ex fraude & mendacio cōposita, turpis & flagitiosa fuit. Vnde ille suæ virtutis, & victoriæ palmam, & gloriā reportabit, illa vero suæ temeritatis, & audaciæ pœnas luet: Quia Deus, qui & bonitate optimus est, & potestate maximus, cui omnia perfecta sunt, reddet unicuique secundum opera sua.

*Secundus discursus, in quo agitur de odio,
quo Deus prosequitur
hypocritas.*

Nolite fieri sicut hypocrita. Ec. Matth. 6. nu. 16.

Leuit. 11. 35. P R A E C E P I T Dominus populo suo, vt destrueret fornacem in quam aliquid immundum cecidisset, & aliam recentem construeret: Quia volebat, vt non solum placentæ, quæ sibi offerebantur essent candore, & puritate conspicuæ, sed etiam vt furnus, in quo decoquerentur nulla inmundicia contaminaretur. Cor nostrum cibanus est in quo opera nostra diuini amoris igne decoquantur, opus est vt syncerum sit, & candidum. Nam licet opera præclara videantur, & omni ex parte perfecta hominibus appareant, si tamen animus aliqua impunitatis macula resperusus fuerit, Deo placere non poterunt.

I D lucè clarius apparet, si sacrarum litterarum volumina è vol-

uas

uas, in quibus et Dominus animalia reprobat, quæ hominibus maxime probari videbantur, Deo autem & reproba & immūda erant.

R E P R O B A V I T Dominus cygnum, quem candidissimis plumis cōuestierat, & cātu dulcissimo exornarat, vt candore & pulchritudine oculos retineret, & dulcedine ac suauitate cātus aures oblectaret. Sed cur a Domino reprobatur? dicam: quia candor ille extraneus est, in plumis consistēs, quas suauēs & cādidas habet cygnus, carnem autē subnigrā, & asperam, quæ externa pulchritudine cingitur. Sub eius specie reprobatur hypocrite qui superficie tenus cādorē, & suauitatem præferunt, animo autem obduruerunt, quo nihil tetrius, nec impurius excogitari potest: lachrymas præ manibus habēt, & si de Christi seruatoris nostri cruciatibus agas, lachrymarū riuiolos profundūt: Illa tamen omnia extranea sunt, & extrinsecus assumuntur, neq; ad ima penetrant, nam si animum explores, instar lapidis sunt. Castitatis ac puritatis candorem vestibus ostentant, sunt autem animo & corpore turpes & impuri. Nō absimiles illis senibus, qui Susannam per dolum & impuritatem inuasunt: cuius animum cū versare cœpissent in omnes partes, & nulla ratio-

Leu. 11. n. 18.

Dani. 13.

ne inclinare possent, ad indignationem, & iram cōuersi, religionis zelum simulantes, scæminam illam castissimam, & integerrimam, in sordido adulterio à se repertam esse profitētur: cum illa esset innocens, illi autem tanti criminis rei. Cygneum candorem cæsarie, & barba simulabant, quibus tetram, & putridam carnem occultabant. Quā Daniel populo manifestauit, cū Susannæ innocentia ostēdit.

R E P R O B A V I T etiam Dominus aquilam: Quid? nō ne aquila omnium auium princeps, & regina est, quæ magnitudine, celeritate, elegātia & robore alias aues facile antecellit, & ita præstat oculorū virtute, vt minime conuiueat, cū splendidissimum solem intuetur. Et cum his omnibus ornamentis exornetur, a Deo reprobatur, & primo loco, quæ ad eō se abijcit, vt suæ veluti elegātiæ oblita, se in terram deprimat, vt lacertas, & immunda aucupetur animalia. Exprimit ad viuum hypocritas illos, qui se principes dici, & haberi volunt, in suis tamen rebus sordidi sunt, & abiecti, nihil nisi tetrum, fœdum, mortale, & caducum appetunt, & cum morū integritatem & mansuetudinem ostentēt, truculenti sunt, & sanguinē expetunt, Aspice Aman quem potentissimus Rex Assuerus omnibus suæ curiæ principibus atque dynastis prætulerat, eumq; secundum à se in omni suo imperio atque ditione esse decreuerat: qui cum videret se ab omnibus regis aëclis, ac pueris nō secus ac regē

I 2 coli,

Esther. 3.

coli, ab vno verò Mardocheo, despici atque cōtemni, ob eam rem vehementer infensus consilium, iniit Iudæos omnes suspendi, vt ea ratione è medio tolleret Mardocheum, Et qui se benignum, & clementem omnibus ostendebat, leui occasione permotus, superbiam, & elationem, quam animo tegebat manifestauit.

O B eandem ferè rationem reprobatur miluus, quia cum & pulcher aspectu, & magnus sit corpore, ac mira velocitate extollatur in altum, semper tamen oculorum obtutū in terram defigit, vt gallinæ pulos, aut lacertum aliquem rapiat. sub eius specie reprobatur illi, qui cum ingenij acumine maxime præstent, ac se in altum efferrant, omnē tamen curā, & sollicitudinem suam in aucupadis fluxis rebus, & caducis collocant. Sunt enim non pauci viri sapientes in omni disciplinarum genere versati, iuris vtriusque peritissimi, qui omne vitæ tempus in capeffendis litteris cōsumpserunt, qui regū & imperatorum curias adeunt, tribunalia conscendunt, omnia circum eunt, litterarum studia laudant, ingenij specimē præbent, & omnia hæc, quæ tanto cum labore comparantur, in vnam corporis voluptatem, aut parui ponderis, & momenti lucrum libētissime referūt. Quid istud est, nisi miluos referre, qui agilitate sua mirabili abutuntur, & a Domino merito reprobantur.

7. moral.
645.

A B I E C I T ibidem Dominus Strutionē, de quo D. Gregorius ait: Strutio volandi speciem habet, sed vnam volandi nō habet, ita hypocrita cūctis intuentibus imaginem sanctitatis insinuat, sed tenere vitam sanctitatis ignorat. ibi ait glossa, Strutio avis est, sed volare non potest, & semper circa terrā est, sicut quidā Deo militātes, & secularibus negotijs se implicantes. Hic carpit ecclesiasticos qui terrena sapiunt, cū eorum cogitatio in cœlis esse deberet, & id hypocrisi cōtegunt, & cum ecclesiasticis insigniti sint ornamentis, secularē instituerunt viuendi rationem, ecclesiasticis titulis exornantur, sed nihil de hoc cogitant, terrenis inhiant, terrena meditantur, cogitationes eorum fuitiles sunt & inanēs. Auim præferunt, sunt tamen animalia terrestria, alas habent, sed volare non possunt, neque in cœlum conscendere, terræ semper inhærent. Hos Dominus reprobat, licet hominibus probentur, & ab illis laudentur, & efferatur in cœlum. Quid iuuat hominum laudatio, cum Deus est oppositæ sententiæ? Qui laudatur ab hominibus improbāte Deo, non liberabitur ab hominibus reprobante Deo.

Leui. 19.
111. 19.

P R A E C E P I T etiam Dominus ne vestem induerent quæ ex duobus esset contexta, Quid igitur intererat, si duos vestis haberet

ret colores? si ex lana, & lino contexteretur? si albo & nigro colore esset respersa? Quia varietate ista illorū fraus significatur, qui sub specie sanctitatis iniquitatem dissimulāt, & cum nigro colore vtantur in secreto, album ostentant in publico, quia duplici colore vestiuntur. Animaduerte igitur, & considera, quot & quibus modis hypocritas detestetur, & a se repellat Dominus: quos nulla ratione ferre potest, licet præclara edant facinora, quæ hominibus placeant, & probentur, existimāt enim huiusmodi hypocritæ, opera illa sufficere, vt muneri suo satisfecisse videantur. Falluntur tamē & similes sunt, (vt ait D. Chrysofomus) hominibus illis, qui illa sacrificia offerebant idolis, quæ sibi Dominus offerri præceperat. Offerebat populus Domino Deo suo vitulos, in holocaustis. Offerebant & ipsi vitulos idolis suis sacrificium eisdem constabat victimis, sed illud erat acceptū Deo, hoc autē abominabile. In eundem fere modū (ait D. Chrysof.) detestatur Dominus opus hypocritæ, non quia perse malum sit (elemosyna enim opus misericordiæ, & pietatis est) sed quia non Deo, sed idolis offertur, quia non ex Dei amore, sed ex inutilium rerum desiderio proficiscitur. Et si adhuc dubitas quantum Dominus ab hypocritis abhorreat. audi D. Hieronymum, qui in hæc verba prorumpit. In cōparatione duorū malorum leuius est aperte peccare, quā sanctitatem simulare. Non est instituti mei dissimulare an rem verbis augeat sapientissimus doctor, id tamen dicam, peccatum istud merito dici posse duplex. & non simplex, quia cum duplicis, & astuti veteratoris sit nomē, præfertur duplicatam ipsam. Qui auaritiæ studet in hominum conspectu, licet auarus sit, auaritiæ tamen limites non prætergreditur, sed qui auarus cum sit liberalitatem simulat, non solum auarus est, sed etiā hypocrita perniciosus. Et hinc oritur grauis Dei commotio, & ira, quia cum se peccator deprimere deberet, detestari scelus, incusare seipsum, fateri peccatum, adeo a Domini sententia abhorret, vt potius se in altum extollat, & innocens dici, ac haberi velit.

H I N C est illud Heliu, *Simulatores & calbidi prouocant irā Dei, neque clamabunt, cū vincti fuerint morietur in tempestate anima eorum.* Iob 36. num. 13
Verba ista maximum timorem ineutere deberent ijs, qui vitium hypocrisis non declinant, sed in illud facile prolabantur. Alia sunt peccata quæ Dominum ad iram, & vindictam impellunt, non autem sicut hypocrisis, sed cum ignorantia, vel perurbatione animi perpetrantur, nocens ad se reuertitur, seipsum

D Chryf.

D Hiero.
super cap.
16. Isai.
in illa ver
ba, in tri
bus auis
cō.

colligit, & instar publicani veniam à Deo Optimo Maximo, non sine magno animi sensu, ac dolore postulat. Hypochrismus verò veterum vitium est, quos simulatores & callidos vocat, superbiam sapit. Unde qui hac peste laborant confessioni se subijcere recusant, ne aliquid dedecoris inde contrahant, quo fit, ut dū honoris, & gloriæ perperam consulunt peculiari quadam ratione Deum ad iram prouocent. Quid inde possumus sperare? Supplicium miserrimum, quod indicant illa verba: *Neque clamabunt cum victi fuerint.* Expōnit Diuus Gregorius: non clamabūt tempore obitus sui, cū mors apprehenderit eos, ut ante supremum iudicem sistat, tunc non clamabunt per veram confessionem, nam ut ibidem ait Gregorius simulatores quosque etiam cum flagella corripunt, ad confessionem simplicem non perducunt. Cognosci enim peccatores refugiunt, quia sancti opinione omnium terebantur, licet eos ad extremum iam flagella feriant, quamuis duci ad æterna supplicia non ignorent. Tales tamen cupiūt apud humana iudicia remanere, quales se studuerant semper ostendere, deprehensi ergo etiam flagello percussione extremæ, quia confessionem puram, vel afflicti exercere negligunt, quasi victi clamare cōtemnunt. Hæc Gregorius. Itaq; cū semper virtutem simulauerint, neque in vltimo vitæ termino constituti, à suo errore deflectunt, neque inueniunt viam, qua se ad Deum conuertant, & peccata expient confessione. Quia etiam in morte auram popularem captant, & ne inanis gloriæ iacturam faciāt æternam fœlicitatem deserunt. *Morietur in tempestate anima eorum.* Quia rabido morbo correpti, dum secum ipsi contendunt, & conscientia stimulis agitantur, miserè extinguuntur. Probi autem, & honesti viri cum Dei tantum gloriæ, & honori studeant, & sacra mysteria obeunt, & peccata confessione delent, & placida morte quiescunt. Animaduerte quantum noceat hypochrismus, & quo Deus illam odio prosequatur, & quibus suppliciiis puniat.

O ILLI S fœlices, & fortunatos qui animi candore, & puritate præstant, quia his animi laudibus maximè delectatur Deus. *Cant. 1.* Unde ad sponsam ait. *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, num. 15.* *oculi tui columbarum.* Bis laudat eius pulchritudinem, & sponsæ oculos, primū sibi ob oculos proponit sponsus, & ab eorū pulchritudine laudationem exorditur. *Oculi tui columbarum.* Columba enim simplicitatis symbolum est. Quo fit, ut simplices & rectos homines columbas appellemus: & oculis (in diuinis litteris) intentio in operibus significatur. *Matth. 6.* *Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum*

cidum erit, si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Hoc est; si rectam habueris intentionem, opus ex illa profectum præclarum erit, & illustre. Si autem intentio peruersa fuerit, & sinuosa, vniuersum opus retortum erit, & maculis reipsum. Unde cū sponsam laudat propter oculorum pulchritudinem, & simplicitatem, indicat diuinus sponsus sibi maximè placere simplicem intentionem. *Estote igitur prudentes sicut serpentes: & simplices sicut columba.* Ille habet oculos columbæ qui cum virtutis suæ specimen præbet, non quærit hominum gloriam, sed gloriam illam quæ ex solo Deo proficiscitur. Oculos habet columbæ qui preces ad Deum fundit, inedia, & siti corpus macerat, elemosinas pauperibus erogat, non ut aurā caperet popularem, sed ut Dei oculis grauissimus existat. Ille verò qui in studiū virtutis incūbit, & sub pietatis prætextu inanē gloriā & honorē quærit, nō colūbæ sed vulpis habet oculos, scilicet, vagos, duplices, ac simulatos, qui facile voluūt in vtramvis partem, ut cū existimes ad dexteram partem aspiceret, respiciat ad sinistram: sursum atollit, & deflectatur deorsum, dextrorsum velle cōuerti, & inuertatur sinistrorsum. Hypocritas ad vitium exprimunt huiusmodi vulpes, qui cū ad Deum videantur conuersi, & eius diuini amoris igne duci, & inflamari, ad terrena inuersi sunt, & eorum amore ducuntur, & algent. Vulpis oculos habet vagos, & qui callidè voluuntur, quos detestatur sponsus, & à sua vinea præcepit arceri. Laudat tamen oculos columbæ, qui recta aspiciunt, & in vnam tantum partem diriguntur, neque leuiter inflectuntur in aliam, & in quem locum apparent conuersi, in illum verè conuertuntur & non in alium. In his oculis requiescit Dominus: his delectatur & gaudet, & his magnam gloriæ mercedem laudisque perfoluit.

S E D animaduertere opus est, solum hypocritas reprehendi, qui virtutem quam minimè compararunt simulant, quia non accusantur illi, qui cū veræ virtutis studiosi sint, idque minime occultare possint (quia virtus seipsam prodit & manifestat) ab hominibus tales quales sunt habentur, & iudicantur. Sunt enim aliqui qui errore decepti, ut hypocrisis vitium declinent, in aliud extremum valde perniciosum vergunt: virtutem abnegantes, ieiunia deserunt, humilem vestitum, quo gloriari magis quàm erubescere deberent abijciunt, pecunias pauperibus non impertiunt: manus cū orant minime tollunt, neque vtrunq; genu inflectunt, cū ad Dei omnipotentis pedes accedunt, ne scilicet hypocrisis vitium declinet, ut verò

verò vitium ipsum declinent, nihil efficiunt; vel ut melius dicam, ut vitium incurrant, & vergant in interitum multa efficiunt: conuiuia parant, domum ornant, elegantes vestes induunt, fortunas dissipant, patrimonia obligant, & nulla Dei habita ratione, in templis dum sacrum fit, omnia oculis lustrant, caput inflectunt in omnes partes, & ita leuiter versant, ac si ageretur vento. Hæc sunt arma quibus hypocritis vitium oppugnant. O impudentiam prædicandam: caco dæmonis, & carnis eius affectæ præstigiæ sunt istæ, ne illis te credas, hæc enim moluntur, ut homines in errorem inducant, ut sub religionis nomine tibi indulgeas, ne appareas hominibus ieiunans: Deus autem vtrunque in homine desiderat, & studium bonæ actionis, & suauem odorem sanctæ conuersationis.

Exod. 25. num. 5. IDEO præcepit ut intra tabernaculum sanguis sacrificiorum contineretur, & pellibus rubeo colore suffusis extrinsecus tegeretur: ut tam illa quæ extra tabernaculum erant, quàm quæ intra illud continebantur eiusdem coloris essent.

REPREHENDIT Deus illos qui cum ieiunant, fiunt sicut hypocritæ tristes, sed etiam detestatur illos, qui tempore ieiunii decreto, corporis oblectamenta sectantur. Non vult Dominus, ut peccator & nocens, iusti & innocentis personam assumat, sed etiam offenditur vehementer cum de commissis sceleribus gloriatur cum perfricata fronte est, & impudentiam iactat. Quid? ferendum ne esset, ut femina illa quæ natiuum colorem non retinet, ne poenitentiam agere videatur: faciem coloribus liniat, & pigmentis imbuat, quibus pulchrior, & speciosior appareat.

Rom. 12. num. 17. DEVS à nobis exigit, ne simulationis vitio laboremus: sed dum animus integer sit & rectus, non illi displicet cura, & sollicitudo, quam in his rebus quæ oculis cernuntur homines solent adhibere, Id Diuus Paulus ostendit cum ait: *Providentes bona, non tantum coram Deo sed etiam coram omnibus hominibus.* Videtur Diuus Paulus respondisse tacitæ objectioni: Nam diceret fortasse quispiam. Si Deus hypocritas odit, dum ea quæ recta sunt animo præstemus, exterius verò effluamus erimus ne illi grati? Nequaquam ait Diuus Paulus. Sed oportet ut provideatis bona: non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Id tamen fieri debet, non animo captandi auram popularem, sed placendi Deo in omnibus, & per omnia, & bonum ex se odorem emittendi, quo hominum animi recreati, maiora quotidie virtutis incrementa suscipiant, & Deum laudent in operibus

omnibus, & per omnia, & bonum ex se odorem emittendi, quo hominum animi recreati, maiora quotidie virtutis incrementa suscipiant, & Deum laudent in operibus manuum suarum, à quo quid quid boni rationem habet proficiscitur. *Sic luceat lux vestra coram hominibus* (ait Christus Dominus) *ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est.* *Matth. 5. num. 17.* Quasi dicat id fieri non debet animo comparandi inanem gloriam, sed glorificandi Deum. Quod si fideliter præstiteritis, gratum mihi erit, & iucundum, ut in hominum oculis luceat, & versimini: Id enim non ad hypocrisim vergit, sed ad veram solidam quæ virtutem aspirat, quæ in hac vita incrementum suscipit diuinæ gratiæ, & in altera gloriæ, & felicitatis æternæ. Ad quam, &c.

In Feria sexta cinerum Concio prima.

Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros, &c.
Matth. 5. num. 44.

BENEDIXIT Moyses filiis Israel ante mortem suam & ait. *Dominus de Sinai venit & in dextera eius ignea lex:* Sub eadem specie se nobis ostendit, idem Dominus hodierna die. Igneam legem in dextera portat. Dei dextera Christus est: hoc nomine appellatur in diuinis litteris. Nam sicut nos vtimur dextera in operibus exercendis, sic Deus operatur omnia verbo virtutis suæ. *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Verbum est Dei dextera, in qua emicat hodie ignea lex diuini amoris igne inflamata. Christus Dominus manibus portat hanc legem, ut ex illius manibus ad nostras transmittatur. *Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros.* Ex hac lege excluduntur scintillæ, sine quibus verba nostra nimio frigore conglaciabunt. Contendamus igitur a Deo ut diuini amoris igne animos nostros inflammet, quo igneam legem igneis verbis proferamus, & ut id facilius impetremus, sanctissimam Virginem primam adeamus. *Aue Maria.* *Deut. 33. num. 1.* *Ioan. 1.*

Primus discursus, in quo ostenditur quantum amor, quo se homines complectuntur placeat Deo, & displiceat odium quo se prosequuntur.

Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros. &c.

Matth. 5. nu. 44.

Cicero.

IN maximam disceptionem venit apud antiquos, vtrum essent iniuriæ condonandæ. Nec defuit qui diceret iniuriam nemini inferri debere, licitum tamen esse illatam vlcisci. Et cum philosophus ille haberetur sapiens, & Stoicorum disciplinam profiteretur, qui omnes animi motus omnino reprimendos esse affirmabat, nunquam sibi persuadere potuit inimicos esse diligendos, & eorum iniurias remittendas.

NEC mirum si ethnicis errorum & ignoratiæ tenebris implicitis lux euangelicæ veritatis non illuxerit. Quando Israelitici populi sapientiores, in sacrarum litterarum studijs satis versati, ad tantam ignorantiam deuenerant, vt frequenti sermone vsurparent. *Diliges amicum tuum & odio habebis inimicum tuum.* Ac si dicerent eris amicorum amicus, & inimicus inimicorû. Quid mirû si ethnici illi sapientes in hoc lubrico de inimicorum dilectione loco prolabebantur, in quo Hebræi diuini luminis splendore illustrati, & cœlestium præceptorum præsidio muniti, sine casu, ac prolapsione non constiterunt.

SV Bortam ergo cõtentionem Christus Dominus apertissimis verbis diluit hodierna die dicens: *Dictum est antiquis diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros, & benefacite ijs qui oderunt vos.* Disputent legisperiti, disceptent sapientes, allucinentur philosophi, sua proferant argumenta litterati, quibus probare contendant licitum esse iniurias vlcisci, & inimicos odio prosequi. *Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros & benefacite ijs qui oderunt vos.*

NEC solum in euangelio, sed aliàs sæpe in lege veteri, hanc inimicorum dilectionem iam sub inuolucris, iam apertis verbis in *Leui. 19. nu. 4.* dicauit Dominus, præcepit in Leuitico ne populus vesceretur in-

mundis

mundis animalibus. Et ea commemorat animalia quæ iniurias sibi illatas vlciscuntur.

REPROBAVIT camellû, qui iniuria lacepsitus, tempus, & occasionem quærit vlciscendi sese, vt intelligât accerrimi iniuriarum vltiores se a Domino reprobari. Interdicitur deinde chærogryllus cui cutis inuersa, mollis est, cum illa foueatur, cõuerfa vero spinis resperfa, quibus pungit, & vulnerat. Sub nomine huius animalis reprobandur homines illi, qui sibi mites & suaves sunt, alijs vero asperi & immanes: sibi facillè ignoscunt & peccata condonant, ab alijs vero penas repetunt, aculeos habent quibus vulnera infligunt, & lacepsiti repungunt. *Deut. 14 nu. 7. Leui. 11. nu. 5.*

PRÆCIPITVR etiam vt in sacrificijs pacificorum nec sanguinem, nec adipem omnino comederent. Cur id? Quia adipe indulgentia, sanguine verò, crudelitas, præfiguraretur. Vnde feroces homines sanguinolentos, eos vero qui sibi indulgent suaves & blandos appellare solemus. Sunt enim aliqui qui secum maxima lenitate, cum alijs vero incredibili quadam vtuntur asperitate: genio & voluptati indulgent ipsi, & dant operâ diligenter, vt alij penitentiæ vacent. Erga se misericordes, & faciles, crudeles, & difficiles erga alios. Id Dominus detestatur valde, cû maxime exoptet, vt erga alios suavis & blandus, in te vero asper, & acerbus sis.

HA NC Dominus quærellam iactabat aduersus populû suum. *Va qui opulenti estis in Sion qui dormitis in lectis eburneis, & comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti.* Vescebantur adipe sibi prohibito, in quo lenitas significatur, & vt ostendat etiam crudelitatem subdit Dominus: *& nihil patiebantur super contritione Ioseph.* De hac morum immanitate, & sæuitia conqueritur Dominus, & atrocissimum illis supplicium minatur.

SED videamus cur Dominus reprobauerit etiam omne genus accipitrum, quid habet vitij huiusmodi aues, quas reges, principes, ac dynastæ, magno precio coemant, diligenter alunt, manibus portant, pulchritudine excellunt, agilitate præstant, ita vt cum in altum eferuntur ad nubes pertingere videantur, & vt ibi natagen perdicem, aut leporem capiant, mira quadam velocitate deprimuntur in terram. Ardeas interdum aucupantur, gratisimum principibus aucupij genus. Quid mirum si Dominus reprobauerit coruum, cum nullam habeat pulchritudinem nigrum animal, & inter stercorea versatum, sed reprobare accipitres, tynnaunculos, aquilas, buteonem, & nittum, mirum profectò, agiles sunt, & pulchræ

K 2 huiusce-

huiusmodi aves, fatcor. Sunt tamen rapaces, & cruentæ. Vn-
guibus dilacerant, rostro discerpunt. Displicent Domino cruentæ
manus, quibus pulchritudo, & decor cruore respergitur, & infi-
citur. Accipitres reprobat, columbam approbat, simplicem, candi-
dam, puram, sine felle amaritudinis. Hanc sibi voluit in sacrifi-
cijs offerri. Diligit enim Dominus mansuetos corde, & mites ani-
mas, illos autem reprobat, qui in alios maxima quadam ferocitate
exultant.

NEC solum reprobantur a Domino crudeles, feri, & inhumani,
qui suam insatiabilem crudelitatem in proximos exercent, aut
illos contumeliosis verbis afficiunt, sed etiã illi, qui quoquomodo
illos mente, aut cogitatione lædunt. Ideo dixit Dominus *Audistis*
quia dictum est antiquis, non occides, qui autem occiderit reus erit iudi-
cio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit
iudicio. Non ait, qui ultus fuerit sese, vt camelus, nec qui pupu-
gerit vt erinaceus. Sed qui iratus fuerit. licet refrenet linguam, &
cohibeat manus, si tamen cogitatione non arceat reus erit iudicio.

ET vt luce clarius appareat, quantum Dominus detestetur hoc
malum, audiamus Spiritum Sanctum. *Noli* (inquit) *de mortuo inimi-*
mico tuo gaudere. Non solum prohibet Dominus animi commo-
tionem, & iram, sed gaudium etiam & lætitiã, quæ audito inimi-
ci obitu solent in animo suboriri. Prohibet etiam ne gaudiũ capias
cũ detrimentum cœperit inimicus. Vnde ait. *Cum ceciderit inimicus*
tuus ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum, ne forte videat De-
minus, & displiceat ei, & auferat ob eo iram suam. Non dicit, cum ini-
micus tuus interierit noli gaudio, & alacritate perfundi. Sed si ceci-
derit inimicus, si pedibus offenderit, in salebrã incurrerit, aut quod
libet quantumuis minimum detrimentũ cœperit, ne gaudeas, neq;
in ruina eius exultet cor tuũ, Ne forte irascatur Dominus, qui in-
tuetur cor, & odiũ quo illũ prosequeris, quia tibi iniuriam fece-
rat, in te detorqucat, & inflectat. id enim indicare videtur ver-
bum illud, *auferat ab eo iram suam.* In Hebræo habetur, *reverti,*

vel redire faciat ab eo iram, scilicet in te. Vnde clamabat Dauid. *Me-*
mor esto Domine filiorum Edom, in die Hierusalem, qui dicunt exinanite
exinanite vsque ad fundamentum in ea. Filij Edom. oderat filios Hie-
rusalem, & cum ipsis renuntiatum fuisset Hierosolymitanos victos
fuisse a Chaldæis, lætabantur, & victores vrbes incendebant, infla-
mabant, & permouebant, vt urbem funditus delerent. *Exinanite,*
exinanite vsque ad fundamenta, euertere urbem, turres labefactate. cor-

ruant

ruant muri, nec infadat lapis super lapidem; Gaudebant, lætaban-
tur, gestiebant in ruina, in exitio, & casu inimicorũ suorum, Dauid
autem qui diuino illustratus lumine cognoscebat quantum Domi-
no displiceret huiusmodi gaudium, ad illum conuersus dicebat:
Memor esto Domine filiorum Edom in die Hierusalem, qui dicunt exima-
nite, exinanite vsque ad fundamentum in ea.

HINC est illud sanctissimi Iob, qui vt suam ostenderet inno-
centiam hoc scelus auerit a se: *Si gauisus sum ad ruinam eius qui me*
oderat, & exultauit, quod inuenisset eum malum. Non ait si, vi, ferro, &
igni, ultus sum iniurias mihi illatas. *Sed si gauisus sum ad ruinam eius*
qui me oderat. Sciebat enim patientissimus vir quantum Domino
displiceret huiusmodi gaudium.

SED neque his contentus Dominus, maiora quærit, cum ait.
Non queras ultionem, nec memor eris iniuria ciuium tuorum. hoc est, *Luca 19.*
non solum ultio in te locum non reperiat, sed ne ultionis quidem
cogitatio animum tuum subeat, & si sensum obrepat protinus ex-
tinguatur & ne irã excitet, animum inflammet. & ad vindictam
impellat, sempiterna obliuione deleatur. *Matth. 18.*

DENIQUE vt ultimam Dominus imponat manum, & in-
choatum opus felicissime absoluat, concludit dicens: *Si quis te per-*
cusserit in dexteram maxillam tuam præbe illi & alteram. Non dixit
requo animo tolera, & tace. Sed præbe illi & alteram. Nam ita ani-
mum rationi subiectum habere debes, vt nõ solũ alapas, ac probra
quælibet libenti animo perferas. Sed quodlibet malum perpetiaris,
priusquam iniurias vlciscendi, animum tuum subeat cogitatio.

Secundus discursus in quo ostenditur quantum
commendat Dominus, vt inimicos
diligamus.

Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros. &c.
Matth. 5. num. 44.

SUNT in sacris litteris præcepta quæ dicuntur affirmatiua,
Diliges Dominum Deum tuum &c. Sunt item & negatiua. *Non occi-*
des, non furaberis, non falsum testimonium dices, nullam deniq; iniuriã
facies proximo tuo. Satis ostendit Dominus in his præceptis negati-
uis quantum exoptet, vt homines inter se amicitiam contrahant, sed

K 3 in affir-

in affirmatiuis id apertius & clarius indicauit. Vult enim vt quoties
Matth. 18. 21. cunque frater noster deliquerit, si veniam petierit nos paratos inue-
 niat ad ignoscendum ei.

D. Hier. ACCESSIT Dominus Petrus ad Iesum & rogauit illum. *Domine*
ne quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei vsque septies?
 Respondit Christus. *Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies*
septies. Hoc est (vt Dominus Hieronimus exponit ibi) quadringentis
 nonaginta vicibus, vt toties peccanti fratri dimitteret in die, quo-
 ties ille peccare non posset. Exigit itaque dominus, vt millies illi
 ignoscas, si millies deliquerit, & addit ad veniam, amorē hodierna die.
Diligite (inquit) inimicos vestros & benefacite his qui oderunt vos. Nō
 solum opus est inimicorum iniurias æquo animo ferre, sed illos
 etiam amore, & beneuolentia complecti, & animo, & corpore, &
 in ijs, quæ ab hominibus cernuntur, & in ijs quæ Deo tantum per-
 spectæ sunt. Hinc est illud Diui Gregorij: virtus est coram homini-
 bus aduersarios tollerare; sed virtus coram Deo diligere.

D. Gre. in ET eo amore complectendus est inimicus, qui homines in ad-
pasto. 3. mirationem rapiat. Cuius rationem & modum præscribit Domi-
admo. 10. nus cum ait. *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Proximum dicit,
 non amicum dumtaxat, vt perperam affirmabant pharisei. *Diliges*
proximum tuum: quicumque ille sit. Hoc est, præceptum meum: hoc
 mando vobis, vt diligatis illum sicut vos metipsos, satis comenda-
 tum est istud. Quid opus est vt verbis augeatur? nam qui amorem
 illum postulat quo se quisque diligit, maximum amorem postulat.
 Animaduerte & cogita, quo quis se amore complectatur, quantum
 sibi indulgeat, qua ratione peccata dissimulet. Vnde tâta liberalitas?
 tanta indulgentia? & misericordia? Rogas? quia seipsum in oculis
 fert, ac sibi charus est. Eundem amoris modum præscribit tibi Do-
 minus: & ideo non dixit, diligite inimicos vestros, sicut amicus
 amicum diligit, quia hæc amicitia interdum remitti solet, aut animo
 dissolui: vti dissoluta est inter regem Assuerum, & familiarissimum
 eius Aman. Nec dixit Dominus, diligite inimicos vestros, sicut
 frater solet fratrem diligere, quia amor iste inuidiæ, & crudelitati
 subditur, vt indicat immanitas, & sæuitia Cain, & cædes innocen-
 tissimi Abel, inhumanitas & feritas filiorum Iacob, seruitus & cala-
 mitas fratris eorum Ioseph. Neque dixit diligite inimicos vestros,
 sicut mater diligit filium suum, quem in lucem edidit, & suscepit:
 quia hic amor licet maximus sit, non caret omnino insania & cru-
 delitate, vt videre est in obsidione illa Samariæ, quam adeo arctam
 fuisse

Mat. 22. *num. 36.*

fuisse commemorat sacræ litteræ, vt foemina fame inpatiens filium
 suum deuorauerit. Non ab similem historiam narrat Iosephus cum
 agit de ruina, & exitio Hierosolymitano, de quadam foemina quæ
 filium coxit, vt illius carnibus vesceretur. Hæc foemina filios truci-
 darunt cruentis manibus, vt eorum corporibus quos genuerat fami
 satisfacerent, quia filiorum amor, amor sui cedit, a quo vincitur, & su-
 peratur. Quis enim vnquam eo miseræ & famis deductus est, vt præ-
 vitæ desiderio propriis carnibus vesceretur? Cum igitur amor sui
 potentissimus sit, illum Dominus constituit, vt exemplar amoris,
 & beneuolentiæ, qua proximus complectendus est. *Vt diligas proximum*
tuum sicut te ipsum. Satis hic Dominus rem commendat, quem
 imitatus Paulus eundem amorem similem esse vult vinculo & fibu-
 læ, qua eiusdem corporis membra connectuntur, & colligantur inter
 se. Et ideo ait. *Si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia mem-*
bra: si gloriatur vnum membrum, congaudet omnia membra. Vos autem
estis corpus Christi, & membra de membro. Perpulchrum est hoc simi-
 le Diui Pauli. Videmus enim nec pedem ab altero pede conculca-
 tum, nec manum ab altera manu læsam vindictam sumere; quia cum
 eiusdem corporis membra sint, sibi inuicem ignoscunt, & iniuriam
 illatam remittunt, quia mutuo inter se amore copulantur, quem Di-
 uus Paulus desiderat inter omnes Christi fideles, quia eiusdem cor-
 poris membra sunt, cuius caput Christus est. Quamquam proximus
 corpus tuum lædat, & maximum tibi detrimentum afferat, de hono-
 re & fama detrahat, eiusdem corporis membrum est, illum dilige,
 ac ei peccata facile condona.

NEQVE his contentus Christus Dominus addit. *Et benefaci-*
te his qui oderunt vos. Non solum amorem, & beneuolentiam exigit,
 sed opera & benefacta quibus amor confirmetur, & ostendatur. Si
 ille te iniuriis laceſſat, tu illum beneficiis prouoca, non secus ac si
 nulla te iniuria, sed maxime affecisset beneficiis. *Quia charitas pa-*
tiens est, benigna est, &c. Vt testatur Dominus Paulus: quem sic exponit
 Dominus Gregorius. Patiens est charitas, quia illata mala æquanimitè
 tollerat: benigna verò est, quia pro malis bona largiter ministrat. Et
 Spiritus sanctus, vt id clarius ostendatur ait. *Si esurierit inimicus tuus*
ciba illum, si sitierit, da ei aquam bibere. In hebræo habetur: *ciba eum*
pane, & da ei aquam bibere. Neque id solum intelligas, de pane, &
 aqua, quibus corpus alitur, sed de omni ciborum genere. Est enim phra-
 sis hebræorum, qui sub panis nomine omne cibi genus intelligunt.
 Vnde cum dicitur: *Iesus ingressus sabbato manducare panem.* Intelligere

1. Corint.
13. n. 26.

Simile.

Mat. 15.
num. 44.

1. Corint.
13.

D. Grego.
10. Mor.

cap. 8.

Prou. 25.
num. 21.

gere debes ingressum fuisse, vt se cibo reficeret. Eadē ratione apud
 Rom. 12. hebræos nomine aquæ, omnis potus designatur. Apud septuaginta
 num. 20. interpretes habetur: *ciba illum, & pota illum*. Et Diuus Paulus ait. *Si*
esurierit inimicus tuus ciba illum si sitit potum da illi. Ac si diceret non
 secus inimici necessitatibus prouidere debes, quā si necessarius
 esset, & de te benemeritus.

Exod. 23. HINC duxit, originem præceptum illud quod imposuit Domi-
 num. 4. nus populo suo. *Si occurreris bovi inimici tui, aut asino erranti reduc*
ad viam. Si videris asinum odientis te iacere sub onere non pertransibis sed
subleuabis eum eo. Animaduerte & considera quid præcipiat Domi-
 nus maiestatis, & quō descendat. Non illi sit satis, si inimicum di-
 ligas, & illi beneficias, nisi eius asinum, & bouē subleues, quia illius
 sunt. *Si occurreris* (inquit) *bovi aut asino erranti reduc ad viam*. Si one-
 ri succumbit asinus subleua illum. O sumam Dei erga hominum
 genus benignitatem, quæ talia præcepta ad inuenit!

NEQVE his exhauritur modus & ratio amoris inimicorum
 quia diuina sapientia fons perennis est, ex quo diuini amoris lati-
 ces erumpunt, quibus inimicorum amor irrigatur, vt incrementa
 suscipiat, & in omnes partes ramos extendat. Vnde tandē præcipit
 Christus Dominus, vt preces ad dominum Deum pro inimico fun-
 das. Vide quō tendat, & quō se extendat christiana charitas, eo per-
 fectionis peruenit, vt si extrahere non possis inimicum tuum à peri-
 culo in quo versatur, vltimum remedium adhibere debeas. Preces
 scilicet, quibus diuinam opem & auxilium implores, vt inimicus re-
 spiciat, veniam impetret, & sempiternam felicitatem assequatur,
 vt à Diuo Iacobo, & Stephano protomartyre gloriosissimo fa-
 ctum est.

Tertius discursus, in quo ostenditur Christum
Dominum nō solum verbis, sed suo etiā
exemplo, homines indiscere vt
inimicos diligant.

Ego autem dico vobis, &c. Matth. 5. num. 44.

HIS verbis alloquebatur Dominum Regius ille vates Dauid.
Exurge Domine in precepto quod mandasti, & synagoga populorum
circundabit te. Postulabat propheta vt Deus humanam induc-
 ret

ret naturam, & factus homo, humilitatis leges quas christianæ Rei-
 publicæ imposuerat exemplo suo confirmaret. Hic exponitur
 à D. Augustino regius propheta Dauid, & addit præceptum de
 quo loquitur esse præceptum humilitatis, quia ægregiæ huius virtu-
 tis voluit Christus dici, & haberi præceptor, magister, & doctor: &
 ideo ait. *Discite à me quia mitis sum & humilis corde*. Cui adiūgit præ-
 ceptū charitatis, de qua idem dici, & prædicari voluit, vt verba eius
 ostendant. *Hic est præceptum meum vt diligatis inuicem*. Sicut & alia
 Domini præcepta singulari cultu, & veneratione dignissima, sed pe-
 culiari quadam ratione Domini præceptū dicitur, præceptum chari-
 tatis. *Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem*. Nec solū complecti-
 tur amicos, & familiares, sed ad inimicos etiam se diffundit. *Ego au-
 tem dico vobis, diligite inimicos vestros, & benefacite his qui oderūt vos*.
 Optimum est hoc præceptum, sed arduum & difficile. Possit quis
 obijcere infirmitatem hominis & dicere: *ô Domine cum tu in tu-
 to, & manito loco constitutus sis, neque ab aliquo peti possis, fa-
 cile imponis præceptum, vt inimicos diligamus*. Locum habitas in-
 accessibilem, a nemine lædi nec vulnerari potes, quia si quis immi-
 sere sagittas, detorquentur ad illum qui miserat vt eisdē transfiga-
 tur, si experienter cognosceres quantæ calamitatis sit exponi telis
 inimicorū, & quam luculentum vulnus infligant eorum iniuriæ, for-
 tasse nō ita facile præciperes vt inimicos diligeremus. Vt huic obie-
 ctioni se opponat, eamque præoccupet, clamat propheta Dauid.
Exurge Domine Deus in hoc tuo precepto quod mandasti. Veni vt ini-
 micorum iniurias experiaris, & ab illis opprobriis, & contu-
 meliis affectus, illos amore, & benevolentia complectaris, vt
 tanto exemplo excitati homines, suos diligant inimicos. *Exur-
 ge Domine in precepto quod mandasti, & Synagoga populorum cir-
 cundabit te*. Audiuit Dominus orationem Dauid: exturrexit è so-
 lio maiestatis suæ, humanam induit naturam, & ea præbuit exem-
 pla amoris inimicorum, quæ homines in maximam admirationem
 raperent.

VIX in lucem editus susceptusque est cum graues Herodis
 inimicitias pertulit, qui vitam eius, & sanguinem expetebat, &
 vt natum puerum interficeret, maximam innocentium puerorum
 multitudinem trucidauit. Potentissimus erat hostis regio dia-
 demate fulgens: at potentior erat puer, quia Deus erat, qui Regis co-
 natus facile posset irritos facere, tela retundere & gulā eius frange-
 re, intra priuatos parietes. Nolluit tamen potentia, & maiestatis suæ

L signum

D. Aug. sē
 per psal.

Ioan.

Matth.

signum ostendere. Sed celsit regis insolentia, & temeritati, & fugit in Aegyptum. Fugæ se dedit, tãquam imbecillis, & timidus, qui erat potentia & fortitudo patris vt illius exemplo docti cognosce remus, quid nobis faciendum sit, cù inimicus tendit insidias, & malum minatur capiti nostro. Nam licet tuc sine vllò vitæ discrimine vindictam de illo sumere possimus, nequaquam id fieri debet. Sed iuri nostro cedendum est, & iracundia reprimenda. vt D. Paulus admonet. *Non vos defendentes charissimi, sed datè locum ira.*

Rom. 12.

19.

Luc. 9. n.

§ 2.

FACIEBAT iter Christus Dominus Samaritam versus, & misit nuntios ante conspectum suum, qui Domini aduentu Samaritanis renuntiarent illi autem adeo rustici, & agrestes fuerunt vt nuntios vacuos Domino remiserint, illumq; in suam urbem excipere noluerint. Valde comoti Ioannes, & Iacobus, quod repulsam quam passus est ægretulissent, in hæc verba prorumpunt: *Domine vis, dicimus, vt ignis descendat de caelo & consumat illos.* Commeruerant Samaritani atrocissimum illud supplicium. Sed quid Dominus? nun quid eorum sententiæ adhæsit? Conuersus increpauit illos dicens: *Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare* Ecce tibi exemplum singulare. Non solum iniuriam sibi illatam vltus non est, sed Apostolos, qui de hoc agebant, acriter obiurgauit.

DOCEBAT Christus Dominus. Iudæos veritatis viam, vt se ad bonam viuendi frugem reciperent, tãto beneficio indigni sustulerunt lapides vt lapidarent eum. ô execrandum facinus. Sed quid Dominus? *Multa* (inquit) *bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis?* Animaduerte verborum suauitatem, ægrotis medicinam adhibebat, mortuos ad vitam reuocabat, a Dæmone oppressos in pristinam libertatem afferbat, benefaciebat denique omnibus, & tantorum beneficiorum immemores sustulerunt lapides vt lapidarent eum. *Propter quod horum opus me lapidatis?* O miram seruatoris nostri erga inimicos suos benignitatem! ô patientiam prædicandam! Reliquum erat Domine, vt post tantam ingrati animi significationem imperares vt terra de hisceret, eosque adhuc viuentes in infernum deglutiret, vti factum est, cum Datan, & Abiron. Nihil minus ait Dominus, maxime enim exoptat, vt inimicorum iniurias, æquo libentique animo perferamus, ideo seipsum nobis tanquam exemplar ad imitandum proponit. Cuius exemplo martyres edocti patientissimi euaserunt.

Ioan. 10.

xii. 31.

Subiungunt

SVBIUNGUNT Iudæi, *De bono opere non lapidamus te sed de blasphemia.* Nihil iam superesse videbatur, nisi Christum Dominum post tot probra, & iniurias blasphemum appellaret, & hac ignominia afficeretur, vt nihil iam in eo vltra desideres. Lapidibus arripunt, & blasphemum, appellant, addunt ad iniuriam dedecus. O petulantiam singularem! Dominus dabat operam diligenter, vt eos deuotos ad viam reuocaret, illi autem deteriores effecti beneficio, occasiones quærebant perdendi eum, & lapidibus obruendi, tanquam multa febris phrenetici, insaniebant in medicum, qui venerat curare eos, illumque in vincula conijcere conabantur. Omnia Christus Dominus inuicta quadam animi magnitudine tolerauit: nullum verbum asperum protulit, quod animi commotionem quantumuis minimam indicare videretur: vt sibi ante oculos proponat homunculus exemplum hoc singulare: & discat vermiculus subijci omni creaturæ propter Deum, & aduersariorum iniurias, perpeti: quando ipse Deus propter hominem, tot inimicorum iniurias, probra, & contumelias, singulari quadam animi virtute superauit.

ITERVM atque iterum Dominus Hebræorum animos per tentauit, vt illos sub diuinâ potestatem redigeret, illi autem mente obdurata, & animo rebelli obstiterunt, nec his contenti, probra illa iactarunt in Christum Iesum: *Samaritanus es tu, & Dæmonium habes.* Ac si dicerent, Hæresi infectus es, & cum Dæmone rationem habes. Quæ maior iniuria inferri poterat tanto Domino? Ille autem singulari quadam animi summisione respondit: *Ego Dæmonium non habeo.* Tum homines illi lapidei, *Sustulerunt lapides, vt iacerent in eum, Iesus autem abscondit se, & exiit de templo.* Quid magis admitem profus ignoro, huius populi pertinaciam. Iram, & furorẽ, an Christi Domini summisionem, patientiam, & mansuetudinem. Noluist enim inter tot iniurias vllam irati animi significationem ostendere, vt nobis patientiæ, & charitatis exemplum relinqueret.

SED cum aliàs sæpe, tum maxime eluxit Domini patientia, cum seruus pontificis furore correptus, illi alapa impegit, quæ adeo immanis fuit, vt cù tot esset colaphis cæssus de hac solum tanquam singulari mentionem fecerit D. Ioannes. Si igitur reliquæ crudelissimæ fuerunt qualem hanc fuisse existimabis. Considera alapa immanitatem, qua totum Christi corpus comotum est, & nurauit, quæ digitos in facie impressos reliquit, & dentes sanguine resperfit.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

nu. 22.

L 2 Aspice

Aspice Christum Iesum dolore cruciatum, sanguinem expuētem. Quid meruit sacrilegus ille seruus, qui tantum facinus perpetravit. Audi quid accideret impio & scelerato homini, qui D. Thomam Apostolum alapa percutere ausus est. Irruit in eum ferocissimus canis, & manum sacrilegam dentibus detruncauit. *Extrahit manum Rex Ieroboam aduersus prophetam Domini, & dixit apprehendite eum. & aruit stratum manus. ita ut eam contrahere non valuerit.* Quo igitur supplicio plectenda erit scelerata illa mantis illius, qui non fuit extensa aduersus prophetam aliquem, aut Domini Apostolum. Sed ipsum Dominum maiestatis alapa contudit inmani? Audi vindictam Deo homine dignam, quæ cœlestes illas mentes in admirationem rapit. *Si male locutus sum, testificamini perhibe de malo. Si autem bene, cur me cadis.* Sic loqueris o rex inuictissime? hanc sumis vindictam de seruo illo sacrilego, qui æternis supplicijs deberet addici? *Disce a me (ais) quia mitis sum & humilis corde.* O magister præstantissimæ patientiæ, & charitatis, quam egregie tuos instituis auditores. Nunc cognoui, quam pulchre sonat in ore tuo verbum illud: *Diligite inimicos vestros.* Præceptum imponis, sed præcepto subderis, illudque primus omnium executioni mandas.

A D D I T etiam Dominus, ut beneficiamus his qui oderunt nos. Ipse, autem ut nobis exemplo esset, semper beneficus, & benignus extitit, & ut alia exempla præteream, id reticere non possum, quod Christus Dominus exhibuit in horto Gethsemani: quod nihil illustrius, præstantius, & excellentius fingi, aut excogitari poterit. Cum Christus Dominus iam sibi a Iudæ periculum creari, exitiumque moliri cognosceret, in Gethsemani hortum secessit, & dum præces fandebar ad patrem, ecce tibi Iudas nequissimus proditor, satellitibus stipatus, hortum ingreditur, cui Christus placido serenoque vultu obuiam occurrit, & tanquam innocentissimus agnus, se illis nequitæ ministris ligandum, vincendumque tradidit. Quis dicere queat quot fuerit iniurijs affectus auctor ille totius sanctitatis, quot etiam verborum contumelijs laceratus, Colaphis capus, pugnis, fistulisque contusus, Præuidens hæc D. Petrus amore ardens, seipsum cohibere non potuit, stricto gladio in mediam aciem se dedit, & serui cuiusdam auriculam amputauit. ad quem conuersus Dominus ait: *Mitte gladium tuum in vaginam, omnes enim qui asceperint gladium gladio peribunt. An putas quia non possunt cogere patrem meum, & exhibe-*

3. reg. 13.
nu. 4.

Ioan. 18.
nu. 22.

Luca. 22.
nu. 5.

Ioan. 18.
nu. 10.

Matt. 26.
nu. 53.

& exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum? o inauditum mansuetudinis exemplum! Quid ultra requiri, aut desiderari potest? sed audi Diuū Lucam: *Cum tetigisset auriculam eius sanauit eum.* Sanauit hostem illum, qui eius sanguine suos pascere oculos ardentissime cupiebat, & ut sanaret illum singulare miraculum edidit. Quid? Promeruit ille seruus non solum auricula de nudari, sed capite etiam obtruncari, & tanto illum afficis beneficio? Nonne sufficeret obiurgatio illa qua Petrum ab ultione debita reuocasti? minime inquit Dominus, quia non solum ferre debemus inimicorum iniurias, sed illis etiam benefacere. Et huius cœlestis doctrinæ exemplum præbet Christus Dominus: ut illius vestigijs insistantur. optimo igitur iure præcipere potest: *Benefacite his qui oderunt vos.*

N E Q V E his contentus, asserit, præces esse fundendas, pro his qui calumniantur nos. Hoc Christus non modo suis præceptis seruandum docuit, sed suis quoque clarissimis exemplis imitandum proposuit. Pendebat in cruce inimicis suis circumuentus, suorum præliis destitutus, opprobrijs, & contumelijs affectus, virgarum plagis deformatus, extremum iam spiritum agens. & sui velut immemor, & memor inimicorum, oculos in cœlum erexit, & ab æterno patre veniam suis inimicis deprecatus est. eos excusans, quod nimirum nescirent quid facerent. *Pater dimitte illis non enim sciunt quid faciunt.* o verbum sacrosanctum, cultu & ueneratione dignissimum. Conquerebatur se a patre derelictum, & derelictum, & ipse nec dereliquit, nec deseruit inimicos suos. Cruciabatur ab illis, & patri pro eis, supplicabat, eorum cernebat perfidiam, & ignorantiam excusabat. Capitali in se odio laborantes experiebat, & veniam illis tanquam innocentibus præcabatur. O singularem atque incredibilem, charitatem, o amorem inuictum, atque inextinctum, & inexplicabilem, imo incomprehensibilem diuinæ bonitatis magnitudinem. *Pater inquit ignosce illis.* Hoc est primum verbum, quod Christus Dominus fecit in cruce. Quis illum patrem appellentem audiret, qui non existimaret vindictam grauissimam illius iniurie, qua innocens afflictoque esset. Quid aliud sperari poterat in tanta inimicorum licentia? quid autem Pater consule honorari & dignitate nec? perpende laborem meum? innocentiam meam considera? perde inimicos meos? Nequaquam. Sed *pater ignosce illis, non enim sciunt quid faciunt.* veniam petit, excusatio-

Luca. 23.
nu. 34.

cusationem affert, ignorantiam obijcit, vt illos ab omni malo defendat. O summam Dei erga inimicos suos benignitatem! Te Domine in crucem rapiunt, tormentis cruciant, doloribus afficiunt: & tu lachrymas & preces fundis, vt illi impunitate assequatur? Illi tuam vitam & sanguinem concupiscunt, & tu pro illorum vita, vitam & sanguinem profundis? Illi a Pilato cum clamore contendunt, vt te arbori infelici suspendant, tu vero ab æternis patre cum clamore, & lachrymis postulas, vt illis immane istud scelus condonet, & veniam liberalissimè largiatur. O liberalitatem inauditam! ô charitatem tali pectori dignam!

S E D intende oculos, & considera, quantum patiat, ille in cruce pro sceleratis hominibus, qui acerbissimi illius cruciatus causa extiterunt: & audi Apostolum. *Vix pro iusto quis moritur, nam pro*

Roma. 5. bono forsitan quis audeat mori. Commendat autem charitatem suam num. 7. Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus Christus pro nobis D. Chryf. mortuus est. Diuus Ioannes Chrysostronus sic exponit Diuum Paulum. Si pro viro probò, ac virtute prædico, non statim emori quis velit, considera Domini charitatem, quem non pro virtute prædico, sed pro peccatoribus, & inimicis crucifixum constat fuisse.

Hæc ille. *Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro inimicis suis.* Summa igitur charitate complexus est Dominus inimicos suos, quando mortem subiit, vt illos à morte liberaret. Si solum preces ad patrem funderet, summam ostenderet charitatem, quia orabat pro inimicis suis. Quid ergo erit mortem subire, non qualemcumque, sed atrocissimam, & crudelissimam, vt inimicos suos a morte liberaret. Surrexisti Domine in præcepto quod mandasti: reliquum est vt Synagoga populorum circumdet te, hoc est, in tuis vestigiis insistat, & te ducem clarissimum sequatur.

Act. 9. num. 1.

E T ne quis existimet Christi mortem, vitæ & mansuetudinis eius terminum fuisse, audiat qua ratione se gesserit cum Paulo post suam resurrectionem gloriosam. *Cum adhuc erat spirans minarum & cædis in discipulos Domini. Cum deferebat epistolas in Damascum ad Synagogas, vt si quos inueniret huius via viros ac mulieres vincitòs perduceret in Hierusalem.* Cùm expeditus in equo, militibus stipatus, furore correptus, equo ferocitate exultante ferebatur. Cùm promeruit vt Christus Dominus fulmen iaceret, vt illius ignis deflagraret, & in sempiternos cruciatus detruderetur. Tunc nec fulmina, nec fulgura igne micantia emisit, sed illum cælesti luce, & diuino splendore circumuenit. *Circumfulsit enim lux de celo: & suauera quandam Domini*

querellam

querellam auribus percepit. *Saule saule, cur me persequeris?* Dat manus Paulus, & Domini manibus excipitur, ex equo deturbatur, & in Apostolatus culmine collocatur, ministrorum & satellitum princeps constitutus Damascum petebat, & Apostolorum princeps creatur, vt cælum petat: ex inimico fit repente amicus, ex persecutore concionator ægregius. Dissolutum conflauit vas, blasphemum rapuit in cælum vt audiret arcana verba quæ non licet homini loqui. Animaduerte obsecro, & considera: an ille qui de diligendis inimicis præceptum imposuit, illud adimpleat, & inimicos suos arctissimo necessitudinis vinculo complectatur.

H I N C duxit originem nomen illud: *Filius Dauid.* Quo appellari voluit in populo Israel. Dicebatur enim Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, & filius Dauid. Quid habuit Dauid pulchrum, & speciosum, quod Domini oculos retineret? Sanctissimus fuit: sed semel & iterum in scelus grauissimum prolapsus est. Israelitici populi clauum tenebat, & habenas moderabatur, ac humili loco natus erat, parentisque sui pascebat greges, & singulari Domini beneficio ad regni fastigium euectus est. Quid eluxit in Dauid, vt illum patrem appellet, & Dauidis filius dici gloriatur? Mansuetudo, & patientia singularis, qua iniurias sibi illatas facillè remittebat. Id gratissimum extitit Dei oculis. Vnde gloriabatur ipse, quia virum inuenit secundum cor suum, qui inimicis iniurias condonabat eosque amore & beneuolentia prosequeretur, cuius filius & dici & haberi voluit.

S E D quid mirum vt homo ignoscat, & impunitatem homini det, quando Deus ipse iniurias sibi illatas, quæ diuinæ maiestatis læse crimina sunt, remittit facile. Deus ad lenitatem flectitur, tu vero vindictam sumere vis?

M A X I M E displicuit Regi, & affecit, ac pueris eius facinus illud immane quod perpetravit improbus ille seruus, qui nimis asperè tractauit conseruum suum, eo quod soluendo non erat debitum parui momenti, quem colaphis & pugnis contusum in vincula coniecit, nõ sine magno aliorum seruorum animi sensu, ac dolore, qui cum tantum facinus ferre non possent, rem ad regem detulerunt, à quo ille seruus eodem illo die maximo ære alieno solutus fuerat. *Mat. 18. Vehementer commotus Rex seruum iussit acceriri, & vultum iratum ostendens ait. Serue n. quam omne. de. itum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit & te miseri conserui tui. sicut ego tui miserus sum? Obmutuit seruus. Quid enim responderet? argumentum illud dissolui nõ poterat. Quid hoc? Deus qui potestestate maximus*

Mat. 18. num. 22.

simile.

ximus est suo iure cedit, inimicis ignoscit, & in hoc gloriatur: & homunculus imbecillus, abiectus, & humilis, ira agitur, iniurias sibi illatas ulciscendas esse testatur.

SI REX & seruus eius eadem iniuria, aut grauiori rex afficeretur, & rex iniuriam referre nollet, sed impunitum sceleris authorem abire permetteret: seruus autem iniuriam sibi factam condonare nollet: nonne temeritatis, & petulantiae cōdemnaretur? in hanc incurrit. Salebram quicumque iniuriarum & memor, & ultor est, nam cum proximum lædimus, aduersus Dominum peccatum committimus, cuius comparatione iniuria proximi nulla est, vt satis ostendit Dauid illis verbis. *Tibi soli peccavi.* Cur dicit *tibi soli*? Nonne Vriam virum prestantissimum interfecerat, & eius vxore abusus erat? Verum est: sed peccatum aduersus Vriam ferē nullum est, si cum iniuria Deo illata conferatur. Deus ergo peccatum liberalissime remittit. Quid homunculus de die in diem veniam differt, ac tandem iniuriam condonare non vult, sed punire, & ulcisci parat. Væ tibi qui hæc non vereris committere, & tantū domini exemplū, tibi ad imitandum propositum spernis, diuinam iram in te concitas, vt tan dem aliquando indignationem ostendat, & debitum in te supplicium exequatur.

In feria sexta cinerum Concio secunda

Diligite inimicos vestros, &c. Matth. 5.

Exod. 23.
num. 9.

CVM Moyses de monte descendit, in quo cœlestem illam legem, digito Dei incisam in tabulas lapideas acceperat, populū Israel offendit, cultui deditum aurei vituli, quem ipsi conflauerant, ira inflamatus Moyses, & diuino spiritu agitur, legis tabulas arripiens, eas impexit in saxum, & in frustra comminuit. Hanc illi Deus mentem iniecit eo quod populus ille procax, & rebellis, idoli seruituti & venerationi traditus, non erat tunc capax diuinæ legis. Merito ergo Moyses diuino spiritu lassatus lapideas confregit tabulas, in quibus legislator ille cœlestis, suam volūtatē expresserat. Christianus populus cui ē monte illo cœlesti euangelicam legem Dei filius attulit, ad tantam miseriam, & calamitatem deuenit hisce temporibus, vt veræ virtuti nuntium remittens, eius studium deseruerit, & ad cupiditatem quæ omnium malorum radix est conuer-

sus

sus, auaritiā quæ est Idolorum seruitus sectetur, & in eius studiū toto pectore incumbat. Alienus omnino est à singulari perfectione quam nobis ob oculos proponit, hodiernum euangelium, in quo agitur de diligendis inimicis. Quid igitur nobis faciendum est? Imitabimur Moysen sanctissimum virum? confringemus tabulas euangelij? Quod precipit, vt tantus sit animorum ardor, quo christiani homines conflagrent, vt ad inimicos etiam se diffundat. Homines autem, perpetuis peccatorum niuibus obsessi, & vitiorum gelu contracti adeo algent, vt vix amicos & familiares de se benemeritos foueant, & debito amore, & benevolentia complectantur. Quid igitur fiet? disrumpemus euangelium? nequaquam? sed Deum ad eam obsecremusque vt hominum animos emolliat ipse, suæ voluntati subijciat, & tantæ perfectionis habiles reddat, & vt id facilius impetremus Virgo sanctissima exoranda nobis est, vt ipsa pro nobis intercedat. Ave Maria.

Primus discursus, in quo ostenditur quantum conducat inimicos diligere, vt Deus peccata remittat

Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros, &c. Matth. 5.

CVM maximè exoptet mater Ecclesia, vt omnes Christi fideles scelerum veniam, rebus preclare gestis promereantur, proponit illis ante oculos euangelium hoc, in quo agitur de diligendis inimicis: quia non solum vtile, sed omnino necessarium est, iras odiumque susceptum deponere, vt iram suam Deus non retineat, sed ad misericordiam flectatur. Nam qui inimicorum iniurias non remittit scelerum impunitatem non assequetur. Hanc condidit legem legislator ille cœlestis. *si non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra.*

CAVTVM erat lege, ne Amonitæ templum Domini adiret, cauetur etiam lege, ne discordes cœlum conscendant, via illis interclusa est, & aditus interdictus, quia Dei inimicus constituitur qui cum proximo gerit inimicitias.

HANC ob causam in oratione dominica connectuntur hæc duo. *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus*

M nostris

nostris. Quasi dicat, Duo hæc disiungi non debent. frustra enim contendit, vt sibi debita dimittantur, qui debitoribus suis non dimittit. Licet lachrymas, sanguinemque profundas, ni pacem cum proximo firmaueris, impunitatem non assequeris. Quamquam beati omnes ad Dei pedes prouoluantur, illum exorare nõ poterunt. Vnde D. Augustinus præclare ait. Si pacem non diligis, si proximum odis, quo iure, quo pacto, qua fronte tibi petis dimitti? qui proximo rancorem non dimittis...

Augu ser.
2. ad fres
in eremo.

Marc. 11
nu. 25.

HINC illud Christi Domini. Cum stabis ad orandũ dimittite si quid habetis aduersus aliquem vt pater vester qui in caelis est, dimittat vobis peccata vestra. Quod si vos non dimiseritis, nec pater vester qui in caelis est dimittet vobis peccata vestra. Deus facile ignoscit, & in hoc gloriatur, quasi inde ad te, honor & gloria proficiantur. Et id tantum exoptat vt non immerito affirmare possimus, illũ præ huius rei desiderio mori, raptus enim est in crucem, vulneratus, & extinctus, vt nobis impunitatẽ daret, & adhuc affirmat, nemini peccata remissurum, qui iniuriam sibi illatam non remittat.

Eccles. 2
nu. 3.

MAGNO verborum apparatu comendatur in diuinis litteris Homo homini reseruat iram. & a Deo querit medelam. In hominem similem sibi non habet misericordiam, & peccatis suis deprecatur, ipse dum caro sit reseruat iram, & propitiationem petit a Deo. Quis orabit pro delictis illius? Expendamus hæc verba. Iram (inquit) reseruat homini & petit sibi medelam. Quasi dicat, ipse sibi veniam petit, & alteri supplicium deprecatur, qui modus iustitiæ? subdit deinde, in hominem sibi similem non afficitur misericordia, & de peccatis suis deprecatur, hoc est iniuria ab homine facta, inter æquales versatur, & quæ Deo fit, non item, quia inter Deum, & hominem æqualitas nulla, sed summa inæqualitas reperitur. Quæ igitur ratio patitur, vt ipse iniuriam sibi ab homine æquali illatam, remittere recuset, & velit nihilominus, vt inmania scelera quibus summa Dei maiestas, offenditur, facili negotio Deus, remittat? Ac tadem ipse dum caro sit, id est infirmus & mortalis, qui modo lacescitur cõtumelijs, mox ipse prouocat iniurijs: hodie pugno percutitur, & cras ipse alios fuste contundit; ipse dum caro sit, quæ vix dum floret, & viget, cū conteritur, & exsiccat, reseruat iram: neq; vt in gratiam inimicũ recipiat, vllis precibus induci potest: Et ne a sua sententia dimoueat, sexcenta argumenta congerit, & confingit, & propitiationem petit a Deo? O petulantiam inauditam! Aures intendar, sibi consulat, & id pro comperto habeat dimittendum

dimittendum sibi non esse, nisi dimisserit, quantumuis veniam petat, Deum adeat, ad illius pedes accedat, preces & lachrymas profundat, ac se sanctorũ deprecationibus, & sacrificijs comedit. Nam quis orabit pro delictis illius? quasi diceret. Nemo.

MIRABANTVR vehementer Israelitæ, cū animaduertent, neq; ieiunijs quibus se macerabāt, nec precibus quas ad Deum fundebant aliquid impetrare. Mirabantur, neq; immerito, quia experimento cognouerant, quantum valent apud Deum ieiuniũ, & oratio. Deum tãdẽ adeunt clamantes. Quare ieiunauimus, & non aspexisti, humiliuimus animas nostras, & nescisti? Respondit Dominus. Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites, & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsq; ad hanc diem. Perpende verbum illud, omnes debitores vestros repetitis. Id primũ obijcit & conqueritur, eo quod creditores exigebant debita (vt exponit D. Hieronymus) cū debitores nõ erāt soluendo. Possent etiã Dominus ho dierna die cõqueri, & aures obdurare, quia multi sũt homines ad cõ agrestes, & inhumani, vt nõ solum debitũ exigãt sed debitores, qui soluẽdo nõ sunt iniurijs afficiãt, cõtumelijs onerent, in vincula cõ iijciant, vt fame excrucientur, & pereãt. Hi homiens lupis & tigribus lãge scãiores, Deum sibi iratũ inuenient, quia irritũ fieri non potest verbũ illud. Eadem mensura, qua mensi fueritis, remerietur vobis.

Isaia. 58.
nu. 3.

Hierony.

MISERVUM profectõ est, vt tot ieiunia deprecationes, & pietatis opera, nullius momenti sint, vnus discordiæ causa. Erubuit Babylon, cum Daniel fraudem, & prestigias, sacerdotum Baal patefecit, vidit enim laborem quem susceperat irritum, cum ille quem Deum arbitrabatur, truncus esset qui nullis epulis pasceretur. Sic erubescunt plurimi in die Iudicij, cum intelligãt nihil illis profuisse ieiunia, eleemosynas, orationes, & munera, quæ Deo offerebãt, quia vnus iracundiæ causa euauerunt.

Dani. 14.
nu. 20.

MAXIMUM supplicium comminatur Deus cum ait. Tu seminabis & non metes, tu calcabis oliuam, & non ingeres oleum & mustum, & non bibes vinum. Quid miserius? & calamitosius labore, & opera sine vlla mercede? Si terram non profcinderes, nec agros seminares, nec vineas coleres, mirandũ non esset, si nec fructus perciperes, nec frugibus vescereris, nec dulcia vina degustares. Sed labore adhibito nullũ fructum percipere, miserum profectõ est. Quid? ethnici qui in tenebris versantur, nec illis Christianæ fidei splendor illuxit, qui orationi nõ vacãt, nec diuinis mysterijs inter sunt,

Matb. 6.

mirandū non est. Si fructus non inferant, quia ethnici sunt, & à vera Dei cognitione aberrant. Sed si non inferant plantati in vinea Dei, qui eum habent cultorem, in cuius est potestate, nō modo vitem colere, & imbribus cœlestibus irrigare, sed etiam feracitatē, & quotidiana incrementa largiri: miseram profecto, & calamitosum est. Et tanto malo parua vindictæ & iracundiæ Scintilla visceribus hærens occasionem præbuit.

Mich. 3.
nu. 7.

QUID aliud indicat querella illa Domini. *Audite principes Iob qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum, qui comederunt carnem populi mei & pellem eorum desuper excoriarunt. Et tunc clamabunt ad Dominum & non exaudiet eos, & abscondet faciem suam ab eis in tempore illo, sicut nequiter egerunt in aduentibus suis.* Vbi D. Hieronymus ait. Manifeste aduersus principes Israel sermo est, & sub metaphora leonum, siue latronum, crudelitas eorū describitur, vt propter hæc inferatur eis postea supplicium in die captiuitatis. Clamabunt in die vltionis ad Dominum, & non exaudientur, quia nec ipsi rogantes audierunt, extendent manus suas ad Dominum, & Deus auertet faciem suam ab eis, quia & illi auerterunt a precantibus vultum: hæc patientur quia leones fuerunt. Ecce tibi quid faciet Dominus, cum in suprema illa die causam cognoscat, statuat, & iudicet, reddet vnique secundum opera sua, & qui in proximum crudelis est. Deum tantæ iniquitatis vindicem acerrimum experietur.

2 reg. 21
nu. 1.

IRATVS Dominus aduersus populū Israel, aquam abstulit, ita vt per tres annos cœlum non plueret, & ipsi fame perirent. Cōsuluat Dauid oraculū Domini, dixitq; Dominus. *Propter Saul, & domum eius sanguinum, qui occidit Gabionitas.* Animaduerte, & considera quam ob causam Dominus pluuiam subtraxerit. Videlicet quia Saul iam vita functus, cū vitam degeret, iniuriā fecit Gabonitis, qui erant reliquiæ Amorrhæorū, ductus vt ille arbitrabatur optinæ zelo. Nec pluit Deus, quoad Gabonitis satisfactum est, quibus Dauid tradidit duos filios, & quinque posteros Saulis, quos Gabonitæ in crucē rapuerunt. & repropitiatus est Deus terræ post hæc. si tantā Dominus acerbiter ostendit, qui zelo vt ipse putauit barbaram gentem persecutus est: quid sperabunt illi, qui animo iracundo inimicorū sanguinem cōcupiscunt. Nec pluit, nec ros de cœlo, nec misericordiam Dei expectet ille, qui proximo viscera claudit & in illum crudelis est, neq; à sua sententiā dimouetur.

NOLEBAT Dominus populi sui precationibus beneuolas aures

aures præbere, neq; peccata remittere & reddit rationē dicens. *Manus vestre sanguine plena sunt.* & D. Hieronymus vertit. *Nequaquam dimittā vestra peccata, & cū extēderitis manus vestras, auertam oculos meos a vobis, & cū multiplicaueritis orationē non exaudiam vos.* Cur Domine tanta vteris acerbitate, cum ita clemens, & misericors sis? *quia manus vestre, sanguine plena sunt,* & alibi ait, *iniquitates vestra diuiserunt inter vos & Deum vestrum & peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis, ne exaudiret, manus enim vestra plena sunt sanguine.* Vbi D. Hieronymus sic ait. Cōsiderandū est, quod nequaquā eis obicit idolatriam, qua Isaiæ temporibus tenebantur, sed sanguinis effusionem. Istæ manus (ait Dominus) quæ lapidibus obruerunt Ieremiā, & serra secarunt Isaiam, & interfecerūt Ezechiélē, & persecutæ sunt inimicos suos, ac eorum sanguine madent. Istæ in quā manus displicent oculis meis. Cruentus habet manus, qui inimicum odio, & iniurijs prosequitur, neq; oceani aquis abluentur, semper apparebunt asperæ cruore: illas Deus cernere non poterit, extensæ licet sint, & cum lachrymis erigantur in cœlum.

OPERIEBATIS (inquit Malachias) *lachrymis altare Domini, fletu, & mugitu, ita vt non respiciam vltra ad sacrificium, neq; accipiam placabile quid de manu vestra.* Et exponunt D. Hieronymus, Cyrillus, & Theodoretus, operiebatis altare, lachrymis eorū quos iniurijs affecistis. Operiebatis ait supra metaphora ab eo qui tegit aliquid, ne possit cerni. Lachrymæ illæ quas inimici profundunt, instar veli sunt, quo altare tegitur, ne Deo cernere liceat, quæ si bi offeruntur. Hoc tēpore quadragesimæ se homines Deo in sacrificium offerunt, ieiunijs corpus macerant, confessione crimina expiant, cœlesti cibo animū reficiunt. Sed si omnia hæc præstes, inimicum tamen lædas, & ex illius oculis lachrymas eruas, omnia vello legis, & obuoluis, ne Deus illa possit intueri.

ID Deus in Euangelio mirū in modū auxit, cū ait, *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo & tunc veniens offeres munus tuum.* Quæ istæc Domine erit vrbalitas? sacrificium inchoatū, necdum absolutum relinquere, & aram cum munere deferere? nonne melius erit vt tibi prius, deinde vero fratri satisfiat? Filij Eli merito sunt accusati, propterea quod cibū capere voluerunt, priusquā Deo liberetur. Rustici sane serui agrestes, & inurbani. Elias propheta eō solum quod seruus Dei esset, viduæ dixit. *Mibi primū fac de ipsa farina sub*

Isai. 1. nu
mero 15.
& 59. nu
mero 3.

Isaiæ 59.

D. Hiero.
6.

Malachi.
2. nu. 13.

D. Hiero.
Cyrill. &
Theodor.
6.

Matth. 5.
num. 23.

3. Regum
17. nu. 13.

cinericum panem paruum tibi autē, & filio tuo facies postea. Si igitur illi sibi prius quā aliis panem fieri postulauit, rationi consentaneū esse videtur, vt prius Deo sacrificium offeratur: deinde verō de iniuriis remittendis agatur. *Minime* (inquit Deus:) *sed relinque munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo. & tunc veniens offeres munus tuum.* Mirabile est hoc, sed inde intelliges nullū te Deo gratum munus prestare posse, dum inter te, & proximum tuum grauis aliqua sit coorta dissensio, quæ amicitiam dirimat, quæ necdum sedata, & restincta sit.

EX victima quæ mactabatur, peculiari quadā ratione pectusculum postulabat Deus. *Sumes pectusculum de ariete, sanctificabisque illud eleuatum coram Domino.* Hoc erat pulmentum, & obfontū quod Dei palato maxime arridebat, sine quo non erat ei gratum sacrificium. Integer homo Deo debet offerri in sacrificium, quia oculis, auribus, lingua, manibus, & pedibus, Deo gaudet. Oculos exigit vt lachrymas reddant, quas debent: aures vt audiant diuinum verbum: linguam vt de diuinis rebus loquatur: manus vt pecuniam in pauperes distribuant, ac denique pedes, vt bonis se operibus exercent. Sed quod Deo maximè placet, & sine quo cætera displicent: pectus est ab omni iracundia, & commotione liberum. Pectusculum sanctificatum, in quo nullum irati animi vestigiū reperiatur, qui odiū, & iram aduersus proximum in pectore versat, pectusculum Dæmoni offert, eius munera & sacrificia, licet lachrymis respersa sint, Deo grata non erunt, neque illum placatum reddent.

OPVS igitur est vt cum illo qui tibi iniuriam intulit in amicitiam redeas, vt Deus te in suā gratiam recipiat, aliās enim oleum, & operam perdis, tuis te interimis manibus, ianuam veniæ, & misericordiæ claudis, & simul etiam templi cœlestis valuas occludis.

Secundus discursus ostendit impunitatem illum asequi, qui iniuriam sibi illatam remittit.

Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros, &c.
Math. 5.

V **I** **V** **I** **T** Dominus (inquit Saul:) *quia non occidetur Dauid.* Nuntiatum est Dauidi iuramentum, quo se Rex astrinxerat, qui gaudio

gaudio & alacritate perfusus, in curiam regis profectus est, regiam intrauit, vt regis mensæ accūberet. Propheta Ezechiel defert ad nos iucundissimum nuntiū: Deum scilicet iuramento firmasse, se nolle mortem peccatoris. *Viuo ego (dicit Dominus Deus) nolo mortem impij, sed vt conuertatur impius a via sua & viuat.* O lætum & expectatum nuntium, nullum iucundius afferri poterat peccatori, qui cum Deo inimicitias gerit, & mortis æternæ reus est. Iam tibi patet aditus ad curiā cœlestem, iam poteris regiam adire, & ad Domini mensam cum Principibus accumbere, exigit tamē vt iniurias tibi illatas, & æquifimè toleres, & libentissimè remittas, aliās enim, nec tibi Deus peccata condonabit, nec eius cōspectum subire poteris, nec cœlestium dapium particeps fieri.

DEVS item intendit peccatoribus, (vt inquit Oseas) *Indicium Domino cum habitatoribus terræ, non est enim veritas. non est misericordia & non est scientia Dei in terra. maledictum &c.* Durum & asperum verbum hominibus: Deus qui omnipotens est, & a se habet iustitiā illis intendit litem, si res ad sententiam deducatur, causam non obtinebunt homines ab illa cadent. Sed iam ad nos defertur iucundissimum nuntium, Deus enim a lite desilit, & nobis cum pace inire vult. Lætantur homines cum in negotiis quæ gerunt, in quibus repulsam pati pertimescunt, ad rationem aliquam venitur qua res tractatur. Possunt similiter peccatores lætari, quia si res in qua de eorum incolumitate, & sempiterna fœlicitate agitur, ad sententiā vsque protraheretur, merito possent de sua salute dubitare. Gaudeant igitur vehementer & grati animi significationem ostendant, Deo gratiā habeant si sese ipsi extendant ad id, quod in illorum potestate positum est.

SEDE cum Deus ipse huius decisionis transactor sit primum caput esse vult, vt prius peccator indignationem ponat, & inimico suo reconcilietur. Deinde Deus iniurias relaxabit vbi fœdus cum illo factum viderit. Nam si illud non concesserit, ne hoc assequatur. *Relinque proximo nocenti tibi (ait Dominus) & tunc deprecanti tibi peccata soluentur.* Peccata (inquit) non hoc vel illud, sed peccata omnia, vt inde cōijcere possis amplissimum esse Iubileum, a Deo. Optimo, Maximo, concessum, in quo nullius sceleris absolutio interdicitur. Quis tanti beneficii particeps fieri recusat? quis odia non reponit, contumelias non despicit, iniurias non remittit, vt peccata sua omnia, tanti diplomatis beneficio, & virtute remittantur.

TV rem parui ponderis & momenti, proximo tuo condonas, & animad-

Ezec. 33.
num. 11.

Osea. 4.
num. 1.

Simila.

Eccle. 28.
num. 1.

3. Regum
num. 23.

animaduersionem diuinam, ac sempiternos cruciatus effugis: dimitte igitur, vt dimittatur tibi.

O S T I O L A sanctuarij celeberrimi illius templi Salomonis, de lignis oliuarum fabrefacta erant. In ingressu oraculi fecit ostiola de lignis oliuarum. Potuisset Salomon in illo illustri loco, valuas affabrefactas, de lignis cedrorum montis Libani collocare, Cur ergo ostiolas fecit de lignis oliuarum? Auctor & artifex illius templi Deus fuit, cuius summa sapientia factum est, vt nihil in templo reperiretur, sub quo mysterium aliquod non latitaret, & quod his foribus clauditur, adeo perspicuum est, vt se ipsum prodat & manifestet. Oliua in diuinis litteris misericordiae symbolum est. Vnde qui sanctuarij, & propitiatorij ostiola ex lignis oliuarum construxit, indicauit facile, aditum ad Deum interclusum esse, nisi misericordiae fores aperiantur.

4. Reg. 4
num. 1.

V I D V A illa quae excepit Eliseum, vt aes alienum quod contraxerat solueret, oleum quod habebat in lecytho multiplicauit Deus. Posset Dominus illius necessitati multis modis providere, posset argentum, & aurum illi tribuere, quo & debita solueret & diues fieret. Voluit tamen oleo quod domi habebat, ingenti edito miraculo, viduae subuenire: vt intelligat ille qui facile inflectitur ad ignoscendum, qui oleum misericordiae in cordis vasculo retinet, quantumuis parum sit, habere intra priuatos parietes, Dei misericordia adhibita, vt inde possit debita omnia quae peccato contraxit soluere, & ex pauperissimo fieri repente diues.

Psal. 36.
& 17.
Psal. 4.

G L O R I A B A T V R in suis psalmis Regius ille vates Dauid quia dominus exaudiebat eum, quod cum longo experimento comperisset, ipse sibi promittit fore vt semper exaudiatur. Dominus (inquit) exaudiet me cum clamauero ad eum. Non dicit (audiet) sed exaudiet me. Hoc est: concedet, & exequetur quidquid postulauero. Exaudiebat eum dominus, quia patiens, & misericors fuit: & preceptum de diligendis inimicis custodiebat; iniurias relaxabat facile, despiciebat contumelias, & offensas condonabat. Nefarium & truculentum edidit scelus in Vriam, sed vix verbis expressit, peccauit, cum veniam adeptus est. Si inimicitias cum aliquo gereret Dauid, diuinas aures oclusas, & Deum sibi iratum reperisset: sed cum iniurias omnes remiserit, & omne odium extinxerit Deum sibi beneuolum reperit, & audire promeruit. Dominus iratus est peccatum tuum.

N I H I L non impetrabit ille, qui tumidum, ac perturbatum animum

num se dare nouit, & flectere ad ignoscendum. Quid non exoraret Stephanus inuictissimus martyr, extrema illa voce quam saxa ipsa resonabant. Domine ne statuas illis hoc peccatum? Lapidibus coedebatur, ad necem saxorum crepitantium turbine quatebatur. Ille autem positus genibus clamabat voce magna dicens. Domine ne statuas illis hoc peccatum. Et tantum gratia valuit apud Deum huiusmodi oratio, vt Paulum inpetrauerit Ecclesiae, vt testatur Diuus Augustinus, & qui tot Apostolorum vocibus & miraculis ad veram veritatis viam reduci non poterat, vnus martyris voce pro se lapidantibus, atque interficientibus supplicantis reuocatus est, accerrimus erat Ecclesiae hostis, qui illam fortiter oppugnabat, & Ecclesiae propugnator egregius constituitur, vt illam ab hostium incursionibus defendat. Neque vulgari quadam ratione Paulus conuersus, & immutatus est, sed ingenti edito miraculo. Debeatur hoc deprecationi martyris, quia inimicorum saluti prospiciebat, debeatur ardenti charitati, qua vitam eripietes complectebatur. Deum itaque sibi deuinctum habebit qui non solum inimicis pepercerit, sed pro illis etiam supplicauerit.

Act. 7.
num. 6.
D. Aug.

S A C E R D O S cum sanctuarium ingrediebatur, superhumerali ornatus erat, ex auro, hyacinto, contortaque bysso, confecto, in cuius humeris duo erant, onychini, in quibus filiorum Israelitici populi, nomina praeferebat insculpta, suis vt humeris populum sustineret, illiusque rationibus prouideret, atque consuleret. Voluit etiam Dominus, vt cum munus aliquod oblaturus esset sacerdos: non solum pro se, sed pro populo illud offerret, quia mutuum necessitudinis vinculum, quo eiusdem populi membra colligantur, maximè conducit, ad impetrandum a Deo quidquid petitur, & ad hoc vt munera illi placeant, & sacrificia grata sint.

Exod. 28.
num. 9.

V N D E cum orationem dominicam recitamus dicimus. *Panem nostrum quotidianum, danobis hodie, & dimitte nobis debita nostra.* Quia subintelligi debet omnes esse eiusdem charitatis, vinculo colligatos, ita vt quod in vnus membri utilitatem cedit, ad omnia se diffundat. Haec virtus viam sternit quae ducit in caelum, semper illi aditus patet ad Deum, nunquam repulsam patitur. Et licet homo in multis offenderit, si vnam sibi illatam iniuriam de corde condonet, & aequo animo remittat, huius clarissimae virtutis beneficio, omnium scelerum impunitatem assequetur. Id Christus Dominus ostendit apertissimis verbis cum ait. *si dimiseritis hominibus peccata eorum dimittet & vobis*

Matth. 6.
num. 14.
Mar. 11.
pater num. 23.

N

pater vester celestis delicta vestra. Domine & si veniam petierit aliquis homo perditus, & sceleratus, hæresi infectus, nequissimus proditor, nunquid impetrabit? maximè (ait Dominus,) dum ipse iniurias sibi illatas remiserit. Quis igitur hæc audiens offensas obliuioni non mandat, vt omnium scelerum quibus se astrinxit obliuiscatur Deus.

Iere. 41. **I N V A S I T.** Ismael octoginta viros, quos cum cœpisset interficere cœpit, cumque septuaginta eorum iam iugulasset, qui residui erant dixerunt. Si nos omnes vita donaueris, locum tibi ostendemus, in quo magnum thesaurum inuenies. His auditis gladium in vaginam reuocauit ferocissimus Ismael, vt thesauro sibi promisso potiretur. Quis hodierna die ferrum, quod distrinxerat, vt inimicum peteret, non recondet in vagina? cum illi offeratur thesaurus diuinæ misericordiæ? & impunitas omnium scelerum, sub qua diuinæ gratiæ thesaurus latet, quid aliud requirit, aut desiderat, qui tantum thesaurum reperit, & eruere potest.

Simile.

F O E L I X & fortunatus homo dici poterit peccator ille qui iniuriis afficitur, & contumeliis oneratur, cum se illi offerat occasio veniam impetrandi peccatorum. Si Rex conderet legem qua caueretur, vt qui inimico suo pepercisset ab omni scelere absolveretur, licet reus esset criminis læsæ maiestatis, qui maximum facinus perpetrasset, & iam esset comprehensus, & coniectus in vincula, vt plecteretur capite, scelix haberetur, si quæ haberet inimicum, quocum misericordiaungeretur, quæ illum in libertatem assereret, ac vindicaret. In eundem modum peccator maxima debet alacritate perfundi, cum aliquem nanciscitur inimicum, cui offensas liberè remittat. Sic enim viam suam in cœlum sternit, fores reserat, vt aditus sibi pateat ad diuinam misericordiam.

N O N sine magna spe ad Dei pedes accedere poterit, & hanc ad illum orationem habere. Domine si ego qui ex iracundia & bili coagmentatus sum, inimico meo peperci, tu qui suavis & misericors es, mihi non parces? Tua verba sunt. *Dimittite & dimittetur vobis.* Ecce ego dimisi, indignationem extinxi, odiumque deposui, vt tuam exequerer voluntatem. O Domine, fidem presta, sta promissis, & dimitte nobis peccata nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

H I N C denique oritur maxima illa fiducia, quam habere debemus, ad subeundum diuinum conspectum, & ad excelsum illud supremi

supremi iudicis tribunal adeundum. *In hoc perfecta est charitas* (inquit Diuus Ioannes:) *vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo.* Non nihil difficultatis habent ista verba. Sed exponit Diuus Augustinus dicens: si ad hanc perfectionem nos vocat Deus, vt diligamus inimicos nostros; sicut & ipse diligit nos, ea nobis fiducia est in die iudicij: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo, sicut enim ille diligit inimicos suos faciendo solem suum oriri super bonos, & malos, & pluendo super iustos & iniustos: nos quia inimicis nostris non possumus prestare temporalem solem, & pluuiam, prestamus lachrymas cum pro illis oramus: hætenus Augustinus: non est igitur cur Dominum timeat, nec sibi inexorabilem arbitretur, qui proximo suo pepercit, & de corde condonauit. Iracundus, crudelis, ne dicam sceleratus, & impius, qui iniurias vsque ad internecionem persequitur, ille concutiatur formidine, & timore, quia Deum suarum iniquitatum ultorem reperiet.

In feria sexta cinerum, Concio tertia,

Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros, &c. Matth. 5

C V M Dominus valde exoptet, vt maximo charitatis ardore conflagemus, candentes carbones nostris visceribus admouet, quibus & corda inflamentur, & ipse manus, ad quod è cœlo descendit exequatur. *Ignem,* (inquit) *veni mittere in terram,* & *quid volo nisi vt accendatur.* Vult itaque, & maximè exoptat, vt tantus sit charitatis ardor, tantoque impetu grassetur hic ignis, vt nactus nostrorum viscerum pabulum quo se alat, nos in cœlestes illas mentes, (quibus ob singulare charitatis incendium Seraphim nomen impositum est) transformet, & tantum incendiū excitetur, vt quauis inimici nostri cum odij flamis strenue certent, neque ignem offensis delere, neque eius impetum malevolentiae aquis morari, neque multiplicatis iniuriis, tanquam quibusdam imbribus obruere. Quid dicam penitus extinguere possint. Omnia Christi Domini nostri opera, quæ vitam in terris degens edidit, status quidam fuerunt, quibus ignis excitabatur, & se diffundebat, vt nos comprehenderet. Vehementissimum hodierna die flatum

cum dixit. *Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros, & bene facite his qui oderunt vos. Sed adeo algemus, & nimio frigore conglaciemus, ut vel candentes carbones non sufficiant, nisi diuinam etiam Deus animis nostris admoueat gratiam. Id ab eo enixis precibus, sanctissimæ Virginis interuentu efflagitemus. Aue Maria.*

Vnicus discursus, in quo ostenditur Deum esse ultorem illorum qui suas vlciscuntur iniurias.

Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros, &c. Matth. 5.

QVI suas facile remittit iniurias Deum habet vindicem, & ultorem earum, quin etiam Deus ipse illum munit, & custodit: ne quid derrimenti capiat. Id oportunè ostendit Abigail femina prudentissima, cum obuiam processit Dauidi, & ad illius pedes accedens petit ne vindictam sumeret de Nabal: quem his verbis flexit. *Si surrexerit in te aliquando homo, persequens te, & querens animam tuam, erit anima Domini mei custodita, quasi in fasciculo viuentium apud Dominum Deum tuum. Hoc præmio afficiuntur illi, qui vindicta superfedent, quos Deus saluos, & incolumes conseruat: qui verò reseruant iram, & vlciscendi libidinem explent, graui pœna mulcantur. Nec immerito. Nam cum Rex aliquis subortam inter aliquos rixam componere, & succensam iram restringere vult, & inter iratos, ac discordes interuenit, ægre fert si rem susceptam, & inchoatam non absoluit, illamque iam ut propriam considerat, & illius iniuriam vlciscitur, qui facile flectitur, & ad pristinam amicitiam redire vult: alterum grauius puniens, qui in gratiam reuocari recusat. Hodie Christus Dominus inter iratos, & discordes se iniicit, ut pacem conciliet, id petit & orat dicens. *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros: & benefacite his qui oderunt vos.* Id repetito sermone sapissime inculcat, ut animis nostris firmiter adhereret. Vnde qui Domini voluntatem non exequitur, nec inimico suo reconciliatur, Dei inimicus constituitur*

constituitur, & acerbissimo supplicio punietur.

FRATRES Ioseph illum oderant, eo quod accusasset eos coram patre suo, & quia somnia aperuit, quæ principatum eius in dicabant, neq; ab odio destiterunt, quoad illum Ismaelitis venderet, ut seruus in Aegyptum duceretur, vbi multa pericula obiuit, & vitæ discrimen aliquando adierit. Sed non impunè tantam fratres crudelitatem exercuerunt: Deus enim quæ illius iustitia est, res ita disposuit, ut Iosephus in Aegyptum delatus ad regiam ferè dignitatem ascenderit, ipsi vero in parentis domo fame vehemènti cruciarentur. Vnde coacti sunt domo parentis egredi, & in Aegyptum proficisci, ad exportandum panem, quos facile posset Iosephus cum ad illius pedes prouoluissent, in vincula conijcere, & maximis supplicijs afficere, ut iniuriam sibi illatam vlcisceretur, redacti tamen sunt in maximas angustias, ut iniuriam quam fratri intulerant in memoriam reuocarent, & ipsi sibi conscij dixerunt. *Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum.*

ET interdum grauius malum solet Deus afferre, ei qui vindictam sumpsit, quam attulit ipse inimico suo. Iratus est Cain fratri suo Abel quia animaduertit, Deo munera illius, & sacrificia, suis esse gratiora. Ex fratre inimicus effectus est, & ita infestus, ut non conqueuerit quoad illum crudelissime interfecerit. Iratus est Dominus Cain, & maledixit ei, non contulit maledictum in terram, sicuti factum est cum Adamum expulit à paradiso, sed in ipsum Cain maledictum iactauit. *Maledictus eris super terram, cum operatus fueris, non dabit tibi fructus suos, vagus & profugus eris super terram.* Cæpit statim omnibus artibus contremiscere, timore concuti, ac dicere: *Omnis qui inuenerit me occidet me.* Et tandem infelicissima morte præreptus est, qua immane illud scelus, & necem innocentissimi Abelis, ultus est Dominus.

SVMMIS in cælum laudibus efferebatur à populo; Dauid, id male habuit Saul tantam enim in illum indignationem concepit, ut hastam sæpe in eum cõtorferit, eumque armis petierit, & perpetuo per montium iuga fuerit infecutus. Dissimulauit Dauid, Deus autem illius partes egit, cuius præsidio munitus Dauid, Saulis manus semper effugit, & ex omnibus periculis saluus & incolumis emerit. Saul autem Dei manus effugere non potuit, in manus hostium, cum quibus manus conseruerat venit, & victus ac superatus tantum dolorem ex amissa victoria traxit, ut suis se manibus interemerit, & regio diade-

mate spoliatus fuerit quod capiti Dauidis, & posterorum eius imponeretur.

Matth. 18.
nu. 34.

IN SERVVM etiā improbum, qui pene suffocavit conseruū suum, quam non exercuit vindictam? Maximo tēre alieno solutus fuerat, (ad decem millia talentorum summa peruenerat,) ille autē rusticē vrgebat conseruum suum, cui parui ponderis, & momenti debitum remittere noluit, & addidit ad improbitatem iniuriam. Renuntiatum est regi, qui vehementer iratus, acta rescidit, repetijt debitum, & tortoribus traddidit debitorem quoadusque solueret vniuersum debitum. Animaduerte quanti steterit illi vindicta. Et vt intelligas ad nos omnes spectare parabolam illam, finem imposuit dicens: *Sic & pater meus cœlestis faciet vobis, si non remisistis vnusquisq; fratri suo decordibus vestris.* O quanto in periculo versatur, qui fratri suo non ignoscit, cum Dei inimicus constituatur.

Eccle. 38.
nu. 1.

IN scriptura habetur: *Qui vindicari vult a Domino inueniet vindictam, & peccata illi seruans seruabit.* His verbis describit Dominus talionis pœnam, qua nequissimi vltiores, & vindices puniuntur. A Domino inquit, qui potestate maximus est. Nam licet dynastis, aut princeps in suprēmo dignitatis gradu collocatus, nullius potestati subiectus, licet nullus sit qui iniuriam quam proximo intulisti repetere possit: Dei tamē iudicium declinare non poteris, qui & rex regum, & dominus dominantium est: A Domino inuenies vindictam, qui peccata seruans seruabit; hoc est, non obliuiscetur iniuriæ, quæ proximo facta est, & repetitione illa sermonis: *Seruans seruabit.* Significant Hebræi maximam curam & diligentiam quæ solet adhiberi. Simile est illud; *Plorans plorauit.* hoc est, maxime plorauit, vberes lachrymarum riuulos effudit, sic seruans seruabit; non mandabit illud obliuioni, & si aliquo tempore dissimulauerit, indignationem tandem ostendet, vt nocentem puniat.

Exod. 17.
nu. 24.

ID Satis ostendit supplicium illud quod sumptum est de Amalechitis, qui obuiam procedentes populo Israel cum in terram ipsi promissam iter faceret, illi oblistere voluerunt, & viam intercludere. Tunc Dominus ad Moysem ait: *Scribe hoc ob monumentum in libro, & trade auribus Iosue; delebo enim memoriam Amalech sub celo.* Et multis iam annorum curriculis deuolutis recordatus est Dominus iniuriæ quam fecerat Amalech populo suo. Vocauitq; Saulē, & ait: *Recensui quæcumq; fecit Amalech Israeli, quomodo restitit ei in via cum ascenderet de Aegypto. Nunc ergo vade, & percutite Amalech, & demolire vniuersa eius, non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius* aliquid,

1. Reg. 17

sed interfice à viro vsq; ad mulierem, & parvulum vsq; ad lactentē bouem, & ouem, camellum, & asinum. Quis non arbitraretur post quatuorcentos annos, qui iam effluerant, oblitum esse Dominum iniuriæ quam Amalech intulerat Israeli. At Deus non obliuiscitur iniuriarum, sed seruans seruabit.

HOC vltionis genere vsus est Dauid, aduersus Ioab, sui ducem exercitus, qui interfecit Abner; eoquod ipse interfecisset fratrem Ioab. Maxime doluit Dauid, & grauitè tulit necem Abner: dissimulauit tamen, quia opus erat tunc indulgentia. Nec his contentus Ioab interfecit deinde Amasa, dissimulauit etiam Dauid. Qui rem superficie tenus contemplaretur, existimaret regem posteriori mantice mandasse cœdes illas, vt sempiterna obliuione delerentur, falleretur tamen, quia non obliuiscetur Dauid, sed tempus quærebat vltioni accommodatum. Vnde prius quam moreretur iussit accersiri Salomonem, & ait: *Tu nosti quæ fecerit mihi Ioab, quæ fecerit duobus principibus exercitus Israel, quos occidit, effudit sanguinem belli in pace, & posuit cruorem praelij in balteo suo, qui erat circa lumbos suos; & in calceamento suo, quod erat in pedibus eius: Facies ergo iuxta sapientiam tuam, & non deduces caritatem eius pacifice ad inferos.* Perpende, & considera an oblitus fuerit ille, qui ita figillatim commemorabat facinora Ioab. Decreuit igitur Dauid, & testatum reliquit, vt tanti sceleris pœnas lueret Ioab; quod Salomon executus est, cuius manus effugere non potuit, & quanquam confugit in templum, & cornu altaris apprehendit, iussu & imperio Salomonis interfectus est. Sic Deus interdum dissimulat, tempus tamen, & occasionem quærit, ac tandem punit iracundum, crudelem, & impiū, qui nihil offensionis remittit, sed se de omnibus vindicat. Væ illi quia in suprēmo Dei iudicio sumetur de illo vindicta, in quo nihil remittitur, & vbi nihil proderunt vota, & orationes, quia vt ait D. Iacobi. 2. Iacobus: *Iudicium sine misericordia erit ei, qui non fecerit misericordiam.*

2. Reg. 3.
nu. 27.

3. Reg. 2.
nu. 5.

Iacobi. 2.
nu. 15.

PRAECEPIT Dominus ne quisquam populi sui cuiusuis animalis sanguine vesceretur. *Sanguinem quoq; omnis animalis non sumetis in cibo, tam de auibus quam de pecoribus, omnes anima quæ ederit sanguinem peribit de populis suis.* Qui huius præcepti corticem solum aspexerit, mirabitur sanè cur Dominus mortem minetur illi, qui sanguine arietis, bouis, aut cuiusuis alterius animalis pascatur. Quid habet veneni sanguis ille? Sanguis quem terra imbibit, aut canes lambunt, quid interest si illum exhauriat homo? Quid in hoc

Leuit. 7.
nu. 27.

Isaias.

hoc mali est vt mortis pœna proposita prohibeatur? Dicam. Sanguis in diuinis litteris sæuitiam, & crudelitatem significat, vt aperire indicant verba illa Isaiæ: *Manus vestra sanguine plena sunt*, hoc est, crudeles estis, & inhumani: cum autem Dominus tanto odio crudelitatem prosequatur, sanguinem interdicit, mortis pœna proposita, quia sub sanguinis nomine crudelitas significatur.

Amos. I.
num. I.

Super tribus sceleribus Damasci, inquit Dominus, & *super quartum non conuertam eum, eo quod triturerint in plaustris ferreis Galaad.* Maximum supplicium minatur his verbis Dominus Damasco, ait enim, non conuertam eum, hoc est, non illi tribuam opem illam maximam, & auxiliũ singulare, quo maxime indiget animus, eius perditus, & deprauatus, vt suis sceleribus nuntium remittat & ad me conuertatur. Semel iterum atq; iterum illius iniquitatem tuli. Tria Damasci scelera dissimulaui, quartum autem ferre non possum. *Super quartum non conuertam eum.* Cur tantam Domine indignationem ostendis? *quod triturerint in plaustris ferreis Galaad.* Quasi dicat, quia crudeles in proximos suos extiterunt, & ultores iniuriarum, qui vt vindictam de illis fumerent, inimicitias vsque ad internecionem persequebantur, eos vexabant, affligebat, & comminuebant, sicut comminuuntur paleæ in area, & tribuloteruntur. Triturerunt eos in plaustris ferreis. Huc vsque illis peperci, non parcam amplius. Et quia Rex Azael, & filius eius Benadab tantam crudelitatem exercuerunt, mittam ignem in domũ Azael, & deuorabit domos Benadab. Ille ultus est sese de Israel, ego me de illo vlcisar.

NEC solum Damasco sed alijs tribus regnis minatur Dominus exitium & ruinam, omnes delere vult, à maximo vsq; ad minimũ, reges, & imperatores, qui scepra regia gestant manu, & pecudum custodes, qui pascunt vile pecus. Ignem minatur non solum regijs arcibus & turribus imperatorum, sed pastorum etiam tugurijs. Et huius comminationis causam reddit, quia crudeles fuerunt.

Iere. ca. 5
nu. 26.

EANDEM crudelitatem obijcit Dominus populo suo dicens: *Inuenti sunt in populo meo impij, insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos viros, & adit, Nanquid super his non visita bo dicit Dominus? aut super gentem huiuscemodi non vlcisetur anima mea? Quid? non ne arbitrantur impij rem magnam perfecisse, cum in alios sæuiunt, & vindictam exequuntur, ac sese vlcisuntur. Existimant id impune fieri, & neminem esse qui vindictam possit repetere, falluntur tamen cum Dominus dicat: Num quid*

quid super his non visita bo? aut super gentem huiuscemodi non vlcisetur anima mea? Vt tibi quicumque sis, qui proximum iniuriarum accersis, quia non tibi cum homine, sed cum Deo lis est. Vt tibi qui reclusas offensas remittere, despiciere contumelias, iniurias condonare, quia Deum ipsum habebis tantę iniquitatis vltorem.

INDVLGEBANT sibi Samaritani, luxui & voluptatibus studebant, confidebant imperati, adibant hortos, lustrabant nemora, in se suaues erant & misericordes: in proximos autem asperius crudeles & inhumani: neq; remittebant iniurias, neque odium, & indignationem deponere. Misit Dominus prophetã Amos, qui hæc ad illos oratione habuit. *Audite verbum hoc: vacca pingues, quæ estis in monte Samaria, quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes. Iuravit Dominus Deus in sancto suo, quia ecce dies venient super vos, & leuabunt vos in comitis, & reliquias vestras in ollis feruentibus.* Vocat illos propheta vaccas pingues, quia indulgentiæ operã dabant, voluptatibus perfruebatur, ac pinguedine renidebant. Addit deinde: *Calumniam facitis egenis, eo quod pauperes & imbecilles, qui nec dimicationem suscipere, neque obistere possunt opprimebat. Audite maximum Domini supplicium. Ecce ego onflabo aneam ollam, illique candentes admouebo carbones, vt succendantur & ardeant, ac vos qui vacce pingues estis in feruente aqua immittam.* Animaduerte atrox supplicium, quo Deus crudeles homines deterret.

R E X Achab & vxor eius Iezabel irati valde, propterea quod Naboth, vineam regi tradere noluit, eum & vinea & etiam vitæ summam crudelitatem spoliarunt. Peracta nece, pedem domo efferebat Achab, vt illum poneret in vinea Naboth, quando ei processit obuiam Elias dicens. *Occidisti in super & possidisti;* & post hæc addit, *hec dicit Dñs In loco hoc in quo linxerant canes sanguinem Naboth. Iabent quoq; sanguinem tuum et canes comedent Iezabel in agro Iezrael.* Sic fieri oportet, ne principes per tyrannidẽ omnia vastent. Existimabat forsitam Achab, eo quod esset rex, & arbitrabatur Iezabel, quia regio diademate præfulgebat, impune se posse sumere de quo libet vindictam, quia nemo erat qui reges posset iniuriarum accersere. Sed aduersus reges adest rex regum, & aduersus dominos, Dominus dominantium, qui innocentium iniurias vlcisitur, & vindicat. Quid Naboth interfectus est opera regis Achab, interficietur etiã Achab, & regius sanguis effundetur, quæ canes absoruet & labet. Facta est cædes cõsilio & industria Iezabelis, dabitur & illi præceps, & canũ detibus dilaniata deuorabitur in agro Iezrael, in quo plantata

Amos. 4.
num. 1.

3. Reg. 21

4. Reg. 9.



4. Reg 9. plantata erat vinea Naboth. Nec his contentus Dominus præcepit Iehu, vt omnem familiam Achab funditus deleret, voluit ille vindemiæ operam dare, & vineam Naboth spoliare racemis. Deus autem priuauit familiam eius omni posteritatis fructu. Vnde septuaginta filij regis interfecti sunt, quorum capita in cophinos immissa, allata sunt ad Iehu: sicut afferri solent racemi in cophinis cum dant opera vindemiæ vitatores. Maximis se sceleribus astrinxerat Achab, simulacra coluerat, prophetam Domini in vincula coniecerat, & dissimulauit Dominus: sed cum primum vindictam expetiuit, noluit Dominus dissimulare, sed immisit Heliã, qui atrocissimum illi supplicium denuntiaret. Vt inde intelligas quantum displiceat Domino crudelitas & vindicta, & quãtam in se Dei indignationem concitet, qui alteri iniuriam irrogat vt suam vliscatur.

VOLVIT Aman vindictam à Mardochæo sumere, quia sibi nõ genuflexit, & iussit parari patibulum, in quo tandem ipse Amã rebus à Domino immutatis, regis Assueri iussu suspensus est: ad cuius dignitatem, honorem, & gloriam ascendit Mardochæus. Perpende igitur & considera: an illi impune steterit animus puniendi Mardochæum, (animus inquam:) quia non solum vindictam Deus vindicat & punit, sed puniendi voluntatem: vt intelligas quoties cunquẽ inimicitias cũ proximo geris, cũ Deo tibi rem esse, qui te inultũ abire minime patietur, sed res ita inuertet, atq; disponet vt quidquid mali attuleris inimico tuo in caput tuũ conuertatur.

ID viuis coloribus expressum reperies, in maximo illo tyranno Adonibezec, qui cum ab exercitu Israel superatus, comprehensus, & in vincula esset coniectus, extremitatibus manuum & pedum ob truncatus est. Cum autem membra sua cruore manantia cerneret: *Septuaginta* (inquit) *Reges amputatis manuum, ac pedum summitatibus colligebant sub mensa mea ciborum reliquias Sicut feci, ita reddidit mi Dominus.* Cognouit tandem truculentus ille tyrannus, & confessus est, Deum esse vltorem & vindicem iniquitatum, qui vindicat & vliscitur illos, qui manibus obruncantur cũ suis ipsi manibus vindictã sumere, nõ possint. Poteris igitur si præstas viribus, inimicorũ manus & caput abscindere, Dei autẽ manus colligare non poteris, qui tandẽ vltor erit, ac punitor doloris proximi tui, & si inique cum illo egeris, idem tibi Deus reponet.

SI autem Deus semper imicitias aduersus homines crudeles vltiquẽ ad internecionem persecutus est, postquam humanam induit natu-

naturam id præstat, peculiari quadam ratione, quia frater noster est, & æternum patrem omnium parentem appellat. *Et ad patrem meum & patrem vestrum.* Vnde qui Christi nomine insignitum in aliquo lædit, Christi fratri iniuriam irrogat, & Christum ipsum vltorem & vindicem habebit.

DVO Reges Madianitæ quosdam Israelitas interfecerunt, & tandem à Gedeone Duce exercitus Israel comprehensi sunt: qui percõtatus est eos. *Quales fuerunt viri quos occidistis in Thabor? Similes tui, respondens illi, & vnus ex eis quasi filius regis, Fratres mei fuerunt* (ait Gedeon:) *viuit Dominus quia si seruassetis eos, nõ vos occiderẽ. Et surgens interfecit eos.* Animaduerte iracunde, & crudelis, Christi Domini fratres esse illos, quos iniuriis afficis, & contumelijs oneras, qui vindictam expetet, vt optimus frater, & parem aliquando gratiam referet.

CVM Saul persequeretur Dauidem, accidit vt incideret in manus Dauidis, quem suadentibus etiam amicis & familiaribus impune posset interficere, sed noluit dicens *Propitius sit mihi Dominus ne faciam hanc rem Domino meo, Christo Domini, vt mittam manum meã in eum, quia Christus Domini est.* Hoc Dauidi ante oculos obuersabatur, vnctum scilicet esse Saulem, & regem à Domino creatum. Vnde ausus non est gladium stringere, vt Christum Domini percuteret. Omnes christiani cum lultrali aqua, in sacro baptismatis fonte abluuntur, inunguntur oleo diuinæ gratiæ. Qui fuerit ausus iu illos insurgere iniuriis afficere, aut gladio petere grauissimas repender, pœnas & atrocissimum supplicium subibit.

POTVIT iterũ Dauid manũ extendere in Saulẽ, & interficere, retraxit tamen illã, & cohibuit se dicens. *Quis extendet manũ suã in Christũ Dñi, & innocẽs erit?* Quasi diceret iniquius mecũ quã cũ illo ageretur si illũ interficerẽ: Nã si ego vliscendi libidinẽ explerem, Deum qui illius partes ageret, haberem vltorem tantæ iniquitatis. His verbis vliscendi cupiditatem arcuit. Huius sanctissimi viri exẽplo excitatus, ratione instruitus, & disciplina imbutus, tu qui facile commoueris, tumidum, ac perturbatum animum sedare poteris, iniurias remittere, ac odium & indignationem deponere. Nam si vindictam expetieris, maius in te malum, quã in proximum ininria affectum concitabis.

PROPTER scelera Israel immisit Dominus exercitum Assyriorum, vt deuastaret eos, qui tantam stragem ediderunt vt commotus Dominus dixerit. *Va Assur virga furoris mei & baculus iose est, in*

Iudi. 8.
num. 18.I Regum.
24. nu. 7.I. Regum.
26. nu. 9.Isaia. 10.
num. 9.

manū eorū indignatio mea. Si igitur virga furoris Domini est Assur quid mali gessit, cum percussit? precipue cum id Dominus præcepit? iratus est Dominus, quia modum non tenuit, & aliquantulū excessit. *Ad conterendum* (inquit) *erit cor eius.* Si igitur minuitur Deus supplicium Assur, quia in puniendis Israelitis non nihil excessit, quid tibi eueniet qui diuinam voluntatem transgrederis, vindictam quæris, & vsque ad internecionem persequeris inimicitias?

AD DEO denique Deo displicet quodlibet genus crudelitatis, vt ne leuem eius adumbrationē ferre possit. Exoptauit maxime **I. Paral.** **22. nu. 8.** Dauid templū Domino ædificare, noluit tamen Dominus dicens. *Multum sanguinem effudisti, & plarima bella bellasti, non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me.* Et id obicit Dominus Dauidi eo quod bella gesserat cum æthnicis, & eorum sanguinem fuderat. Quid? quodlibet bellum a Dauide susceptum non fuit iustum? non celsit semper in suæ religionis & populi utilitatem? cur igitur profusum sanguinē obicit Dominus? & prohibet ne Dauid templum ædificet? Non quia illud malum esset, sed quia Deus bonus est: cui non solū crudelitas & inhumanitas displicent, sed humani sanguinis effusio etiam inimicorum, non ita probari potest. Vnde nō Dauid qui plurima bella gessit, sed filius eius Salomon, qui regnum pacifice possidebit, templum Domino ædificet.

Exod. 21. nu. 12. HINC intelliges legem illam quam Dominus condidit. *si quis per industriā occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo eueles eū vt moriatur* (Ab altari meo inquit) quasi dicat, ne cōfugiat ad me, tanquam ad portum & arcem, quia nullum refugij locum inueniet. Solent principes tueri & defendere illos qui ad se cōfugiūt, & domos suas immunes esse volunt, in quibus perfugium, & præsidium nocentes inueniunt. Deus autem homicidas recipere non vult, sed a se repellit. Quo graui supplicio merito puniuntur illi, qui nec iniurias relaxant, nec odia deponunt, sed vlciscendi libidinem explent: quos ab altari suo diuelli, ac distrahi iubet, quamquā ad illud tanquam ad arcem tutissimam confugerint, & vt fecit Ioab cornu illius apprehenderint.

Inferia

Inferia sexta cinerum concio quarta.

Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros, &c. Matth. 5.

IGNIS (inquit Dominus) *in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subiciens ligna, &c.* Id in lege veteri præcipiebatur, cui successit lex noua in qua simile præceptum habemus. Præcepit enim Christus Dominus vt in altari ecclesiæ, cui ipse iecit fundamenta ignis semper ardeat: non quilibet ignis, sed amoris, & charitatis. Illud altare lapidibus construebatur, hoc autem erit cor nostrum. Ignem templi nutriebant sacerdotes, ignem charitatis nutriunt concionatores. Pabulum illius ligna erant, huius autem diuinum verbum. Semper illi admoquebant ligna, quo ignis pascebatur & semper ardebat, semper isti verbum Dei adhibere debent, quo charitas magis ac magis inflammetur & ardeat, & tātas vires acquirat, vt nullis malevolentia flatibus restinguatur, sed semper ardeat siue proximus nos diligit, siue odio & malevolentia prosequatur. Huius rei cura concionatoribus demandatur? sed quam illi adhibent minime sufficet, nisi spiritus ille cœlestis Diuini amoris ignem admoqueat, cuius ardore animi nostri inflammentur, & conflarent. Id ab eo sanctissimæ virginis interuentu, suppliciter imploremus. Aue Maria.

Primus discursus in quo ostenditur valde conseruatum esse rationi, vt inimicorum iniurias remittantur, vel hoc solum, quia Christus Dominus id præcipit.

Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros, & benefacite. &c. Matth. 5.

SI supremam Dei maiestatem attenda mentis consideratione cōtemplari vellemus (quanquam præceptum de diligendis inimicis difficillimū sit) ex eo solum quod a principe Deo qui omnē hunc mundū regit, impositu est, facillimū redderetur. Quid enim

maius fingi aut excogitari potest diuina voluntate? cuius tanta est virtus & præstantia vt sola illa sufficiat ad euincendam & superandam quamlibet difficultatem. Quid potest afferri, quod maiorem vim faciat, quam verbum illud Domini. *Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros.* Magna est virtus diuinæ vocis, nihil non emollit, nihil non superat, nihil est quod illius virtuti obistere valeat.

Psal. 28. n. 4. **V O X** Domini in virtute, vox Domini in magnificentia, vox Domini confringentis Cedros: vox Domini intercidentis flammam ignis, vox Domini concutientis desertum. Non videtur Dauid posse sine imponere verbis, quibus diuinæ vocis virtutem auget. *Vox* (inquit) *Domini in virtute.* Non est instar vocis hominis, quæ ex aere, & in aere cõflatur. Vox Domini virtute præstat & virtus est, sub qua Dei omnipotentia latet: vnde tantam retinet vt cedros Lybani confringat: flammam ignis interfecerit, rupes deserti conterat, ac arbores comminuat & eradicet. O singularem diuinæ vocis virtutem!

Leuit. 1 si. n. 1. **H I N C** prophetæ, vt verba quibus aperiebant, ea quæ animo præsenferant vim haberent verbum illud frequenter vsurpât. *Hac dicit dominus. Audite verbum Domini.* Nec solum prophetæ, sed ipse prophetarum Dominus, cum præscribent leges populo suo Israel, dicebat sæpe. *Ego Dominus.* Sic Reges, principes, & Imperatores, literis, quibus aliquid præcipiunt subscribere solent. *Ego Rex.* Quæ subscriptione munitæ litteræ, tantam vim habent apud homines, qui sub regis ditione & imperio sunt, vt nihil non assequatur. Omnes detecto capite annuunt chartam osculantur, & capiti superimponunt dicentes Regiam, voluntatem exequemur. Si igitur tantam vim habet. *Ego Rex?* si sensu & ratione duceremur quantam habere debet. *Ego Dominus? Ego autem dico vobis?*

Psal. 103. n. 5. 4. Reg. 19 n. 35. **A P V D** mentes illas cœlestes, quæ diuinæ maiestatis solium circumfistunt, tantam vim habet imperium & voluntas Domini, vt vel ad eius nutum, quem semper intuentur, omnes procumbant, & vento velociores aduolent, ad exequendam Domini voluntatē. Id indicauit Dauid illis verbis. *Qui facit Angelos suos spiritus: & ministros suos ignem vrentem.* Hoc est, ministri Domini instar fulminis summa velocitate feruntur: dicto audientes sunt, & quidquid ille præcipit executioni mandant. Placuit Domino magnam Assyriis cladem inferre, & Angelus cui res peragenda demandatur, vnus noctis spatio, centum octogintaquinque hominum millia interemit in castris Assyriorum. Placet deinde Domino, vt homines tueantur & defendant: Angeli supponunt manus suas ne quid detrimenti capiant

capiant homines, eosque manibus ferunt, ne in salebram incurrant, aut ad saxum collidantur. *Angelis suis Deus mandauit de te, vt Psal. 90. custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.*

Dan. 14. n. 30. **S E D** quid mirum si Angeli, qui acri mente vigent, & Deum contemplantur dicto audientes sunt, quando animantia rationis expertia diuinam vocem exaudiunt & Dei voluntati parent. *Coniectus est Daniel in lacum leonum, Et erat ibi diebus sex. Porro in lacu erant leones septem, & dabantur eis duo corpora quotidie, & ducæ oues, & tunc non data sunt eis vt deuorarent Danielem.* Quem circumuenerunt, non tamen ausi sunt contingere. Quid obstitit? Audierunt vocem Domini præcipientis ne quidquam illi mali inferreret: & illico paruerunt, vngues contrahunt, dentes cohibent, sitim tolerant, edendi auaritatem reprimunt, & quamquam inedia acerbisimè cruciabantur, cibum sibi oblatum à longe intuentur & suspirant, nec contingere audent.

3. Regum. 13. n. 24. Num. 21. n. 6. Acto. 28 n. 4. Prou. 30. num. 17. 3. Reg. 17. **I M M I S I T** Dominus leonem, vt quendam prophetam interficeret, eo quod à præcepto sibi imposito discesserat, interdixit verò ne cadaver deuoraret. Irruit leo in prophetam & interfecit eum, sicuri à Domino præcipiebatur, & stabat iuxta cadaver, quod nequaquam contigit, vt Domini voluntati obtemperaret. Eidem paruerunt serpentes illi, quos immisit Dominus, vt nec afferreret filijs Israel, cum illos morsibus dilacerabat, eo quod multis se peccatis astrinxissent in solitudine. Eandem exequebatur vipera illa quæ adhæsit manui diui Pauli, nec illum læsit, eo quod vocem audiuit Domini præcipientis ne venena diffunderet, obtemperauit statim, cohibuit se, & virus rabificum retraxit ne Paulum interficeret. Minatur Dominus quibusdam peccatoribus coruos, qui eorum oculos eruant. Et coruorum opera alit Dominus Heliam in desertis locis, *Coruis* (inquit) *præcepit, vt pasceret te.* Quid hoc est nisi virtutem diuinæ vocis ostendere, cui vel animantia ipsa rationis expertia parent, & eius nutum in rebus omnibus intuentur?

Gen. Dan. Exod. **Q V I N** res etiam quæ sensu & vita carent diuinæ vocis virtutem agnoscunt, ac Dei voluntatem exequuntur. Præcepit dominus igni vt Sodomam combureret, paruit & omnia combussit, in cineresque redexit. Præcepit igni Babylonico, (qui quadraginta ferè cubitos efferebatur) ne tres speciosos iuuenes adureret, & illico vim continuit, ne illos vel leuis scintilla contingeret, vnde salui & incolumes euaserunt. Præcepit filici, ex quo ignis excutitur, vt aquas

aquas effunderet, & continuo ex illo erumpunt aquæ latices. Voluit vt mare rubrum in duas partes diuideretur, & viâ faceret filiis Israel: diuissum est statim, & viam præbuit. Voluit deinde vt aquæ Aegyptios inuoluerent, vt omnes in profundum descenderent, concluderent illos statim, & occiderunt omnes, vta vt ne vnus quidem remaneret. Oborta est in mari repentina tempestas, iactabantur Apostoli, & nauicula fluctibus operiebatur: excitatus Dñs imperauit ventis, & continuo magna tranquillitas consecuta est, ita vt homines in admirationem rapti dicerent. *Qualis est hic, quia mare, & venti obediunt ei?* Cum autem fugeret à facie Domini Ionas propheta, & nauim conscenderet, præcepit Dominus ventis, vt fluctus maris commouerent, paruerunt illi, & consecuta est in mari magna, & turbulenta tempestas. Quid plura? In illo coalescentis mundi primordio, cum vniuersa rerum natura constituebatur, completiebantur aquæ vniuersam terram, præcepit Dominus vt diuideretur, & appareret terra in qua versarentur animantia, & ita factum est. Deinde vero Noe temporibus, vt inmania scelera quibus omnia erant infecta delerentur: præcepit Dominus aquis vt cooperirent terram, & illico sine vlla tergiuersatione paruerunt.

VNIUERSVS itaque terrarum orbis, & cuncta quæ ambit, & amplectitur, Dei vocem agnoscunt, & eius nutum, & voluntatem intuentur. Sed quid mirum cum elementia consistant, plantæ vigeant, animantia sensu, Angelivero mente & ratione ducantur, cum in eo quod nihil est, necdum consistit, præclaræ huius obedientiæ vestigium, non quidem adumbratum, sed penitus expressum reperiamus. Vocat Deus aquæ non sunt, & voci eius respondent, vt Diuus Paulus ait. *Qui uiuificat mortuos, & vocat ea quæ non sunt, tamen quæ ea quæ sunt.* Vocat mortem quæ nihil est, vt vitam quam ademit restituat & dicto audiens est. Vocat Lazarum iam extinctum, quatriduanum, qui iam non erat Lazarus, cum animus esset à corpore dissolutus, & exaudit vocem Lazarus, & egreditur ex sepulchro obuolutus syndone, ligatus manus & pedes istitis. Vocat solem antequam esset sol: & egreditur, & oritur hic sol, cuius luce fruimur. *Ipsè dixit & facta sunt, quæ mandauit & creata sunt.* Mirum profecto quantum vim habeat. Vox Domini, Verbum Domini. *Ego autem dico vobis.* Omnia penetrat, sepulchra referat, & ad ea quæ non sunt pertingit. Ac denique demones qui Dei voluntati resistunt, eamque ingrato animo, & obstinatione quadam sententiæ repudiare vellēt audiunt, contremiscunt & obediunt. Imperauit Christus. Dominus

vt

vt dæmon, qui Apostolorum virtute expelli non poterat, ab homine quem vexabat exiret, qui statim licet discerpens hominem, exiuit ab eo.

SI igitur vox Domini tantam vim habet vt omnia quæ cæli ambitu continentur, & ea quæ non sunt, quo velit flectat, quantâ necesse est vt habeat apud homines, qui sensu & ratione ducuntur? Et eo maiori obligationis vinculo deincti sunt, quo maioribus beneficiis cumulantur? Quid? erit ne homo truculentior? & viperis crudelior? Erit ne vehementior ventis, velocior, & pugnacior fluctibus maris? Patietur se ab elementis qui nullo serfuo videntur superari? & æquo animo feret, vt ea quæ non sunt vocem Domini exaudiant, ipse vero aures obrurat, ne tanti Dominivocibus respondere & voluntati obtemperare cogatur? O miser & infelix homo, si te ipsum cognosceres, & abiectam & humilem naturam tuam condicionem agnosceres, quantam vim tibi afferret verbum illud: *Ego autem dico vobis.* Ego cuius folium mentes illæ cælestes circumfistunt, cuius nutum Angeli, cæli, & astra intuentur, cuius voluntatem terra & maria exequuntur. Ego, qui vocis virtute ad vitam reuoco, & nulla materia sub ministrata omnia condo. Ego, qui vitæ & necis imperium habeo. Ego, qui eos qui mihi obediunt sempiternam felicitatem dono: illos vero, qui mihi resistunt, sempiternis supplicijs addico. Ego a quo quid quid boni rationem habet, tanquam ex aliquo perenni fonte proficiscitur. Ego, qui vos in lucem edidi atque suscepi, à multis periculis defendi, in libertatem asserui, ac tandem in cæleste illud regnum introducam. *Ego autem dico vobis.* Vobis inquam, quos tantis mihi beneficijs deuinxit, vobis quos in populum mihi charissimum elegi, vobis, quos præter cætera omnia dilexi. Rationi valde consentaneum est, vt quando omnia & singula quæ cæli ambitu continentur, diuinis vocibus, natura ipsa duce parent, homines qui tantum officij sustinent, cum eos Deus libertate donauerit, quæ cæteris alijs rebus præstant & excellunt, diuinam etiam voluntatem exequantur, & ad eam se libere fingant & accomodent. Et si difficillimum videatur, ad alienam voluntatem propriam aggregare, & cum illa coniungere, difficultatem euincet, non quamlibet sed diuinam esse voluntatem, cui humanam coniungere, non solum vtile & speciosum erit, sed etiam gloriosissimum.

P

Secundus

Secundus discursus, in quo id quod in proximo fuerat inchoatum.

absoluitur.

Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros. &c. Matth. 5.

TANTI ponderis & momenti est præceptum diuinum de diligendis inimicis, eo solum, quod à Christo domino impositum est, vt quando alia non cogent, illud per se sufficere debeat ad excitandum hominē, vt se totū illius obseruationi dedat. Nā vt D. Bernardus ait: Non attendit verus obediens, qualem sit quod præcipitur, hoc solū contentus, quod præcipitur. Et illud obedientiæ genus Deo gratissimū est, cū aliqua difficultatē superamus. Nā vt D. Bernardus ait, obedientia circa difficilia gratior, inobedientia circa minima damnabilior.

D. Bern.

D. Bern.
de p. ecep.
& disp.

SED obiciēs hanc difficultatē tibi videri in expugnabilē. Quis enim, dices, iniurias inimicō remittat? cum nec id ille promereatur nec mihi conueniat, nec meo conducatur honori, sed mihi potius de decori apud homines, & ignominia sit? Arduū & difficile est amore eum prosequi qui me odio prosequitur; verbis honorificis illū appellare, qui me contumeliosus verbis lacessit, ac Deum pro illius salute, & incolumitate deprecari, qui mihi omne malum imprecatur. Id ferri non potest, potio enim amara est, quæ difficile exhauritur, & pilula quæ licet inaurata sit, sine stomachi cōmōtione non deglutitur: sed saccharo illius diuini præcepti obuoluta, Ego autem dico vobis, diligite. &c. palato arridet, & maxima quadam suauitate delabitur.

MAXIMOS labores in perferendis inimicorum iniuriis perpeffus est rex Dauid, omnes tamen inuicta quadam patientia superauit. Quia obuerfabatur ipsi ante oculos diuina voluntas, & voci domini id præcipientis beneuolas aures accommodabat. Propter verba laborum tuorum (inquit) ego custodiui vias duras. Indicat quæ ratio ne se gesserit in tolerandis iniuriis Saulis, quibus passim afficiebatur & ait, tantū apud me valuit voluntas Domini, quam expresserat in Leuitico, dicens: Non quæres vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuiū tuorum. vt ne ab illa, vel transuersum vnguē discederem, maximos labores pertulerim, maximis me obiecerim difficultatibus, & sæpe in vitæ discrimē adductus sim. Et vt id luce clarius appareat memi-

Is. 16.
num. 4.

Leuit. 19.

ni

nisse sufficit, in quantū odiū Saulis venerit Dauid. Tanto furore Saul agirabatur, vt odiū penitus infitū dissimulare non posset: sed quoties se se offerebat occasio subito erūpebat. Arripuit aliquādo hastā, eamq; contorsit in Dauidē, quā nisi felicissime declinasset, ea transuerberatus occubuisset. Illū deinde est insecutus vsq; ad montū iuga, & nisi se abdidisset in syluas, in antra & terræ hiatus, Saulis manus effugere non potuisset, vexabat illū frequenter, & in vitæ discrimen interdū adducebat. Nec solum Dauidē, sed illos qui ei subsidio erant vsq; ad internecionem persequebatur. Cuius rei extat illud singulare.

IN vrbe Nobe sacerdos domini nomine Achimelech ignarus consilij Saulis, Dauidis vicem doluit, & obrulit illi poscenti sancti ficarum panem, quo vesceretur. Quod cum Sauli fuisset renunciatum, iratus valde iussit Achimelech & octoginta quatuor sacerdotes illius vrbs interfici. Nec his contentus Saul vrhem Nobe, in qua sacerdotio fungebantur inuasit, omnesque qui in illa vrbe verfabantur, viros & mulieres, paruulos & lactentes, bouem quē & asinum, & quem percussit in ore gladij, vt ait scriptura. O execrandam crudelitatem! Quid enim mali fecerant illius vrbs incolæ? Quo se peccato astrinxerant pueri? Quid cōmiserant bestiæ & animalia rationis expertia, vt tantam acciperent calamitatem? eo solum, quod illius vrbs sacerdos, obtulit panes Dauidi fame laboranti, & gladium quo Goliath capite obrunauerat restituit, ac dominum consuluit. Tantam animo indignationem concepit Saul, & tantum exarsit ira, vt sacerdotem cum sua familia vniuersa, & vrbs suæ incolis funditus deleuerit. Quid fecit, aut quid commeruit Dauid? si rem recte perpendimus, & suis momentis singula ponderamus, inueniemus profecto dignum esse maximis præmiis, quia maximis Saulem officiis sibi deuinxerat. Nonnulla commemoremus.

1. Regum
22. n. 18.

VALENTISSIMVS ille gigas Goliath dedecori & ignominia erat populo Israel, cū illi bellū indiceret, & Saulē prouocaret ad singulare certamē. Nemo inuentus est in fortissimo illo exercitu, qui se illi opponeret, & populi partes tuendas, ac defendendas suscipere. Dauid autē cum adhuc esset iuuenis, ausus est sine armis cum ferocissimo gigante armis instructo cōgredi: tantūq; virtute valuit vt turrim illā munitissimā vnus lapidis ictu labefactauerit, & opprobrium abstulerit de Israel.

DEINDE cum spiritu nequam vexaretur Saul, ac variis

P 2 modis

modis affligeretur, citharam pulsabat Dauid, cuius dulcedine & suavitate, dolor sensum remittebatur. Quid plura? Dux erat præstatissimus Dauid, in rebus bellicis peritissimus, qui Saulis hostes arcebat sæpe, & in victa quadam animi magnitudine superabat. Et in tantis officiis fidelissimo seruo nõ solũ gratus nõ extitit improbus, ac sceleratus Rex, sed invidia exagitatus, & ira percitus, illũ sæpe ad necem quæsiuit. Quia fugæ se dederat Dauid, nolebat enim cũ illo manus cõferere ne regem perimeret. Bis illum impune poterat interficere cũ in sub hastæ cuspide iaceret, vt scelerati regis morte laboribus finem imponeret. Noluit tamen, manum retraxit, impetum coercuit, & vlciscendi libidinem repressit. Tam vestis Regis particula contentus, quam ipse absceidit, iam hasta ac vasculo, quibus rex vtebatur, quæ fecum adduxit, vt illa Sauli ostendens, & periculum in quo fuerat versatus indicans, illum flecteret, & ad pacem iucundam induceret. Nec id quidem assecutus est, nõquam tamen de vltione cogitauit, neq; de vltione debita, cũ periculo tamẽ vitæ Saulis agere voluit. Adde etiam quod eum primum nuntiata est illi Saulis cedes grauius affectus est, & plauxit super eum dicens: *Mõtes Gelboe nec vos, nec pluuia veniant super vos, quia ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, Saul, & Ionathas amabiles & decori in vita sua: aquilis velociores, leonibus fortiores Filie Israel super Saul flete, &c.* O illustrem animi magnitudinem, cui Saul amabilis, & speciosus videbatur, cũ hostis ipse esset infestissimus & improbus rex, nec solum ipse flet quod valde mirandum est, sed virgines Sion suo fletu prouocat, vt vberes Lachrymarum riuiolos profundant.

SED audiamus quid illi acciderit, qui Saulis necem renuntiauit.

Cesa (inquit) *veni in montem Gelboe, & Saul incubebat super hastam suam, & cum me vocaret ait, interfice me, quoniam tenent me angustie. Steti super eum & occidi sciebam enim quod viuere non posset & tuli diadema, quod erat in capite eius, & attuli ad te Dominum meum hæc.* His auditis absceidit Dauid vestimenta sua, & fleuit, iussitque interfici nuntium, eo quod ausus fuisset manus inicere in Saul. Nec profuit illi excusatio quæ sufficiens videbatur, id scilicet à Saule fuisse postulatũ, qui mortis angustijs & vulnere dolore premebatur, & viuere non poterat: nec aliquid valuit apud Dauidem, Saulem nõ amicum, sed inimicum fuisse, qui eius vitam & sanguinem expetebar.

HINC facile perspicitur animus Dauidis, qui non solum odio & maleuolentia vacabat sed atrocissimum inimicum amore & beneuolentia persequebatur. Quis dubitat, si hominis naturam & conditionem

dicionem spectes) quin ægre tulerit Dauid Saulis odium, sine causa susceptum? offensas & iniurias quibus passim afficiebatur? Quis dubitat quin vitam sibi ac erbam putauerit, tot periculis obnoxiam? toties in discrimine adductam tantis laboribus circumuentam. Omnia tamen æquo animo ferebat, & singulari quadam virtute tolerabat, ne vindictam expeteret, ne vltionem de inimico sumeret, ne præceptum diuinum, quo id sibi fuerat prohibitũ transgrediretur. *Propter verba* (inquit) *laborum tuorum ego custodiui vias duras.* Quasi dicat: non aliqua necessitate coactus, aut formidine deterritus, vlciscendi libidinem repressi, sed solum propter verba laborum tuorum, vt tuam scilicet exequerer voluntatem.

RATIONI ergo consonum est, vt in Dauidis vestigijs insistamus, ne propter obiectam difficultatem diuinum præceptum transgrediamur. Vocauit Dominus Ieremiam prophetam & ait. *Vade ad domum Recabarum & da eis bibere vinum.* Abijt Ieremias & vocauit eos, cũ autem confluxissent in locum proximum templo posuit coram eis scyphos plenos vino, & dixit. *Bibite vinum, qui responderunt, non bibemus vinum, quoniam Ionadab pater noster præcepit nobis dicens. Non bibetis vinum vos & filij vestri in sempiternum, & domum non edificabitis, & sementem non seretis, & vineam non plantabitis, nec habebitis.* Obediuimus ergo voci Ionadab patris nostri in omnibus quæ præcepit nobis. Hæc respondentes, noluerunt voci prophetæ acquiescere, nec vini pocula degustare. Tunc Dominus ait ad Ieremiam, *vade & dic viris Iuda, & habitatoribus Hierusalem. Nunquid non recipietis disciplinam, vt obediatis verbis meis dicit Dominus? Præualuerunt sermones Ionadab, quos præcepit filijs suis, vt non biberent vinum & non biberunt vsque ad hanc diem, quia obedierunt præcepto patris sui. Ego autem locutus sum ad vos de mane consurgens, & loquens, & non obedistis mihi.* Eodem argumento posset nunc Dominus Christianos homines conuincere. Præualuerunt sermones Ionadab, quos præcepit filiis suis, neque ab illis deflectere voluerunt, nec potuit præcepti difficultas eos deterrere, nec à suo proposito retardare. *Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros.* Præceptum cum sit diuinum, cui charitas dicitur fundamentum, quod dulcis amor suaue & facile reddit, præcepti tamen difficultatem obijcitis?

SI Dominum diligere, & illum cultu & veneratione debita prosequeremur, magni ponderis & momenti apud nos esset verbum illud. *Ego autem dico vobis.* Regnum Dauidis per tyrannidem occupare tentauit Absalon, comparauit exercitum vt illum

Ipsal . 17.

Ierc. 35.
num. 1.Ibidẽ. nu.
13.2. Reg. 18
n 12.

regno expelleret. Initum est certamen, prostratus est exercitus Absalonis, & accidit vt mulus quo vehebatur subter condensam quercum ingrederetur; cui cum caput eius adhaesisset remansit in sublime suspensus. Quem cum vidisset miles quidam Dauidis nuntiavit Ioab. *Vidi Absalonem pendente de quercu. Si vidisti (inquit Ioab) quare non confodisti eum cum terra? & ego dedissem tibi decem argenti siclos, & vnum balteum? Si appenderes (respondit ille) in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem manum meam in filium regis. Audientibus enim nobis precepit rex tibi, & Abisai, & Ethai dicens, Custodite mihi pueram Absalon. Quid? nonne promeruerat Absalon trucidatam ccedere? vt hasta traiectus (vt dicebat Ioab) finis imponeretur bello? quis dubitat? sed optimus ille miles precepti quod inposuerat Dauid, recordatus, id tantum obiecit promissionibus, & premiis Ioab. *Rex precepit.* Quo verbo omnia illius argumenta facile diluit. Si dixeris inimicum qui tibi iniuriam intulit quolibet esse supplicio dignum, fatebor. Si addideris vindictam quam posses ab illo sumere honori & lucro tibi futuram, concedam facile. Sed precepit rex ille celestis, ne quis vindictam de inimico sumeret, ne quis Absalonem gladio peteret. Quamquam contrarium sentiant Ioab, & omnes homines illius sententiam adherere, licet maxima tibi premia proponantur, respondere debes, si appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaquam mittere manum meam in inimicum, quia Dominus precepit mihi ne vindictam expeterem, sed potius offensas remitterem & iniurias condonarem.*

Genes. 3.
nu. 24.

COMMO R A B A T V R Iacob in domo Laba socii sui, & egressus in salutato hospite, cum vxoribus suis, & vniuersa familia Iratus valde Laban, suorum manu collecta, Iacobum insecutus est, animo perdendi illum. Sed occurrit ei dominus in via & dixit. *Cave ne quidquam asperere loquaris contra Iacob.* His verbis immutatus, susceptum tamen iter profecutus est, & Iacobum affecutus apud quem sic conquerebatur. *Valeret manus mea reddere tibi malum, sed Deus patris tui dixit mihi heri. Cave ne loquaris contra Iacob qui quam durius.* Nonne Laba ibat, cum domo egrederetur instar leonis saeuens, animo volens quemadmodum atrocissimam de Iacobo vindictam sumeret, cum autem illum conspectum subiit & verba ista proferebat, iam omnem ferocitatem deposuerat, & agno similis, non de vindicta sumenda, sed de feriendo sedere cogitabat. Vnde signitur subito tanta ista consilij mutatio? Non video aliam causam nisi illam. *Deus patris tui dixit mihi heri, cave ne loquaris contra Iacob qui quam durius.*

Qui.

Quis dubitat quin Laban ardentem exoptauerit, Iacobum punire, fortunis spoliare, & cogere vt in suam domum regrederetur. Et tamen vires ceciderunt: nec habet manus, nec linguam nisi ad ignoscendum ei: quia Deus manus & linguam illi reuinxerat, non funibus sed verbo illo. *Ego autem dico tibi.* si ergo tantam vim habuit verbum illud apud hominem ethnicum, qui non dixit: Deus meus dixit mihi heri. *Sed Deus patris tui.* Quia ipse Idolis in seruiebat, & non dum veram Dei cognitionem fuerat assecutus. Quam vim habeat necesse est, preceptum diuinum a Christo Domino impositum, apud homines illos: qui Christi nomine insigniti sunt, & Christianam religionem profitentur? Quotidie in oratione dominica verbum illud usurpamus. *Fiat voluntas tua sicut in caelo & in terra.* Hoc est mandata quaecumque diuina exequamur, non secus ac mentes illae celestes quae diuinae maiestatis solium circumstant, cuius nutum & voluntatem intuentur. O vtinam huius ethnici exemplar nobis ante oculos proponeremus, & sicut ille dicto audiens fuit, sic etiam nos diuinam in rebus omnibus voluntatem sequeremur!

VOLUIT Absalon interficere Amnon: eo quod vim intulisset forori suae Thamar vocauit seruos & ait. *Conuiuium parauit Amnon obseruate eam: temulantis fuerit vino, & dixerit vobis percutite eum, & interficite: nolite timere, ego enim sum qui precipio vobis: roboramini et estote viri fortes.* (Et ait scriptura) *fecerunt pueri Absalon aduersus Amnon sicut preceperat eis Absalon.* O nefarium scelus, o immanis crudelitas! Maximis tamen periculis se obiecerunt serui Absalonis, vt domini voluntati parerent. Ausi sunt manus iniicere in filium regis Dauid, qui semper iustitiam coluit, & nihil inultum reliquit: mortem sibi ob oculos obuerfari videbant serui illi, omnes tantae difficultates superauit, & omnia pericula euinxit verbum illud. *Ego autem dico vobis, ego sum qui precipio vobis.* Vnde statim se ad scelus comparat, neque difficultatem neque pericula obijciunt, sed demetia capti, & furore atque audacia inflammati, Amnon pugionibus confoderunt. Immane facinus, & christianis hominibus valde ignominiosum, habuit enim vim apud seruos illos impium Absalonis preceptum, quo scelus turpissimum, ac valde periculosum imperabat: & vim non habet (quod maxime dolendum est) apud christianos homines, qui legem euangelicam profitentur verbum illud Christi Domini. *Ego autem dico vobis.* Preceptum diuinum non ad cedere quaredam sed ad salutem hominibus danda: non ad prodicionem, sed ad fidelitatem, non ad opus periculosum, sed valde securum, quo animi saluti maxime consulitur, non denique ad turpe aliquod scelus suscipiendum, sed ad praestandum

2. Reg. 13.
n. 28.

præstandum egregium opus. Tu autem cum, nec sensu, nec ratione ducaris, vindictam expetis multis periculis obnoxiam, eamque, veniæ, quæ in tuto collocat, & omni metu ac periculo vacat antepone.

SED dices fortasse: Præceptum istud de diligendis inimicis difficillimū est. Quid si fatear? Quamquā possem non immerito reclamare. Sed esto difficillimū sit, ideo facile violandum est? Difficilius esse deberet Christiano homini diuinam legem transgredi, quā honoris utilitati, ac rebus omnibus nūtiū remittere. Difficile est istud at in rebus arduis & difficilibus honor & gloria consistunt, & quā tum res habet difficultatis, tantum habet splendoris & utilitatis. Difficilia quæ pulchra;

Difficile videbatur Abrahamo præceptum illud, de filio vnigenito propriis manibus interimēdo: & adhuc difficilius, visum est, quā si præciperet Dominus, ut hostibus quorum manibus esset intereptus ignosceret. Sed constanti quadam animi virtute, dolore minime retardatus de inferenda morte filio suo, qui vita sibi charior erat, cogitare cœpit. Illum in montem duxit, super struem lignorū collocavit, gladium in altum extulit, ut eadem faceret, nulla alia re impulsus nisi domini voluntate, qui sic fieri præcipiebat. Hoc Patriarchæ sanctissimo exemplo excitatus, poteris difficultatem, quā in diligendis inimicis experiris, superare: & gratissimum hoc sacrificium offerre Deo. Quis dubitat quin maiorem honorem & gloriam apud Deum, & homines consequutus fuerit Abrahamus, hoc præclaro facinore, quo Deo gratissimus extitit, quam omnibus elemosynis quibus pauperū necessitatibus subuenit, & alijs pijs operibus quibus laudate & honeste vixerat. Si ergo vehementer exoptas eundem tibi honorem & gloriam comparare, in eisdem vestigijs insistere necesse est, & offerre Deo in sacrificium, ultionis libidinem. Nec solum offensas remittere, sed inimicū tuum ad veniam accipiendam allicere. Nec id fieri debet ut importunis hominum precibus morem geras, sed potissimum ut Christi Domini voluntatem illis verbis expressam exequaris. *Ego autem dico vobis.*

Gene. 22.
Ioan. 10. nu.
18.
Augu. tra.
statu 82. bis.

ET ne difficultas operis hominem deterreat, ipse Dominus qui præceptum imposuit, voluit præcepto subdi. *Mandatum* (inquit) *ac cepi a patre meo.* Diuus Augustinus. Ambrosius, & Cyrillus explicant impositum fuisse propriè Christo Domino ab æterno patre præceptum moriendi pro hominibus. Quamquam D. Chrysosto, & alij

& alij secus sentire videantur. Sententiam tamen Augustini confirmant verba illa Diui Pauli: *Humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Vnde non solum ait, mortem subijisse ne obedientiam desereret, sed obedientem fuisse usque ad mortem. Vnde quidquid gessit dum adhuc viueret: quidquid loquutus est & cogitavit, opus obedientiæ fuit, quo præceptum sibi impositum adimpleuit. Id satis apertè indicant illa verba. *Qui misit me pater, ipse mandatum mihi dedit. Quid dicam, & quid loquar?* & alibi. *Sicut mandatū dedit mihi pater sic facio.* Potuit sēpiternus pater Christo Dño qua parte homo erat præceptū istud imponere & verè impositum, ut secūdi Adami solutio, primi Adami debito responderet. *Ut sicut per inobedientiā vnus hominis peccatores cōstituti sunt multi: ita & per vnus obedientiā iusti constituerentur multi.* Primus: eo quod inobediens fuit, hominibus attulit ruinam; secundus, eo quod obediens fuit, ruinam reparauit. Ille inter tot arbores sibi liberaliter concessas, ad vnā tantū vitā oculos adiecit: illius fructum decerpit & degustauit. In quo peccati grauitas extat, eō enim grauius est, quo præceptum leuius & facilius poterat adimpleri. At Christi Domini præceptum de morte in cruce subeunda arduum & difficile fuit. Vnde Christi Domini obedientia eō fuit illustrior & excellentior, quōd præceptum fuerat difficilius. Impositum etiam est illud præceptum Christo Domino, ut eius opera non ex charitate solum sed etiam ex obedientia proficerentur, quo hæc virtus clarissima maximè condecoratur. Ac tandem ut nobis exemplum proponeret, quod ob oculos obuersaretur, ne quis objiceret præceptum ab illo imponi, cuius difficultatem ipse non cognouerit experimento, & alligare onera graua & importabilia, quæ digito suo non contingerit. Præceptum habuit, & præceptum difficile, non solum de diligendis inimicis & iniurijs remittendis quod nobis tantū imponitur, sed de atrocissima morte subeunda. Ac tandē in crucem raptus vitam & sanguinem profudit, ne obedientiam desereret. Quid? Dei filius, qui est splendor patris, & figura substantiæ eius, obedientiæ iugo collum submittit, ut asserat in libertatem crudeles inimicos, quorū manibus illa exercebatur carnificina. Tu verò seruulus humilis & abiectus tanto exemplo excitatus, tumidum ac perturbatum animum, sedare & flectere ad ignoscendum recusabis? Quis iam poterit inimicis suis veniam denegare? cum Dominum videat in humano habitu tot labores & ludibria perpeti, & se tan turpiter irridendum, tan crudeliter excruciantum tradere, ac denique tantū

Ad Phil. 2.

Ioan. 12.

Ioan. 14.

1^a Rom.

5. nu. 19.

dam necem subire, vt nostanti præcepti obseruantia doceat? Quid poterit vehementius animos nostros ad ignoscendū flectere, quā illa in cruce confixi, & animam exhalantis vox: *Pater ignesce ilis, quia nō sciunt quid faciunt* Cruciabatur ab illis, & patri pro eis supplicabat: Eorum cernebat perfidiam & ignorantiam excusabat, capitali in se odio laborantes experiebat, & veniam illis tanquam innocentibus præcabatur. O singularem Domini charitatem? Quo vultu excipiet amatores, & iniuriarum oblitos qui crucifixores tā clementer excusat, vt tanti sceleris impunitatem assequantur.

Dominica prima Quadragesima.

Concio prima.

Thema. *Ductus est Iesus a spiritu in desertum, &c.* Mat. 4.

Salutatio. CHRISTVS Dominus, hominem amore inflammatus descendit, vt vniuersum mundum scelere perditum, ad sanctitatem reuocaret. Ita enim declinauerat a veritatis via, vt opus fuerit ipso Deo, vt ad illam reduceretur. Multi Patriarchæ, & Prophetæ, alioqui diuino lumine illustrati, descenderat, vt opus istud perficerent, nec potuerunt. At filius Dei cum omnes virtute præstet, inchoatum ab illis opus absoluit. Et vt id facilius præstaret, *ductus est a spiritu in desertum.* Non leuis admirabilis est, hæc Christi Domini profectio in desertam solitudinem. Ab hominum frequentia discedit, vt mundum perditum, & corruptum, optimis moribus instituat. Quid? aonne vtilius esset, & ad istum finem accommodatius iudicum tribunalia obire? & diligenter inuestigare, an munus suū perfecte obeant iudices? An prætores, iurisperiti, lictores, tabelliones, & alij magistratus leges sibi propositas obseruent? Nonne magis conduceret academitas lustrare, gymnasia adire, & diligenter inquirere, an doctores & literarum studiosi suis se institutis, & decretis accommodent. Aedes principum, curias regū, basilicas Imperatorum intrare, iu quibus omnium bonorum morum corruptio, & diuinarum, ac humanarum rerum violatio cernitur? & illis viuendi modum, victus, & vestitus præscribere? Iam enim varijs vestimentorum coloribus exornatur homines, fūco pigmentis, & cerusa delibatur, & nouis quotidie redimiculis exornatæ procedunt scemine: conuiuia ita splendida, & lauta, parant frequenter principes. Ac denique, tantis oblectationibus, & voluptatibus perfruuntur homines, vt omnia euerfa videantur. Nonne melius esset hæc mania reformare,

formare, quam in desertā solitudinē discedere? Cur ego bone Iesu cum mundum venias emendare, te in solitudinem abdis? Vt inter bestias, & animantia rationis expertia (vt ait Diuus Marcus) verferis? O vnam homines cognoscerent, quā aptè ex hac solitudine vniuersum mundū Christus Dominus reformat, & emendat. Hinc omnes humani generis hostis fraudes detegit. Ecclesiasticos admonet, ne se hosti credant, qui illos in templi pinnaculo collocat, vt fallā quadam honoris specie obiecta, præcipites agat. In altū extollit, vt quo excelsior sit locus, eo maiori ruina in terrā deprimatur. Magistratus etiam, quia dignitatum iuga, non sine magnosudore, & assiduo labore peruenerunt, admonitos esse vult, ne diuitiarum amore capti, aut gloriæ, & honoris splendore præstricti ante diabolum in genua prouoluantur. Nec tamē homines humiles, & ex media plebe desumptos preterit, qui inopia premuntur, inedia laborant, siti cruciantur. Illos instituit ex hac solitudine; & monet, ne verbis Demonis fidem adhibeant, ne famem expellere, & inopiam, qua ratione Sathanas docet excutere contentur. Nec solum verbo, sed adhuc vehementius clamat Christus opere ex hac solitudine. Vox auditur, non solum clamantis, sed operantis in deserto. Ieiunia quibus sanctissimum corpus macerat, epulas nostras reprehendunt. Receptaculum illud, ad quod fugit, dissipatas, animi nostri, cogitationes in vnum cogit. Terra in qua cubat, culcitra nostras mollitas, atque subactas reprehendit. Ac denique ardor ille charitatis, quo conflagrat, animorum nostrorum glaciem carpit, qua miserrime algemus. Animaduertite igitur, & attentam quadam mentis consideratione perpendite, an Christus Dominus reformet, & emendet mundum ex solitudine. Vtinā intenderemus aures quibus possemus percipere contentas illius voces. Id a Deo optimo maximo sanctissimæ Virginis interuentu suppliciter efflagitemus, *Aue Maria.*

Discursus primus, in quo ostenditur, quomodo fili Dei, spiritu Dei aguntur.

Thema. *Ductus est Iesus &c.* Math. 4.

QUANQUAM Spiritus sanctus, Christum Dominum ducebat in solitudinem, vt inter feras rationis, & orationis expertes commoraretur, subdicio humi requiesceret, ieiunijs, & vigilijs operam daret, ac tandem, ab humani generis hoste pateretur, neque ob murmurauit, neque tergiuersatus est,

Q 2 sed

sed quam primum Spiritus sanctus hęc illi mentem iniecit, & pręsensit diuini spiritus instinctum, illuc se dedit, singulari quadã velocitate. Quo factum est, vt cum Diuus Mattheus dixerit, *ductus est*, *Mat. 4.*
Luc. 4. n. Diuus Lucas id clarius reddens dicat, *agebatur in spiritu*. Quid aliud est agi, nisi tranquillitate quadam singulari, rem suauiter, ac leniter deferri? Vnde cum de causis naturalibus agimus, dicere solemus, nõ agunt, sed aguntur: quia quo ab authore nostro inclinantur, eo toto impetu referuntur. Lapis defertur deorsum, ignis ascendit sursum, quia sua vnamquamque rem natura trahit, non vi aliqua adhibita, sed maxima cum facilitate & suauitate. Hinc vidimus quo impetu, præcisa rupis, feratur deorsum, & puluis tormentarius igne inflamatus ascendat sursum. Id est agi, ferri sine vlla difficultate. Agebatur itaque Christus Dominus in spiritu, quo nihil imminuit libertatis eius, sed suauitas, & lenitas commendatur. Agebatur enim instar agentis naturalis. Et Diuus Marcus adhuc addit aliquid, cum ait: *Mat. 1. n.*
12. *Spiritus expulit eum in desertum*. Videtur similitudinem à sagitta traxisse, quæ vi extorta, summa quadam velocitate rapitur: aut à pila, quæ admoto igni tormento bellico, incredibili quodam impetu exploditur. Expulit itaque Christum Dominum spiritus diuini amoris, ignem illi admouit, quo in desertam solitudinem expulsus est.

H A E C est natura, hoc ingenium filiorum Dei, cum primum diuini spiritus lumen, eorum menti præfertur illud insequuntur, quocumque ducat. *In omnibus se exhibentes* (vt ait Diuus Paulus) *2. Cor. 6.*
n. 4. *sicut Spiritus sancti ministros, obsequētes in multa patientia, per arma iustitia, à dextris, & à sinistris. per gloriam, & ignobilitatē, per infamiam, & bonam famam, vt seductores, & veraces. sicut qui incogniti & cogniti.* Itaque Dei spiritu aguntur, & quo ille ducit eo feruntur. *In multa patientia* (inquit Paulus.) In qua diuersi sunt gradus: multi enim sunt, qui licet difficultatem sentiāt, non ideo ab incepto desistunt, neque diuini numinis afflatibus obfistunt. Hos ad viuum exprimunt vaccę illę, quę arcam testamenti portabant, de quibus sic loquitur diuina scriptura. *Ibant autem in directum vacca, per viam quæ ducit Bethsames, & itinere vno gradiebantur, pergentes, & mugientes, & non declinabant, neque ad dexteram, neque ad sinistram.* Res sane mirabilis. Portabant vaccę illę arcam fęderis, in quæ legis tabulæ asseruabantur, & semper via recta procedebāt. Nec aufę sunt dextrorsum, aut sinistrorsum deflectere, sed rectã incedebant, quia spiritus Domini eas rectã ducebat. Hęc vaccę (vt ait Gregorius) iustos referūt *D. Gre. 7.*
mor. 6. 18. qui

qui diuinę legis iugo, colla subiecerūt. Hi sunt qui arcã, in qua cęlestis doctrinę tabulæ asseruātur humeris portant. Si rectã pergūt, quã diuinus spiritus ducit. Sed quid indicant illi mugitus? nõ nihil repugnantię præ se ferre videntur? Diuus Gregorius præclare respondit, cum ait: Ecce enim reclusis domi vitulis, vaccę quę sub arca domini plaustro religantur, gemunt, & pergunt, dant ab intimis mugitus, & tamen ab itinere non demutant gressus. Amorem quippe vitulorum per compansionem sentiunt, sed colla posterius non deflectunt. Sic necesse est, vt incedere debeant, qui sacrę legis iugo suppositi, arcam Dei portant, ita vt quantum affectus naturalis retrahit, tantum supernaturalis concitet & impellat, vt rectã procedant, neque ad dexteram, neque ad sinistram deflectant.

S Y N T tamen alij ita perfectę, solidęque virtutis, vt non solum patientia instructi, sed maxima quadam alacritate perfusi, hoc virtutis iter peragant. Hos ad viuum exprimunt quatuor illa animalia sancta, de quibus apud Ezechielem habetur. *Animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis* (& Septuaginta reddunt) animalia currebant. Itaque non solum incedebant, sed cursu velocissimo ferebantur. Sed quo ferebantur? & quomodo? *vbi erat impetus spiritus illuc gradiebantur*. Licet animalia essent, non ducebantur appetitu, sed spiritus impetu trahebantur, & summa quadã velocitate ibant, & reuertebantur. Instar generosi cuiusdam equi, qui habenis flectitur, & regitur, siue rectã pergat eques, siue dextrorsum flectat, aut sinistrorsum agitet, aut denique in circulũ equũ circũagat. Id animalia illa sancta, quę sanctissimos viros exprimūt, exequebantur. Animalia sunt, in quibus sentientis naturę condicio reperitur, sunt tamen animalia sancta, quę non feruntur effrenata quadã appetitus cupiditate, sed spiritus virtute, & discretionis freno. Si autem spiritus rectã ducebat, illum tenebant cursum: vnde postquam dixit Propheta, *ibant, & reuertebantur* addit, *nec reuertebantur, cum ambularent*. Hoc est quo semel ab spiritu ducebantur, eo pergebant, nec prius ab itinere deflectebant, quam spiritus ipse habenas inflecteret.

V V L T I S nõ sanctum aliquod animal cernere? Diuum Paulum audite, *Et nunc ecce alligatus ego spiritu vado in Hierusalem, quæ in ea ventura sunt mihi, ignorans: nisi quod spiritus sanctus per omnes ciuitates mihi protestatur, dicens, quoniam vincula & tribulationes Hierosolymis me manent, sed nihil horum vereor, nec facio animam meam pretiosiorẽ quã me, dum modo consummen, cursum meũ, & ministrum* *Act. 20.*
num. 22.

rium quod accepi a Domino Iesu, testificari euangelium gratiæ Dei. Quid sibi volunt hæc Diui Pauli verba? Ait se à spiritu alligatum pergere Hierusalem: non solum ducitur, sed quasi constrictus vinculis defertur. Nec intelligi debet aliquid sibi de libertate detractum, sed tantam esse animi sui submissionem, & humanæ voluntatis ad diuinam coniunctionem, vt sibi impossibile videatur, ab illa deflectere, aut dissentire: non secus, ac si libertas illi omnino esset adempta. Sed quò defertur? Hierusalem, quo in loco illum expectabant vincula, & tribulationes erant excepturæ, id enim spiritu præsentiebat Paulus. Cur spiritus Sanctus id illi ostendebat? cur non tegebat, & dissimulabat? quid iuuat? quid confert illud nuntiare Paulo? Pertimescit fortasse? regredietur fortasse? nihil minus. Audi illum in hæc verba prorumpentem. *Nil horum timeo.* O strenuum animal, diuinæ voluntati valde obsequens. Nec ait vadam, sed vado: nihil reformido, nihil perhorresco, non pedem refero: cur ita? Quia vado alligatus spiritu, & vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebatur. Hoc egregium, & diuinum animal in similitudinem fulguris coruscantis, nec reuertebatur cum ambularet, & pergeret Hierusalem, quo in loco illum cruciatus, dolores, acerbæque tormenta exceperunt.

HANC cum diuina voluntate coniunctionem, satis ostendit David cum ait. *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.* Non semel dumtaxt, sed iterum, atque iterum eadem verba repetito sermone vsurpat, vt planè ostenderet animum esse in promptu, & ad omnia paratam voluntatem. Vnde Diuus Bernardus, eadem prophetæ verba exposuit, dicens. *Paratum cor meum Deus paratum ad prospera, & paratum ad aduersa: paratum ad sublimia, paratum ad humilia: paratum ad vniuersa quæ præceperis.* Vis pastorem ouium facere? vis constituere regem populorum? paratum cor meum Deus, paratum cor meum: quasi diceret Bernardus, ad omnia quæ præceperis Domine, paratum cor meum reperies. Sunt enim aliqui, qui ad hoc, vel ad illud parati sunt, non tamen ad omnia. Præcepit Dominus ne furtum faciant, & libenti animo diuinam voluntatem exequuntur, si autem necessarium sit, vt suis pecuniis egenorum necessitatibus subueniant, id ægre ferunt, nec vllis charitatis vinculis adduci possunt, vt proximo necessaria subministrant. Cum tamen ipsi deprauata viuendi consuetudine patrimonia obligant, fortunas dissipant, & in malos vsus conuertant,

ID

ID satis indicat illos non esse filios Dei: *Nam quicumque spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei.* Non sunt ergo filij Dei qui Dei spiritu non aguntur. Vnde Diuus Chrysostomus, expendens illa verba Diui Pauli ait: non simpliciter dixit, *Qui spiritu Dei viuunt*, sed *qui spiritu Dei aguntur*: ostendens quòd sic vult ipse vitæ nostræ dominum esse, vt gubernatorem nauigij, & aurigam currus equorum: sicut ergo currus aurigam, & nauis nauarum sequitur: sic qui spiritu Dei aguntur ipsum diuinum spiritum sequuntur, vt quo ipse inflectat habenas, eo ipsi illico inflectantur: Hac ratione filius Dei agebatur in spiritu, & in solitudinem ducebatur.

SANCTVS etiam patriarcha Abraham agebatur eodem spiritu nec in longa sua peregrinatione alium habuit ducem, in cuius vestigijs insisteret, quem semper intueretur, & ad cuius nutum, & voluntatem seipsum fingeret, & accommodaret. Diuus Ambrosius ait: in Græcia fuisse celebre dictum illud vnius ex septem Sapientibus: *Sequere Deum.* Et ab Abrahamo priusquam illud ab Aegyptiis acciperet, fuisse executioni mandatum. Peregrinabatur per vniuersum terrarum orbem: iam adibat Caldeam, mox commorabatur in Palestina; deinde proficiscebatur in Aegyptum, exulabat à patria, peregrinus erat in exteris nationibus, cum domi suæ viuere possit. Cur ita? quia agebatur à spiritu, & vbi erat impetus spiritus illuc gradiebatur. Vrbe egressus est, patriam, & cognationem deseruit, quia fuit dicto audiens: cum Dominus diceret: *Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui: & veni in terram quam monstrauero tibi.* Versatus etiam est inter Cananeos, & Amorreos: quia dixerat Dominus. *Surge, & perambula terram in longitudine, & latitudine sua:* Nihil videbatur efficere, quod non esset à Deo præceptum, & nihil Deus præcipiebat, quod ille non exequeretur, si præcipiat, vt Ismaelem domo expellat, mox vt præcipitur, expellit, quamquam id ægreferat, cum filium in caris habeat, vt satis ostendit scriptura. Nam cum Sarra peteret vt filius ancillæ expelleretur, habentur hæc verba: *Dare accepit hos Abraham pro filio suo.* (ait autem Dominus:) *non tibi videatur asperum.* Non solum imperat Dominus vt vxoris voluntati pareat, sed etiã ne sibi asperum videatur. Nam cum Deus Abrahami Dominus esset, & illum ad nutum quoquo vellet verteret, non solum imponit illi præceptum

Roma. 8.
num. 14.
D. Chryf.
6.

Luca 627.
4.
D. Ambro.

Gene. 12.
num. 1.

Gene. 31.
num. 17.

Gene. 21.
num. 11.

ceptum ut opus quod oculis cernitur exequatur, sed etiam ut mentem, & voluntatem suam, ad diuinamingat, & accommodet, ac tandem sine vlla mora, aut tergiversatione obediat. Quo factum est ut non solum huic precepto de Ismaele expellendo pareret Abrahamus: sed cum imperavit Dominus, ut filium sibi dilectissimum Isaac immolaret, eadem nocte qua vocem audiuit, surrexerit: nec solum de sacrificio peragendo cogitare cepit, sed ea statim paravit, quæ ad illud erant necessaria. Vnde id proficiebatur? quia scilicet Abrahamus erat vnus ex illis sanctis animalibus, quæ ibat, & reuertebatur ubi erat impetus spiritus. Qui ergo Dei filius, & haberi, & esse vult hoc pacto, ab illo regi, & gubernari debet. Imperet ille, intercedat, ducat via aspera, & difficili, suavi, aut facili, semper eius diuina voluntas, regula esse debet nostræ voluntatis, quam qui fuerint sequuti ad portum sempiternæ felicitatis tandem appellent.

Secundus discursus, in quo ostenditur, Spiritum sanctum ducem iustorum esse.

Thema. *Ductus est Iesus à spiritu in desertum. Matth. 4.*

DUCITUR Christus in desertum, & ducitur ab spiritu Sancto. Hic enim diuinus spiritus filiorum Dei dux indiuiduus est, ipse ducit & reducit eos. *Qui enim spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt.* (ait Paulus) sicut enim impiorum dux spiritus nequam est: ita iustorum dux spiritus Sanctus est. Iustum enim ipse deducit per vias rectas. Quod quidem munus misericordia sua illi commisit. O ter & amplius felices qui tali ac tanto duce gaudent.

CV M voluit Dominus Israeliticum populum sub suam tutelam, & patrocinium suscipere, illum singulari quodam beneficio affecit. Tabulas enim diuinæ legis tradidit, quæ illos duceret, & ad tutissimum portum perducerent, quibus tanquam pædago vterentur. Lex (inquit Diuus Paulus) pædagogus fuit. Maiori adhuc beneficio Deus affecit iustum: cui non solum leges præscribit, sed etiam spiritum Sanctum infundit, ut illius custos, & pædagogus sit. Quid suauius fingi, aut excogitari potuit? pædago enim munus est

est puerum docere, ducere, instituere præceptis, informare disciplinis, ac bonis moribus imbuere. Hoc idem munus exequitur diuinus spiritus, iustum enim docet, informat, instituit, pericula ostendit, ut illa declinet, latæ viæ exitum infelicissimum indicat, ut ab illa desectat. Virtutis pulchritudinem ob oculos proponit, ut illius amore ducatur, in bono proficiat, & maiores indies progressus faciat.

QV I S non videat singulare fuisse beneficium illud, quo filios Israel prosequatur Dominus in solitudine, cum præcedebat eos ad ostendam viam: *per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, ut dux esset itineris utroque tempore.* Sed adhuc maius Dominus beneficium præstat, cum Spiritus sanctus dux fit iustorum. Iter facimus omnes in patriam, via quadam deserta, impedita, multis difficultatibus plena, latronibus infesta: in qua multi misere perire. Deus itineris difficultatem animaduertens ducem constituit, non densam nubem, aut columnam ignis, sed semetipsum, ipse dux itineris esse voluit, ut lucem præbeat in rebus obscuris, constantiam, & robur in arduis, prudentiam in dubiis, & in periculis scientiam. Ille aduersarij laqueos detegit, præstigijs manifestat, mundi stratagemata diluit, & carnis calliditatem ostendit. Semitam, quæ ducit in cælum, & latam viam, quam infernus excipit, indicat, ut in illam insistant iusti, & ab hac declinet, sic enim Deo inseruiant, & sempiternam sibi felicitatem comparabunt. Impij autem cum tantum ducem non habeant, sed tanquam acres, & in domiti, equi ferocitate exultantes, suis effrenatis cupiditatibus ferantur, periculosum iter agunt, & semper versantur in tenebris. Nô ab similibus illis quibus obducebatur Aegyptus: de quibus ait Sapiens: *Vinculis tenebrarum, & longa noctis compediti, inclusi, sub tectis fugiui, perpetua prouidentia iacuerunt.* Deseruit itaque Dominus impios, & obuoluit tenebris, & cum ipsi oculorum lumine capti sint, & effrenatum appetitum tanquam ducem sequantur, saepe numero offendunt pedibus & aguntur præcipientes in varia scelera quæ cum adeo lubrica sint, qui in illa prolabantur, non consistunt, quo ad in tartaream plagam præcitantur. Iusti uon in tenebris, sed in oculis omnium, luceque versantur, & Spiritum sanctum ducem sequuntur, qui omnes itineris salebras amouet, ne in illas incurrant, ne pedibus offendant, ne præcipientes agantur, quin potius firmi, valentesque consistant.

M A X I M V M beneficium hominibus impertit est Deus,

R. cum

Exod. 31.
num. 22.

num. 2.
S. p. 17.

Ad Rom.
8. 14.

Ad Gal. 3.
cap. 24.

psal. 90.

cum Angelis suis precepit, ut eos custodirent, in manibus ferret, & a periculis omnibus saluos; & incolumes seruarunt. Angelis autem ille in mandatis de te ut custodiant te in omnibus vijs tuis. Sed manus benedictum est istud, quod hodiernum Euangelium nobis ob oculos proponit, spiritus enim Domini in puppi animæ nostræ collo- catus clauum eius moderatur, ut scopulos fugiat, vada præterue- hat, Syrtes declinet, Carybdim vitet, ne in Scyllam incidat, aut in altas rupes impingat. Quo gaudio, quæ alacritate perfunduntur iu- sti, cum nec cogitant? Sciunt enim, & quotidiano experimento co- gnoverunt suam nauim, diuino patrocinio muniti, & diuina sapi- entia gubernari, nec fluctibus, ac tempestatibus agitata naufragium patiatur, Deus ipse manu ducit animam iusti, ut mare traiciat. Secundo vento nauiget, ac tandem ad salutis portum felicissimè appellat. Deus animæ manum porrigit, ut illi innotescat, unde men- tes ille cœlestes, in admirationem raptæ percontantur. *Quæ est ista quæ ascendit de deserto? delitijs affluens, inmixta super dilectum suum.* Mirantur homines, & non immeritò cum se vident Angelorum manibus portari: mirantur Angeli cum videant, Deum manum porrigere, ut illi incumbat, & innitatur iustus. O singularem sponsi benignitatem: ô admirabilem sponsæ dignitatem. Hic ego auditorès optimi, quid prius admirer, quid suspiciam, quid vene- nerer, profus ignoro, sponsi benignitatem, qui non recusat, bra- chium sponsæ manui supponere, cui illa innitatur, an quod ad tan- tam humilis, abiecta quæ sponsa ascenderit dignitatem, ut il- lius manui audeat inniti. Vtrumque admirabile, sed sponsi prouidentia singularis, ille enim est, cui infirmitas nostra de- bet inniti. Hoc iactò fundamento, quis timebit ruinam? Hoc duce quis aberrabit à via? eo doctore, quis capietur igno- rantia? ac denique tali imperatore, quis de victoria dubita- bit?

Deut. 31.
num. 6.

CV M iam Moyse funus esset indictum, & missos faceret filios Israel, ad illos ait: *Viriliter agere, & confortamini, nolite timere, nec pauereis ad conspectum eorum: quia Dominus Deus tuus, ipse est ductor tuus, & non dimittet, nec derelinquet te.* Per agros fortissimorum hostium acturi erant iter, ad maxima pe- ricula deueniendum erat, unde formido, & pavor erumpunt subito: Ut autem illum facili negotio excurerent, ait: Dominus Deus tuus, ipse est ductor tuus. Hoc præstantissimo duce, quis timebit? Paucissimi multis possunt bellum indicere, inermes ar- matis,

matris, alienigenæ, & peregrini, his qui in tutissimis domibus suis strenuè muniti commemorantur. Deus, qui bonitate optimus est, & potestate maximus, iustorum dux esse voluit, qui nunquam mi- lites suos destituit, siue iter agant aspera, et æstuosa via, siue pla- na, & viridi, siue inter tetras noctis tenebras, siue in media solis lu- ce versentur, Pater piissimus est, qui nunquam à iustorum latere discedit, siue secunda, siue aduersa valetudine vtantur, siue spiritum ducant, siue animam efflent, omnes sumus peregrini, & iter agi- mus via difficili, grassatoribus infesta. Spiritum sanctum, duce, & imperatorem sequamur, illo enim duce neque errabimus à via, neque aliquid detrimenti capiemus, sed in loco tutissimo colloca- bimur.

Q V A animi tranquillitate, qua securitate mare profundissi- mum traiciunt nauar, cum nauarchus, qui nauis clauum mode- ratur suæ artis peritissimus est, ventorum varietatem, longo usu, & experientia didicit, magnetis virtutem nouit, vada & syr- tes sepe numero præteruectus est, qui à longe cognoscit tem- pestatem futuram, & omnia necessaria parari præcipit, ne il- los in cautos offendat. Qui cum iam nauis agitur ventis, flu- ctibus concutitur, tempestatem patitur, ad cœlos ascendit, & ad ima de primitur, rebus omnibus præsto est. Et tantum va- let industria, ut nauis è tantæ tempestatibus periculis eripiat, & in tutissimo, ac pacatissimo portu colloquet. Vita, quam tra- ducimus quid aliud est, nisi turbulentum quoddam, & profun- dum mare, ventis commotum, & tempestatibus agitatum? quam plurimæ naues, quas peccatores conscendunt, nauar- chorum imperitia in vadis hærent vel ad saxa, & rupes collu- duntur, aut conuulsæ fluctibus dissipantur, & naufragium patiuntur. Iusti autem maxima quadam securitate nauigare possunt, quia nauarchus nauis, qua vehuntur: Spiritus sanctus est. Qui artis nauigandi peritissimus est, venientem tempesta- tem à longe prospicit, periculis prouidet, ut tandem nauis ad portum felicissimè appellat. Tali gubernatore fretus, quis dubi- tabit nauim conscendere? quis profundi pelagi pericula formi- dabit? Dei voluntatem exequere, eius vocibus aures beneuo- las præbe, ad diuina præcepta te ipsum finge, & accommoda, & nihil pertimesces. Non parui negotij est portum sempiter- næ felicitatis applicare, fateor, sed si das operam diligenter, ut Deo inseruias, in hoc laboras, desudas, industriâ, & operâ collocas,

Simile.

Quid times? Deus enim tuę nauis gubernator est, qui non patietur illam periclitari, nedum naufragium facere.

Psal. 142
num. 10.

D. Augus.
ibi.

D. Chryso.
ibi.

NON erat huius rei inscius regius Propheta Dauid: unde eū opera aduersus hostes suos, spiritu Domini duce, in cuius vestigijs insisteret, felicissimum sibi iter pollicebatur: *Spiritus*, inquit, *tuus bonus deducet me in terram rectam*. Spiritus tuus bonus, inquit Diuus Augustinus, non meus malus deducet me in terram rectam: quia spiritus meus malus deduxit me in terram peruersam. Diuus Chrysostomus, secundum alium interpretem legit, per terram planam: nihil enim est virtute patentius, ac planius, sed id Spiritu sancto debetur, qui iustum in viam facilem introduxit, qua possit iter facere, & non deficere. Quid ad hæc perditii homines, sceleribus coinquinati, qui sibi semper indulgent, & nō de poenitentia quidē per agenda cogitant. Existimant enim errore decipi, viam quę dūcit in cœlum difficillimam esse, spinis, & tribulis confitam, & maximis laboribus septam, in ediam, sitim, durum lectum, solitudinē, silentium diuinarum rerum commentationem, & alia id generis ad eo difficilia esse arbitrantur vt adiri non possint. Id arbitrantur illi, quia diuini spiritus pietatem non considerant. Ille enim (quę sua misericordia est) iustos fouet, manuducit, itineris pericula amouet, difficultates euincit, & superat, viamque tutissimam, & planissimum reddit, vt maxima cum suauitate nō modo incedat, sed etiā ferantur. Qui alicuius itineris dux fit, viam commostrat, & de periculis admonet, dissimile, sed non reddit iter facile, & periculis expeditum, quia id non est illius muneris, sed viam dumtaxat ostendere. Quem tamen ducem iusti sequuntur, viam difficilem, facilem reddere potest, vt sint praua indirecta, & aspera in vias planas, vt iter sine labore peragant, quod impij instituerē reformidant. Qui autem aduerso spiritu agitantur, semitas virides floribus confitas ingrediuntur, quibus in sempiternos cruciatus concitato gressu feruntur. Etenim (inquit Hieronymus) reprobis in hac vita latum intrant iter, & in die nouissimo, ligatis manibus, & pedibus mittentur in tenebras.

D. Hier. su
per. 5. 4.
Prouer.

Prouer. 4
num. 12.

IDEO admonet Sapiens, vt ab illo itinere declinemus, & in virtutis viam insistamus. *Ducā te* (inquit) *per semitas aequitatis, quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui. & currens non habebis offendiculum*. Sed obijciat aliquis illud Christi Domini: *Arcta est via, qua ducit ad vitam*. Fateor post humani generis ruinam, arctam, asperam, & difficilem redditam esse hanc viam. Quid enim

difficilius

difficilius quā carnis petulantiam contundere, procacitatem reprimere, corporis contumaciam coercere, effrenatum appetitum refrenare, tollere crucem, & in Christi Domini vestigijs insistere. Arcta profecto via est, sed Spiritus sanctus eam latam, & planam reddit. Et diuinę gratiæ beneficio, quod asperum erat, fit suauē, gratum, leue, facile, & valdē possibile, quod admodum difficile, & impossibile videbatur. Hic Diuinus Spiritus viam aperuit Stephano protomartyri stratā lapidibus, sic Andream Apostolum duxit ad crucem, Laurentio martyri gloriosissimo inter craticulas, & carbones candentes ostendit iter. Alijs viā aperit inter dentes, & vngues leonum, qui non solum itineris labores constanti quadam patientia superarunt, sed cœlesti dulcedine recreati, aspera, & deserta iucundissime incēserunt. Alijs etiam sanctissimis viris, quibus confessorum nomen inditum est, idem spiritus diuinę legis viam aperuit, vt illa iter facerent. Id indicat regius Propheta Dauid, cū ait: *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum*. Peculiarē mopus diuini spiritus est, dilatare cor, charitas enim, & diuinus amor corda laxant. *Charitas autem diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis*. Cum igitur dilatatur, & explicatur cor, per asperam mandatorum viam, suauē quadam dulcedine curritur. Quo fit, vt finem imponat Salomon capitilli, dicens: *Ipse rectos faciet gressus tuos, itinera autem tua, in pace producet*. Alloquitur ibi Salomon iustum, cui animę salus maximę curę est, ac illi promittit fore, vt prosperum habeat iter. Ac si diceret, in studiū diuini honoris, & cultus incumbere filii, & Deum ipsum habebis ducem, qui te per viam expeditam, & semitam rectam in portum ducet felicitatis sempiternę.

Psal. 118.

Prouer. 4.

CONCIO SECUNDA.

Discursus primus, in quo ostenditur, qua ratione Diuinus Spiritus iustos ad crucem, & labores ducat, spiritus autem nequam peccatores ad voluptatem, & corporis oblectamenta traducat.

R 3 Thema

Thema.

Ductus est Iesus a spiritu in desertum, &c. Math. 4.

NON duxit spiritus Iesum in amēnos hortos, & vitentia prata, sed in desertam solitudinem, vt inter animātia rationis expertia degeret, sine lecto, sine suppellectili, aut cuiuslibet rei præsidio, & adiuumento, integros diēs, & noctes ieiunus traducebat: tantum abest, vt aut arborum radicibus victitaret. Humi iacebat, nec enim illi suppetebāt stragula, aut puluinaria. Preces fundebat ad Patrem, à Sathana impetebatur. In hunc locum Spiritus sanctus ducit filios Dei, non vt requiem quærant, sed vt laboribus exercentur. Non ducit illos in forum hominibus frequēs, sed in desertam solitudinem. Non vt conuiuuiis intersint, sed vt ieiuniis corpus macerent. Non vt ludicris sermonibus tempus contērant, sed vt diuinis commentationibus vacēt: quia spiritus Domini, non ducit ad corporis oblectamenta. Audi Apostolum: *Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapienti: qui vero secundum spiritum sunt, quæ spiritus sentiunt.* Si autem queras, quæ dicantur opera carnis, quæ vero spiritus. Præclare respondet idem Apostolus: *Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, inimicitia, contentiones, emulationes, ira, irascitatio, dissensiones, secta, inuidiæ, homicidia, ebrietates, commensationes, & his similia* ad hæc opera ducit spiritus nequam. Ad quæ autem ducat spiritus Domini, declarat idem Apostolus cum subdit: *Fructus autem spiritus, est caritas, gaudium, pax, patientia, &c.* Et finem imponit, dicens: *Qui autem sunt sancti Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitis, & concupiscentiis: si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus.* Quasi dicat: vultis cognoscere an Christi sitis, & eius spiritu agitemini. Animaduertite opera, illa enim indicāt, & declarant, quo spiritu homines ducantur.

SA T I S aperte ostendit Sapiens quo ferantur, qui carnis spiritu ducuntur, cum eos sic secum colloquentes introducit: *Venire fruamur bonis, quæ sunt: vino preciso, & unguentis nos impleamus, & non prætereant nos spes temporis, coronemus nos rosis, antequam marcescant, nullum præteritum sit, quod non pertransiit luxuria vestra.* Non intexunt impij spinarū coronas, sed rofarū, & florū: nō ad eunt desertas solitudines, sed florida prata, in quibus instar belluarū pascantur, & omni voluptatū genere perfruantur: Nō appetūt inediā, sitim, & ieiunia, sed lauta, & opipara cōiuitia quærūt, edulia, & spauia vina cōquirūt. Eo enim ducit spiritus carnis. At Spiritus sanctus pœnitentiæ inuictator est. *Qui vult venire post me (ait Christus) abneget semet ipsum*

ipsum; & tollat crucē suā, & sequatur me. Nō inuitat ad epulas, nō ad hortos floribus amēnos, arboribus cōfitos, fontibusq; cōspicuos, sed ad crucē, & sui abnegationē, nemo vos seducat, aures arrigite, oculos intendite, spiritus ille qui vos ad corporis luxuriam, ad blandimenta naturæ, & carnis oblectamenta trahit, carnis spiritus est. At spiritus ille, qui vos suauiter allicit, vt pœnitentiæ operā detis, ieiunia sectemini, castigationem corporis amplectamini, silentio, & orationi vacetis, filitio induamini, & animum confessione expietis, eumque cœlesti cibo reficiatis. Spiritus sanctus est. Sed spiritus nequam ille est, qui filium prodigū, & profusum expulit in terram longinquam, in quæ corporis oblectamenta quæ sectatus est, patrimonium obliguriuit, & tandem in tantas angustias redactus est, vt porcorum siliquis, fame enectus, auidē vesceretur. At vero Spiritus sanctus ille fuit, qui hunc adolescentem ad rectā viuendi rationem reuocauit, & imparentis domū reduxit; cuius afflatu excitatus ait: *Ibo ad patrem meum, & dicam: Pater peccaui in celum*

& coram te, &c. Quid? nonne Dominus Apostolos maximo amoris vinculo complectebatur? qua ergo via illos duxit? Audi Apostolum: *Vsque in hanc horam, & esurius, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cedimur, & instabiles sumus, & laboramus manibus nostris, maledicimur, & benedicimus, persecutionem patimur, & sustinemur, blasphemamur, & obsecramus, tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema vsque adhuc.* Quis crederet Apostolorum uiam asperam, difficilem, sentibus, & spinis septam futuram fuisse, nisi id Paulus diceret; & quotidiano experimento cōprobaretur.

SV N T qui existimant se aduersa agitari fortuna, cum in foribus, squalore versantur: nec Deum curam eorum gerere, sed eos odio prosequi, nā si amore, & beneuolentia cōplecteretur, in tot calamitates, & miserias deuenire, nō pateretur. Sed illos potius cœlesti cibo reficeret, & in suo gremio foueret. Falleris (mihi crede) quisquis id arbitraris, & fallaci opinione deciperis. Intuere Christū Dominū Dei filiū, in hac solitudine cōmorantē, & intelliges, haud perperā inter se cōnecti, præstantissimi Dei filij dignitatē, & desertæ solitudinis humilitatē: ieiunia, hostis incursiones, asperam viuēdi rationē, cum filij Dei felicitate, tranquillitate, & rerum omnium affluentia. Ne existimes Deum tui oblitum, cum te ipsum laboribus circunuentum cōtemplaris, sed animaduertē, & cōsidera, tunc tecū præclare agi, & Deū tibi proprius adesse, vt tuis rationibus consulat, gloria, & dignitate cumulet. Audi Dominū, cuius verbis

Luc. 15.
num. 18.
I. Cor. 4.
cap. 11.

verbis fidem non adhibere maximū impietatis genus est. Cū ipse
 Psal. 91. (inquit) sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Longi-
 tudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum. Non indi-
 cat Dominus his verbis, se oblitum esse illius, qui in laboribus ver-
 fatur, sed peculiari quadam Domini prouidentia ad illos accede-
 re. Dij gentium cultores suos ducebant infrondosa nemora, &
 valles opacas. Quibus in locis suadebant illis, vt liberos suos ma-
 rent, & innocentem, ac innoxium sanguinem effunderent, diemq;
 illum tanquam sibi, & liberis iucundissimum colerent memoria
 sempiterna.

1. Reg. 5.
 cap. 14.

ET si adhuc vultis vt luce clarius appareat, qua se ratione ge-
 rat Dominus cum filijs suis: meminisse oportet illarum vaccarum,
 quæ portabant arcam fæderis, quas confecto itinere ma-
 cerunt sacerdotes, plaustrum que, cui arca erat super imposita, infrustra se-
 cantes in piram struxerunt, ita vt igne ad moto crematæ sint vaccæ,
 & Deo in holocaustum suauissimi odoris oblatæ. Quid hoc Do-
 mine? hanc mercedem rependis vaccis? Hæcine reddis pro labo-
 re, & sudore suscepto in perferenda fæderis arca? Cur præcipis vt
 ma-
 cerentur, & comburantur vaccæ? nonne labor itineris promere-
 tur, vt in frondosa nemora, & virentia prata ducantur, vt ibi pasca-
 tur, & labores fructum percipiant? cur igitur afficiuntur morte?
 Quia præclare cum illis agitur cum in Dei honorem, & gloriam
 ma-
 cerantur. Inde facile colliget ille, qui Dei cultui, & honorificat, præ-
 clare cum illo agi, cum Deus præcepit, vt effrænata appetitus
 cupiditatem coerceat, & tanquam victimam feriat, & ma-
 ceret, & se-
 ipsum abneget, ac Deo in sacrificium offerat. Id enim adeo ma-
 gnum beneficium est, vt illo dumtaxat cumulata persoluat Domi-
 nus quicquid laboris suscipitur in perferenda humeris fæderis ar-
 ca, in qua tabulæ diuinæ legis asseruantur. Accidit enim sæpe, vt
 post maximos labores Dei causa susceptos diuinam quædam volup-
 tatem, & Domini delicias expectes, & vt te in suo gremio excipiat,
 foueat, & oblectet, ille autem crucem parat, inquam rapiaris, quod
 non indignationis, sed maximum amoris, & benevolentie argumē-
 tum est. *Va vaccis pinguis quæ pascuntur in pratis. Audite* (inquit
 Amos) *verbum hoc vacca pinguis, quæ estis in monte Samaria, iurauit*
Dominus Deus in sancto suo, quia ecce dies veniunt super vos, & leuabunt
vos in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus, &c. O volupta-
 tes miseras, & infelices, quibus tot mala imminet, & ruinæ im-
 pendent: saginentur modo vaccæ istæ pauperum sanguine, vt
 inter

inter candentes inferni carbones postmodum igni inextingui-
 bili torcantur.

IN Leuitico habetur: Si de quibus holocausti oblatio fuerit, Domi-
 no offeret eam sacerdos ad altare, & retorto ad collū capite, ac rupto val-
 neris loco deuerrere faciet sanguinem super crepidinem altaris, confrin-
 getque ascellas eius, & non secabit, holocaustum est, & oblatio suauissimi
 odoris Domino.

Leuit. 6. 8
 Num. 5.

C. V. R. Domine auiculā, quæ tibi offertur in sacrificium, ita aspe-
 re affici, & affligi præcipis? Non ne dignius esset benignitate tuā, il-
 lam in libertatem vindicare, vt intra domum tuā libere volitaret?
 in templi umbone consideret, suauissimosque interdum cantus
 funderet? Quid non ne diabolus crudelis, & ferox voluit, vt vituli
 aurei, quos conflauit Ieroboam, pingues essent, & in altari colloca-
 rentur, vt Hæbreus populus coram illis genua flecteret, ac cultum
 & honorē Deo debitum illis exhiberet? Animaduerte maximum
 discrimen inter iustos, & peccatores, hos demon-blandicijs irretit,
 honoribus illaqueat, voluptatibus demulcet, pauperum sanguine
 saginat, diuitijs cumulat, & suauissimis epulis oblectat ac efficit, vt
 alij coram illis genua flectant honorem exhibeāt, & ad tantā dig-
 nitatis cacumen simulatione decepti ascendere conentur. Sed tan-
 dem post tantam rerum omnium affluentiam illos in acerbissimos
 inferni cruciatus deturbat. Deus autē multo secus se gerit cum
 illis, quos diligit, caput contorquet, oculos eruit, ne videant
 voluptates, quarum amore capiebantur. Quo fit, vt qui prius sibi in-
 dulgebant, & in luxum & delicias oculos intendebant ratione mu-
 rata, oculos ad penitentiam conuertāt, & seipsos macerent, torqueāt,
 & affligant, deinde illorum ascellas cōfringit, ne se in altum efferāt
 sed in terram deprimantur, nec de elatione, sed de animi submissio-
 ne cogitent, plumas euellit, bonis fluxis, & perituris denudat,
 ac tadē illos percutit, ferit, & ma-
 cerat, & exāgues reddit. Vnde qui se
 hac ratione tractari animaduertit, letetur & gaudeat, quia id ma-
 ximum sempiternæ salutis argumentum est.

P. R. A. E. C. E. P. I. T. etiā Dominus, vt sacerdos fumeret duos
 hircos, & stare faceret eos corā Domino in ostio tabernaculi tes-
 timonij, ac mitteret super vtrumque fortem, vt fortibus decerne-
 retur quis illorum hircorum Domino cōtingeret, & illi ma-
 ceretur, alter vero peccatis populi onustus liber dimitteretur, vt per
 frondosas sylvas, & virentia prata libere vagaretur, & quā vellet
 pasceretur. Origenes, in his duobus hircis omnium hominum for-

Leuit. 16.
 Num. 15.

Homil. 9.
 in Leuit.

tes exprimi, putat. Aliqui Deo contingunt, alij dæmoni. Qui Dei sunt ignem, ferrum, & omnia tormentorum genera perferunt, ac tandem in sacrificium mactantur. Qui autem dæmonis sunt, libertate donantur, & instar hirci emissarij frondosa nemora adeunt, florida prata lustrant, libere vagantur toto orbe terrarum, ac omnivoluptatum genere perfruuntur. Mirabile hoc, qui peccata populi portat, ad liberam & tranquillam vitam voluptatibus refertam tedit, qui vero in Dei domo remanet, concluditur, affligitur, & mactatur. Hinc facile intelliges, quantum præstet seruitus libertati, & vitam laboribus, & cruciatibus obnoxia, vite voluptatibus, & oblectationibus refertæ. Illud enim felicitatis, & salutis æternæ argumentum est, hoc autem infelicitatis, & damnationis sempiternæ. Melius igitur nobis erit, ut via deserta, estuosa, saluginis referta, & spinis confita, iter agamus quâ via frequenti, floribus exornata, & omnibus delicijs, ac corporis oblectationibus affluenti, quia hæc ad mortem æternam ducit, illa vero ad vitam sempiternam, &c.

Discursus secundus. in quo ostenditur, viam qua iter agunt, illi qui descendunt in cælum, spinis consistam esse.

Thema. *Ductus est Iesus à spiritu in desertum ut tæteretur, &c. Matt. 4.*

QUID istud Domine? filium tibi charissimum, qui tibi semper inferuit, & toto animo, & voluntate complectitur, ducis in solitudinē? ut quadraginta dies ieiunus perseveret, in spelū eis degat, sub dio humi dormiat? Vbi parentis amor, & tantorum officiorum præmium? Qui Dei naturam, & condicionē ignorat, mirabitur, & non immerito, Deus ille qui & bonitate optimus est, & potestate maximus, hac se ratione gerit cū filio suo vnigenito, ut luce clarior omnibus appareat via, qua iter illis agendum est, qui & filij Dei esse volunt, & cohæredes Christi.

NAM si oportuit Christū pati, & ita intrare in gloriā suā, cum esset filius Dei naturalis, quæ ratio patitur, ut filius adoptiuus, expeditū iter, & viā planā requirat, ut in gloriā ingrediatur alienam? Quo fit, ut crux illa, quâ Dominus in humeros electorum imponit, maximū sempiternæ prædestinationis argumentū sit. Nā quemadmodū Christus Dominus in crucē raptus, illa innixus, gradū sibi

fecit

fecit in cælū, sic qui in illius vestigijs insit ut, ad supernas illas sedes penetrabunt, in quibus inter primores collocati, sempiterno cœno perfruuntur. Hæc illa est vis, quâ patitur regnū cœlorū, quod violēti dumtaxat rapiūt. Illi scilicet, qui sibi vim inferunt, suasq; effrenatas cupiditates coercēt. Si hanc viā non tenueris, nunquam illud regnū assequeris. Liberavit Deus filios Israel à durissima Pharonis seruitute, eosque in iuctū dissimā libertatē asseruit, sed nō illos per fontes, per prata, per frondosa nemora, sed per desertā quandā solitudinē, & montes incultos, in terrā promissionis duxit, posset illos Deus breuiori viā, & cibis referta ducere, noluit tamē, sed deserta, longiori, & difficili, in qua iā siti laborabāt, iā fame cruciabantur, nunc illis erat cū his hostibus dimicandū, nunc cū illis, & quadraginta annorū spacio, quibus hic se laboribus dederunt, peruenērūt ad terram sibi promissā. Hæc viā est, qua iustos Deus ducit in cœlū, poterat illos ducere viā amēna, & plana, noluit tamē, quia valde periculosa est. Hanc viā ingressi Apostoli, Martyres, Confessores, Virgines, craticulas, vngues, sagittas, lapides, cruces, atrocissimæque tormēta superarunt, ieiunia, spelūcas, vigilijs, dæmonis incurfiones, ac rerū omnium indigentiam perpessi sunt: *Alij (ait Paulus) ludibria, & verbera experti, insuper & vincula, & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tærat i sunt, in occisione gladij mortui sunt, circueērūt in cœlestis, in pellibus caprimis, egētes, angustiat, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in carceribus terræ.* Hanc itaque viam omnes Dei sancti tenere, qui nunc æterna felicitate perfruuntur.

VIDI T Diuus Ioannes in cœlo multitudinē innumerabilem, quâ dinumerare nemo poterat, & omnes amicti erant stolis albis, & palmæ in manibus eorū. Palma enim in signe victoriæ est, & vbi victoria, ibi præliū, & vbi præliū, & certamē, ibi vulnera, pericula, & vitæ discrimina. Vnde senior ille qui Ioannē alloquebatur, subdit: *Hi sunt qui venerūt de tribulatione magna, & lauerūt stolas suas, & dealbauerūt eas in sanguine agni: ideo sunt ante thronū Dei.* Animadverte, quâ causam reddat tātā felicitatis. *Quia venerūt (inquit) de tribulatione magna ideo sunt ante thronū Dei.* Nō vnus, aut alter, sed omnes hi. Quasi dicat, multitudo hæc innumerabilis iustorum magna tormēta superauit, ut secura perueniret ad palmā gloriæ, ne vnus quidē ex eis, sine crucis beneficio euolauit in cælum. Tu igitur vales sine vlllo labore, maximis voluptatibus affluens in cælum conscendere? non isthac ducit spiritus cœlestis, sed scelestus.

Rom. II.
num. 16.

Apoc. 7.

*Exod. 24
num. 10.* V T id Dominus filijs Israel ob oculos proponeret, se illis ostēdit: *Et viderūt Deū Israel sub pedibus eius, quasi opus lapidis saphyrini,* & quasi cœlum cum serenum est: in Hebreo habetur, quasi opus lateris saphyrini. Saphyrus lapis preciosus est, qui cœli colorem refert, vnde thronus ille, in quo Deus sedebat, instar latericij, & clarissimi cœli erat. *Quasi cœlum* (inquit) *cum serenum est.* Sed possunt ne opes illę cœlestes, & thesauri absconditi, ac splendor ille, quō regia domus illustratur, lateribus exprimi? Quid cœlo præstantius? quid lateribus abiectius? quid cœlo pulchrius? quid deformius lateres? Pellucidum est cœlum, lateres autem densi, qui nullum retinent splendorem. Quid ergo præfert latericium cœlum? cœlū saphyrinum, smaragdinum, hyacinthinum. Non mirum. Ostēsum est cœlum Diuo Ioanni præciosissimis lapidibus à fundamentis edificatum. *Et fundamenta* (inquit) *muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata, & duodecim porta, duodecim margarita sunt, & platea ciuitatis aurum mundum, &c.* Aurum, argentum, & lapides pretiosi, apte conueniunt pretiosissimæ, & splendenti vrbi, lateres autem quid habent cum illa commercij? Apud nos, qui domum aliquam construit, non lateres, sed lapides expositos adhibet, quō ornatio apparet. Deus autem lateribus cœlum compactum, ad ornatum ostentat. Huius mysterij rationem reddit quædam glossa, cum ait: Ostendit illis Deus latericium cœlum, vt figura lateris redduceret, eos ad memoriam anxietatis, quā sustinuerant, faciendo lateres in Aegypto. Quid ergo Deus intendebat huiuscemodi memoria? Dicam. Voluit Deus illis persuadere, ne labores respuerent, quibus constatur cœlum, si Dei causa, & amore tollerantur. Illi fortasse arbitrantur, illam libertatem & finem totius laboris, & initium maximæ felicitatis futuram; quia miseram seruitutem euasserant, & ad terram vberem, lacte, & melle manantem iter agebāt. Deus autem illos conatur abducere ab errore, in quō versabantur, ne voluptates in hac vita quærāt, nec labores recusent, quanquā in lateribus cōficiendis vitam misere traducant: nā lateribus sibi cœlū cōficiunt, si illos patienter cōficiunt, dura vos seruitute opprimer mundus, & lateres imperabit. Sed ne animus concidat, quia his lateribus stratur, & erigitur cœlum, & his laboribus gloria comparatur.

*Apost. 14
num. 12* PEREGRINABANTVR Paulus, & Barnabas, cum autem peruenissent Anchiochiā, ibique discipulos Domini reperissent, suadebant illis alacri fronte, & cōstanti animo quoscunque labores exciperent:

ciperent. *Confirmantes* (inquit Lucas) *inimicos discipulorum, exhortantesque, vt permanerent in fide, & quoniam per multas tribulationes, oportet nos intrare in regnum Dei.* Id maximè potest hominem confirmare, ad perferendos labores, & difficultates superandas, illis scilicet stratam esse viam, quæ ducit filios Dei ad vitam, & hæreditatem sempiternam. Quare illi timeant, & formidine concutiantur, qui sibi indulgent, & corporis oblectamenta quærunt, quia longe aberrant à cœlo, cum viam crucis, quæ in illud ducit, non teneant. Iter ergo faciamus hac via, laboribus confita, quia & recta via, & regia est, nec vllis carnis, mundi, aut demonis, persuasionibus, ad dexteram, aut ad sinistram, aliquando deflectamus.

CONCIO TERTIA.

Discursus primus, in quo ostenditur maximum Christi Domini beneficium esse eius in solitudine discessus, vt ibi nostri causa ieiunet, labores perferat, & tentationes superet.

Thema. *Ductus est Iesus in desertum, vt tentaretur. Math. 4.*

RES valde mirabilis, induebantur purpura, & bysso Israelitæ, & imperat Dominus prophætæ Isaïæ, vt nudus corpore, & pedibus in publicum procedat, vt eius penitentia Dominus ad misericordiam flectatur. Submergebātur homines lasciuia aquis voluptatum, per prata, & hortos deambulabant, & propheta Domini Hieremias eorum causa prodit in publicum, catenis onustus iussu Domini. In deliciis erant filij Hierusalem, in conuiuiis & comestationibus, & præcepit Dominus Ezechieli, vt seipsum abdat, & recondat intra priuatos parietes, ibique ieiunus perseueret, & panē ad mensuram vescatur. Quid istud Domine? Omnia videntur inuersa. Hostes tui, tibi inimicissimi versantur in deliciis, & amici tui in squalore, & sordibus? & id pateris? Quin etiā dum illi in deliciis sunt, & nutriuntur, in croceis, ac oblectamenta sectantur, præcipis,

cipis, vt Prophete tui seipfos in edia macerent, torqueant, & affligant. Mirabile hoc, sed miradum magis, quod sacra narrat historia cum peccatores Dei obliti suis perfrueretur voluptatibus, imperat sempiternus pater filio suo dilectissimo, vt in desertâ Palestinæ soli rudinē se conferat, ieiunet, sub dio inter bestias degat, solis ardore adustus, frigore cōcusus, vigiliis & orationibus deditus, maximos labores perferat, & hostis incurfionibus obsistat, & omnia hæc æquo animo ferat, nō vt pro suis, sed pro totius mūdi peccatis satisfaciatur.

Esai. 53. num. 5. **O M N E S** nos (inquit Isaias) *quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit, & posuit Deus in eo iniquitatem omnium nostram, vt scilicet ille tormētis perfolueret quod nos cōmissimus. Quod maius fingi, aut excogitari potest misericordiæ genus? Nos vermiculi delinquimus Deus pœnas perfoluit. Nos contagionem contraximus, in illo exercetur carnificina: Vere labores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Disciplina pacis nostra super eum, Domine quis credidit auditui nostro? Quasi dicat, si in aliqua re, fides necessaria est, maxime in hac. Quis enim humana fide adduci posset, vt crederet dolorum acerbiter Deum ipsum perferre, vt nostrarum libidinum gustus soluatur, nos vetitum pomū decerpimus, in Paradiso, illē nostræ culpæ pœnam perfoluit in solitudine.*

Ezec. 18. num. 19. Circumferebatur in prouerbium apud filios Israel: *Patres comederunt vnam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt.* Misit ad illos Deus Ezechielem prophetam, qui diceret: *Quid est quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium istud, in terra Israel dicentes: Patres comederunt vnam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt? Vno ego, si erit vobis vltra parabola hæc in prouerbium in Israel. Anima qua peccauerit, ipsa morietur.* Non passus est Dominus verbum illud iactari, quasi puniret, scilicet in posteris maiorum peccata, quam punitiōnem liberi parentum causa suscipere recusabant. Id igitur quod Deus non ferebat, & ipsi suscipere recusabant, diuinam misericordiam, & amorē valde commendat. Quid multum si filij de parentum debitis perfoluendis cogitarent, eaque perfoluerent? cum liberi essent eparētum visceribus procreati: amor autem in illis desideratus est. In Deo autem tantus amor repertus est, vt cum nos rei essemus, & serui, & debitores, ille autem Dominus, iudex, & creditor, nos in libertatē asserat, & ipse pro nobis pœnas perfoluat. *Quis sicut Dominus Deus noster? Quis vnquam Pater pro Filio, aut Filius pro Patre tam acerbos cruciatus perpeffus est?*

CONVERTIMINI ad me (dicebat quondā Dominus) in toto

to corde vestro, in ieiunijs, & flectu, & plāctu, & scindite corda vestra &c. quia Dominus benignus, & misericors est, et prestabilis super malitiam. *Ioel. 2.* Maximum Domini beneficium erat istud, nihil tamen Deus patiebatur, sed tanquam creditor, debiti solutionem efflagitabat, & maxima Domini misericordia erat, vt ieiunijs, fletu, & lachrymis, cōmotus debiti solutione superfederet, aliud autem præstantius misericordiæ genus hic elucet. Ipse enim Deus, se in solitudinem recipit, vt ibi ieiunijs, flectu, & lachrymis pro nobis satisfaciatur, ac viscera sua dolore dirumpat. Hic vere dici potest, & in prouerbii verti, nos vnas acerbis gustauimus, illius dentes obstupescunt. Quo ergo amore complectendus est?

DICEBAT quondā, vt arriperemus arma, & aduersus hostes nostros dimicaremus, cū antiquo scilicet serpente, vt ea ratione victoriam reportarem, & ille nos corona donaret, nūc autem vidimus illū in arenā descendere, ensē, & scutū arripere, cum hoste congredi, & capiti nostro imponere victoriæ coronam.

PATER NI amoris opus fuit illud, quod sacra scriptura commemorat, cum scilicet Dauid ieiunauit, & in terram prostratus preces ad Deū fudit, vt filiulus, de cuius vita nulla fere supererat spes, conualesceret. Sed qui potest amor ille comparari, cum hoc quod ostendit Dominus hodierna die? Vidit enim peccatorem sibi inimicum, peccatis mortuum, & ieiunus per integros quadraginta dies perseuerat, preces, & lachrymas perfundit: vt ad sanitatem peccator reuocetur. Ieiunium parentis pro filio patris amorem non nihil commendat. Sed quid mirum, cum filius eius sit. Ieiunium autem Dei, pro peccatoribus commendat valde charitatē Dei. *Et commendat Deus charitatem suam in nobis, quia cum adhuc peccatores essemus, ipse pro nobis mortuus est.* Et acerbissimos cruciatibus, & maxima tormenta perpeffus est.

DE eodē Dauide sacræ literæ opus magnæ charitatis narrat: vidit enim Angelū Domini, qui stricto mucrone, trunculētā faciebatur cedere in populo, propter ipsius Dauidis peccatū. Tūc ille ad Dei pedes pronolutus, ait: *Ego sum qui peccaui, et ego inique egi, isti, qui oues sunt, quid fecerunt? Veritatem obsecro manus tuas contra me.* Magnū pietatis opus: voluit enim Dauid pati, ne populus patēretur, sed mirandū nō est, cū ipse occasiōem præbuerit tāta calamitatis. Hic autē Christus innocēs, & offensus, pro nocētibus & offensoribus patitur, cū nos serui eius firmis beneficiorum immemores, rebelles, & ingrati. Ille autem Dominus sit, totius boni fons, & origo.

1. Reg. 15
num. 1.

QUIS non commouetur, cum Dominum supremę maiestatis in solitudine degentem contempletur ieiunum, afflictum, à Dæmone oppugnatum? Affecit Principes ac Dynastæ David, cum Regem suum cernerent, è folio profiluisse, regia egredi, urbem deserere, & per montes & solitudines iter facere, valde commoti sunt, lachrymas profuderunt, nec se continere potuerunt, quin Dominum afflictum, desertum, oppræsum, & submissum, quacunque ratione possent, comitarentur. O Rex cœlestis, quis erit ita ferreus, & lapideus, vt non liqueat, si te in hac deserta solitudine contempletur, debilitatum, exilem, lachrymas perfundentem, è folio tuę maiestatis depressum, in quo sedebas, cui Angeli, & seniores cœlestis Hierusalem, cultum & honorem exhibebant? Quis te non comitabitur? & fluxis voluptatibus nuntium remittens, nõ eligat magis lachrymas, squalorem, & luctum, quam gaudia oblectamenta, & voluptates? Quis charitatis ardore inflammatus non dicat, elegi abiectus, & afflictus esse in solitudine Christi mei, magis quã habitare in tabernaculis peccatorum.

Exod. 17
num. 10.

PUGNABAT Iosue contra Amalech, Moyfes autem in montem ascenderat, cumque leuaret manus, vincebat Israel, sin autem paululum remississet superabat Amalech: manus autem Moyfi erant graues, quæsierunt autem modum, & rationem: qua manus semper haberet erectas, vt populus victoriã reportaret. Maximo Moyfes beneficio populum afficiebat, sed minime mirandum, cum ille esset dux, cuius munus est, exercitus incolumitati prospicere, nec multum difficile erat manus in cœlum erigere, precesque fundere pro populo, Maiora in nos beneficia Christus in hac solitudine confert, nam cum nullis nostris deuinceretur officiis, nec ducis nomine quicquam deberet, sed posset vt Deus offensus iniurias sibi illatas vlcisci, & vindictam expetere: manus extollit in cœlum nõ per breue tēporis spatiũ, vt fecit Moyfes, sed per integros dies, & noctes. Adde etiã, quod ieiunus perseuerat, labores perfert, oppugnationibus obsistit, vt tandem nobis opem cœlestem, & diuinum auxilium promeretur, quo victoriã reportemus. Ipse ensen arripit, & stringit, & solus cum Amalech congredditur, vt nos sine sanguine, victorię gloria, & laude perfruamur.

E sal. 143
num. 1.

POST victoriam illam gloriosissimam, quam David de Goliath reportauit, carmen condidit quo Deo gratias ageret, à quo fuerat instructus in illo certamine, & cuius disciplina, armis utebatur strenue: *Benedictus* (inquit) *Dominus Deus meus, qui docet manus meas*

meas ad prælium, & digitos meos ad bellum, misericordia mea, & refugium meũ, susceptor meus & liberator meus. Magno illum beneficio affecit Dominus, sed maiori afficimur hodie omnes, quia cum David instruebat ad certamē, Deus ipse in tuto loco erat, in munitissima arce cœlesti, quæ nullis potest machinis oppugnari. Hic autē ipse Dominus maiestatis hodie in arenam descendit, & manus cū hoste conferit, illum superat, vt manibus post terga reuinctis, nobiscum congreddatur.

2. Reg. 22
num. 17.

BELLUM gerebat David cum hostibus suis, cumque iam esset inuito certamen, in vitę discrimen adductus est David, cumque ex illo periculo, in quod venerat, saluus, & incolimis emerisset, illum milites intuiti iurauerunt, dicentes: *Iam non egredieris nobiscum in bellum, ne extinguas lucernam Israel.* Hi milites, & fideles serui, regis salutem, & vitam suę præferentes, sine illo soli exoptat bellum gerere. Id secus fieri videmus hodierna hie, nam cum omnes illi qui Christi nomine insigniti sunt, huius præstantissimi ducis, & milites & serui sint, ipse solus ad gerendum bellum cum hoste procedit, vexillum præfert ante omnes, & se hostibus obijcit, & corpus sacrosanctum vulneribus peruium opponit, vt nos salui, & incolumes è tantis periculis emergamus.

QVOT, & quanta suspiria ederet Dominus ille, cum solus inter rupes, & saxa versabatur, quoties genua flecteret, vt nobis sempiternam felicitatem promereretur. Quos lachrymarũ riuulos profunderet, vt nostrorum scelerum sordes eluerentur, quos calores perferret, quantum frigus toleraret in locis illis desertis, & in cultis, quantam inedia, & famem, cum ieiuniũ quadraginta dies sustineret, sine tecto, sine foco, sine lecto, & sine vlllo solatio. Et omnia hæc æquo, libenti que animo perferebat, vt nobis consulere, ac nostram salutem quæreret. Quis non commouetur? Quis nõ inflammatur amore, hæc audiens, hæc cernens, hæc cogitans, & animo versans? O Domine rupes, & saxa solitudinis molliri possent istis lachrymis, & erit aliquis cuius cor ita obduruerit, vt non molliatur? Bestias immanes, & truculentas feras posses istis suspiriis commouere, & liquefacere, & non liquefient anime, quarum causa suspiria suscipiuntur? Erit aliquis qui maximas gratias non agat, & vt possit referat, vt tantis beneficiis gratus existat? O sempiternæ Pater, nos sumus qui peccauimus, qui male egimus, in nos calamitas recidat, vertatur manus tua contra nos. Hic autem quid fecit? quid commeruit, innocens est, & nullius culpæ con suis, cur illum

illum affligi permittis? Quæ ratio patitur, fratres mei, ut cum nos causam, & occasionem tanti laboris dederimus, ille ieiunus sit, & ne panis quidem frustum, aut aquam gustet, nos vero conquiritis epulis corpora nostra nutriamus. Pudeat nos huius vitæ, & exeamus cum duce nostro extra castra. Illius vestigiis insitamus, quamuis per desertam solitudinem ducat. Timidus habeatur miles, qui terga verterit, & tantum Dominum deseruerit.

Discursus secundus, in quo ostenditur tantam esse virtutem ieiunij, & laborum, quos Christus Dominus in solitudine perpeffus est, ut Deum nobis facilem, & placatum reddant.

Thema. *Ductus est Iesus in desertum, ut tentaretur.* *Math. 4.*

Isai. 64.
Num. 7.
LAMENTABATUR quondam Isaias propheta, cum republicam sceleribus labefactatam, & dissipatam cerneret, Deum flagitiis irritatum, & ad vindictam exercendam commotum, nec erat qui ad Dei pedes accederet, ut veniam deprecaretur, unde sic Deum alloquebatur: *Non est qui inuocet nomen tuum, qui cõsurget, et teneat te: abscondisti faciem tuam a nobis, & alligasti nos in manu iniquitatis nostræ.* Miserum profecto: populus funditus erat euersus, Deus vehementer infensus, & iratus, & non erat qui intercederet, & destabiliendo fœdere inter Deum & homines cogitaret.

Hier. 15.
Num. 5.
Num. 1. n.
6.
HINC lachrymæ Hieremiæ velut aquæ latice erupunt, quia intuebatur Hierusalé dissipatâ peccatis, quæ inter Deum, & illâ amicitiam dirimebant, Deum autem ita infensum, & iratum, ut diceret nõ se esse placandum, vel amicis id deprecantibus. Unde Hieremias collachrymabatur, dicens: *Quis miserebitur tui Hierusalem, aut quis conuiscabitur pro te, aut quis ibit ad rogandam pro pace tua?* Ac si diceret: nemo. Vidit Dominum propheta Naum, qui tanto furore ferebatur aduersus Assyrios Niniue, ut montes tremere, sicarentur maria, augebatur autem formido, & timor, quia non erat, qui Deo obuiam procederet, & inter illum, & populum intercederet.

Auto

Tran. 13.
Num. 1.
Hierm. 9.
cap. 1.
ANTE faciem (inquit) indignationis eius quis stabit? & quis resistet in ira furoris eius? Non possumus nos hodie conqueri, quia non desideratur in Christiano populo qui intercedat. Nam licet Christiana res publica peccatis scateat, & Deus furoris, & indignationis fulmina minuetur, filius tamen altissimi intercedit, qui in solitudine abditus, cum clamore, & lachrymis preces offert sempiterno Patri, ut Christiano populo peccata condonet. In terram descendit, ut nostris infirmitatibus mederetur, nostris laboribus, & malis remedium adhiberet. Versatur in solitudine, inedia torquetur, preces frequenter fundit, vigiliis maceratur, lachrymisque conficitur. Nam quos lachrymarum riuulos non profunderet, ut perditum, & labefactatum mundum repararet, qui totum sanguinem, & vitam liberalissime profudit in cruce? Si Hieremias lachrymis pene confectus lamentabatur excidium, & ruinam Hierusalem. Eo quod ciuitas illa quondam opulenta, & frequentissima, omni pulchritudine denudata iacebat: *Quomodo sedet sola ciuitas plena populo? Facta est quasi vidua domina gentium. Principes prouinciarum facta est sub tributo. Quomodo obscurata est aurum, & mutatus est color optimus.* *Dispersi sunt lapides sanctuarij?* Quo fletu, quibus lachrymis profereretur Dominus maiestatis calamitatem animarum, in profundo miseriarum iacentium. Si Isaias propheta, & Ezechiel, non imponebant finem lachrymis, ille propter Babylonis ruinam, hic autem propter Aegypti direptionem, quo pacto lachrymaretur hic Dominus mitis, & suavis totius mundi excidium & euersionem. Hæ igitur lachrymæ & deprecationes fieri non possunt quin sempiternum Patrem exorent, & scelerum nostrorum veniam promereantur.

DVM Hieremias propheta ciuitatem Hierusalem luxui, epulis, & comessationibus deditam cerneret, & vniuersum populum flagitiis, & sceleribus inquinatum, voluit in solitudinem discedere, ut pro omnium sceleribus se conficeret lachrymis, ac dies, & noctes in luctu, fletu, & squalore traduceret ut Deum si posset placatum redderet, & tantum malum refarciret. A suo tamen proposito retardatus est. Quia visum est illi, sibi opus esse perenni fonte lachrymarum, ut tot maculæ eluerentur. Nec in se reperit tantam virtutem, & vim, quanta ad tantum opus perficiendum requiri videbatur. Hodie discedit in solitudinem Dominus ille qui potentia, & virtute prophetas omnes lógo quidẽ interuallo superat, ut pro nobis satisficiat, & sempiternum Patrem ad misericordiam fleat. Id nos in maximam spem erigat: futurum est enim, ut illius

T 2. lachrymis,

lachrymis, laboribus, ieiuniis, & deprecationibus omnium scelerum impunitatem assequamur.

DEMANDATVM est Isaia, vt Babylonis tempora lugeret, Hieremiam, vt Hierusalem peccata plangeret, Ezechieli, vt Aegypti, & Tyri scelera lamentaretur, Oseae, & Amos, vt Samariae flagitia prosequerentur lachrymis. Et erant felices, & fortunatae urbes illae, quae talibus intercessoribus, & lachrymis vterentur, qui plurimum apud Deum gratia valerent. Sed feliciores sumus omnes illi, quibus forte contigit, vt pro nobis intercederet, non propheta aliquis, sed Dominus Prophetarum, & filius Dei. Nam si fletus, plangens, ploratus, & lamentationes prophetarum tantum valebant apud Deum, quantum valeant necesse est lachrymae, quas illi offert filius eius dilectissimus. Adeo fuit Dominus aliquando ira-

Hier. 15. tus propter populi scelera, vt diceret: *Si steterit Moyses & Samuel*
num. 1. *coram me, non est anima mea ad populum istum.* Ait Diuus Gregorius:

D. Grego. horum prophetarum deprecationes, peculiari quadam ratione gratissimas, apud Deum extitisse, ita tamen Deus iratus erat, vt aures obturaret, ne seruorum suorum precibus exoraretur. Et postquam eidem Hieremiam Iudaeae peccata ostendit, ait: *Tu ergo noli orare pro*

Hier. 11. *populo hoc, & ne assumes pro eis laudem & orationem quia non exaudiam*
num. 14. *te.* Non vult Dominus Hieremiam, sibi familiarissimum, & gratissimum audire, si preces fundit pro populo illo. Infelix populus, misera gens, quibus non prodest, vt tantus Propheta, inter illos, & Deum intercedat. O felix Christianus populus, cui tantus patronus, & actor contigit, vt fieri non possit, quin causam tueatur. Ipse enim Dei filius inter Deum, & hominem intercedit, ipse in solitudine lachrymis & precibus patrem exorat, ipse peccata delet, quae inter Deum, & homines amicitiam dirimebant. Adeo enim, gratiosus est apud Patrem, vt nihil non impetret. Quia omnes Prophetarum lachrymae, omnia suspiria, omnes labores in vnum collecta, ab vna Christi Domini lachryma virtute, & potentia superantur. Si igitur vel vna Christi lachrymula sufficiens erat, ad leniendum, & flectendum sempiterni Patris animum, quid non assequuntur tot lachrymarum riui? Quae non exorabunt tot suspiria? Quo modo cassa erunt tot ieiunia? Cum grauiter aegrotasset filius ille

2. Reg. 12. Bersabe, qui ex turpi congressu in lucem editus, susceptusque est,
num. 16. deprecatus est Dominum David pro paruulo, & ieiunauit ieiunio, & ingressus seorsum iacuit super terram, & tamen extinctus est puer quod patri esset infensus Dominus, filio minime pepercit. Pro-

pter

pter primi parentis scelus, periculosum, & mortiferum, morbum contraxit homo, omnes prophetae conuenerunt, vt de illius salute agerent. Alij ieiunijs corpora macerabant, alij aspera cilicia inducebant, alij colloquijs diuinis vacabant, & assiduas ad Deum fundebant preces. Aegrotus tamen sensim exinguebatur, ac parum de illius salute desperantes mortem illi nuntiabant, dicentes: *Desperata est plaga tua.* O graue & difficile malum. Quid igitur faciendum est Domine? quis medebitur tanto malo, & quis miserebitur tanti laboris? Ne igitur homo exinguatur, medicus ille caelestis descendit, Pater ille futuri saeculi in solitudinem se recipit, ibi se ieiunijs macerat, preces & lachrymas perfundit, vt homo iam pene extinctus ad pristinam valetudinem reuocetur. Non est cur de illius salute desperemus. Iam non licet dicere: *Desperata est plaga tua.* Laudibus extollatur, qui tantum in nos beneficium contulit.

CVM iratus esset Dominus Ephraim, illique supplicium minaretur, subito commotus est, & ait: *Conuersum est in me cor meum, pariter conturbata est penitudo mea.* Mox vt minatus est illi supplicium, priusquam malum inferret commotus est. Quanto magis commouebitur, & viscera illius liquefient, cum cernat filium sibi dilectissimum, qui famem, & labores patitur, vt nobis Dominus peccata remittat: qui commotus est, non quod populus patiebatur, sed quod passurus esset mala.

ITA Dominus ira incensus est aduersus populum suum, vt ignem e caelo immitteret, quo breui quatuordecim hominum millia conflagrarunt: Vt tanto malo remedium adhiberet, Moyses ait ad Aaron fratrem suum, qui sacerdos erat altissimi: *Tolle thuribulum & sancto igne de altari mitte incensum de super, pergens cito ad populum, vt roges pro eis, quod cum fecisset Aaron, & cucurrisset ad mediam multitudinem, quam iam vastabat incendium, obrulit thymiama: & stans inter mortuos, ac viuentes, pro populo deprecatus est. & plaga cessauit.* Tantum valuit vnus sacerdotis deprecatio. Si igitur Aaron thuribulum manu portans, Dominum potuit exorare, & ad ignoscendum flectere, quid faciet Summus sacerdos Christus, qui inter Deum & homines intercedit, qui non thus, & thymiama offert, sed preces, lachrymas, ieiunia, & labores, quae maximi facit sempiternus Pater. Magis quidem placebunt Deo Christi lachrymae, quam Aaroni thymamata.

IN lege veteri plurima erant instituta sacrificia, quibus Dominum placatum reddebant sacerdotes, cum propter populi scelera,

T 3 erat

Osee. 11.
num. 8.

Num. 16.
num. 48.

erat iratus, ut videre est in Exodo, & Leuitico, & quoties animo sincero & recto offerebantur, placabatur Dominus, peccata condonabat. Sed unde animalibus illis, quæ in sacrificijs mactabantur tanta virtus inerat, ut Deum placatum redderent? Quia scilicet Christum Dominum referebant. Videmus enim eum, qui alium ardentem diligit, non solum in illius vultu, sed in illius etiam effigie, & similitudine acquiescere. Sacrificia illa Christi sacrificium referebant. Si igitur illa, eo quod Christi necem, & labores exprimebant, ita grata & iucunda Deo extiterunt. Quid faciet ipse Christus, quem non commouebit, & ad misericordiam inclinabit sacrificium, quod in ipso Christi corpore exercetur? Hodie versatur in solitudine, inter saxa, & bestias, ut seipsum offerat, ut nos scelerum impunitatem assequamur. Hanc ob causam ieiunij corpus macerat, & omnia, quæ patitur Deo offert pronobis omnibus: quia nos fructus laborum suorum hæredes constituit. Nobis datus, nobis natus, & in nostrâ utilitatē passus est. Si ergo tantum Deo placebat umbra, quantum placebit veritas ipsa? Si enim sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitule aspersus, inquinatos sanctificat, ad emundationem carnis (ut Apostolus ait) quanto magis sanguis Christi qui per spiritum sanctum semet ipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram, ab operibus mortuis, ad seruendum Deo viuenti.

Hebr. 9.
num. 13.

Exo. 32.
num. 14.

PLVRIMUM valuit Moyses precibus coram Deo, quare cum vitulum conflauit Israel, & immane illud scelus idolatriæ commisit, quo ita Dominus iratus est, ut voluerit vniuersum populum perdere: tunc Moyses Dominum adiuit, quem precibus, vel facili negotio exorauit, & ad ignoscendum impulit. Placatus est Dominus (ait sacra scriptura) nefaceret malum: quod locutus fuerat aduersus populum suum, animaduertite quantum valeant vnius Prophetæ preces apud Deum, quantum igitur vim habeat deprecatio iusti assidua, & non cuiusuis iusti, sed innocentissimi filij Dei, quantum sacrificium, quod offert, & labores quos perfert. Qui fiet ut diuinarum lachrymarum riuis, iræ, & indignationis Dei incendium non resinguatur, quando Moysis verba id facile præstant ita enim Dominus noster bonitate optimus est, ut vel ipsorum peccatorum precibus, ieiunij, & laboribus, ad misericordiam facile inclinatur. Id luce clarius apparet, si in memoriam reuocamus illius filij profusi, & prodigi historiam, qui bona obligauerat, patrimonium dissipauerat, & acerbissimum supplicium commouerat.

Vix.

Vix peccaui, pronunciauerat, cum parens illius amore ardens, in eius amplexum iret. Seruus etiam alterius Regis, qui tantum es alienum contraxerat, ut ad decem millia talenta summa pertingeret, omni debito solutus est, eo solum quod preces funderet. *Omne (inquit) debitum dimissi tibi: quia rogasti me.* Non ait in aliud tempus solutionem differo, quia constituisti vadem, quia te nouo chyrographo obstrinxisti, quia exhibuisti pignora, *sed omne debitum dimissi tibi*, eo solum quod rogasti me.

FECIT Achab malum in conspectu Domini super omnes, qui fuerunt ante eum: unde iratus Dominus, misit Heliam, qui nunciaret illi maximam calamitatem, necem, & domus suæ excidium, & ruinam. Quo nuncio, perterrefactus Acab, scidit vestimenta sua, operuit cilicio carnem suam, ieiunauitque, & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. Et factus est sermo Domini ad Heliam, dicens: *Nonne vidisti humilitatem Achab coram me? quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius.* Tam facile flecteris o Domine, & gladium in vagina recondis? O viscera misericordiæ, quam facile liquefunt. Nec sic segerit Dominus cum vno aut altero. Audite Ioelem, qui commemorat hanc Domini misericordiam. *28.* Commotus erat Dominus, & atrocissima supplicia minitabatur populo. Timore concussus, & formidine perterritus populus, ieiunij, & penitentia se dedit, preces ad Deum fudit, & mox ait propheta: *Zelatus est Dominus terram suam, & pepercit populo suo.* Id fecit Dominus, ut Diuus Hieronymus ait, placatus precibus, & ieiunij eorum. Sed dices, Dei populus est, quid? Niniuitæ nonne erant ethnici, & barbari, tantis sceleribus inquinati, ut diuinam indignationem sic promeruerint, ut terra dehisceret, eosque infernum viuentes deglutiret, & trium dierum ieiunio placatus est Dominus, & latam sententiam reuocauit. Vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala, & misertus est Deus super malitia, quam loquutus fuerat, ut faceret eis, & non fecit. Si ergo profusi & perditij filij submissio, debitoris deprecatio, Achab timor, & lachrymæ, populi preces, & Niniuitarum ieiunium, tantum valuerunt apud Deum, ut illum ad ignoscendum inducerent, quantum valeant necesse est sancti, & innocentissimi filij Dei preces, lachrymæ, ieiunia quadraginta

3. Reg. 18
num. 30.

3. Reg. 21
num. 27.

Ioel. 2. 28.

D. Hiero.
ibi.

Iona 3.
num. 10.

draginta dierum in solitudine, vt Deus ad misericordiam commo- ueatur.

2. Reg. 24. num. 17. C V M cerneret Dauid cædem quã angelus Domini exercebat in populo, ad Dei pedes, prouolutus, ait; *Ego sum qui peccavi, vertatur obsecro manus tua contra me, & contra Domum patris mei.* Tunc cessauit plaga, & reuocauit Angelus gladium in vaginam, misitq; Dominus Prophetam, quid diceret Dauid, vt offerret sacrificium, quo propitiatus est Dominus terræ, & cohibita est plaga ab Israel. Si igitur tantum Deo placet vnus peccatoris sacrificium, & oblatio, cum peteret vt in se recideret populi calamitas, quantum placebit filij Dei oblatio & sacrificium qui amore inflammatus, vere languo- res nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: Vnde non solum orauit, vt in se malum verteretur, sed ipse ad labores, & crucẽ conuersus illam amplexus est. Si igitur tantum valent lachrymę. Quas peccatores profundunt, quantum valebunt Christi lachrymę, cum vnaquęq; infiniti valoris sit. Quantum ieiunia, præces &c. nõ obturabit aures, ne filium pater audiat, qui peccatores exaudit. Non respuet filium, qui sibi semper gratus extitit, qui peccatores recipit. O grata pignora filiorum hominum; Quam cumulate re- sarfit primi parentis damnum secundus Adam, Ille in horto ame- no, in paradiso voluptatis, peccatis offendit diuinam maiestatem, hic in solitudine, & rerũ omnium inopia, eandem maiestatem pla- catam reddit. Ille vetitum pomum decerpfit, hic vel pane non ves- citur, Ille morem gessit serpenti, hic eidem obsistit. Ille homo, hic autem Deus. Quantum interuallum interiectum est inter peccatũ, & satisfactionem; inter debitum, & solutionem, inter offensam, & supplicium; Quod inter vtrumque Adamum, inter primum, & secundum, inter Deum, & hominem. Suscipe Domine tanquam suauissimum holocaustum, filij tui sacrificium. *Respice in faciem Christi tui. & auerte faciem tuam a peccatis meis.* Nã licet opera mea nullius momenti sint, Christi operibus associata, eius laboribus, & cruciatibus cõiuncta magni momenti erunt, gladium iustitię tuę, in vaginam reconde, & misericordię tuę opes in pauperes effunde id postulamus per Iesum Christum filium tuum Dominum nos- trum.

CONCIO

CONCIO QUARTA.

Discursus primus, in quo redditur ratio, cur Do- minus solitudinem, ut caueamus. *Et cer- taminiẽs campum eligat.*

Thema. *Ductus est Iesus a Spiritu in desertum ut tentaretur, &c.* Matth. 4.

CYMNASTAE, & ludimagistri asserunt, non parum con- ducere in certaminibus, campum eligere bello gerendo aptum & accommodatum, quia non solum ex armis, virtute, industria, & robore pugnantium, victoria pedit, sed maxime ex loco, in quo certamẽ initur. Vnde propter aduersã loci naturã, saepe solat exer- citus periclitari, & vinci. Vt accidit Absaloni, cum manum, conse- ruit eum Dauidis exercitui, factũ enim est praliũ in saltu Ephraim: fuit autem ibi praliũ dispersum, & multo plures erant, quos sal- tus consumpserat, quã hi quos vorauerat gladius in die illa. Mul- tã enim erãt arbores in illo nemore, & terre hiatus: vnde dux exer- citus, Absalon e quercu pependit, &c. Multum profuisset, Absa- loni, & eius exercitui, alium campum eligere, in quo possent ap- tius dimicare. Idem in spiritali bello accidit, nõ parui interest lo- cum certaminẽ accommodatum querere, ex illo enim victoria, & triumphus maxime pendent. Hodie Dei filius, cum hoste congre- ditur, ille arma, hic autem campum eligit, solitudinem scilicet de- ferram, inuiam, & inaquosam; non placet hosti locus ille: horti flo- ribus cõsiti; frõdosa nemora, virẽtia prata magis placuissent, quia inter delicias, & voluptates; fortiter ille dimicat, nouit in paradiso deliciarum hominem superare, secus autem in aspera, & dura vi- ta, egregie certat in medio foro, perperam in antris, & solitudi- ne.

2. Reg. 18. num. 30.

INITVM est praliũ inter nouem Reges, quatuor ex vna parte, & quinque ex alia, & vallis erat lubrico bitumine obfessa. Vnde quinque Reges aliãs fortes, & prestantes viribus, a quatuor victi, & superati sunt: prolabebantur enim equi via lutosã, nec pug- nare

Gene. 14. num. 11.

nare poterant. Hæc est hostis calliditas, & versutia, eligit ille vrbes opulentas, florentissimas, & frequentes, in quibus loca sunt lubrica, vbi frequenter animæ prolabantur. Quid enim est ornatus muliebris, & oris pulchritudo? Quid sunt mundiciæ, & elegantie, nisi præcipitia, in quæ animæ incaute ruunt, & oculi præcipitantur? Quid sunt obscæni concentus & armonie, nisi aureæ salebræ, in quas incurrunt? Quid circuli colloquia, comedie turpes? Quid scenæ petulantes, nisi loca lubrica in quæ castitas nuntat, & prolabitur? Quid diuitiæ, honores, oblectamenta, blanditiæ, & huius generis quamplurima, nisi paupertatis Euangelicæ, submissionis animi, & totius sanctitatis, & candoris exitium, & ruina? In stadio illo prope semper scelestus athleta victoriæ palmam reportat, & nullus fere est qui illius manus effugiat.

P R I M V M bellum quod humani generis hostis, gessit cum hominibus, fuit illud, quando primos parentes nostros in paradiso voluptatis inuasit: erant tunc illi armis omnibus instructi, iustitia scilicet originali muniti, victi tamen sunt, & superati, quia adortus est illos aduersarius, in loco floribus consito, & deliciis omnibus affluent. Ostendit illis arboris vetiti pulchritudinem: *Et vidit mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit, de dicitque viro suo, qui comedit. Quod fuit initium totius mali, cum ex hac radice omnes ærumnæ, & calamitates pullularint.* Vidit Aëva arborem, & visum subsécutus est esus. Satius illi fuisset in solitudine degere, inter tribulos, spinas, rupes, & saxa, quam pecare in paradiso inter lilia, violas, flores, rosas, & arbores. E paradiso expulsus est homo, & in exilium missus, vt in sudore vultus sui vesceretur pane suo, & tamen non legimus alio se astrinxisse scelere, sed labori, sudori, & penitentiae operam dedisse. In voluptatis loco, inter delicias, & oblectamenta, fugicium commissum est. In deserta solitudine, inter cardos & spinas, penitentiae opera exercentur. Hinc licet perspicere locum voluptatibus refertum, aptum non esse ad militiam spiritualem, exercendam: ideo quotidie hostis humani generis, in curiis regum, in basilicis imperatorum, in regis principum, & in domibus eorum qui voluptatibus indulgent, victoriæ reportat, & omnes sub suam potestatem religit: ita vt nullus fere sit illorum, qui in delicijs nutriuntur, epulis oblectantur, mol-

litis,

litis, & subactis, culcitræ, odoribusque suavissimis vtuntur, qui huius potentissimi hostis tyrannidem declinet, quia in illo campo victoriæ sibi certissimam promittit.

B E L L U M intulerunt Syri Israelitis, noluerunt tamen montium iuga conscendere, in quibus prius fuerant superati. Dicebant enim: *Dij montium sunt Dij eorum, ideo superauerunt nos sed melius est, vti pugnemus contra eos in campis, & obtinebimus eos.* Fallebantur tamen, quia in bello quod gerebant, non magis intererat in campis pugnare, quam in montibus pugnare, quia æque Deus Dominus est vallium, & montium. At in militia spirituali non parum conducunt montes, quia Deus noster, Deus montium est, & facile patitur vt populus suus in vallibus voluptatis, in quibus plantati sunt horti, & fontium latices erumpunt, & flumina suavi cursu voluntur, ab hostibus superentur: in montibus autem in quibus, & rupes, & saxa sunt, auxilium præbet certantibus. Ideo hodierna die, in solitudinem discedit, in qua cum aduersario congregitur, & fortiter dimicat.

Non quod aliquid sua interesset, montium asperitas, sed vt nos instituens, & doceret, quem campum ad pugnam cum hoste suscipiendam eligere debeamus. *Quomodo pugnandum nobis sit.*

I D E O priscis illis temporibus, cum in Ecclesiæ exercitum milites strenui militabant, torerant egregij, & prestantissimi viri, qui relictis vrbebibus, & rebus secularibus nuncio remisso, in desertas solitudines discedebant. Et adeo asperam transigebant vitam, vt difficile creditu videretur, nisi sacrorum Doctorem testimonio fuisset comprobatum. Nomen militiæ dabant, & in arenam descendebant, vt cum hoste manus confererent ad agoniæ locum illum eligebant, hostis autem arma, quæ illi fortiora videbantur deligebat, & quamquam omni armorum genere utebatur, ferè semper victus discedebat, & sancti illi viri gloriosissimam victoriæ palmam reportabant, quia loci natura in quo initum erat certamen, non parum conducebat ad hoc. At in medijs vrbebibus, in locis frequentibus, fere nullus est qui victor euadat, quia aprissimus est hosti locus ille, & pro illo stant arma. Nec deerit quertus cui caput adhæreat, & flaua coma obuoluatur.

EXEMPLAR quod sanctis illis viris propositum est ad imitandum, vt in solitudinem descenderent, mulier illa fuit, quam in sua

Apoca 1.2

1.2. 2. 3. 4.

1.2. 2. 3. 4.

S. mile.

Apocalypsi describit Diuus Ioannes, quam draco rufus inuasit septem gestans capita, qui tertiam stellarum partem cauda deiecerat. Mulier autem formidine perterrita (ait Ioannes.) fugit in solitudinem, ubi habebat locum paratum à Deo. Mulier hæc (v. facti scriptores exponunt) Christianam Ecclesiam refert, in qua ad vinum exprimitur, quid anima sancta efficere debeat, cum diabolus tanquam leo rugiens circuit, ut eam deuoret. Hoc sibi remedium est fugere in solitudinem, & huius draconis ungues, & dentes effugere. Id enim effecisse vidimus, Paulos, Antonios, Hilariones, aliosque eiusdem instituti viros, qui pure viuendi laude floruerunt in desertis locis. Dico quod est militi, terga vertere in bello, ac in militia spirituali, honori, & gloriæ: quia fuga victoria comparatur. Vnde ille qui se fugæ commendat, & peccandi occasiones deserit, victoriæ palmam reportat, & sub capiti coronam imponit. Timidus autem qui fluxis voluptatibus, & deliciis nunciam remittere non audeat, facile vincitur, & in miseram seruitutem venit.

Re. G. I. V. Ille vates Dauid, cum in desertis montibus degebat, & montium in petebat concavas altitudines, ut Saulis furor em, & minas effugeret, innocentissimam transiebat vitam, cum aduersus Philisteos pugnabat, ut Der populum defenderet, nihil turpe commisisse legitur, & Israelitici populi virgines gloriam illi decantabant. Cum autem in regna versaretur, eo tempore quo solent reges ad bella procedere, turpissimum adulterium perpetravit. Cum inedia, & fame cruciabatur in montibus, & rogabat stipem, & aliquam sibi panis elemosynam, à Nabale Carmelo porrigi postulabat, castissimus erat, cum autem in cunia versatus est rebus omnibus affluens, adulter factus est. Tu autem qui non es ita diuina luce illustratus sicut Dauid, nec tantis Domini beneficiis cumularis, sed ignorans, infirmus, & peccator, arbitraris te posse consistere inter tot pericula, & inter Salamandras, inter carbones candentes, & estuantes ignis flammæ, sine villo detrimento perseverare? Es nerupis, quæ te pestatibus, & fluctibus iactata non commouetur? Nunquid fortitudo lapidum, fortitudo tauri, aut virtus ranae aena est? Sanctissimi viri occasionibus citè cœquanti prolabantur, & in medium lutum peruoluunt, te autem posse consistere arbitraris? Falleris mihi crede falleris. Qui in locis desertis degunt, inedia consumpti, macie torridi, vestem cilicinam, ad contunden-

cis

cis vestibus ornatus, in deliciis nutritus inter virginum choreas versatus consistere te posse arbitraris? Falleris mihi crede falleris. Inani quadam opinione deceptus, caue tibi, ne in turpissima scelerata prolabar, & tandem in sempiternos cruciatus detrudaris.

IN media vrbe (inquit Hieronymus) varie sunt illecebræ, quibus etiam, & rigidissimi molliuntur, & syreneo cantu ad naufragia pertrahuntur. Et desecit idem Hieronymus: O quoties in eremo constitutus, & in illa vasta solitudine, quæ exusta solis ardoribus horridum præstat monachis habitaculum, existimabam me Romanis interesse deliciis. Sedebam solus, horrebant sacco membra deformia, & squalida cutis signum Aetiopiæ carnis obduxerat. Quotidie gemitus, etsi quando me repugnante somnus imminens opprelisset nuda humo vix ossa hærentia collidebam. De cibis vero, & potu taceo, cum etiam languentes monachi ibi aqua frigida utantur, & coctum aliquid acciperent luxuria sit. Ille igitur ego qui ob gehennæ metum, tali me carcere damnaueram, scorpionum tantum focus, & ferarum, sæpe mente choreis intererem puellarum. Pallabant ora ieiuniis, & mens desiderii aestuabat in frigido corpore, etiam carne premortua, sola libidinum incendia bulliebant. Memini me clamantem, diem crebro iunxisse cum nocte, nec prius à pectoris cessasse verberibus, quam rediret (Domino increpante) tranquillitas. Quis non rapitur in maximam admirationem, hæc verba Hieronymi audiens? Sapientissimus erat ille, & sanctissimus vir in deserta solitudine, inter feras degebat, ieiuniis pene confectus, ut cutis ossibus hæsisse videretur, & tamen vix poterat corporis contumaciam obtundere, vix carnis illecebras reprimere. Tu autem deses, & ignauus, pinguedine obsessus, & renidens, in croceis nutritus, epulis deditus, luxui indulgens, deliciis, & voluptatibus affluens, Hieronymum referre vis? qui sæpe rapiebatur in astra, ut Angelorum choris interesset, tu ad demum cætus rapieris, ut eorum luctu planctu, & fletu perfruaris.

SE D. dicit aliquis, quid mihi faciendum est, qui rebus secularibus nuncium remittere non possum? Vxorem duxi liberos suscepi, familiam habeo quibus prospiciendum mihi est. In mundo versor, illum certaminis campum eligere non possum. In commodis est hic locus, sed velim nolim eligendus mihi est. Quid igitur faciam? Dicam, si non potes mundam deserere, ne in medio illius habitas, ne in eius aquas usque ad verticem capitis submergaris, quia

V 3 ex

Hieron. in
reg. mona.
cap. de pe-
riculo ha-
bit. in vrb.
Ibid. alio
sup. cap.

Iud. 8. nu.
5.

ex malis temper minimum deligendum est. Cum de prestantissima femina Iudith ageretur in sacris literis subditur. *In superioribus domus sue fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur, & habens super lumbos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vite sue, prater sabatha, & neomenias, & festa domus Israel.* Decipiuntur qui existimant, non posse aliquem in mundo versari, qui rebus secularibus non implicetur, & delicijs vacet. In medio civitatis vidua posita potest Iudith referre in Bethulia commorantem: & nuptas reginam Hester, & virgo Rebeccam in Mesopotamia, & paterfamilias Iob in Persia. Et Loth, in Sodoma. Inuenis Iosephum in Aegypto. Sacerdos Daniele in Babylonia. Ac denique Christianus homo, lilium inter spinas exprimere, & accensam, & inflammam tam faciem praeferre inter obscuras tenebras. Da igitur operam ut licet in mundo verferis, conuersatio tua in caelis sit. Et ut Diuus Hieronymus monet: Nitendum in summa, ut amputatis mundanis, conuersatio tendat ad caelum. Quod fiet si Iudi, si iocus, si conuiuia, si sermo mundanus deferatur. Amputatis igitur carnalibus desiderijs, sobrie, pie, & caste viuamus in hoc saeculo, ut cum ex illo migrauerimus, ad caelestem Hierusalem nobis aditus pateat, ad quam, &c.

D. Hiero.

Discursus secundus, in quo ostenditur, sub specie boni daemone homines tentare.

SI Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Ac si diceret, ratio non consonum non est, ut filius Dei fame pereat. Remedium igitur adhibeatur, & quia in hac deserta solitudine, nihil est praeter lapides, in panes conuertere illos: *Dic ut lapides isti panes fiant.* Id maximi periculi est in bello quod gerimus cum hoste humani generis, ille enim dat operam, ut tentationes boni specimen praefereant, & tamen latet anguis in herba, in causa est, quia ille decipere vult. Qui autem decipit, fraudem contegit, & sub specie boni capere conatur. Vnde venator viridem induit colorem, ne fugiant ferae, & piscator hamum esca obuoluit, ne illum pisces agnoscant, & aucups rere cooperit, ne volucres euolent & qui venenum propinant, illud saccharo condiunt, ut cum suauitate & dulcedine exhauriatur. Sic Iob inimicitias, sub amicitiae specie simulauit

similia.

lauit, & haeresi infecti lupinum animum ouis pelle obducunt. Sic templi sacerdotes, sub specie pietatis, ut scilicet Deo oblationes, & sacrificia fierent, prohibebant ne liberi parerent necessitatibus subuenirent; sic sacerdotes Baal deuorabant dona & munera Deo oblata & dictabant ab idolo cuncta deuorari. Sic Gabanonitae Iosue deciperunt, simulantes se peregre venisse. Sic Michol fefellit Saul, cum simulauit Dauidem in lecto iacere, erat tamen illius statua. Sic denique hostis noster cum animae laqueum tendit, illum contigit, & cooperit, ut non facile appareat quid illud sit, ita ut saepe peccatum virtutis speciem praefereat. Sicut dixit Aristoteles cum de mendatio ageret sunt mendata quae maiorem veritatis speciem habent, quam ipsa veritas. Hoc igitur stratagemate usus est ille hostis uaser, atque versutus vitium obiecit sub specie boni. Non est rationi consonum, ut inedia confectus occumbas, & *filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.* Sic nos miseris decipit hostis: principum & dynastae persuadet, ut sumptus personae, dignitati respondeant, ut domum habeat peramplam, epuletur splendide, feruorum frequentia stipatus procedat, abacum exornatum habeat auro, argenteoque celato. Ac denique in supellectili, vestibus, ludis, & oblationibus se principem magnificum ostendat. Si autem moneas, ut sumptibus modum imponat, quia non suppetunt illi pecuniae quas in pauperes etoget, neque feruorum stipendia soluuntur, sed magnum quotidie aes alienum contrahitur. Respondebit: non est rationi consonum, ut ille qui dignitate maximus est, perinde, ac homo priuatus se gerat, quia tenues sumptus tantae amplitudini non satis respondent. Vitium illi demon ostendit, sub specie boni, & falsa opinione deceptus, diuinas leges transgreditur, & conculcat: feroci autem, & qui facile ad iracundiam commouetur persuadet, ut quaerat ultionem, quia rationi consonum non est, ut alter impunitus discedat & ipse honoris & gloriae detrimentum patiat. Praecipit Dominus non solum, ut iniurias remittat, sed inimicum amore & beneuolentia complectatur, ille autem quaerit rationem & modum ut suas persequatur, iniurias & inimicitias, & usque ad interemptionem proximum insetetur. Haec hostis versutia est, qui sub honesto habitu latet. Honoris & gloriae avidum inducit, ut dignitates & magistratus quaerat, ut republicae utilitati, possit inferuire. Suadet auaro, ne in pauperes pecunias eroget, ne id in familiae suae detrimentum cedat. Candidato, ut penset quo pari competitori re-

2. Reg. 20
num. 9.

Matt. 7

n. 15

Matt. 15

4.

Dani. 14.

12

Iosu. 9. 6.

1. Reg. 19.

13.

Arist.

ferat. Ac deniq; ita versutus, & callidus Sathanas est, vt hominem suis versutis deceptum, ad sempiternos cruciatus, ducat, cum ille deceptus existimet se in celum recta tendere.

2. ad Cor. 11. n. 14. Ideo monet Apostolus dicens, *Sathanas transfiguratur se in Angelum lucis.* Cum horridi, & tetri aspectus sit, modum & rationem inuenit qua splendentem Angelum referat. Sunt quidem aliqui ita perditii, & scelerati, vt nō indigeant hac Dēmonis fallacia, ipsi enim manibus post terga reuinctis, vltro se illi offerunt, & sub illius ditionem, & tyrannidem veniunt. hi restim trahunt qua in infernū præcipitabuntur. Sed sunt alij qui nulla ratione diuinā legem transgredi volunt, hos decipere ille curat, sub specie boni, & ita regit deformitatem peccati, vt virtutis splendorem præferre videatur.

Genes. 3. num. 1. Hac ratione decipit Euam, Interrogauit enim, astutus coluber, cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno Paradisi? Ac si diceret cede rationem, rationibus enim veritas innotescet. Respondit Eva: *Ne forte moriamur. Nequaquam moriemini:* sub iungit ille huius rei cautionem, ego præstare possum; *Sed scit Deus quod, in quacunque die comederitis ex eo aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dij, scientes bonū, & malum.* Ne autem habeat ille Deos suæ felicitatis cōsortes id præcepit ex inuidia. Id ex eo proficiscitur, nō est rationi consonum, vt ei pareatis: comedite. Animaduertite Dēmonis impudentiam, in æquitate & iustitia constituere voluit in obedientiam illam apertam, quæ tantū stetit hominum generi vni uerso. Hac ratione decipit homines callidus serpens, & inducit, vt vetitum pomum decerpant, sub specie boni: quia scilicet ita decet, sic congruit rationi, & æquitati & dignitati vestræ.

Job. 2. num. 9. Hac ratione aggressus est sanctissimum virum Iob, ait enim vxor illius: *Ad huc tu permanes in simplicitate tua? Benedic Deo, & morere.* Ac si diceret, tu existimas Deum, cui cultum, & venerationem adhibes tibi propitium esse? Stultus profecto es, si id cogitas. Si Deus iste bonitate optimus est, cur te deserit, tot laboribus circumuentū in stercore constitutum? saniam, & vlcera testa radentem. Si ille tui curā haberet id non pateretur, non est rationi consonum, vt illi in seruias. *Benedic Deo & morere,* o impudentiam prædicandam, persuadet illi vt blasphemet, & proponit illi blasphemiam, sub specie honestatis. Quot, & quanti fuerunt homines qui cum laboribus premerentur hac ratione ab hoste petuntur, vt Deum desererent, & Ad Deos alienos confugerent, ad Deum Acherontis in quo nulla

salus

salus. Et id scelus immane persuadet ille sub specie boni.

S C R I B A S, & phariseos hac ratione adduxit, vt maximum omnium scelerum committerent, cum Dei filium innocentissimū morti damnarunt, & vt id fieret, sub religionis specie, consilium colligunt, & omnium consensu adhibito id agunt, vt flagitium illud detestandum, virtutis speciem, & pulchritudinem præferret. *Quid facimus (inquiunt) quia hic homo multa signa facit, & vniversus mundus vidit post illū. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem.* Maximum erat sacrilegium, & iaciebant tanquam fundamentum illius æquitatem. Rationi consonum est, vt remedium adhibeamus tanto malo, cōmune bonum priuato ante ponendum est. Homo iste tantum gratia valet apud plēbem, vt possit in rem publicam insurgere, & conflare exercitum. Romani autem infensi, & irati venient cum exercitu, & delebunt nomen nostrum, & gentem nostram, & omnia funditus euertent. Qui ad inuenit argumenta, vt id persuaderet, quid non machinabitur, vt id assequatur? Et tamen persuadet sub pietatis specie. Quot principes, & rei publicæ moderatores decipit hoc pacto? Qui priuatos homines iniuste opprimant, existimant autem, id expedire cōmuni bono. Si autem oculos intenderent, & id attentius considerarent, dēmonis versutiam, & calliditatem agnoscerent.

C V M Israelitæ Moysis moram minime paterentur, Aaron adeunt, dicentes: *surge, fac nobis Deos, qui nos præcedant, Moysi enim huic viro qui nos eduxit de terra Aegypti ignoramus quid acciderit.* Et ita persistenterunt, vt tandem Aaron victus eorū importunitate vitulum conflauerit, & detestado idololatriæ sceleri occasionem dederit. Sed perpendite argumentorum vim. Non est (inquiunt) rationi consonum, vt arduum hoc, & difficile iter faciamus sine duce, fac nobis Deos qui nos præcedant, & in terram promissam ducant. Moyses enim, & Deus ille, quem ille docet, nescimus vbi sint. Vt intelligamus, nullum esse flagitium, nullum scelus quod ille non obuoluat ratione, & æquitate, siue inobediētia Adami sit, siue vxoris Iobi blasphemia, siue phariseorum sacrilegiū, aut Israelitici populi idololatria.

I D voluit ostendere sanctissimus Iob, cum de hoste humani generis agens, sub nomine Behemoth, ait: *Cartilago illius quasi laminae ferreae.* Quid per cartilaginem (ait Gregorius) nisi simulatio eius accipitur? Cartilago enim ossis habet speciem, sed ossis non habet

X firmata

firmitatem. Et sunt nonnulla vitia, que ostendunt in se rectitudinis specie, sed ex prauitatis procedunt in firmitate. Hostis enim, nostri malitia, tanta se arte palliat, ut plerumque ante decepta mentis oculos, culpas virtutes fingat, ut inde quisque quasi expectet premia, vnde dignus est æterna inuenire tormenta. Plerumque in vlciscendis vitijs, crudelitas agitur, & iustitia putatur, atque immoderata ira iusti zeli meritum creditur. Plerumque dissoluta remissio, quasi mansuetudo, ac pietas habetur. Nonnunquam effusio misericordia creditur, nonnunquam tenacia parcitas putatur. Et cum graue sit vitium, non tribuere, virtus creditur accepta retinere. Sæpe malorum pertinacia constantia dicitur, & dum malus a prauitate sua flecti non patitur, quasi de recti defensione gloriatur. Sæpe enim inconstantia, quasi tractabilitas habetur, & in quo quisque fidem integram nulli seruat, in eo amicum se omnibus æstimat. Aliquando timor indebitus, humilitas creditur, & cum temporali formidine pressus quis ad defensionem veritatis tacet, arbitratur quod Christiana Dei ordinatione humilem se exhibeat. Aliquando vocis superbia, viri libertas æstimatur, & cum per elationem veritati contradicitur, loquendi procacitas, veritatis defensor putatur, plerumque pigritia, quasi continua quies attenditur. Et plerumque inquietudo spiritus, vigilans sollicitudo nominatur. Sæpe ad agenda præcipitatio, feruor creditur, & sæpe accelerandi boni tarditas, consilium putatur. Quia itaque error cum virtus creditur, difficilius emendatur, recte dicitur: *Cartilago eius, quasi lamina ferrea*. Hactenus Gregorius. Et id maxime notandum est difficilius scilicet esse his hostis veritatis abstinere, quam apertis insecutionibus. Nam cum peccati turpitudine se ipsam prodit, & manifestat, licet homo penditus sit, & sceleratus aliquando tamen medicinam adhibet. Cum autem recta est, & abdita sub specie honestatis mortiferum venenum est, difficillimum est remedium adhibere, & antidotum propinare, quia existimat homo recta se via duci, cum toto fortasse aberret cælo.

HAC ratione consulit nobis Diuus Ioannes, dicens: *Cherissimi* **1. Ioan. 4.** *nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint.* **num. 5.** *Omni* inquit spiritui, quia sicuti aurum non est, omne illud quod splendet sic spiritus non est, omne illud quod spiritus splendor emitit. Nec virtus, veritas, aut equitas, quod virtutis, veritatis, aut æquitatis, de corde præfert. Vnde probate ait, perpendite, præponderate, examine nate spiritus, & interrogate illos, qui vos docere possunt, & ab errore deducere.

ITA

ITA factum est à duce illo præstantissimo exercitus Domini Iosue, qui cum Angelum cerneret, qui euaginatū gladium veritatis manu, rogauit eum: *Noster est an aduersariorum?* Angelus erat ille, & quamuis singulari splendore circumfusus descenderet, vti decebat illum, noluit tamen Iosue illum excipere priusquam cognosceret, & exploraret, quisnam esset. Sic fieri oportet, ne nos Sathanas, seducat qui se inducis Angelum transfiguratur. Et ab eius insidijs liberi facilius erigratiam conseruare, & consequi beatitudinem sempiternam.

Iosue. 5.
num. 19.

CONCIO QUINTA.

Vnicus discursus, in quo agitur de præstantia
& excellentia filiorum Dei, quæ in cobibendis animi motibus, & media
toleranda ostenditur.

Thema. *Si filius Dei es, dic ut lapides isti, &c.*

Matth. 4.

AC si diceret, si filius Dei es, ostende potentiam tuam, subueni necessitati, quam pateris, & lapides in panes conuerte, vt appareat virtus filij Dei. Animaduertite qua in re Christo persuadere conabatur demon, vt se Dei filium esse ostenderet, ex hoc scilicet, vt lapides in panes conuerteret, & fami, quam patiebatur satisfaceret. Potius ostenderent filij Dei conditionem suam, cum famem tolerant, ieiuni sunt, & effrænatis cupiditatibus renunciant. Filij huius seculi studium, & propensionem suam ostendere conantur, in epulis, oblectamentis, & rerum omnium affluentia, terram, et mare sollicitant, & nihil intentatum relinquunt, & vt sibi liberius indulgeant, effrænatis cupiditatibus habenas laxant. Hic conuiuium parat opiparum, quamplurimos habet conuiuas, omnia euoluit, vt conquistissimis epulis eos excipiat, quo magnificentiam suam, & diuitiarum affluentiam ostendere conatur. Ille domus parietes peristromatis, & tapetibus conestit, abacum multo auro argentoque cæiato exornat, vt diues habeatur, alter iniurias silli illatas vlcisci parat, vt fortis & præstans habeatur.

habeatur. Illa fucatis genis, madentibus cincinniorū fimbrijs, calami strato capillo, ac noua vestium & redimiculorum inuentione exornata procedit, vt pulchra & speciosa habeatur. Hæc est filiorum huius sæculi gloria, in hoc gloriantur, & harum rerum laudem, & honorem expetunt vehementer.

Ister. 1.
num. 3.

Potentissimus Rex Afuerus, tertio anno regni sui fecit grande conuiuium cunctis principibus suis multo tempore, centum videlicet, & octoginta diebus, iussit septem diebus cibos preparari, in vestibulo horri, & nemoris quadregio cultu, & manu constitū erat, & pendebant ex omni parte tentoria arei coloris carbasini, ac Hyacintini sustentata funibus bysuis, atque purpureis, qui eburneis circulis inserti erant, & columnis marmoreis fulciebantur. lectuli quoque aurei & argente super pauimentū smaragdino & pario stratum lapido, dispositi erant, quod mira varietate pictura decorabat. Quis recensere poterit ferulorum abundantiam epularum varietatem, & suauissimi vini dulcedinem? sed quid tibi voluit apparatus ille? quid Rex ille, intentabat, vt ostenderet (ait sacra scriptura) diuitias gloria regni sui, ac magnitudinē, atque iactantiā potentie sue. Nō perpenditis in quo vult Afuerus ostendere potentia suā, in esu, & potu. Hæc est filiorum huius sæculi magnificentia, maiorem animi magnitudinem ostenderet Rex ille, si vnum duntaxat diem ieiunasset, quam ostendit in conuiuiū, quod ad centū octoginta dies protractum est.

Hiere. 4.
num. 22.

Sapientia autem & ingenij acumen ostendere eiusmodi homines conantur in turpitudine, in flagitijs, atque sceleribus, de quo Dominus conqueritur cum ait. *Stultus populus meus, me non cognouit, filij insipientes sunt, & vecordes sapientes sunt, vt faciant mala, bene autem facere nescierunt.* Vocat illos sapientes, & insipientes, quæ sibi videntur opponi, nam si sapientes sunt, quomodo insipientes? & si insipientes, quomodo sapientes? sapientes ad malum, & insipientes ad bonum. Horum stultorum infinitus est numerus, sciunt patrimonia profundere & obligurire censum, nesciunt tamen panis frustum in pauperes erogare sciunt cuncta quæ sibi apponuntur deuorare, & nesciunt vel vnum diem ieiunare, sciunt fericas induere vestes, & nesciunt cilicinam vestem corpori admouere. In contentionum legibus periti sunt & diuinarum legum incij peccare sciunt & penitere nesciunt, habeantur huiusmodi, & existimentur sapientes, in mūdi legibus & Alcoranio quantū voluerint: in Euāgelico tamen dictionario, stulti & insipientes nominantur quidquid sciunt in malos vsus conuertunt, vt faciant mala, neque potentes sunt

sunt nisi ad malum. Id Dominus graui quadam commotione exardens significauit, cum his verbis alloquitur Hierusalem: *Ecce loquitur Dominus, & fecisti mala, & posuisti verbum illud, & potuisti.* Grauiem Domini commotionem significat. Vnde sic exponit Diuus Hieronymus, pro verbis penitentiæ, verba superbiæ blasphemasti, implesti cogitationem tuam malam, & ostendisti contra Deum fortitudinem tuam. Id indicat verbum illud, & potuisti. Ad hoc conuertit potentiam suam, ad hoc viribus suis omnibus via est, ita Hieronymus. Perspice igitur, contra quem arma moueant impij, & potentiam suam ostendant, contra Deum, vt cupiditatibus inferuiant suis, & carnis desideria exequantur, ac diuinas, & humanas leges euertant. Ad malum omnia possunt. Potes integras noctes in ludo insomnes traducere, nec dolet caput. Et ne preces ad Deum fundas, & in noctis quiete, extollas manus tuas in sancta, capite laboras? Inimicum vsque ad interneconem persecutus es: & potuisti. Vt autem illi iniurias remitteres, non potuisti. Animus (inquis) ad missæ in se iniuriæ memor, vltionis quæ cupidus, ponere indignationem reconciliari quæ non potest, imo non vult rectius dixisses: facilius enim est iniurias deponere, quam vindictam sumere: cū non de crumena, sed de corde condonandum sit? Omnes tuas exples cupiditates, & potes, & vni obsistere non potes? Potuisti pecunias dissipare, & in malos vsus conuere, & pauperis necessitati subuenire non potuisti? Epularis quotidie splendide, & potuisti. Imponitur tibi præceptum vt à cibis abstineas, & non potuisti. Misit Dominus vocare inuitatum ad cēnam, & respondet, non possum venire. Mundus autem parat epulas, vocat inuitatos, tunc tu potes venire. Hi sunt potentes quidem à sæculo viri famosi, qui possunt malum facere, bonum autem efficere nō possunt. Hi sunt qui gloriatur cum malefecerint, ac si egregium aliquod opus perfecissent, & dicunt possumus sic autem illos obiurgare nos possumus. *Quid gloriaris in malitia, qui potes es, in iniquitate.* Vt tibi miser, sic sapiens, sic potens. *Va* (ait Dominus) *qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismet ipsis prudentes. Va qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem.* Hæc à nobis Deus sapientiam & potentiam auertat. Huiusmodi enim sapientes cum æternis addicantur supplicijs, sæpe repetito sermone, vsurpabunt. *Ergo errauimus.* Et huiusmodi potentes, potenter tormenta patientur.

Luc. 13.
nu. 20.

Esa. 5.
no. 20.

A T filius Dei, vt suæ diuinæ naturæ effigiem ostendat, & vt
X 3 potentiam

potentiam ostendet, noluit lapides in panem conuètere, sed ostendit animi magnitudinem, & præstantiam quia sui curam remittit & diuine se prouidentia committit, cum ieiunus est, in ediam tolerat, quam facile posset a se auertere. Exissimabat Sathanas Christum virtutis filij Dei manifestaturum, si verbo lapides in panes conuerteret. Christus autem id ostendit, cum opus illud miraculosum edere non vult, sed in suo ieiunio persistere. Præstantius et excellentius facinus est, ait Chrysostomus, Dei amore incensum, ieiunare quam miracula edere.

D. Chryf.

B. C. C. E tibi qualiter inter se differant filij Dei, & filij huius mundi: vocatur magnus in mundo, qui splendidae habet mensas, & conuiuia opipara, & lauta, qui vero ieiunijs corpus maceratur, licet fame & inedia crucietur, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Ostendat Assuerus potentiam regni sui, in ministrandis botis exquisitissimis epulis & principibus reficiendis; Christus autem ostendere id vult in ieiunijs perferendis, quibus nos ad tolerantiam famem inuitet, & qui se Dei filios esse gloriantur, hac ratione gloriarum oportet, ut ostendit diuus Paulus cum ait: *Qui sunt Christi carnei suam crucifixerunt, cum vitis, & concupiscentijs suis crucifixerunt* ait. *Qui crucifixus est, nec pedem, nec manum mouere potest, sic iusti carnis appetitus coercent, ut si fieri posset nec commoueantur.* Spiritum autem liberum, & expeditum habent: secus mundani homines, spiritum vinculis constringunt, corpus autem dissolunt, & expediunt, ut libere vagetur quacunq; voluerit. Vnde sicut hic cum Assuero in epulis, & conuiujs, in oblectamentis, & voluptatibus gloriantur, sic iusti in laboribus, & ærumnis, in ieiunijs, & calamitatibus. *Si gloriarum oportet* (inquit diuus Paulus) *quæ infirmitas mea est, suum gloriarum, in labore scilicet, in ardu, in vigilijs multis, & fame existi, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate.* Tu sub umbra platani requiescis, & in hoc gloriaris. Paulus autem in labore & ærumna. Tu in strato lecto, & subacto, & in aurato; ad multam diem producis somnum, & in hoc gloriaris. Diuus Paulus in vigilijs multis. Tu in opiparis conuiujs, in præciosissimis vitis. Paulus in fame, & siti & ieiunijs multis. Tu in vestibus, quibus a temporis in clementijs corpus defendis, Paulus autem in frigore, & nuditate. Sic gloriarum oportet. *Nam qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitis, & concupiscentijs suis, & in cruce Domini nostri Iesu Christi gloriantur.*

7. Corin.
11. n. 27.

gloriantur. *Qui secundum carnem sunt* (ait Apostolus) *quæ carnis sunt sapient. Qui vero secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus sentiunt.* Sed id eiusdem Apostoli exemplo consideremus?

Rom. 8. n.

5.

E. G. O didici, (inquit) in quibus sum sufficiens esse scio, & humiliari scio, & abundare, & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati, didici (inquit) in quibus sum sufficiens esse. Diuus Chrysostomus legit, contentus esse, & quærit, qui modus scientiæ erat hic Diui Pauli, sciebat enim esurire, & satiari, abundare & penuriam pati. Scire modum, & ratione perferendi labores, filiorum Dei virtutem manifestat, scire autem quo pacto diuitiæ comparantur, & rerum omnium affluentia alienum esse videtur a filijs Dei. Respondet idem Chrysostomus: *Maximam quid esse, vtraque scientia exornari.* Sic enim ait: angustia est paupertas, & ad multa mala facienda allicit. Ita & abundantia, multi enim in abundantia negligentiores facti sunt, at Paulus non ita: non diffundebatur, neque gaudebat super abundantia sua: nam quæ accipiebat, in alios infumebat, & æquo animo erat, siue in penuria, siue in abundantia. Neque ex pecunia repressus, neque ex abundantia relaxatus. Multi etiam saturari nesciunt, ut Israelitæ qui comedebant, & recalitrabant, sed Paulus in eadem modo stia, & constantia manet. Hæc erat huius Apostoli scientia, & sapientia, in rebus prosperis temperatus; in aduersis patiens; in honoribus submissus, in ignominijs integer, in affluentia parcus, in penuria liberalis. Huius scientiæ peritissimus erat Diuus Paulus, & in hac scientia gloriatur, non in alijs scientiis, non in eloquentia; non in virtute edendi miracula, non in potentia conuertendi lapides in panem, sed quia sciebat labores perpeti, appetitus reprimere, carnis cupiditates coercere, in ediam pati, hæc (inquã) erat illius gloria.

Ad Phil. 4.
num. 12.

D. Chryf.

N. O. N iudicauit (ait ad Corinthios) *me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & huc crucifixum.* Exponit Hieronymus non sum gloriatus in aliquo, nisi in Christo. Hæc erat sapientia Pauli agnoscere Christum crucifixum, diligere Christum crucifixum, obedire Christo crucifixo, & vbiq; inferuire Christo crucifixo. Sciebat enim ille dictum esse à Christo: *In hoc gloriatur, qui gloriatur. Scire & nosse me.* Tu gloriaris, quia vrbatus es, & de titulis, & insignibus multa nosti, honoris gradus perpendis, &c. Diuus Paulus hæc

I. Cor. 2.
num. 2.

D. Hier.

hæc omnia ignorat, & vnum se scire gloriatur, scilicet Iesum Christum, & hunc crucifixum. Hæc scientia filiorum Dei est, hæc gloria, & gloriatio.

POTENTIAM hietiam ostendunt in laboribus perferendis, vnde subdit Diuus Paulus: *Omnia possum in eo qui me confortat.* Tacite obiectioni respondet. Posset enim quis obijcere, quanquam scias penuriam pati, illam tamen sustinere non poteris, quia grauis est: *omnia possum* (respondet ille) *in eo qui me confortat.* Diuino enim auxilio munitus veluti omnipotens redditur homo. Sic, qui omnia potest, sæpe verberibus cæsus est, in vincula coniectus, catenis cõstrictus, ac tandẽ capite multatus, & obtruncatus, & hæc æquo animo pertulit: quia omnia (inquit) possum in eo qui me confortat: & hæc est potentia filiorum Dei.

DIXIT aliquando Dauid: *O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethlehem.* Tunc irruerunt tres fortes milites castra Philistinorum, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehẽ, & attulerunt ad Dauid, & ille noluit bibere, sed libabit eam Domino quam siti cruciatur. Aquæ Poculum exhaustum noluit, sed cupiditatem repressit, & aquam, quæ tanti steterat fortissimis illis ducibus obtulit Deo. Sed rogare placet, quod fuit præstantius, & egregius facinus, quod tres illi valentissimi duces ediderunt, cū in mediam Philistinorum aciem impetum facientes, illis inuitis, & repugnantibus, aquam hauserunt de cisterna Bethlehem, vt Dauidis cupiditati satisfacere: aut quod fecit ipse Dauid, cum aquam bibere recusauit, & bibendi appetitum coercuit? Respondebit fortasse aliquis militarium legum peritus, facinus fortissimorum militum, facinori Dauidis anteponendum esse, quia illi caput in vitæ discrimen obiecerunt, Dauid autem sine vllõ capitis periculo bibendi auiditatem repressit, sed si rem attentius consideremus, & secundum diuinas leges perpendamus, magnitudo animi Dauidis præferenda est. Quia fortior est qui se, quàm qui fortissima vincit mania.

SIC ergo filij Dei, & se, & alia superare possunt, quia omnia possunt, solum ad euertendas diuinas leges, illis vires non suppetunt. Animum Iosephi pulcherrimi adolescentis, versabat in omnes partes procacissima fœmina. At ille respondit: *Quomodo possum hoc malum facere, & peccare in Dominum meum.* Non dixit nolo id mali facere, sed non possum, non mihi suppetunt vires, reliquæ omnia possunt. Potuit ieiunare, potuit vincula pati, peccare non posse se dicit.

cit, id ipsum ostendit Diuus Ioannes cum ait: *Omnia qui natus est ex Deo peccatum non facit: quoniam semetipsum in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij Diaboli.* Non aufert Di. Ioannes libertatẽ, sed ostendit difficultatem: adeo enim difficile videtur illis peccatum committere, vt penẽ impossibile videatur, & in hoc manifesti sunt, filij Dei & filij Diaboli. Quia hi proni sunt ad malum, illi autem ad bonum propensi. Hi arte, & scientia, & potentia vtuntur, vt peccata exequantur, illi vero vt bonis se operibus exerceant, & sibi animos faciunt, vt illa exequantur, vt cum Paulo dicere possint: *omnia possum in eo qui me confortat.*

HÆC sunt præclara opera filiorum Dei, hæc patientia, qua exornantur, hæc potentia, qua præstant. Quibus si opera filiorum huius sæculi, si sapientia & potentia eorum conferantur, si cum illis in certamen, contentionemquẽ venerint, facili quidem negotio victa, superataque discedent, hæc enim humilia sunt & nullius momenti. Male igitur hostis in procurando victum, in conuertendo lapides in panes ad vescendum filiorum, Dei examen constituit. Tu ergo mortificationes odis & castigatione carnis filiũ Dei te esse probabis?

Discursus secundus, in quo ostenditur, quibus armis quis se instructus ad pugnam cum hoste procedere debeat.

Them. *Scriptum est enim non tentabis. &c.*

PERINDE est ac si diceret, nolo tuis verbis assentiri. Hunc enim vincendi modum esse, in præcedenti discursu satis ostendimus. Sed dicit aliquis, difficillimum esse hoc nuncium remittere hosti, quia ita callidus, & vafer est, tot machinas admouet ad oppugnandum hominem, vt quauis arbitrij libertatem nõ tollat, illum in tantas angustias adducat, vt hominem pene cogere videatur: ita enim allicit, vt difficillimum sit negare quod petit. Mihi profecto sumus homines: quis enim crederet ad pugnam, in qua de totius hominis salute, & incolumitate agitur, exercẽdam cuiusquẽ

que victoria ex ipsius hominis voluntate diuina ope fulta penderet, modo dicit opus esse ut velimus vel nolimus, sed arma quibus homo se ipsum munit necessaria sunt, ad Apostolum confugiamus, qui hæc nobis arma abunde suppeditabit.

ACCIPITE inquit *armaturam Dei, ut possitis resistere in die male.* Diem malum vocat illum in quo homo oppugnatur ab hoste, ut in aliquod peccatum lethale prolabatur, quia nullum malum maius peccato. Vnde qui peccatum admittit, in diem malum incidit qui autem illi resistit, æterno & felicissimo die perfruetur. Quibus igitur armis instruemur? non ferreis, sed spiritualibus, *Arma militia nostra spiritualia sunt, accipite ergo armaturam Dei.* Præclara armorum inscriptio, nam si Dei arma sunt, strenua erunt, sed sigillatim horum armorum qualitatem consideremus.

Ad Ephes.
II. 14.

STAT E (inquit) *succincti lumbos vestros in veritate in omnibus firmos scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi igne extinguere, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus quod est verbum Dei per omnem orationem & obsecrationem orantes in omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes, &c.* Sex armorum partes commemorat hic Apostolus quibus totus homo a planta pedis usque ad verticem capitis instructus procedat.

PRIMVM sumite balteum militare quo stetis succincti lumbos in veritate. Quia non potest in hoc bello strenue pugnare qui præcinctus non fuerit. Sunt enim aliqui qui militare volunt sub hoc vexillo, & simul libere vagari, nullis ieiunijs, nullis laboribus constricti. Id autem fieri non potest, quia ad comparandam victoriam, lumbos, præcingere opus est. In militia corporali, corpus alere, & cibis reficere necessarium est, ut virtute, & robore dissimili præstent milites. At in bello spirituali omnia hæc corpori subtrahenda sunt, ut reficiatur, & roboretur spiritus, ne caro ferocitate exulteret, & concupiscat aduersus spiritum, ne corpus quod corrumpitur aggrauet animam, & terrena inhabitatio deprimat sensum multa cogitantem.

VT Christus Dominus doceret quæ ratione balteum militare induere deberemus, in desertam solitudinem discessit, ibique dies, ac noctes in summa rerum omnium paupertate traduxit, sine domo, sine lecto, sine tecto, præces fundebat ad Patrem ieiunijs corpus sacrosanctum macerabat, sine his poterat Christus aduersarium superare, voluit tamen homines docere, & instruere, quæ ratione se ipsos præcingere debeant. Ex hac Christi schola sancti

&

& perfecti viri doctissimi euaserunt, & omnia illis necessaria fuerunt. Versabatur Diuus Hieronymus in solitudine inedia penè confectus, nec tamen poterat, (ut vehementer exoptabat) corporis contumaciam contundere, sed passim cogitationes pululabant. Et arbitraris tu in florentissimis urbibus deges, bysso, & purpura indutus, delicijs affluens, cogitationes sanctas, sub pectore byso tecto, posse versari? Diuus Hilarion vix pane & aqua victitabat ad pondus, & tamen quotidie cum corpore contendebat, & vis tu bellarijs, & præciosissimis vinis vel pastus & potatus in summa pace & tranquillitate spiritus vitam traducere? Castigabat corpus suum, & in seruitutem redigebat Diuus Paulus, & tamen clamabat: *In falix homo quis me liberabit de corpore mortis huius.* & tu in delicijs nutritus arbitraris futurum, ut victor euadas.

POTERVNT homines dicere, omnes fame & siti corpus maceramus, & militare istum balteum induimus. Vtinam ita sit! multi enim sunt qui occasiones quærunt, ut a ieiunandi consuetudine recedat, & se ipsos abducant. Infirmis viribus (inquit alius) vtor, debilis stomacho sum, capite laboro, medicus potestatem mihi facit vescendi carnibus. Tibi consule, ne aliquo errore ducaris, apud te considera, an ita carnis petulantiam compreferis, ut secure & sine vlla formidine possis carni carnem in quadragesima cedere, & ab vniuersali ieiunij præcepto liberam & immunem reddere.

ALII sunt qui ieiunii leges minime transgrediuntur, cum tantum semel vnoquoque die, & piscibus & ouis vescantur, adeo tamen lautis, & conquisitis vtuntur cibis, ut non solum corpus non macerent, sed potius illud recreent. Vnde licet præceptum adimpleant, eius tamen finem non assequuntur: Cum corporis ferocitatem, & procaciam non coerceant. Ideo ait Diuus Paulus, *succincti lumbos vestros in veritate*, zona enim necessaria est, quæ vere comprimat, corpus, & carnem affligat, ne nimio luxu affluens dissoluatur.

POST balteum præcipit Apostolus ut scutum amplectamur. *In omnibus*, (inquit) *sumetes scutum fidei.* Fide enim opus est ut in Deo fiducia nostrâ collochemus, & a nobismetipsis diffidamus. Multi in hoc bello luculentas plagas accipiunt, quia non proteguntur hoc scuto si viribus tuis diffides, non te periculis obiciet, in quibus animi salus periclitatur, sunt enim aliqui, qui falsa quadam securitate decepti nihil reformidant. Ne oculos ad virginem adicias,

nc

ne media ad illam via incedas, ne cursites. Nihil mali est, respondet ille, quia nihil timet. Gaudeo enim (inquit) & Deum laudo cum feminarum pulchritudinem intueor, nec periculum mihi est, quia pravis cogitationibus resisto. Homo, vae tibi, in magno periculo, occumbes aliquando, graui affectus vulnere. Si collimatus quis sagitta eburnea, cui aurea esset cuspis, arcum intentum cerneret, & sagittae pulchritudinem, ac si securus esset cõtueretur. Stultus profecto esset habendus, & existimandus. Melius profecto esset fuga salutem querere, quam pulchritudinem intueri. Caue tibi ne excutiat, nam ea transfuerberatus occumbes. Pulchritudo illa quam in femina contemplanis, sagitta est quae tendit in cor, parum tua interest, nihil tibi conducit, quod aurea vel eburnea sit, si tibi mortem parat. Pulchritudo virginis speciosae, quae oculos tuos retinet, & animum oblectat sagitta est, quae in tuum cor dirigitur: *Auerte faciem tuam a muliere compta, & ne circumspicias speciem alienam. Propter speciem mulieris multi perierunt* (ait Spiritus sanctus) Si igitur multi perierunt, rationi consonum est, vt aliorum periculo respicias: nec tantum tibi arroges, & praesumas. Nam Deus in penam debitam huius sceleris, casum, & ruinam permittere solet, vt homo infirmitatem suam experimento agnoscat, & cautior reddatur. Si autem hostibus, & oppugnationibus circumuetus es, ne animo cadas. Sed spem omnem in Deo colloca, & his verbis ad illum conuertere: *Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina, Domine vim patior, responde pro me.* Deus autem mittet tibi auxilium de sancto, & de Sion tuebitur te: *Nam qui habitas in adiutorio altissimi, in protectione Dei cali commorabitur: quoniam in me sperauit* (ait Dominus) *liberabo eum, protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.* Optimum ergo scutum est, spem in Domino collocare. Sed iam ad galeam deueniamus.

G A L E A M salutis assumite, nouum certe Galeae genus. Non ait galeam ferream, aut eream, sed salutis. Indicat assidua cogitatione versandum, in hac re de sempiterna hominis salute agi. In militia corporali regis vrbs, oppidum, aut regnum in discrimen vertitur, quae omnia ad regem qui milites armat, pertinere solent. Ad illum spectat utilitas vel damnum militiae. At ex spiritali bello, quid Deo accrescit, aut decrescit. *Si peccaueris* (ait Eliu amicus Iob) *quid nocet ei, & si iuste egeris, quid donabis ei?* Si demoni, qui consensum extorquere conatur, assentis, tibi nocet, tibi mortem infert, si autem resistis, & victoriae palmam portas, tibi salutem, gloriam, & honorem

Simile

Ecc. 9. n.

3.

Psal. 90.

Iob. 3. n.

6.

rem comparas. Hac igitur cogitatione armamini, haec galea salutis sit. In hoc bello de mea salute, & felicitate agitur.

S E D videamus, quem apprehendemus ensem, quo ferro inimicorum impetum propulsabimus? *Gladium* (inquit) *spiritus quod est verbum Dei.* Hoc vtitur gladio Christus Dominus in ea pugna quam iniit cum hoste, ter illum diabolus oppugnauit, & ter illi obstitit verbo Dei, & sacrae scripturae testimonijs. Te hostis ad crapulam, & ebrietatem commouet. Respondere debes, scriptum est: *Attendite ne grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate.* Superbis, & elationis cogitationes obrepunt. Statim occurrere debes sacrae scripturae verbis: *Qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.* Si autem opes, & diuitias, gloriam, & honorem ostentat, vt harum rerum desiderio capiaris, obijcere debes. Scriptum est: *Noli quærere ab homine ducatum, neque à rege cathedram honoris, &c.* *Beati pauperes spiritu.* Gladius prestans vtrunque acutus, verbum Dei est.

I D vtilitatis afferunt conciones, quae habentur in templis: in illis enim suppeditantur arma, quibus instructi milites omnia aduersariorum tela propulsare possint. Vnde nollet hostis vt haberentur conciones, vellet enim eas amouere, sicuti Philistaei ferrarias officinas exterminarunt a populo Israel, ne conflarent Hebraei aduersus illos gladios, nec cuspides acueret. Cum autem conciones amouere non possit, dat operam, ne illis homines interficiant. Cum autem videas quantum tua interfici huiusmodi armis instrui, *sumite gladium spiritus, quod est verbum Dei,* & in animum inducite quiduis vos perpeti debere, priusquam peccatum aliquod admittatis. His enim armis instructus, aduersus omnes daemonum cateruas pugnare poteris, & victoriae palmam reportabis, & gloriae apud te appareant. Certa vt bonus miles Christi, & diuino auxilio munitus, victor euades. Vincentique dabitur manna absconditum, gratiae in hac vita, in alia vero corona gloriae sempiternae. Ad quam, &c.

Luc. 21.

num. 34.

Luc. 14.

num. 11.

Ecc. 7. n.

4.

Matth. 5.

I. Reg. 19.

num. 19.

Simile

Y 3

CONCIO

CONCIO SEXTA.

Discursus primus, in quo agitur de truculento bello quod nobis demones inferunt.

Thema: *Accedens tentator, &c. Matth. 4.*

DŌEMON iste non appellabatur aliqua peculiari appellatione? Quod nomen erat illi? Cur illum Euangelista tentatorē appellat, dicens: *accedens tentator?* Quia ita proprium, & peculiare illi est bellum inferre, & homines ad peccatum sollicitare, vt peculiari quadam ratione tentator appelletur. Nam cum quis in arte aliqua excellit, ab illa desumit nomen. Vnde Marcum Tulium per antonomasiam, oratorem appellare solemus. Nam licet alij essent oratores, & rethores minime contemnendi, ille tamen in hac arte, mirum in modum excelluit. Eandem ob causam Aristoteles, Philosophus appellatur, & Virgilius Poeta. Hic dæmon, tentator appellatur, quanquam multi sunt inter homines, qui hoc munere funguntur, quia ille inter omnes hac in re præstantissimus est, & cæteros omnes facile superat.

ET qui voluerit agnoscere, quanta sit illius præstantia, in bello hoc spirituali quod gerimus, quamque acerrime nos tēter, & impugnet, attente consideret verba illa Iob: *Militia est vita hominis sit per terram.* Cur illam militiam absolute vocat. Si nouerimus cur absolute vocet Iob militiam vitam nostram, intelligemus etiam cur Euangelista absolute appellet diabolus tentatorem. Cur ergo vita nostra militia nuncupatur? Nonne bella geruntur in Africa, Asia, Europa, & in vniuerso terrarum orbe. De quo ergo loquitur bello Iob. Loquitur, vt ait Diuus Hieronymus, & Diuus Gregorius de bello spirituali, quod nobis inferunt dæmones. Cur ergo nō ait Iob, militia est vita hominis aduersus dæmones? Sed militia est vita hominis? Quia alia bella si cum hoc comparentur, belli nomine appellari non possunt, sed quædam bellorum adumbrationes. Hoc autem maximum, & truculentum bellum est, quod per antonomasiam, militia dicitur. Ab hoc enim bello reliqua differunt,

runt, sicut pictura & veritas. Obijcitur enim aliquando aspectui, pictoris egregij tabula in qua duo exercitus splendentibus armis instructi congregiuntur. Procedunt equi acerrimi, ferocitate exultantes, & leuis armaturæ milites subsequuntur, omnibus armis expediti. Hos insequuntur hastati milites apparent alij strictis mucronibus, iam manus conferunt, iam hastilia crispant, iam gladios versant cruore manantes. Truncantur homines manibus, & pedibus, nudantur capita, punctim feriuntur, pilis transuerberantur. Hic pugione cōfossus occumbit, ille in frustra discerptus, extremū spiritum exhalat, alius tormenti bellici explosione comminutus disparet. Hi equorum ferocitate calcantur, illi pilis icti ruunt. Cruor profunditur quo vniuersus cāpus irrigatur, & madet. Apectus ille terrorem, & formidinem videtur incutere, sed statim sedatur animus, quia pictura est, & non veritas, vulnera picta, cadauera picta, cruor pictus, & bellum denique pictum: huiusmodi est corporale bellum quod geritur aduersus homines, si cum bello spirituali, quod cum dæmone gerimus conferatur, bellum pictum cum bello vero collatum.

PRIMO enim bellum quod geritur cum hominibus inter æquales versatur, homines pugnant aduersus homines. At in hoc bello spirituali: *Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinē, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarū harum, contra spiritualia, nequitia in cælestibus.* Aduertite quibus nominibus, explicet Apostolus hostium naturam, & ferocitatem: *Non est nobis* (inquit) *colluctatio aduersus carnem, & sanguinem.* Hoc est, non cum hominibus bellū gerimus, sed cū illis qui natura Angeli sunt & malitia dæmones: *aduersus principes & potestates.* Hoc est aduersus strenuos milites, qui viribus & potentia præstant. *Non est potestas super terram* (ait Iob) *qua comparetur ei, qui factus est, vt nullum timeret.* Nulli sunt ita fortes, & strenui, vt cum illo conferri possint. Nec Hercules, nec Sāones, nec gigantes valentissimi. Audaces timidi sunt, gigātes, Pigmæi, & homūculi. Hinc oritur illud quod subdit Iob: *Factus est vt nullum timeret,* omnes inuadit, Antonium, Paulum eremitam, & Paulum Apostolum. Sed quid mirum, cum hodie aggrediatur bellum aduersus Christū Dominum, & illum inuadat, quem filium Dei esse arbitratur: *si filius Dei es, dic ve lapides isti panes fiant.* O dæmonis audaciam admirandam! Si arbitraris esse filiū Dei, quomodo non vereris illū inuadere? Cur nō times, ne te in nihilū redigat, aut aliis grauioribus supplicijs addicat?

Simile.

Eph. 6. 12.

Iob. 41. num. 24.

Factus

Factus est ut nullum timeret. Etsi illum nō timeret, quē timebit? Ad cuius pauebit aspectum? Ait deinde Paulus: Contra spiritualia nequitia in celestibus. Ut dæmonum solertia, & calliditas ostendatur. Quæ ex parte spiritus Angelici sunt, mentis acumine præstant, sed quæ ex parte Dæmones sunt, animi obstinatione laborant.

OMNES præterea armis strenuè utuntur. Nullus inter illos tyro est, sed omnes sunt milites veterani. Iam sex millia annorum curricula deuoluuntur, à quo nomen militiæ dederunt. Omni stragematum genere utuntur, insignes victorias à præstantissimis, Christiani exercitus ducibus reportarunt. Vnde paucissimi sunt, qui illorum manus effugiant. Tanta insuper est dæmonum caterua, ut si Theologis fides adhibenda est, singulos homines, centum dæmones, & eo plures insequantur. Non ergo desiderantur hostes, si unicuique homini centum sunt, cum vnus sufficeret, ut ceterum hominibus negocium facerent. Si ergo ad hostes respicias, quid poterunt omnia bella, cum hoc spirituali bello conferri. Hostes depicti sunt omnes, si cum his spiritualibus conferantur.

ARMA etiam, quibus pugnant horribilia sunt, quia cerni non possunt, nec præcaueri, sicut hominum arma præcauentur. Nam cū primum hostis ensem strictum cernimus, aut nostrū euaginamus, aut in tutum locum confugimus: at in bello spirituali, prius vulnus patimur, quam hostis mucronem videamus, prius animus cuspide transuerberatus occumbit, quam hastam coniectam intuemur.

VVLNERA etiam in hoc bello spirituali periculossissima sunt, quia nullo corporis sensu percipiuntur: vnde accidit sæpe, ut quis luculentam peccati lethalis plagam accipiat, & ridens dicat, quod dici prohibet Spiritus sanctus: *Peccavi, & quid mihi accidit triste? Mortiferum vulnus est, & nihil mali sentis? Id maximum malum est, nam si malum agnosceres, medicinam querereres, quæ te ad pristinam valetudinem restitueret. Cum quis excipit in capite vulnus aliquod, dolor inde proueniens, & sanguis ad oculos fluēs & timor qui ex his oritur mortis, vulneratum commouent, ut remedia curet adhibere. At in hoc bello spirituali, cum sæpe vulnus voluptatibus misceatur, nec dolet vulneratus, nec sanguinem intuetur, vnde nec remedium quærit. O plaga timoris plena, ô vere lethale vulnus, ô militia periculosa.*

SED magis adhuc explicemus hoc genus armorum, quo dimicant aduersarij nostri, & maximum periculum, in quo versamur, agnoscamus

agnoscamus. Illorum arma apparimus. & cupiditates nostræ sunt, vel ut melius loquamur, cupiditatum expletio, cum iuciter morem gerimus. Non dimicant ferro, quod corpus vulnerat, sed offerunt homini ea, quibus corpus oblectatur. Illi, qui diuitiis inhiant, rerum omnium affluentiam offert, qui honori studet gloriam, & honorem, iracundo vindictam. Qui sibi indulgere conatur, corporis oblectamenta, & carnis illecebras ob mentis oculos proponit. Quibus omnibus capiuntur ea ratione, qua pisces hamo comprehenduntur. Quis vidit vnquam tale genus armorum? quis resistet ictibus, quibus suis cupiditatibus satisfacit? Quis obsistet vulneribus, quæ ardentem exoptat, & quæ non solum dolorem nō incutiunt, sed maxima demulcent voluptate? Periculossimum bellum illud est, in quo hostis demulcendo percutit, & fouendo interficit, altera manu caput demulcet, altera maxillam ferit. Et parietes depingens concutit fundamenta, ut de quodam inimico dixit Gregorius Nazianzenus.

SI autem locum, in quo bellū geritur perpenderit, inuenimus vnuersum mundum esse. Nullus locus immunis, & securus est, omnia sunt doli, & periculi plena. Incertamine, quod geritur inter duos extra causam, quæ contentioni designatur, omnia secura sunt. Et turpe prodicionis genus esset extra locum disceptationi designatum, inimicum inuadere. In bello autem spirituali, nulla seruat lex: quocumque in loco inimicus hominem aggreditur, & gaudet vehementer, cum illum incautum offendit. Vnde nec intra domesticos parietes securus est, nec in media via: in foro, in templo, in vrbe, in solitudine hostis vbique adest: *& circuit tanquā leorugiens, quarens que n deuolet.* Mare traicit, terræ tractus peragrat. Nec Eua in paradiso secura est, nec anachorita in desertis locis, nec monachus in choro, nec sacerdos in altari. Quia in omnibus locis inuadit hominem bellua hæc immanis: quia vnuerfus terrarum orbis locus certaminis est.

TEMPVS etiam certamini assignatum, bellum difficillimū reddit: integro enim vitæ tempore bellum geritur. In corporali militia non semper pugnandum est: *Tempus enim belli, & tempus pacis* (ait Ecclesiastes) At in bello spirituali sicut nullus est tutus locus, sic nec tempus aliquod paci cōceditur, & quieti, semper & vbique micandum est. Siue otio, & quiete perfruaris, siue variis occupationibus circumuentus, & distractus sis, siue rebus secularibus implicatus, siue diuinis deditus, dum missæ astas, dum cū homi-

*Gre. Naz.
epist. 28.
inter epis.
Basil.*

Simile.

Z nibus

nibus colloqueris, idcirco periculis, dum recitat orationis, & dicit, usque patris, aut intra priuereonarios concludens, ut te affligas, & torques. Nullum denique, tempus bello vacat, nullum tempus induciarum est. Id indicauit Iob, dicens: *Militia est vita hominis*. Non enim dixit in vita hominis bella contingere: ut aduertit D. Gregorius, sed vitam hominis militiam esse. Et ut alia littera habet: *Tentatio est vita hominis super terram*. Quia scilicet nunquam hostis a bello defuit, semper tentat. Unde vniuersa hominis vita, militia, & tentatio est. Eandem ob causam, Christiana res publica, Ecclesia militans appellatur. Secus beatorum cætus, Ecclesia triumphans dicitur. Nam sicut qui in illa triumphant, perpetua pace, & tranquillitate perfruuntur. Sic qui in hac militant, cõtinuis bellis exercentur. Nunquam licet arma deponere, nullus quieti locus conceditur. Licet quis ad perfectionem ascenderit, & Samsonem viribus antecellat, semper illud auribus resonans audit: *Philistim super te Samson*. Res valde periculosa, quia nec locus, nec tempus periculis vacat, nec vllus est, qui acerrimi huius hostis manus valeat declinare.

A V G E T autem, euentus huius belli formidinem, quia non de paleis, sed de totius hominis salute agitur. In alijs bellis de honore, de diuitiis, de possessionibus, aut de regnis agitur. Ob hoc dimicant, & contendunt homines: Quis scilicet hanc obtinebit hereditatem, quis illam? quis hac vel illa gloria, & honore perfruetur? At in spiritali bello, salus animi, & corporis in discrimine vertitur. Id Diuus Petrus indicauit, cum sibi illud ut egregius pastor edidit, quibus suis dicens: *Sobrii estote, & vigilate, quia aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret*. Non ait, quærens quem comedat, sed quem deuoret. Qui re aliqua vescitur, partem edit, & partem relinquit, qui autem deuorat, omnia deglutit, ita ut nihil in partem residuum sit. Obsonium tibi ministratur in conuiuio, aut hædi ferculum, ossa detrahis, & carne vesceris. Leo autem, qui agnum ab ouili arripit, nec pellem detrahit, nec ossa secernit, sed integrum deuorat, & deglutit. Sic aduersarius noster instar leonis circuit quærens quem deuoret, nec corpus, nec animo faciat, sed utroque pascitur, utrumque in sempiternos cruciatus detrudere conatur. Cauete igitur, & perhorrescite quia bellum istud difficile, & valde periculosum est. Merito igitur vita hominis, tot periculis obnoxia militia dicitur, & humani generis hostis tentator. Sed cur dominus atrocissimum

hoc

hoc bellum geri permittat, proximis discursus indicabit.

Discursus secundus, in quo ostenditur, bellum istud geri, ut gloriosa victoria occasionem prabeat.

Thema. *Accedens tentator, &c. Matth. 4.*

HOSTIS infestissimus est aduersarius noster, bellum atrocissimum infert. Quomodo ergo paternus Dei nostri amor patitur, ut in tanto periculo versemur, cum facile possit nos à tanto periculo abducere. Bellum gerebat Dauid aduersus hostes suos, cum autem ad maximum vitæ discrimen adduceretur, in acie ab eo fuorum virtute, & robore abductus & liberatus est. Tanto quæ illum amore complectebantur milites eius, ut iurauerint, dicentes: iam non egredieris nobiscum in prælium: amor enim, quo inflammati erant illud iusiurandum extorsit, quia non patitur amor ut is qui amatur in periculo sit. Si ergo Deus homines paterno amore prosequitur, cur bella geri patitur. Præcipue cum facile possit hostes nostros perdere, & in inferni recessus occludere, ne pateat illis additus ad gerendum bellum. Sed voluit Deus bellum geri, ut victoria sit, & post victoriam corona & palma. Tolle (inquit Ambrosius) pugnam, & non erit victoria, tolle victoriam, & non erit corona. Quo ergo pacto potest pugna damnari, quæ tanti boni causa est & origo.

IN maximas angustias redactus est Patriarcha Iacob, cum manus conferuit cum Angelo. Verbis auget hanc contentionem facta scriptura, quia acerrimum fuit certamen, & dispar, cum inter Angelum, & hominem initum sit. Sed cur illum Deus in tantas angustias adduxit. In libro Sapientie redditur ratio. *Certamen (inquit) forte dedit ei, ut vinceret*. Hanc ob causam immisit Angelum, ut cum illo luctaretur, videlicet, ut vinceret, non quod in Deo amor, aut prouidentia desideretur, sed ut vince-

ret Iacob. Et eo illi victoria esset gloriosior, & excellentior, quo

Z 2

illius

Iob. 7.

D. Gre 8
mor. c. 3.E. Petr. 1.
num. 8.2. Reg. 12
num. 17.

D. Ambro.

Gene. 32.
num. 24.Sap. 10.
nu. 12.

illius vires infirmiores erant, si cum Angeli virtute conferrentur. Sic Dominus patitur, vt nobis humani generis hostis bellum inferat, & in angustias adducat, vt eo nobis victoria illustrior sit, & excellentior, quo certamen difficilius, & hostis robustior, & callidior est.

I. Reg. 17
num. 1.

TRITVM est truculentum illud certamen, quod inter gigantem Goliath, & adolescentem Dauid initum est. Et priusquam ad illud veniatur, sacra scriptura, gigantis ferocitatem, & corporis immanitatem describit. *Egressus est (inquit) vir spurius, nomine Goliath, altitudinis sex cubitorum, & palmi, & cassis area super caput eius, & lorica hamata induebatur, hastile autem hasta erat quasi liciatorium & exentium, &c.* Illum sigillatim describit, quia quo gigas robustior erat, eo victoriæ palma quam ab illo reportauit Dauid illustrior illi fuit. Nec illum Dominus ad certamen impulit, eo quod vitam, & honorem Dauidis paruipenderet, sed vt illius nomen posteritati commendaret. Nunquam ille tantam gloriam, & honorem sibi cõparasset, ni difficilem illam dimicationem suscepisset. Triumphum egit gloriosissimum, caput gigantis cruore manans gestabat manu: *Vbi obuiã illi venerũt virgines, de vniuersis vrribus Israel cantantes, chorosque ducentes, atque dicentes, percussit Saul mille, & Dauid decem millia.* Hic triũphus nõ solum illi decretus est, quia vicit, sed multo magis, quia hostis acerrimus & valentissimus fuit, ideo in sacris litteris: Hostis animarũ ferocitas, calliditas, & robur describitur, & nullã esse potestã quæ illi valeat cõparari super terrã, &c. vt victoriæ nostræ præstantia appareat. Et ideo etiam nos ad certaminis statutũ locum ducit spiritus, vt cum gigante congregiamur, & vincamus, & ciues illi cœlestes, victoriam nobis decantent. Nec victoria Dauidis, tantis in cœlum laudibus efferretur, ni hostis fuisset valentissimus, nec nostra, nisi aduersarius noster acerrimus esset. Eadem igitur lance appenduntur hostis robur, & victoriæ gloria.

Apo 7. 9.

Vidit Ioannes innumerabilem triumphantiam multitudinem in cœlo, quorum singuli palmas gestabant manibus: quibus victoria significatur. Nam in manu timidi, & victi, vilesceret palma, & magis illi esset dedecori quam honori. Et qui in cœlo palma donantur, insigni victoria potiti sunt, quia in curia illa cœlesti, non ob quamlibet causam triumphus agitur. Et vbi victoria insignis, in signe bellũ, & præstantissimum certamen. Si enim esset facile, nec fuisset

fuisset victoria difficilis, nec triumphus gloriosus. Lætandum igitur nobis est cum in varias tentationes inciderimus, cum nos hostes inuadunt, & circumueniunt, cum bellum periculosum geritur. Illud enim viam munit, & sternit ad victoriam, & triumphum. Quia licet in magnas angustias inimicorum perfidia trahamur, omnia tamen facile diuino auxilio freti superantur, & belli difficultati, & labori, victoriæ gloria, & honor respondet in cœlo.

CRUCIABANTVR martyres omni tormentorum genere, alij enim in frustra discerpti, extremum spiritum exhalabant, aliorum corpora vnguibus dilacerata aceto, & sale perfundebantur. Si bestiis dilaniandi tradebantur, illorum carnes candentibus forcipibus identidem carpebantur. Cur ergo Deus hæc patiebatur? cur non præcepit vt terra dehisceret, vt Diocleianos, & Neronas, aliosque truculentissimos tyrãnos deglutiret, vt accidit Datan & Abiron? Quia noluit Deus, vt palmarum, quæ tormētis merito debebantur iacturam facerent martyres gloriosissimi: quia quo tyrannus crudelior, & tormenta truculētiora, eõ victoria illustrior & palma gloriosior erat.

PLVRIS æstimat Diuus Laurentius craticulam, quam eburnea folia, & thronos aureos, in quibus huius sæculi Principes se debant. Non commutaret sancta Catharina rotam, quæ acutissimis nouaculis referta circumagebatur, cum illa fortunæ, in qua huius mundi honorem, ac gloriam constitutam esse, mundani homines fabulantur. Maximum igitur beneficium in martyres Deus contulit cum tyrannorum tormenta permisit, & simili beneficio afficiuntur electi, cum Dæmonum suggestionibus exagitantur, & incursionibus petuntur: quia eo pacto ad martyrij palmam accedunt. Dæmones Diuo Antonio, Hilarioni, & aliis Christi confessoribus perinde fuerunt, ac Decius, Nero, alijque tyranni martyribus. Vnde sicut lætantur in cœlo martyres, eo quod maximis tormentorum generibus à tyrannis torti sunt: sic sanctissimi confessores, quia Dæmonum oppugnationibus petiti, & tentationibus vexati sunt, summam voluptatem capiunt. Sanctissimo Iob incarffones aduersarij, quibus viriliter, & patienter obstitit, vt in Dei honorem id cederet, & eius volũtati satisfaceret, maiori voluptati fuerunt quàm illis solent esse deliciæ, qui in hoc sæculo fœlices appellantur, omnibus licet suis fortunis stipati. Vnde omnes iusti incredibili quadam alacritate perfusi decantant: *Lætari sumus pro diebus quibus* Psal. 39.

nos humiliasti, annis quibus vidimus mala. Hoc bellum est, cuius victoriæ gloriosissima corona respondet, quia oblongum, & perpetuum martyrium est assidua demonum vexatio, & quanquam hæc perditis hominibus mali occasionem afferat, ipsorum culpa est, ut videbimus, ac denique si perditis perniciofa est, iustis, & electis utilis, & necessaria; quia illi proficere nolunt. Hi autem singulis diebus maxima incrementa suscipiunt.

Gen. 22.
num. 1.

TENTAVIT Dominus Abraham, non vulgari quadam ratione sed valde difficili, quæ illum sollicitum reddidit, & acerbè vexavit. Præcepit enim ut filium unigenitum, sua manu iugularet, & super struem lignorum collocaret, & admoto igne, illum in cineres redigeret, asperum præceptum, sed quo grauius, & difficilius, eo gloria, quam sibi comparavit illustrior, & excellentior. Unde diuus Paulus hanc Abrahami fidem verbis auget, ipse quæ huius operis scriptor esse vult. Nec solum Paulus, sed Dominus ipse magnificat Abrahamum, illique in præmium pollicetur, futurum, ut ex illius stirpe diuinum verbum humana carne indutum nascatur. Nunc autem gaudet in cælo, & magna pars suæ coronæ illius tentationis victoria est.

Ad Hebr.
I 1. num.
17.

ID vtilitatis contulit Abrahamo, & illis omnibus, qui varijs laboribus vexati in cælum viam sibi parant. Omnes enim illæ calamitates, flores pulcherrimi, & suauissimi odoris sunt, quibus redimiti in cælo triumphant. Hinc est illud Iacobi: *Omne gaudium existimate fratres, cum in varias tentationes incideritis.* Non ait, patienter tolerate, sed omne gaudium existimate. Et rationem reddit cum subdit. *Scientes quod probatio fidei vestra patientiâ operatur patientia autem opus perfectum habet.* Ecce tibi fructus, qui ex tentatione percipiuntur, perfectionis scilicet, & si perfectionis, perfecti & consummati erunt, quibus nihil illustrius in terra, nec gloriosius, & excellentius in cælo. Felix tentatio, quam omne gaudium excipit, non hoc, vel illud, sed omne gaudium existimate. Non cum in unam vel alteram, sed cum in varias tentationes incideritis.

Iacob. I.
num. 2.

Et si Iacobus ait gaudendum esse in illis, Diuus Paulus addit gloriantium. *Gloriamur* (inquit) *in tribulationibus scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit.* Gloriantur homines cum præclara facinora ediderunt; Gloriabatur aliquando Dauid, quia vrsum interfecerat, & leonem discerpserat, & Princeps Aman, quia maxime omnium

Rom. 4. 5.
num. 3.

omnium valebat gratia apud Assuerum. Nabuchodonosor, quia Babylonem urbem opulentissimam condiderat. Arphaxad autem Medorum rex gloriabatur, quasi potens in potentia exercitus sui. At Apostolus Paulus: *Gloriamur* (inquit) *in tribulationibus.* Itaque non solum patiens erat in laboribus, sed gloriabatur. Cum vexabatur à dæmone, & colaphis, ac verberibus cędebat ab hominibus: *Scientes* (inquit) *quod tribulatio patientiam operatur patientia autem probationem, probatio vero spem, quæ non confundit.* Hoc est non fructu priuatur cum varijs laboribus exercetur, & omnia superat constanti animo.

Ind. 1. n.
3.

HINC Diuus Hieronymus, explicans illa verba Pauli, ait: Unde & gaudere debemus aliquid pati pro nomine Dei, ut acquiramus de tribulatione finiendæ præmiæ infinitum. Nam & sciimus homines, qui propter aurum vltro se ad bestias deputarunt, quod tamen in æternum non poterunt possidere, quanto magis nos exemplo Apostolorum in tribulationibus gaudere debemus. Quæ quidem cum sint temporales, æternam salutem acquirunt, & à doloribus liberant sempiternis, cum multi propter spem parvæ salutis, & curam corporis, maximos sustinent cruciatus, nec tamen perfectam consequi possunt sanitatem. Quæ etiam si superuenit paulo post, morte interueniente soluetur. Habemus ergo unde honeste, & sine periculo gloriemur. Magna enim gloria est de imis ad summa crescere, de nihilo ad maximum peruenire, de limbo ad cælum, & de seruitute vocari ad regnum. Hactenus Hieronymus.

Hier. sup.
cap. 5. ad
Rom.

NOSTRVM ergo est fratres charissimi, quando dæmoni oppugnationes, declinari non possunt, animorum vtilitatem in illis quærere, & ex illis fructum decerpere, & indes incrementa suscipere. Dæmonum innumerabilis caterua est, delectum habent militum, veteranorum exercitum conflant, bellum inferunt, necessarium omnino est, cum illis manus conserere: felix, & fortunatus, qui victoriæ palmam reportauerit, & infelix ac miser, qui victus discesserit, strenue pugnemus: nam ut ait Apostolus: *Qui certat in agone, non coronabitur, nisi legitime certauerit.* Legitime ergo certemus in terris, ut gloriosum triumphum agamus in cælis. Amen.

2. ad Tim.
2. num. 5.

CONCIO

CONCIO SEPTIMA.

Discursus primus, in quo ostenditur demonem bellum inferre posse hominibus, non tamen vincere, nisi ipsi consensum præbuerint.

Thema. *Si filius Dei es, mitte te deorsum, &c. Math. 4.*

QUANTUM ardentem cupiebat Sathanas, ut Christus precipitaretur, nec illum impulit manibus, sed solum argumentis inducere conatus est, ut seipsum precipitem ageret, quia id illi non parum conducebat, ut se filium Dei manifestaret, nullam tamen illi vim intulit. Ne quis ergo animo cadat, scire oportet, hac ratione illum pugnare cum hominibus, argumentis scilicet: potest enim ille hominem inducere, ut se peccatis coinquinet, non tamen potest ad id cogere, scit enim ille res vivis coloribus exprimere, & rethorum amplificationibus illustrare, ut capiantur homines & animos argumentis irretiat, sed nullam potest homini vim asferre. Vnde præclare priscus ille hanc demonis infirmitatem carpsit, cum diceret: Voluntariam prædam diabolus inermis expectat.

D. Hiero. **AD DEMET. VIRG.** ID Dicitur Hieronymus præclare satis prosecutus est, dicens: De consensu nostro vires accipit inimicus, nostroque nos ut dici solet iugulat gladio. Non adiuuamus, sed vincamus aduersarios. Dát illi quidem consilium, sed nostrum est, vel eligere, vel respicere quod suggerunt. Non enim cogendo, sed suadendo nocent. Non extorquent à nobis consensum, sed expetunt. Vnde etiam Ananias dicitur: *Quare tentauit cor tuum Sathanas, mentiri te Spiritui sancto.* Quod utique illi Apostolus nunquam imputaret, si id absque ipsius voluntate diabolus effecisset. Hæc ille. Vnde cum Euam inuasit in paradiso, arboris pulchritudinem, & argumenta proposuit: *Eritis sicut Diæ scientes bonum & malum.* Quam aptè ad decipiendam

dum rationes comētatus est coluber ille tortuosus. Difficultates diluit, & rem facilem reddit, ut Eva sua sponte pomum deciperet, & degustaret, ac suis se manibus interimeret. Nec pomum in illius os inseruit, nec truculentam necem stricto mucrone minitatus est, nisi vetitum cibum contingeret. Ipsa mulier ad arborem accessit, & vidit quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit. Et quam seriem seruauit dæmon in prima illa oppugnatione, seruat semper, rem ob mentis oculos obijcit, argumenta quibus quemque pertrahat ad consensum aduicit. Prius falsis vera miscet, formidinem inijcit, vtilitatem proponit: cæterum executio voluntati hominis referuatur.

DIABOLVS enim (ut ait Diuus Augustinus) catenis constrictus est, quia Christus Dominus illum in vincula coniecit. Sed obijcit Augustinus: Si alligatus est dæmon, quare adhuc tantum præualet? Respondet ille: Verum est fratres charissimi quia multum præualet, sed tepidis, & negligentibus, & Deum in veritate non timetibus dominatur. Alligatus est enim tanquam in nexu canis catenis, & neminem potest mordere, nisi eum qui se illi mortifera securitate coniunxerit. Tam videte fratres, quam stultus est homo quem canis in catena positus mordet. Tu te illi per voluptates, & cupiditates sæculi noli coniungere, & ille ad te non præsumet accedere, laurare potest, sollicitare potest, mordere omnino non potest nisi volentem. Non enim cogendo, sed suadendo nocet, nec extorquet à nobis consensum, sed petit. Hæc ille.

VNDE in certamine quod inijt, cum viro innocētissimo Iob quot bellica explosit tormenta, quibus machinis arcem illam munitissimam labefactare conatus est: greges & armenta combussit igni, magnificas domos disturbauit, liberos iuterfecit, & corpus denique graui vlcere vulnerauit. Sed victor semper extitit sanctissimus Iob: quia ille tantum dabat operam, ut sua sponte prolaberetur ille. Et hanc ob causam sollicitauit uxorem illius ut illum ad iracundiam prouocaret, & ad blasphemadum induceret. *Benedic Deo & morere.* Noluit tamen Iob illius verbis acquiescere. Vnde semper victor euasit ut illo testimonio comprobatur: *In omnibus his non peccauit Iob.* Infirmus ergo est inimicus (ait Hieronymus) qui non potest vincere nisi volentem. Procul à nobis abscedat pavor aduersariorum.

FACILE ergo dæmones vinci & superari possunt: vnico

Aa quidem

Gene. 3. n.
6.

Aug. ser.
2. in domi
nic. 1. post
Iren.

Simile.

Iob.

Hier. sup.

quidem hoc verbo, nolo. Fac hoc, fac illud ait, tu dicito nolo & viciisti. *Resistite diabolo* (ait Iacobus) & *fugiet a vobis*. Obstitite, & finis imponetur bello, cum primum illi obstititis, terga vertit, fugiet a vobis. Id ipsum docet Diuus Paulus, cum ait: *Nolite locum dare diabolo*. Nolite, ait, quia hoc solo victoria comparatur. Commouet te, ad ira cum diam, aut ad sumendam vindictam, vt verbis comeliosius inimicum afficias. Nolo responde, & tibi coronam gloriæ comparabis, ille autem cum ignominia discedet. Non potest difficile bellum appellari, cuius victoria in tua voluntate posita est adhibita diuina gratia. In bello quod geris cum hominibus, nõ ex tua voluntate victoria pendet, si in arenam descendis, velis, nolis, in hostis manus incidis, qui te graui vulnere poterit afficere, & vita priuare. Nam si ex sola tua voluntate victoria penderet, facile de illo palmam posses reportare, sed non in voluntate hominis, sed in virtute, ac robore victoria posita est. Vnde præclare dux ille exercitus Davidis: *Variis est* (inquit) *eventus belli*. Poterit ergo hostis qui viribus præstat, te mucrone confodere, & in terram prosterne re, velis, nolis. In spiritali autem bello non in firmis lateribus, sed in voluntate omnia sunt posita, vnde sine sanguine victoria comparatur.

H I C peccatorum stultitia cernitur, qui cum victoriæ gloriam possint, vel nullo negotio consequi, cum solum ex voluntate pendeat, manus dant inimico, et vltro se illi submittunt. Quis in corporali bello non vinceret, si ita facilis esset illi victoria? Quomodo ergo te ab hostibus superare pateris, cum victoria adeo facilis sit, & in bello agatur, non solum de corporis vita, sed etiam de anima, de gratia, de gloria, & salute sempiterna.

E T vt luce clarius appareat, quam facile sit hostem vincere, & qua culpa dignus sit, qui se patitur superari, animaduertere oportet dæmonem non solum nõ posse vim inferre homini, & cogere vt in peccatum prolabatur, sed in certamine, quod in initio, mirum in modum a Domino impeditur. Vnde Augustinus ait: tantum admittitur diabolus tentare, quantum tibi prodest. Idem dixerat Diuus Paulus: *Fidelis Deus est, qui non patitur vos tentari, supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere*. Id exponit Diuus Hieronymus pollicitus est Deus sui nominis causa, tentationes patientibus se adfuturum, & sic nõ patietur tentari supra vires. *Sed faciet eam tentationis prouentum: vt possitis sustinere*, id est, nõ ampliorẽ tribulationem venire patietur, quam sustinere possitis. Non permittit Dominus vt libere vegetur diabolus, sed perpendit que

nostra

nostra natura sit, quibus gratiæ auxilijs muniti sumus, & ad mensuram illarum rerum sibi licentiã assumit hostis, vt possitis sustinere.

H I N C duxit originem modus habitus, & figura, quibus serpens antiquus adortus est, primos humani generis parentes. Voluit enim Deus, vt sub serpentis specie illos inuaderet, cur non sub pauonis pulchritudine, aut aquilæ agilitate, aut agni mansuetudine, aut cuiusuis alterius animalis pulchri & mansueti effigie, & nõ serpentis, cuius aspectus terribilis est, & terrorem, ac formidinem incutit? Noluit enim Deus vt longum sermonem contraherent, noluit vt Eua fidem adhiberet verbis tabifici, & abiecti animalis: sic Dominus tentationis illius vim repressit.

H I N C etiam nomen illud est, quo antiquus ille serpens, in scriptura appellatur, vt cum agitur de Saule: *Inuasit eum spiritus Dei malus*. **I. Reg. 18** (ait scriptura) *Sispiritus nequã erat, quomodo spiritus Dei dicitur?* Et si spiritus Dei, quomodo malus? respondet D. Gregorius, vnus idẽ quẽ spiritus, & Domini appellatur, & malus: **Dñi**, scilicet per licentiã potestatis iustæ, malus autem per desiderium voluntatis iniustæ. **D. Grego. 2. mor. c. 10.**

H I N C videmus Sathanam, non inuasisse Iob, priusquam a Domino haberet facultatem: *extende* (inquit) *paululum manum tuam, & tange cuncta que possidet*. Cur ipse non tetigit illum? quia non potest tantam sibi licentiam assumere, nec illum in aliquo ledere: vnde nec absolutam, sed valde coarctatam habuit potestatem. *Ecce* (inquit Dominus) *vniversa que habet, in manu tua sunt, tantum in eum ne extendas manum tuam*. Reuersus est iterum Sathanas, vt amplior rem acciperet facultatem: *Mitte* (inquit) *manum tuam, & tange os eius & carnem, & tunc vilebis, quod in faciem benedicoat tibi*. **Iob. 2.** Vniuersas illius fortunas dissipauerat, corpus autem non contigerat, quia id Dominus non concefferat. Hanc autem facultatem concedit illi Dominus, dicens: *Ecce in manu tua est, verum amen animam illius serua*. Hoc pacto dæmonis oppugnationes tẽperat Dominus, ad eo enim ille coarctatam habet facultatem, vt cum expulsi essent dæmones imperio Christi, petierint ab illo, vt sibi potestas fieret intrandi in gregem porcorum: *Si eiecis nos, mitte nos in gregem porcorum*. Si ergo ad spurcissimos suos transire non licet. Quanto minus ad animas, præcioso Christi sanguine redemptas. Formidari ergo non debet (ait Gregorius) qui nihil, nisi permissus valet. Sola vis illa timenda, quæ cum hostem sequi permiserit et ad usum iusti iudicij, etiam iniusta illius voluntas seruiet. Cum ergo sine facultate a Deo concessa, homines inuadere non possit, importunissimus

tunissimus est. Non est iam cur eum timeamus, Deus enim quæ illius misericordia est, non patietur nos tentari, ultra id quod possumus.

HINC facile perspicies, nullam excusationem afferri posse à peccatore, cum sistatur ante tribunal supremi iudicis. Vocauit Dominus ad iudicium primos humani generis parentes. Cumque rogaret Adamum, cur veritum pomum decerpisset? Respondit ille: *Gene. 3. 7.* *Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi: Conuertit Dominus sermonem ad Euam, dicens: Quare hoc fecisti? Serpens decepit me, subiecit illa. Existimabant enim illi fore, vt his excusationibus Dominus placaretur. Ille autem sententiam protulit dicens ad Adamum: Quia audisti vocem vxoris tue, & comedisti de ligno ex quo praeceperam tibi ne comederes, maledicta terra, &c. Ac si diceret Adamo, si Eua commouebat te, cur illius vocibus acquiescisti? Et Eua: cur tu etiam serpenti consensisti? Cum posses illius verbis repugnare? Nullam excusationem affertis, ambo moriemini. Nulla igitur excusatio erit in die iudicij. Serpens decepit me, ille me in errorem induxit, vt peccatum committerem. Si ille voluit, tu posses nolle: vnde merito tunc omnis iniquitas oppilabit os futu-*

*Feria quarta post Dominicam
primam quadragesime.*

CONCIO PRIMA.

*Primus discursus ostendit, quam sit difficile cor
hominis induratum emolliri.*

Thema. Magister volumus à te signum videre. *Math. 12.*

ALLOQUVTI sunt pharisæi Christum Dominum, eo quidem tempore, quo ille singulare illud miraculum ediderat, quando surdum, mutum, cæcumquæ simul, sanitati restituit, & à dæmone oppressum liberauit. Vnde Euangelista non immerito hoc

in

in loco, tempus quo huiusmodi petitio à pharisæis lata est, peculiari quadam industria notauit. *Tunc* (inquit Euangelista) *accesserunt,* quando (vt explicat Chrysostomus) flexos iam esse opereretur, quando mirari atque obtupescere, quando saltem confusi recedere debebāt, tunc in malignitate, & pertinacia sua perseuerant. Hæc ille. Sed libet vos rogare homines obdurati. Nonne magna, multa quæ miracula à Christo Domino facta quotidie viditis? Quid aliud ardentissimus ille nostræ salutis amator, diu, noctuque faciebat, quam infirmis corporibus robustam valetudinem impertiri, animabus salutem reddere, priuatos lumine, ad lucem reuocare, claudos innumeros, omnique membrorum genere destitutos ad pristinam valetudinem restituere. Non vos, o pharisæi maxime admiramini, cum huiusmodi miracula cernitis? Nonne illa vestros animos fereos mouent? Nonne corda ista durissima emolliunt? Sed (proh dolor) omnia hæc vobis ad emolliendos animos non sufficiunt, eo quod callum iam in cordibus obduxistis, & incredibili quadam animi peruicacia, animos obdurastis: Quæ dum mentibus infidet, nihil ad eos emolliendos satis esse videtur. Habet quidem mitissimus Deus, ad omnes animi affectiones curandas optima medicamenta, illis tamen qui istam immanem duritiam contraxerunt, nihil eiusmodi medicinæ prodesse solent. Quam efficax (obsecro) est verbum diuinum, ad animos commouendos? *Vox enim Domini in magnificentia, vox Domini confragentis cedros. Psal. 28.* Quasi diceret, fortis quidem est cedrus, sed longe fortius est verbum Dei: nam secundum Apostolum: *Viuus est sermo Dei, & efficacax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens, vsque ad diuisionem anime, & spiritus, compagum quoque, ac medullarum. Quod cum ita se habeat, & diuinus sermo adeo efficax sit, tanta tamen est vis animi obdurati, vt omnino illi resistat, ac penitus verba concionatoris excellentis, & etiam Prophetarum rerundat. Testificatus est Dominus (ait Scriptura) in Israel, & in Iuda per manum omnium Prophetarum, & videntium, dicens: Reuertimini à vjs vestris pessimis, & custodite præcepta mea, & ceremonias, qui non audierunt, sed indurauerunt cervicem suam, iuxta cervicem petrum suoram, qui noluerunt obedire Domino Deo suo. Ex quo manifeste patet, Isaiam, Hieremiam, & Ezechielé, aliosque eloquentissimos, Prophetas, non animos Israelitarum commouisse, nec illorum in peccando effrenatam audaciam retardasse, quia iam in iniquitatibus obdurauerant, nam quemadmodum metalla ferrugo, ita ho-*

*Chryf. super
per bñs lo
cum.*

*Psal. 28.
num. 3.
Ad Heb. 4
num. 12.*

*4. Reg. 17
num. 13.*

Ezech. 24
num. 12. nes solet iniquitas apprehendere. Vnde per Ezechielem de domo Israel sub nomine olle rubigine nimia excessu Dominus ait; *Multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem immunditia tua execrabilis: quia mundare te volui, & non es mundata a sordibus tuis, sed neque mundaberis prius, donec quiescere faciam indignationem meam in te.* Multo (inquit) labore sudatum est, a Prophetis scilicet qui non aliud, nisi vt Israel mundissimam Deo redderent & sanctam suis sermonibus & Prophetijs efficerent, studebant: & tamen non exiuit nimia rubigo eius, quia nimia erat & in imis visceribus inhærebat. Vnde verba Prophetarum, vehementia quæ aliorum corda hominum inflammabant, horum mentes peccatorum non attingebant, quia in tantam illi pertinaciam degenerarant, vt nullo modo flecterentur.

Ier. 6. n.
9. **Q**UOD etiam per Ieremiam Dominus ipse confirmat dicens. *Defecit sufflatorium, igne consumptum est plumbum, frustra conflavit conflator, malitie enim eorum non sunt consumptæ.* Quis ergo non aperte hic videat huius obstinationis duritiam & execrationem singularem? Quando fabri ferrarij officinam ingredimur, massam ferream intuemur quomodo iam in conflatorium immittitur, iam extrahitur iam malleis contunditur, iam iterum in fornacem iniicitur, & tandem in emolliendo illam, homines admodum fatigantur: quid hoc? durissima quidē est, & ideo mallei, ignes & labores eiusmodi requiruntur ad ipsam emolliendam. Sed duriora sane corda peccatorum illorum esse reperies, quæ cum Prophetarum sæpissime verborum malleis contusa, & tribulationum igne de-cocta sint, vt eo lucidiora, atque molliora maneant, in sua tamen duritie persistunt. Ferrum nanque, & si durissimum est aliquando tamen, & igne, & tunctionibus, efficitur molle, et expolitur corda vero istorum, nihil est, quo leniantur.

Luc. 8.
Gen. 4. **N**E C. mirum sane est, quod Prophetarum verba, cor iam induratum molle non reddant, quando Deus ipse, vicem concionatoris gerens illud non emollit. Decreuerat inuidus ille Cain (testate scriptura) innocentissimo Abel fratri suo mortem inferre, eoque tempore Deus ipse quandam apud illum habuit de peccatis concionem, qua illius interitum, si fratrem occideret indicabat. Post quæ Domini verba addit scriptura. *Dixit: Cain ad Abel fratrem suum, egrediamur foras: cumque essent in agro, surrexit Cain aduersus fratrem suum Abel, & interfecit eum.* Videte obsecro, quam

parum verba Domini Cain viscera mouerint, quia iam obcalluerant.

ET quanuis hac in re satis appareat quantum diuinis verbis corda hominum indurata resistent, sed multo clarius in Christi Domini aduentu elucescit quot obsecro, quamquæ suauis diuinis quæ conciones Christus Dominus apud homines hos habuit? quantam vim spiritus in illis adhibuit, qui spiritu Sancto plenus erat? Non illi Cicero in eloquentia, non Demosthenes in facultate dicendi pares esse potuerunt, quis enim vnquam tan graui, & efficacia verba protulit, ac Christus Dominus, qui verbum esse diuinum certo credimus. Et licet ita se res habuerit, non modo non se ad meliorem vitæ frugem istius modi homines receperunt, sed potius, vt phrenetici contra medicum insanientes Christum ipsum, illis vera dicentem occiderunt. Vnde ista tam effrænata & pestilens ira? ab illa dura, & rebeli contumacia manauit.

Denique semen quod cecidit supra petram deperijt, & aruit, quia non habebat humorem. Solent quidem hominum corda mouere verba minis promissisque plena, idque illa efficere, quod simplex sermo nunquam effecit, eaquæ de causa in diuinis litteris, minas, & promissiones passim reperiemus: sed quando in tantam homines peruenere duritiam, promissiones aut minæ nihil efficiunt. Quæ enim vberior aut excellentior promissio vnquam esse potuit ea, quam per Ioannem Christus populo huic durissimo fecit: *Si quis sermonem meum serauerit, mortem non gustabit in æternum.* Quasi diceret, qui meis præceptis obediens fuerit beatitudine quidem perfruetur, qui vero tardus & rebellis, ad inferos cruciandus deturbabitur. Quæ obsecro, pollicitatio suauior, aut maior esse poterat ad mouendum. Aut quæ pæna acrior, aut prolixior ad eundem animum deterrendum poterat assignari. Fructum vero nullum alium perceperunt, quæ vt Christum dæmoniacum vocarēt, & lapides in illum iacerent. O duriora corda, lapidibus ipsis!

QUOD si non istæ bonorum promissiones, neque malorum minæ ad animos mouendos satis sunt, beneficia ipsa, & præstantissima munera, aut flagella magna, diraque supplicia sufficient? Minime quidem. Vulgatum satis, & tritum esse nostis illud prouerbum antiquissimum: *Lapides duros emolliunt dona.* Et munera præcordia demulcent, at si iam obstinatione quadam obduruerunt, nõ ita facile deliquescunt. Cuius rei perfidus ille Iudas

das testis locupletissimus esse potest: nam quæ non munera, quos non inauditos fauores in illum Christus Dominus contulit? In Apostolum eum sibi elegit & in suorum duodecim felicissimum numerum collocauit, miracula facere cōcessit, immundissimos pedes, eosquē sacrilegos, diuinis illis manibus Christus abluuit: Suumquē tādē corpus sacratissimum præstitit manducandum: quod si dona lapides emolliunt, & conerunt, quæ saxa etiam durissima, illa Christi dona non quassaret atq; minuerent? At Iudæ perfidissimi cor non est emolliunt, a cœna enim ipsa ad eam, quam de Christo ceperat prodicionem, cum scribis conficiendam properauit, vn de ista erga tantum Dominum tanta ē seruo perfidia manauit? *Cū iam* (inquit Ioannes) *misisset in cor sathanas, vt traderet eum Iudas.* Ac si diceret: iam humani generis hostis, cor huius perfidi Iudæ penitus indurauerat, idquē firmiter facere Iudas in animo statuerat, & dū animus in ista obstinatione perseuerat, nullum est tantum beneficium, quod illum emolliat.

Jerem. 5.
num. 3.

VND E sicut nulla tanta beneficia hominem induratum non alliciunt, ita nec supplicia ipsa durissima animum deterrebunt, vt de Hierosolymis Ieremias scripsit: *Percussisti eos, & non doluerunt, attriuisisti eos, & renuerunt accipere disciplinam. Indurauerunt faciem suam supra petram & noluerunt reuert.* Sed res profecto miranda, vt scilicet illi tam acriter à Domino castigati, nullum animi dolorem indicent *Attriuisisti eos, & renuerunt accipere disciplinam.* quasi dicat ita eos Domine acriter percussisti, vt non solum magnis flagellis, & plagis innumeris vulneraueris, sed etiā eos omnino quasi puluerem cōminueris, ipsi vero obstinati in sua cordis duritia pertinaciter perseuerant.

CVIUS rei testis Iulianus Apostata nobis erit, qui eo quod Christum Dominum fuerat persequutus, lethali quodam ictu vulneratus, cum se ipsum sagitta illa mortem afferente transfossus aspiceret, sanguinis efluentis partem quam manu potuit retinere aduersus cælum, illud prius intuitus feruenti quadam ira, proiecit, & contra Christum Dominum detestanda hæc verba protulit *vicisti Galilæe, vicisti! o verbum execrādum! o vocem sacrilegam, o durissimam Demonis potius quam hominis pertinaciam! Dissipatus, nec compunctus, attritus fuit, & conuerti noluit, & renuit accipere disciplinā. Tetendit ad huc erecto collo aduersus Deum, & contra omnipotentem roboratus est, vnde ista tam pestilens ira tam dura animi contumacia Iuliani? quid ita superbe, & audacter*

con-

contra Dominum tantum insolescit? nimirum quia eius animus penitus obduruerat, & nullis donis, nullisque flagellis ad religionem, pietatemquē amplectendam commoueri voluit.

QVOD si alia exempla, quæ cordis duritiam ostendant audire cupis, Regis Hieroboanis factum quod scriptura commemorat, attente considera. Parabat iniquissimus ille rex, in altari sacrilego, quæ idolis immolaret, & ecce ad illum Propheeta mittitur qui in ista verba prorupit. *Altare, altare, hæc dicit Dominus, ecce nacetur domui Dauid, Iosias nomine, & immolabit super te sacerdotes ex celsorum, qui nunc in te thura succedunt.* Quæ verba Propheeta ita regis animum ad iram prouocarunt, vt continuo manum extendit ipse, Propheetaquē comprehendere iusserit. Quæ manus subito extensa penitus aruit, & altare lapideum diuisum est in duas partes. En quomodo lapides ipsi duri, verbo Domini audientes sunt, & regis durissimam contumaciam perpende, qui ad Propheeta conuersus, ita eum suppliciter est affatus, *Deprecare faciem Domini Dei tui, & ora pro me, vt restituatur manus mea mihi.* Orauit Propheeta manumquē regis sanam, vt antea restituit. Quid illo grauissimo supplicio affectus, & maximo simul beneficio auctus Rex ille debuisset facere? Deberet sane à se abicere inueteratam animi malitiam, & ad Dominum se conuertere, sed nihilominus animi contumaciam, vt antea, retinuit. Vnde id verum satis esse reperies, quod sepius diximus, induratum scilicet animum difficillime liniri.

QVAE ergo talem animum flectent? an miracula singularia? minime quidem: nam quæ maiora, aut excellentiora quam ea quæ apud Hierosolymos Christus edidit? & nunc scribæ post tot, tantaquē prodigia, fictis induratisque animis miracula postulantibus Christum Dominum ita affantur. *Magister volumus, a te signum videre.* Qualem obsecro ex tantis miraculis fructum perceperunt, qui ex illis ansam, ad Dominum accusandum, eumquē perdendum captabant? *Quid* (inquit) *facimus, quia hic homo multa signa facit.* Perpendite ergo ex eodem ab illis sumptam esse occasionem, vt Christum occidant, ex quo deberent ad illum amplectendum incitari. Non ergo miracula istos flectunt. At quem illud non flecteret, & alliceret, quod eo tempore Christus Dominus patrauit, cum ab ipsis Pharisæis captus, aurem, quam Petrus absciderat Malcho diuinitus red

B b. didit?

3. Reg. 13
num. 2.

didit? Qui igitur hoc miraculum conspiciabant, cur non in eo omnipotentiam eius cognoscebant, qui nulla adhibita medicina, ita aurem capiti commisit, ac si nunquam esset abscissa? Cur non expendebant ardentissimam Christi charitatem, erga illum qui dum mortem ei machinatur, sanitatem ab ipso recepit? Cur non mansuetudinem eius suspiciebant qui inimico ita percusso curationem parat? Cur denique tanto miraculo, tanta pietate, ac clementia nequaquam Iudeorum corda leniebantur? Sane quia illi pœnitentiam obduruerant, non eos miracula, non prodigia, non quæuis singularia opera emolliebant.

QVOD etsi satis probatum est tum dictis, tum etiam sacrarum litterarum exemplis, illud tamen Pharaonis in medium proferam, quod maximam illius contumaciam indicauit, tantum enim est ut non vnum sed plura miracula, ingentiaque prodigia complectatur. Et tamen addit scriptura, post vnumquodque illorum prodigiorum: *Induratum est cor Pharaonis, aggravatum est cor Pharaonis*, quod cum decies induratum fuerit, durissimum profecto illud extitisse necesse est.

SED quid ista commemoro? cum illa quæ in morte Christi euenerunt longe sint maiora (teste Sancto Matheo) *Velum templi scissum est in duas partes, a summo vsque deorsum, & terra mota est, & petreæ scissæ sunt, monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum quæ dormierant surrexerunt.* & sanctus Marcus ait: *Hora sexta tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, vsque in horam nonam.* Quæ istis posunt miraculis comparari? & tamen nullus eorum scribarum & pharisæorum hic nouimus tunc ad Dominum esse conuersum. Quid ergo vos miracula a Domino postulatis? En vobis non vnum sed plura, neque ea vos aliquantulum emolliunt.

Et ut clarius pateat quam parum miracula profint ijs, qui sic obstinato sunt corde voluit Deus, ut ijs quos ipsi pharisæi ad Christi sepulchrum custodiendum elegerant, ipsius gloriosæ resurrectionis testes fierent. At scribæ ipsi minime de Christi resurrectione dubitantes, non modo ad Dominum non accedunt, sed ipsis sepulchricustodibus persuadent, magna numerorum copia illis erogata, ut veritatem ipsam falsis rumoribus occultarent. Quid ergo? Nonne illi ipsa iam veritate conuicti erant? Ita sane, sed veritati rationique obstinate resistebant. O feram hominum peruiaciam! O pectora ferro ipso duriora, quæ non suauissima Christi verba non

miæ

minæ, non promissa, non munera, non denique miracula aliquantulum emolliunt! Vnde præclare sanctus Bernardus: *Quid est, inquit, cor durum? Ipsum est quod nec compunctione scinditur, nec pietate mollietur, nec mouetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur, ingratum est ad beneficia, infidum ad auxilium, sæuum ad iudicia, inuerecundum ad turpia, impauidum ad pericula, inhumana ad humana, & temerarium ad diuina.* Hæc ille.

SED iam qualis expectandus sit exitus cordis duri & obstinati videamus: *Cor durum* (ait Spiritus sanctus) *habebit male in nauisimo. & qui amat periculum peribit in illo.* In quibus verbis satis indurati animi infelicitas perspicitur, quæ enim maior esse potest, quam in die mortis (quæ maximè malum est) malo alio vexari. O res omni consideratione dignissima! ut scilicet illi qui iam morti vicinum se esse videt, horamque certam appropinquare, qua suæ vitæ rationem reddat, in sua nihilominus obstinatione persistet. Et eo deueniat, ut scilicet in maximo discrimine constitutus, aut in cælum euolandi, aut in inferos descendendi. Quæ alios ad pœnitentiam asperè agendam, & ad crimina detestanda, solent excitare hunc minime ad aliquid horum efficiendum permoueant, quod si aliquando timore percussus, vult animum emollire, in seruili totus timore demersus, id cogitat quod se deprimat. Et nec humiliet, quod deijciat, & non erigat, quod spem veniæ non augeat, sed adimat, quod sæpe permittit mitissimus Deus, ut & hominis indurati contumaciam puniat, & qui in ea obstinatus insistit, cum facile eam a se potuerit reiicere vereatur maxime, ne in inueterata peccandi consuetudine ad finem vsque persistat. Denique, *qui sic amat periculum peribit in illo.* O verbum Durum pro corde duro! utinam ab eo liberari vos dignetur Dominus Amen.

Secundus

Mat. 27. *scissum est in duas partes, a summo vsque deorsum, & terra mota est, & petreæ scissæ sunt, monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum quæ dormierant surrexerunt.*
 Marc. 15. *Hora sexta tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, vsque in horam nonam.*
 num. 33.

Lib. 1. de
 consi. 1.
 E. cl. 3. n.
 27.

Secundus discursus docet, pœnitentiam agendam esse ob amorem Dei, potius quam propter timorem pœnarum, vel alias rationes.

Pœnitentiam egerunt in predicatione Iona. Math. 12.

QVAMVIS nobis Dominus ob oculos modo proponat tãquam optimum exemplar pœnitentiã, eam, quã Niniuitã egerunt, ipse tamen in aliquo non illis pares, sed superiores nos esse desiderat, ut scilicet nobiliore quodam fine, quam illi pœnitentiã faciendã laboremus. Illi namque ad eam aspere agendam (quia Iona perendos esse prãdixit) sunt commoti: *intra quadraginta dies abba Ninive subvertetur*, dixerat Iona: qua voce omnino deterriti primarij viri, reipublicã quẽ gubernatores, omnem populũ pœnitentiam agere iubent. *Quis son (inquiunt) si conuertatur, & ignoret Deus & reuertatur a furore irasie, & non peribimus.* Vnde timore suẽ calamitatis percussis, pœnitentiã agere decreuerunt. Quod etsi bonum id esse negari non potest, sed id multo melius est, longeque prãstantius, quod Dominus in nobis requirit, ut scilicet ille pœnitentiã affectus, non tam e pœna quam e culpa nascatur. Id est non tam de criminibus doleamus, eo quod ob ea æternis inferorum suppliciis addicimur, quam ex eo quod Deum, qui bonitate optimus est nostris sceleribus offendimus, eiusque prãcepta violauimus. Hęc enim pœnitentiã & nobilior est, & Deo gratior, nobisque vtilior.

HINC est quod Dominus ipse in lege veteri prãcipiebat, ut ex animantibus, quã pro peccatis omnium offerebantur, adipem sibi reseruarent, non pellem, aut carnem illorum, quã exteriora quidẽ sunt: Adeps vero visceribus hæret, & interiora demonstrat. Cũ pœnitentiam agimus, sacrificium Deo pro peccatis offerimus: in quo dolor ipse, quasi gladius animum quem tunc pungit, intime transfodit: ut intentio, quã interior est Deo libetur, & ex animo flagitia contra Deum commissa ob vnum Dei amorem detestemur: quia tunc adipem internum, id est animum in sacrificio Deo ille offert, qui non metu pœnã temporalis, aut æterni supplicij cau-

sa

sa, sed propter vnum Deum summe dilectum peccata deplorat.

QVAMOBREM verum illud pœnitentium exemplar *Psal. 50.* David ita clamat: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet.* Vbi Diuus Augustinus quid *Aug. super hunc locũ* sit spiritus contribulatus, mirifice explicat, ac deinde ait: Iam non est tempus, ut taurus aut hircus, aut aries Deo offerantur. Oblata sunt, cum aliquid indicarent, cum aliquid promitterent venientibus repromissis, promissiones ablatae sunt, cor contritum, & humiliatum Deus non spernit. Hęc ille.

SED quod sit cor contritum, & attritum diligenter attende. Attritum theologi nuncuparunt, quod ad crimina deploranda pœnarum metu commouetur, contritum vero, quod illa deplorat, ea solum de causa, quia Dominum summe diligendum offendit. Huiusmodi autem cor, inquit David, Deus non despiciet. Quasi dicat certo scio Domine te magni facere, gratũque tibi esse illum animũ qui ob amorẽ tui peccata sua luget. Vnde ipse David qui iam omnino cognouerat, quam sit Deo gratus huiusmodi dolor, & luctus, ita loquitur gemebundus: *exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam.* Ingentẽ quidem dolore afficiebatur, qui prã dolore non guttam, sed copiosos riuiolos lachrymarum effundebat. Sed cur illius oculi ita se lachrymis dederunt, *Quia nõ custodierunt (inquit) legem tuam.* Non illum immanissimĩ gehennẽ cruciatus, ad hunc dolorem commouerunt, quia iam sibi a Domino peccatum esse remissum audierat. Propheta illi dicente: *Domine transulit peccatum tuum.* Neque mortis temporalis timor, quia pœnitentiã voci vox Domini sine mora respondit? *Non morieris* Neque ex eo lachrymis, & tristitia conficiebatur, quod propter facinus illud perpetratum, posset iuste regno priuari, ad instar Saulis iam ab illo repulsi. Iam enim a Domino dulcissima illa verba acceperat: *Fidelis erit domus tua, & regnum tuum vsque in æternum.* *ante faciem tuam, & thronus tuus erit firmus iugiter, &c.* Neque illi denique aliquid, humanum aut caducum sed diuinum duntaxat lachrymas excitabat. *Quia non custodierunt (ait) legem tuam* culpa certe commissa, non vero pœna infligenda ipsum ad lachrymas effundendas commouebat, diuina offensio, non proprium periculum, cordis intima, intimo quodam dolore percutiebat, & sic ad

B b 3

ipem

ipem in huiusmodi sacrificio Domino prælibavit.

PUBLICANVS item ille, quem **DIUS** Lucas commemo-
Luc. 7. 13. rat, præclaram hanc penitentiae rationem nobis demonstrat, qui a
longe stans noiebat vel oculos ad caelum levare, sed percuriebat pectus
suum dicens, Deus propitius esto mihi peccatori. A longe stabat, quia
 criminum pudore impeditus, non audebat propius accedere, Ne
 que oculos in caelum erigere, cui quidem studiosus pudor, ex sui
 in Deum peccati cognitione profectus est, eaque de causa ingen-
 ti quodam rubore perfusus, in præpotentis Dei conspectu se fiste
 re verebatur, quo circa non penarum, quas subiturus erat remis-
 sionem, sed culparum quas susceperat condonationem supplici-
 ter postulabat. *Domine (inquit) propitius esto mihi peccatori.* Vnde
 quia ex corde dolor iste emanabat percutiebat, eaque ratione ad-
 ipem pro peccato suo Domino deferebat. Quod ita Deo gratum
 extitit, ut pharisæum summa se laude efferentem Christus Domi-
 nus despiciens, dicat. *Descendit hic iustus istovatus in domum suam ab*
illo. O vere illum felicem quem Dominus iustificatum affirmat!
 At vero quanti faciat Deus huiusmodi penitentiam, ex divina
 offensæ dolore ortam, ex eo cognoscitur, quod publicanum hunc
 maximis sceleribus irretitum ita plorantem, iustum reddat omni-
 no, ut eum maxime laudet Christus, & tanquam veræ penitentiae
 exemplar nobis proponat, quia cor sic cõtritum, & humiliatū nun-
 quam spernit Deus.

Luc. 7. 11. **NEC** minus Mariæ Magdalena lachrymæ Domino placue-
 runt, cum eius dolorem ille probauerit, & secundum eum senten-
 tiam tulerit in hunc modum: *Remittuntur ei peccata multa quia di-*
lexit multum: Perpendite obsecro quam penitententie partem
 Deus præcipue commendauerit, quamque plurimi fecerit, quia di-
 lexit multum, nam & si dominum mirifice recrearunt dulcissimæ
 & copiosissimæ lacrymæ, quibus ipsius Domini pedes abluit Mag-
 dalena, ac illa aureæ comæ despectio, qua ipsa sanctissimos Christi
 pedes absterfit, ac denique liberalis illa preciosi balsami effusio,
 vinctioque mirabilis. Hæc inquam omnia, & si Christo Domino,
 maxime grata fuerunt, illud tamen extitit gratissimum, ardentis-
 simus nempe amor, quo omnia illa Magdalena præstabat. quia
 dilexit, inquit, multum, quasi diceret, si sese vehementer angori de-
 dit exterius, & grauissimæ penitentiae signa dedit, amor tamen,
 internusque animi dolor, a quo illa emanabant, mirum in modum
 in

in ea viguit. Dolebat quidem multum eo quod Dominum offen-
 disset, quia multum & ex animo ipsum diligebat. Ecce quomodo
 Maria a dipem in hoc suæ penitentiae sacrificio, e visceribus Domi-
 no deferebat. Plurimas quidem lachrymas effudit, non feminea
 conditione ducta, neque aliquo penæ timore concussa, sed quia di-
 lexit multum. Vnde illius amore succensa, quem suis sceleribus la-
 cesserat hoc penitentiae genere vsa est, quod humani generis serua-
 tori magnopere placuit.

REFERT diuinæ legis scriptor Ioannes Christum Domi-
 num hominum multitudini ipsum sectanti dixisse. *Amen amen dico*
vobis, queritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex pani-
bus, & saturati estis. Attende obsecro quomodo etiam in rebus a-
 gendis hominum animum Deus optimus contempletur. Sequi &
 comitari Christum, egregium quidem erat. At vult Dominus, ut
 homines non sui commodi gratia, sed diuini amoris studio in-
 flammati ipsum sequantur, quod si in omni re, quantumuis parui
 momenti, hunc animum Deus a nobis exigit, in criminibus
 eluendis, multo magis illum requirit: vult enim ut propter se
 ipsum, ut pore summa dilectione dignissimum crimina deteste-
 mur.

SED fortasse dicet aliquis, dolor ille qui ab animo isto profi-
 ciscitur ex metu scilicet gehennæ vel consideratione beatitudinis
 a cuius hereditate per peccatum homines expelluntur non ne bo-
 nus est? Deoque pergratus? ita sane inficiari non possum, cum
 Concilium Trident. id satis esse declaret ad peccatorum veniam a
 Domino per confessionem impetrandam dicens. Declarat enim
 Sancta Synodus, illam contritionem imperfectam, quæ attritio di-
 citur, quoniam ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehe-
 næ, & penarum metu communiter concipitur, si voluntatem pec-
 candi excludat cū spe veniæ donum Dei esse, & spiritus sancti im-
 pulsus, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum mouentis,
 quo penitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat, & quanuis sine
 sacramento penitentiae per se ad iustificationem perducere pecca-
 torem nequeat, tamen eum ad Dei gratiam, in sacramento peni-
 tentiae impetrandam disponit. Hoc enim timore vtiliter concussi.
 Ninuitæ ad Ionæ prædicationem plenam terroribus peni-
 tentiam egerunt, & misericordiam a Domino impetrarunt Hæc
 ibi.

Ioan. 6. 6
num. 26.

Con. Trid.
sess. 14.
cap. 14.

Quare

QVARE consensum est rationi: nos omnes, qui nobiliori, illustrioriq; genere orti sumus quam Niniuitæ quippe qui ex Christianæ religionis stirpe, familiaque nati, educatique sumus, rationi inquam consentaneum est, vt nos ad veram pœnitentiam agenda incitemus. Neque aliquo modo patiamur, Niniuitas nobis in hac re pares esse, sed eos potius vincentes, contrito quodam animo crimina detestemur, & diuini amoris igniculis inflammati vehementer doleamus, eo quod Deum optimum, summeque diligendū offendimus, vt hac ratione holocaustum nostrum Deo, gratum sit, atque iucundum.

CONCIO SECVNDA.

Discursus primus, in quo ostenditur multos esse qui in his, quæ sibi conducunt ignari sunt, in his vero quæ nullius momenti sunt valde sapientes sunt.

Thema: *Accesserunt ad Iesum scribae, & Pharisei, &c.*

SCRIBAE & Pharisei magistri erant, & doctores in populo, quomodo ergo non cognouerunt, miracula à Christo Domino edita, sufficere, ad probandum illum esse Messiam. Nunc petunt, vt opus aliquod miraculosum exequatur de cœlo, quid habent efficaciz maioris miracula in cœlo edita, quam in terra? Tanta quidem virtus requiritur ad restituendum visum cæco, quā ad solis cursum retardandum. Et ipsi (quando doctores erant) si in gymnasio, in hanc theologiz difficultatem inciderent, diceret, ad quodlibet opus miraculosum, infinitam Dei virtutē requiri. Quod libet enim opus miraculosum super vniuersam naturam est, & ad illud edendum virtus supernaturalis necessaria est, quomodo ergo miracula de cœlo petunt, cum ea viderint in terra. Cum sapientes in terra sint, quomodo toto aberrant cœlo? quomodo per miracula

culæ à Christo edita non ascendunt tanquam per quosdam gradus ad eius diuinitatem agnoscendum, & summo cultu, & veneratione prosequendum.

IN his scribis, & Phariseis, illorum calamitatem, & miseram condicionem cognoscimus, qui in rebus nullius ponderis, & momenti sapientes sunt, in rebus autem maximi momenti, omnino ignari. Aliis præclare consulunt, & illorum analis medicinam adhibent, sibi autem quod peius est eligunt. Sed id exemplis confirmemus.

ANTIQUI illi Philosophi, in philosophicis studiis metaphisicis, astrológicis, mathematicis versati erant, in moribus autem, & viuendi ratione omnino perditii, vt pecudes, sine vlla ratione, & prudentia vagabantur, in rebus etiam, quæ moribus conducebant ore tenus eruditissimi erant, vt ait Diuus Augustinus: fuerant quidam philosophi de virtutibus, & vitijs subtilia multa tractantes diuidentes definiētes ratiocinantes, accuratissime concludentes liberos implentes, suam sapientiam buccis concipiantibus ventilantes, qui etiam dicere auderent hominibus, nos sequimini, nostram sectam tenete, si vultis bene vitere. Si autem eorum mores, & viuendi rationem attendas, nihil laude sed vituperio dignum inuenies, honestatis naturam formamque cognouerant, sed honestatem minime colebant, turpitudinis vitium omnino declinandum esse docebant, turpitudinem autem amplectebantur, de submissio ne animi multa dictabant sæpe, illi autem superbi erant, & elati, in definitionibus, & diuisionibus ingenij acumen ostendebant, in vitijs autem, & sceleribus voluntatis, infirmitatem acclerabant, ad res inutiles, & noxias acuti, ad viles, & salutares hiebetes & ignari.

MVLTI etiam in academijs, & gymnasijs publicis versantur hodie, qui ingenuas, & liberales artes didicerunt, & vniuersique turis peritissimi sunt, rerum autem quæ ad animi salutem conducunt ignari sunt: diuitias congregant, honores quaerunt, dignitates assequuntur, principibus inserviunt, corporis luxum, & voluptati vacant, & in his rebus peritissimi sunt. At nec celestia bona quaerunt nec animi salutem vacant, nec dant operam, ut apud Deum gratiosi sint, & sanctorum familiaritatem assequantur, nec vllis bonis operibus se exercent, sed illam tantum sapientiam assequuti sunt quam Ieremias Propheta reprobatur, cum ait. *Sapientes sunt, vt faciunt, molu bene autem facere nescierunt.* Usurarius mille vitium prestigijs & ar

C c guttiis

AUG. 114.
45. 18
IOAN.

Iere 4. 11
mer. 22.

gutiis, vt vſuram virtutis habitu contegat, vt autem rem alienā Domino reſtituat omnium rerum ignarus eſſe videtur. Iuriconſultus etiam omnia iura quocunq; vult, inflectit, neſcit autem prima rudimenta Chriſtianæ religionis. Iudex etiam, cum iniuſtam ſententiam profert, illam tot coloribus fucat, vt apud homines illa iuſtiſſima, & ipſe integerrimus iudex videatur. Neſciet autem modum & rationem inuenire, ne in diuino iudicio iniuſtus iudex appareat & ſempiternis ſuppliciis deputetur. Hæc eſt Phariſæorum natura, qui in ſacris litteris verſatiſſimi ſunt, & ſigna quæ verum Meſſiam præcedere debebāt, noſcebant, & docebant cum autem ipſe ob illorum oculos verſetur, nec illum, nec vera ſigna nouerunt, nec illi debitum cultum, & venerationem exhibuerunt.

ALI ſunt qui ea quæ aliis vtilia ſunt noſcunt, ea vero quæ ſibi eſſent profutura ignorant. Similes prophetæ Baalā, qui cū in monte aſcenderet, vnde omnes intueri poſſet, & magnū exercitum hominū proſpiceret, ſenſit, & annunciauit illis, quæ ventura erant, & pericula, quæ poſt mille annos erāt ſubituri. Cūq; ipſe poſt paucos dies eſſet interficiendus, nec periculum præcauere ſciuit, nec necē declinare. Aliis ſapiens, ſibi autem inſapiens.

Achitophel etiam in rebus bellicis exercitatiffimus erat, & tantæ prudentiæ, tantiq; conſilij, vt dicat ſcriptura: *Conſilium Achitophel quod dabit in diebus illis, quæſi quis conſuleret Deum, ſic erat conſilium Achitophel.* Hic autē, cuius conſiliū inſtar oraculi habebatur, quæ ratione ſibi cōſuluit. Exigebantur ſententiæ in ſenatu de bello peragendo, cum autē ipſe ſuam ſententiā protuliſſet: & itum eſſet in alterius conſiliarij ſententiā, tantā indignationē animo concepit, vt conſilium iniierit, de collo laqueum inferendo. Et vt eiufdem ſcripturæ verbis vtat: *Achitophel videns quod non fuiſſet factum conſilium ſuum, ſtrauit aſinum ſuum: ſappretitque & abiit in domum ſuam, & diſpoſitæ domo ſua ſuſpendio interijt.* Quantum aberrauit à recta viā in ſuis rebus propriis, qui in alienis ſemper attingebat ſcopū, domum ſuā diſpoſuit, teſtamentum ſcripſit, heredes inſtituit, erga alios ſapientiffimus, & magni conſilij vir, erga ſe autem nullo conſilio, & ratione vſus eſt, ſed laqueo in collum inſerto ſuſpenſus eſt.

HVIC erant ſimiles ſcribæ & phariſæi. Herodis tēpore ſacræ ſcripturæ volumina euoluerunt, & cum in illis verſati eſſent, tempus, & locum in quo Chriſtus natus eſt. Magis indicauerunt: cū autem Chriſtus Dominus inter illos verſaretur, & præclara ſigna quæ illū oſtendebant, & veluti digito indicabant oculis cernerent, illū

NON

non agnouerunt, ſed ſigna petūt de cœlo. *Magiſter volumus & te ſignum videre.* Similes illis qui Noe arcam conſtruxerunt, qui artē, & induſtriam ſuā collocarunt in conſtrueda arca, in quā nō de diluuij influentis tempeſtatem ſuperaret, quo ipſi ſubmerſi ſunt. Sic legis periti alios docebant veritatis viā, vt Meſſiam agnoſcerent, illū que cultu, & veneratione proſequerentur, illi autem, nec illum agnouerunt, vt oportebat ad ſalutem, nec vt par erat debito cultu, & veneratione proſequenti ſunt.

OMNES iſti ſapientes ſtulti poſſunt appellari: *Quia obſcuratum eſt inſapiens cor eorum, dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.* Aut ſi magis placet horum ſapientiam, peccatorum ſapientiam dicamus, quæ intra rationem ſolum conſiſtit, nec ſe ad voluntatem diffundit, at iuſtorum ſapientia non ſolum hæret menti, ſed in operibus cernitur: *ſcientia ſanctorum prudentia.* (ait ſapiens) Maximum verſatur diſcrimen inter ſcientiam, & prudentiam. Illa enim ſpeculatiuam rei cognitionem aſſequitur, hæc autem praxim (vt docet Philoſophus) reſpicit, vnde idem Ariſtoteles ait, prudentia non poteſt eſſe comes iniuſti.

HÆC iuſtorum ſapientia quæ prudentiam complectitur nobis neceſſaria eſt, & hanc Deus in nobis requirit. Vt ſatis indicauit in libris illis quos Ezechieli, & Ioāni deuorandos tradidit, mirabilia valde hominū oculis abdita illis patefecerat; deinde ſingulos libros in cibum præbet, hoc ſerculum illis miniſtrari præcepit Dominus. Et quidem mirabilis eſt cibus iſte. Pane, & carne veſcuntur homines, nō autē cartis librorum. Quid igitur ſibi vult volūmen illud, & inuſtatum librorum conuiuium? Quid dapes illi indicant? dicam: Quod homines comedūt in eorum ſubſtantiam diſgeſtum conuertitur, vt autem intelligamus doctrinam, quā Deus tradit in noſtram vtilitatem conuertendā eſſe, præcipit vt libri in quibus ſcripta erat deglutiantur. Sunt enim aliqui qui ſanā doctrinā in codicibus eleganter ſcriptam ſeruant, alij eam primoribus labijs deguſtant, & in lingua ſeruant, vt ea in concionibus, & colloquutionibus vtantur. Vnde non ſibi, ſed alijs prodeſt, neceſſariū igitur eſt vt in ſtomachum dilabatur, ibique charitatis ardore concocta digeratur. Ne his Phariſæis ſimiles ſimus, quorū doctrina, non illis, ſed alijs proderat. In memoriam reuocate conſilium Chriſti Domini: *ſper cathedram Moysi ſederunt ſcribæ, & phariſæi: Omnia ergo quæcunq; dixerint vobis ſeruate, & facite: ſecundum vero opera illorum nolite facere, dicunt enim & non faciunt.*

Cc 2 discursus

similes.

Rom. 1. 7. 21.


Prou. 9. 10.

Aristo. 6. ethi. c. 6.

8.

Aristo. 2. mas. c. 3.

Mat. 23. num. 2.



Discursus secundus ostendit, parum prodesse miracula ad salutem animæ, si cæcitas mentis obstat.

Thema. *Accesserunt ad Iesum Scribæ, & Pharisei, dicentes: Magister, &c.*

*Isa. 35.
num. 5.*

CVM Isaias Propheta signa ostenderet, quibus Messias esset cognoscendus, ait: *Deus ipse veniet, & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, & aperta erit lingua mutorum.* Ut autem quod Propheta præsenferat, & spiritu prophetico manifestauerat, opere completeretur, cum primum Christus Dominus seipsum mundo prodidit, cepit hæc præclara facinora edere. surdis auditum restituit, oculorum lumine orbatis visum dedit, &c. Ut hinc facile pateat scribarum, & pharisæorum stultitia. Nam cum Christus Dominus coram illis mutus, & cæcus curasset, statim accesserunt ad eum, dicentes: Magister, volumus à te signum videre, quod edas in cælo. Volebant illi, vt cæli cursum retardaret, aut solis lucem obscuraret. Sed rogo, quam ob causam hæc signa petitis, videlicet, vt cognoscamus, an homo hic verus Messias sit, de quo Isaias loquutus est. Sed ulterius peto, inuenitur ne in libris Prophetarum, futurum esse vt Messias solis cursum retardaret. Minime. Sed potius ait Isaias, cum Messias venerit: *aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, & aperta erit lingua mutorum.* Si igitur hæc sunt vera signa, quæ Messiam manifestant, cur petitis signum de cælo, cur hominem istum, in quo hæc signa reperiuntur, non cognoscitis verum esse Messiam, & illi debitum cultum, & honorem exhibitis?

RATIONEM huius rei reddidit Moyses in causa non absimili, cū ad populum loqueretur: *Vo. (inquit) vidistis vniuersa, quæ fecit Dominus coram vobis in terra Aegypti, Pharaonis, & omnibus seruis eius, vniuersa quæ terre illius, tentationes magnas, quas viderunt oculi tui, signa illa, nonne itaque in gentia, & non dedit Dominus vobis cor intelligens.* Ac si diceret, quamquam prodigia magna & in Aegypto, & in solitudine vidistis, aquam scilicet in sanguinem verti, ignem de cælo demitti, maria diuidi, aquæ latius ex silice erumpere, &c. Nunquam tamen

*Deut. 29.
num. 4.*

tamen Deum cognouistis, nequè vt par est venerati estis, quia datum est vobis cor insipiens obductum tenebris. Hæc radix est totius mali phariseorum, & multorum hominum, qui dum cognitionem habent obscuratam, & peccatis obduratam, nec deo inferunt vt par est, nec peccata quibus obuoluti sunt deserunt. Nam aliquibus datur mentis scientia, aliis vero cordis intelligentia. Illa in ratione sita & collocata est, hæc autem ad voluntatem, & affectum penetrat & est quædam diuina lux, qua Dominus illustrare solet illos qui sibi chari sunt, lux quædam est, quæ non solum mentem illustrat, sed ex ea quædam etiam scintillæ emittuntur diuini amoris, quibus voluntas inflamatur. Hic modus scientiæ non in academiis, & publicis gymnasiis comparatur, sed in oratione. Donum enim Dei est, quod non omnibus communiatur, sed illis solum qui in studio virtutum proficiunt, & in via perfectionis progressus faciunt. Auxilium enim, quod theologi generale appellant, ne mini denegatur. Hoc autem de quo loquitur, non conceditur cunctis.

*Iere. 31.
num. 33.
Hierony.*

CORIGITVR intelligens, magnum Dei donum est, & tanquæ eximium quid, olim illud promiserat seruis suis per prophetam Ezech. dicens: *Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam.* Loquitur Dominus (vt Hieronymus ait de maximo illo beneficio, quo Deus Christianam Ecclesiam cumulaturus erat, cum legem suam illi daturus erat scriptam in corde. Dederat prius legem suam lapideis incisam tabulis, nunc autem eandem in cordibus exaratam promittit. Quia licet in sacrarum litterarum voluminibus scripta, & sacrorum Doctorum verbis explicata sit, parum tibi proderit nisi in animæ tabulis inscribatur, opusest, vt Deus, magister, & Doctor sit, alias nec miracula nec signa, & prodigia proderunt, manus illa, quam vidit Balthasar, quæ litteras exarabat in pariete, omnibus timorem incussit, & magnam formidinem iniecit, non tamen legimus aliquem fuisse, a turpiconfuetudine abductum, & flagitiosa viuendi ratione reuocatum, quia scribebat in pariete, nõ in cordibus, si in cordibus litteras exarasset non dubium, quin omnes conuersi fuissent.

HINC Felix illa purpuraria, quæ in prouincia Macedonia erat verbis Diui Pauli concionem habentis in ciuitate Thyatirorum commota Christianam religionem amplexa est: quia, vt ait Diuus Lucas. *Dominus aperuit, & eius intenderet usque dicebantur a Paulo.* Non dubium, quin magna esset frequentia auditorum, qui concio nitus

*Act. 16. num.
mer. 14.*

Apostoli intererant, & miracula suis videbant oculis, aut ab alijs fide dignis accipiebant. Neminem autem legimus Christianæ religioni nomen dedisse in illa concione, præter hanc mulierem cum domo sua, et ratio fuit quia aperuit cor eius Dominus, ut dicitur ibi & dedit illi cor intelligens. Vnde cum Christus Dominus a mortuis resurrexit in signum summæ dilectionis. *Aperuit Apostolis sensum, ut intelligerent scripturas, ratione, & sensu utebantur* Apostoli, & in sacris scripturis versati erant, & tunc opus fuit, ut aperiret illis sensum, ut intelligerent scripturas, ea ratione qua Deus vult intelligi, hoc enim donum Dei est, qui eius cuius ipse vult aperitur.

Item quæ cum Christus Dominus de spiritu sancto loqueretur, ait: *Ille testimonium perhibebit de me, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quaecumque dixerō vobis.* Hic diuinus Spiritus sanctus constituit, & corda demulcet, docet quæ ratione sentiendum, & loquendum sit de Deo. Vim verbis addit, ut vim inferant, & hanc ob causam in die Penthecostes sub specie linguarum ignitarum in Christi discipulos descendit. Poterit quis de diuinis rebus colloqui, si autem spiritus sanctus diuinum ignem non admoveat lingue eius, instar psittaci loquetur nulla sua aut aliorum utilitate.

QVIS (inquit Dominus) *posuit in visceribus hominis sapientiam quis dedit gallo intelligentiam. In visceribus.* Ac si diceret, poterunt homines sapientiam in auribus, & linguis aliorum collocare, in visceribus autem, ita ut sapientia prodesse solus Deus. Hoc enim munus peculiare Dei est. Notandum est (inquit Gregorius) quod sapientia diuinitus inspirata in visceribus hominis ponitur, quia nimirum quantum ad electorum numerum spectat, non in solis vocibus, sed etiam in sensibus datur, ut iuxta quod loquitur lingua viuat conscientia, ut lux eius tanto clarius resplendeat in superficie, quanto verius inardescit in corde. Sed iam videamus quid sibi vult illud: *quis dedit gallo intelligentiam?* Quem galli nomine appellat?

DIUUS Hieronymus, & **DIUUS** Gregorius dicunt concionatorem gallum appellare, nam quemadmodum gallus cum canit indicat quæ hora noctis sit, & quantum distet aurora, sic concionator suis vocibus, admonet quis sit huius vitæ status, & quam proximi simus alteri vitæ, & quemadmodum inditum est a natura gallo, ut suis temporibus canat, sic Deus quæ sua misericordia est hanc mentem iniicit concionatoribus, ut sciant veritatis notitiam reddere.

HINC oritur sæpe rusticum plura cognoscere de rebus diuinis, & præstantiori luce arcana cælestia penetrare quam sapientem & eru-

& eruditum, & ut luce clarius appareat in memoriam reuocate, id quod sacre litteræ commemorant de propheta Balaam, qui strauit asinam suam, & profectus est, cum autem iter faceret, stetit angelus Domini in via contra Balaam, cernens asina angelum stantem in via euaginato gladio, auertit se de itinere, & ibat per agrum. Propheta autem cum nihil videret, fuste cedebat asinam, ut illam ad viam reuocaret. Mirabile hoc: asina habet oculos, quibus Domini gladium cernit: Balaam autem, qui Propheta erat non cernit. Sic rusticus, & qui omnium rerum inscius habetur diuinæ iustitiæ gladium intuetur, illumque nouit declinare, ille autem, qui magister dicitur in populo, & Doctor ab omnibus appellatur, mentis luminibus orbatus super illum incumbit, quia illi Dominus aperuit oculos, ut aperti sunt asinæ: Horum autem oculi tenebris, obducti sunt. vtriusque iuris peritissimi sunt magnique theologi egregij concionatores, qui de amore Deo debito, non minus acute, quam eleganter disputant, quantum laudis ornamenta afferant animi, de ultimo fine de sempiterna hominis felicitate acute differunt, futuram tempestatem, a longe prospiciunt, pluuiam, & serenitatem in diuersis astrorum aspectibus cognoscunt. *Facto vesperæ dicunt se renum erit, rubicundum est eorum calum & mane, hodie tempestas, rusticus enim triste calum faciem enim cali diiudicare norunt.* Prophetæ videtur sicut Balaam, in rebus autem quæ ad animæ utilitatem pertinent, nec prima rudimenta tenent, scelerate viuunt, virtutibus nuncium remittunt, & tandem in sempiternos cruciatus detruduntur. Non hæc cordis intelligentia, sed cæcitas est, quia mentis scientia, & animi tenebræ coniungi solent. At mentis intelligentia vehemens est, & efficit ut mentis cognitioni vita respondeat, & vanitate posthabita, ad virtutem pulchram, & speciosam oculos homines adiciant, hæc autem a Deo petenda est.

HINC etiam intelligetis quid sit in causa, cur ex duobus qui eidem concioni interfunt, vnus conuertitur alius vero non, cum eisdem peccatis teneantur attriti, & forte qui conuertitur non ita ingenio pollet, ac ille qui in suis sceleribus remanet inquinatus, quia scilicet illius cor singulari quodam lumine paucis cõcesso, Dominus illustrauit & a diuino, aliud vero noluit tanto beneficio cumulare.

CVM Israelitæ longissimis interuallis disuncti essent, alij enim remanserant Hierosolymis, alij autem in Aegypto versabantur, litteras dederunt ad illos Hierosolymitani dicentes, *Deus det vobis cor omnibus, ut colatis eum & factis eius, voluntatem corde magno*

Num. 22.
Num. 22.

Math. 11.
Num. 20.

2 Mach.
1. Num. 4.

Et animo volenti adaperiat cor vestrum in lege sua, & in præceptis suis. Deus (inquiu nt) adaperiat cor vestrum in lege sua. Quia maximuna hoc beneficium ex diuina liberalitate descendit.

C O R D I S cecitas ex opposito magnam Domini indignationem, & furorē indicat, quam patitur in scelerum supplicium, peccator iniquus, vt satis aperte colligitur ex mira illa immutatione quæ Babylonix imperatori euenit, cuius cor propter immane superbiæ scelus ab humano commutatum est, & cor feræ datum est ei. Atrox, & singulare supplicium. Quid enim est cor feræ nisi irrationale, & agreste ad fluxa, & caduca propensum, & inclinatum? Non pauci sunt in quibus videre est miraculum hoc. Qui cum hominum mente, & ratione vtantur, belluinum cor induerunt, vnde solum sensu, & effrænata cupiditate ducuntur, & sine vlla ratione velut pecudes vagantur. Sine modo amant, & odio prosequuntur, sine vlla ratione reformidant, & audent, sine modo, & ratione lætantur, & tristantur, ac denique eo vtuntur corde, quod non hominem, sed animalia rationis expertia referre videatur.

V N D E cum ad hanc cæcitatē homo deducitur, in varias cæca lera sensim prolabitur, ita stulte vt oculis orbatus videatur. Cum de tribu Ephraim loqueretur Oseas ait: *Factus est Ephraim sicut colūba seducta non habens viuentem cor.* Cur vocat Ephraim colūbā seductā? In quo versatur colūbæ seductio? Diuus Hieronymus ait, cæteræ aues pro pullis pugnant, & eos defendunt, sola colūba ablatos pullos, nec dolet, nec requirit. Ita Ephraim vastatū per partes populū non sentit, sed negligens est salutis suæ. Alij vero sic exponūt, habet hoc colūba, vt sicut volatu velocissima, sic corde tardissima sit, nec magnopere aucupem retia tendentem, aut videre, aut vitare curet, sed quodammodo in retia sponte incidere videatur. Sic Ephraim toties admonitus vt à commercio gentium vicinarum, & consuetudine caueret, vitro ad eas ibat, & in laqueos, quasi sponte se iniiciebat. In hunc laqueum incidebat Ephraim, & alij multi qui in peccatorum præcipitia sponte ruunt, quia non habent cor, simili sunt colūbis quæ nihil præcauent nec laqueos de lipant, si cur alij passerēs callidi, & versuti, qui rete coniectant, & fugiunt.

H I N C potest intelligi quam nobis necessarium sit cor intelligens, quo veritatis semitam agnoscamus, id Dominus elargitur, id ab eo postulare opus est, vt ipse digito suo in medio cordis nostri legem suam incidat, & librum earum veritatum, quarum magister

& do-

& doctor est nobis, edendum tradat, vt postulabat Dauid, dicens: *Da mihi intellectum, & seruiabor legem tuam, & custodiam illum in corde meo.* Quid? mente, & ratione non vtēbatur Dauid? carebatne intellectu? cur igitur ait: *Da mihi intellectum?* quia magnum delictum versatur inter mentem, quæ solum assequitur veritatem, & mentem quæ illam penetrat, & quod edocta est, exequitur. Et hæc postulabat Dauid. Et vt Dominus ostendat maximum hoc beneficium ab illius munere proficisci ait: *Intellectum tibi dabo, & instrua-*

psal. 118.
num. 34.

psal. 31.
num. 8.

te in via hac, qua gradieris. Dabo, inquit, quia donum illius est: mentem illustrat diuini luminis splendore, illam instruit, voluntatem inflamat, & vertit quo vult, vt diuinis præceptis adhæreat. Ad eū igitur accedamus, & vt tantum in nos beneficium conferat, summissa quadam animi significatione postulemus, &c.

CONCIO TERTIA.

Discursus primus ostendit, saepe mortem superuenire peccatoribus, qua hora ipsi minus putant, & magis peccant.

Thema.

Sicut fuit Ionas in ventre ceti, &c.

C V M Ionas propheta somno indulgebat, & fessus requie perfruebatur, commouit Dominus mare, & maximam tempestatem excitauit, vt in profundum maris demergeretur, & illum cete deuoraret. Item cum Ninive frequentissima vrbs esset in ingressu trium dierum, & ad opulentiam suam culmen peruenisset: ingressus eam Ionas propheta, clamauit: *Adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertetur.* Quam securus, & alienus ab illa clamazione sibi Rex esse videbatur, in suo sedens solio. Et cum eo principes in suis hortis, & diuites in sua rerum omnium affluentia, & subito præter omnium spem, in eorum auribus vox Prophetæ resonat: *Adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertetur.* Idem quotidie cernitur in vniuerso terrarum orbe, cum magis homines luxui, & voluptati vacat,

Dd & vo-

& voluptatibus vndiq̄, circūuenti sunt, tūc finis, vel calamitas, vel mors præsto est, & illos inuadit, vt omni eos priuet oblectatione
P R O S P E C T A B A T ex fenestra Iezabel fuceo illita, quid ageretur in populo, & subito ex fenestra præcipitata est, & canum dentibus dilaniata. Quis cogitaret ex fenestra, cui inuēbatur vt omnium oculos retineret, agenda esse præcipientem. Speculum manu sumpserat (sine vlla mortis cogitatione) vt diadema capiti imponeret, & redimiculis exornaret, vt genas cerusa depingeret, & rubeo colore deliniret, vt calamistro contorqueret crines, & petine disungeret, & discriminaret, vbi ad fenestram accessit, vt ab omnibus conspiceretur, non vidit infelicem mortem, quæ illam iā expectabat, & in illius vestigijs insistebat. Nec timebit peccator hæc audiens, cum se vestibus exornatum contuetur, futurum vt vita & vestibus simul denudetur, & in sempiternā inferni præcipitium detrudatur.

S O L E T etiam mors hominem apprehendere inter epulas & delicias: nā in cōuiuio regali luxu splendido erat rex Balthasar quod ipse principibus atque dynastis suis parari præceperat, & cum dulcissimi vini pocula exhauriebat, & conquisitissimis epulis vescabatur, cum Deos suos argenteos, & aureos laudabat: Ecce tibi manus quæ in aduerso pariete mortis sententiam scribebat regi & totius regni ruinam, quæ mox accidit: eadem enim nocte interfectus est Balthasar rex Chaldeorum, & Darius Medus successit in regnum. Id multis frequenter accidit qui cum inter voluptates, inter epulas, & oblectamenta versentur, mortis omnino obliti illa præsto est, & illos rebus omnibus subito priuat.

M E N S I S accumbentibus Babylonij, & conuiujs intererant, sine vlla hostium formidine, cum clamauit Isaias: *Comedentes & bibentes surgite principes arripite clypeum.* Prospektabat Isaias ex specula vrbe Hierusalem, & prospiciebat Persas, & Medos, qui iter agebant, vt Babylonem caperent, ipsi autem Babylonij nihil videbant cum tamen illis inmineret tātum malum: animaduertente quo tempore clamat propheta & præcipit iri ad arma, cum scilicet illi erant in cōuiujs, & de corporis luxu, & voluptate cogitabant, tunc illos comprehendit calamitas illa, vt subdit Isaias dicens: *Cecidit cecidit Babylon, & omnia sculprilia Deorum eius contrita sunt in terra.* Cum minus cogitat mundani homines cū epulis, & conuiujs vacant, & corpori indulgent, tunc illos inuadit mors & omni oblectatione spoliatos interimit.

N E

N E S C I E N S, quæ sibi imminēbant accubuit mensæ Amnō. Fecerat enim Absalon conuiuium, quasi cōuiuium regis, & præcepit feruis suis, vt cum temulentus esset Amnō illum interficerent, existimabat ille tempus tunc esse, conuiuij, & oblectationis, & fortasse non parum lætatur cum fratris simulatum amorem cernebat, quem verum esse existimabat, & eo tempore quo minus putabat & quo minus ad pœnitendum aptus extiterat, interfectus est. Nam temulentus erat. O mortem infelicissimam, dolore & lachrymis digna! si alia non esset miseria in hoc mundo nisi hæc, maxima profecto ea est.

V E S C E N T I B V S, & bibentibus vinum filijs Iob in domo fratris sui primogeniti, repente ventus vehemens irruit, e regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quæ corruens oppresit eos, & mortui sunt. Sæpe iubebat sanctus Iob liberos suos accersiri, vt eos sanctificaret nunquam tamen corruit domus nec oppresit, illos nisi cum conuiujs intererant, & nihil de morte, sed de epulis cogitabant. Tu autem qui nec de sanctificationibus aliquid curas, nec de bonis operibus cogitas, sed de voluptatibus, & delicijs, nō times, ne te mors incautum opprimat, & in sempiternas miseras deturbet.

A L I O S apprehendit mors dum somno indulgent. Splendidam cœnam fecerat Holofernes, biberatque vinum multum nimis quantum nunquam biberat in vita sua: absoluta cœna discessit cubitum, vt crapulam edormiret, & iacebat in lecto, nimia ebrietate sopitus. Tunc fortissima Iudith arrepto pugione apprehendit comam capitis Holofernis, & percussit bis in ceruicem eius & abscidit caput ipsius. O infelix & luctuosa mors! cum iaceret in lecto somno obrutus, & nimia ebrietate sopitus, graui constructus scelerē interemptus est, cum mortis maxime oblitus requiescebat intra conopœum abditus, suis stipatus militibus, tunc viam inuenit mors, vt illum vita priuaret, & euigilaret raptus ad infernū.

S I S A R A etiam dux præstantissimus, dū adhuc dormiret interfectus est, nam cum hostes suos fugeret, qui exercitum, quem ducebat vicerant, ei scœmina obuiam processit & in suam domum recepit, cumque ille sibi confectus aquam peteret, lactis poculum illi scœmina præbuit, quo exhausto, somno oppressus est, & ab eadem scœmina clauo per tēpora trajecto, interfectus est. Existimabat ille ad portum salutis appulisse & ad sacram Aram confugisse cum autem otio, & quiete perfrui vellet, tunc interfectus est.

Dd 2 Ssd

2. Reg. 13
num. 22.

Iob. 1. n. 9

Iud. 3. n. 1

Iud. 4. n. 19

Sed quid egimus ad hoc exemplis prætoriorum, quotidiè huiusmodi exempla suppeditant nobis casus inopinati: quoties audisti ille sanus & saluus dormitum iuit, cubuit, & summo mane in lecto inuentus est mortuus, ille post prandium paululum requiescere volens, requiem cum morte commutauit, misera quidem mors.

A L I O S inuadit mors cum diuitiis affluentes, de lucro cogitant, eoque omnibus suis fortunis simul, & vita in puncto temporis spoliata. sic accidit diuiti illi, qui cum vberes fructus collegisset, cogitabat intra se, dicens: *Quia faciam? quia non habeo quo congregem fructus meos. Et dixit hoc faciam: destruaui horrea mea, & maiora faciam, & ibi congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea. Et dicam mihi nee. aut nee. aut nee. habes multa bona posita in annos plurimos requiesce, comede & bibe epulae.* Ecce tibi diuitem diuitiis affluente, qui de producendis in tempus longissimum fortunis cogitabat, & adeo erat mortis oblitus: ut existimaret plurimos sibi vitæ annos restituros esse, cum tamen ille eadem nocte diem suum obierit.

A L I I in ereunt, cum in altissima dignitatis, & honoris gradu collocati sunt. Inuitauerat Rex Assuerus principem Aman ut secum & cum Regina Hester accumberet mensæ. Et dum conuiuio intererat, de illius nece agebatur. Nec multo post Regis Assueri iussu, ad paribulum ductus est, & in cruceem raptus, quam ille parare præceperat, ut Mardocheum sibi infestissimum suspenderet, hic ne finis est illius qui apud regem plurimum gratia valebat? Nunquam ille cogitarat, cum furcam erigi præcepit, futurum ut ipse in illam tolleretur, nec cum ad conuiuium ingressus est fore, ut inde morte damnatus egrederetur.

A L I I S accidere videmus idem, quod Amasa, cui Ioab, hilarè vultum ostendit, cum ira lateret in corde, occurrit Amasa ipsi Ioab, & dixit Ioab ad Amasa: *S. Iuam frater dei tenuit manu dextera: mentum Amase quasi osculans eum.* Porro Amasa non obseruauit gladium quem habebat Ioab qui percussit eum in latere, et effudit in terra eius in terra. Beneuolentia signum ostendit, ut illum securum redderet, & sic interficeret. Quis putaret illum esse inimicum, & vitam, & sanguinem expetere, qui hilarè vultu saluabat, & usurpabat fratris nomen, & in amplexum ruebatur illis, tamen inuolucris occultabatur, & latrabat grauis, & acerba mors. Huic proditori similis est mundus, unde cum hilarè vultum ostendat, & se hominibus beneuolum præbet, ac multa pollicetur, tunc magis cauendus est, quia

quia blandimenta illa sæpe insequitur aspera mors, quæ vniuersis bonis hominem spoliata.

A L I I interimuntur, cum choreas ducunt, & luxui, ac corporis oblectamentis vacant, qui suis casibus, & ruinis comprobant illud Iob *Teneat tympanum* (ait Iob) *& citharam, et gaudent ad sonitum organorum ducunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descendunt.* Vbi ait Diuus Gregorius: potest in puncto hoc intelligi, quod sæpe hi, qui in iniquitate diu tolerati sunt, subita morte rapiuntur, ut nec flere ante mortem liceat, quæ peccauerunt. O mortem vere infelicissimam! cum ipsi instrumenta musica manibus portant, ut nervis concrepent, illa mors emanibus extrahit. Dum suauia, & dulcia carmina decantant perimuntur, & cum minus putarant, subita, & inopinata morte obruuntur. Alieni valde erant à mortis cogitatione, qui canebant fidibus, & oblectationes quærebant. His malis obnoxij sunt homines. Quis igitur vitæ fidat, quæ tot calamitatibus, & periculis circumuenta est?

A C denique in rebus, in quibus nunquam putarant offendunt mortem mortales: & accidit illis quod passeri, qui inter arborum ramos virides in horto volitat, & confidit in fronde, ibique suauiter canit, & subito illum accipiter inuadit, & capit, ac vnguibus, & rostro dilacerat, & discerpit. Sic euenire solet homini cum sibi securus videbatur, & virentia iustrabat prata, ac inter arbores & flores in hortis deambulabat, & versabatur. Tunc acceps inexorabilis retia tendit, ut illum capiat, & interficiat. Sed spiritum sanctum qui hæc sigillatim expendit audiamus: *Nescit homo in em suum sed juncus pisces capiuntur hamo, et sicut aues laquea comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis exemplo superuenerit.* Eleganter hic explicat Dominus, quod solet hominibus frequenter euenire. Qua securitate pergit piscis ad capiendam escam, sub qua latet hamus, & ubi non putarat capitur passerulus etiam qui grana à longe prospicit, ad illa captanda summa velocitate fertur, & tamen ipse aucupis rete captatur, & interficitur. Sic accidit mors hominibus, dum minus putabant, & minus de illa cogitabant, & unde vitam spectabant, subito mors erumpit, vita priuatur illa, cum lautitias, & elegantias quærebat, noue ex cogitatis ornamentis, & redimiculis operam dabat. Alter interimitur, cum opiparum conuiuium celebrabat, necdum bucella ex ore transmissa. Alter dum nervis citharæ concrepabat, ictu percussus interimitur. Et dum somno indulgeret, super lectum molitum, & subactum excitatur

in inferno. Et istorum multi, cum non solum à sensibus, & mente, sed à Deo erant etiam omnino alienati, infelicissima morte occumbunt. Denique tanquam fur cum minus cogitabatur irruit mors.

Seneca

CVM igitur certum sit eo tempore homines interire, cum minus mortis memores sunt, rationi valde consonum est, ut incertos mortis euentus quisque reformidet, & sedulo se ad mortem subeundam comparet. Nescis (ait Seneca) quo loco te mors expectat, tu ergo in omni loco mortem expecta. Ea ratione vita tibi dicenda est, ac si statim moriendum tibi esset: *Nescitis diem, neque horam, ergo vigilate.* conclusio Christi Domini est, quæ & concludere debet, & convincere, ne nos incautos offendat mors, sicut offendit quinque virgines fatuas: Quibus aditus ad nuptias interclusus est. Merito virgines illæ fatuæ appellantur à Christo, quia maxima stultitia est tunc obdormire, cum se quis peccati scelere commaculatum cognoscit, & se exponere periculo subeundi mortem infelicissimam, quæ multis contingit. Et quando id nullo fuisset exemplo comprobatum, posse contingere, tamen homines sollicitos Saluatoris monitum reddere deberet. Quid ergo cum inopinatæ & subitanæ mortes frequentissime sint? Quid si tibi quod alijs multis, contingeret? Quid si cum adhuc in sceleribus es, Deus faceret potestatem demoni, ut te suffocaret & occideret: vix tibi Nunquid non posset accidere? quid ni? Cur ergo cubitum discendis, priusquam animum peccatorum confessione expies. Caue tibi, ne aliquid committas quod in æternum in inferno luceas, &c.

Discursus secundus, in quo ostenditur futurum, ut a Niniuitis, & alijs creaturis rationis expertibus damnentur in iudicio peccatores.

Viri Niniuita surgent in iudicio.

DVO inuenimus in Euangelio consideratione digna: Primum Niniuitas, ethnicos, & à vera religione omnino alienos, penitentiam egisse in prædicatione Ionæ, qui solus & peregrinus erat, & vnam tantum concionem habuit. Secundum est cetera quod deorauit

deorauit Iona, neq. illum Dei insulæ sit, sed sine vilo detrimento viuam euomuit in littus. In quo duo nobis Dominus exempla proposuit, alterum penitentia ethnicorum, alterum vero obedientia animalium rationis expertium. Id enim sæpe reperitur in sacris litteris, tum ut huiusmodi exemplis, erubescamus, tum etiã ut in nouissimo die iudicij damnemur: contra fideles enim impetentes aduocabit Dominus Niniuitas dicens: Ethnicis ad vnicam & breuem Ionæ concionem penitentiam egerunt, & vos fideles, & in Ecclesiæ gremio enutriti, assiduifque documentis diuinis eruditi millies per sacros concionatores vocati in sceleribus permansistis. Hoc cetera præter omnem suæ naturæ rationem, postquam deglutiuit Ionam; ad præceptum meum euomuit illico illi indemnem. Vos ratione, & fide illustrati omnia præcepta mea transgressi estis, & sanguinem meum conculcastis, Imo antequam ad illud iudicium tremendum veniamus, nobis proponit Christum huiusmodi exempla, ut saltem ethnicorum & brutorum acta imitemur. Habet se Dominus nobiscum instar vrbani alicuius equitis, qui cum filios velit obiurgare, quia rusticitatē quandam agrestem præferunt, exemplum duceret à paganis & rusticis hominibus, & diceret, qua ratione fit ut hi qui in pagis, & tuguriolis degunt, ingenue loquantur, & ingenuos mores, & præclara equitum studia imitentur & referant: in vobis autem, qui in frequentissima curia, inter regis asecclas, & dynastas versamini, nulla vrbانيتatis vestigia reperiantur. Eadem verba posset Episcopus vsurpare, cum clericos vellet reprehendere, exprobrās illis vitia, & seculariū hominum virtutes obijciens. Aut quemadmodū dux aliquis præstantissimus, si vellet à militibus formidinem excutere, & illorum timorē reprehendere, diceret: Multæ fuerunt femine, ut Amazonas missas faciam, quæ pro patria, honore, & gloria fortiter dimicant, vos autem cum milites sitis, qui æternam gloriam rebus in bello præclare gestis aliquando comparastis, terga vertitis, incredibili quadam formidine deterriti, quæ ista hominum impudentia est? Sic Dominus in hoc loco, & alibi sæpe exempla adducit ducta ab ethnicis, & rebus sensu, & ratione carentibus, ut ea ratione illi qui Christi nomine, & sanguine insigniti sunt erubescant. Cum ergo nobis scriptura exempla abunde suppeditet, nonnulla proferramus.

VT Israelitas confunderet qui ad Deos alienos conuertebantur, ait: *Iudicio contendam vobiscum, & cum filijs vestris disceptabo.* Hier. 2.

Transite num. 10.

Similes

Transire ad insulas Cethim & in Cedar mittite, & considerate vehementer, et videte si factum est huiusmodi, si mutauit gens Deos suos, & certe ipsi non sunt Di; Populus vero meus mutauit gloriam suam in idolum. Incolæ duarum insularum, quas commemorat propheta Cethim, & Cedar statuis lapideis, & ligneis, honorem & cultum Deo debitum exhibebant, qui Di; cum essent cultu & ueneratione indignissimi, nunquam tamen a suis cultoribus deserti sunt. Hoc ergo Dominus argumentum conficit. Illi fidem præstitam, Dijs ligneis, & lapideis seruant, me autem, qui uerus Deus sum, vosque ex nihilo produxi, pro alijs commutatis. Vnde exclamans propheta subdit. *Obstupescite cæli super hoc, & porta eius desolamini vehementer. Cælum* (ait Diuus Hieronymus) inhorrescit, & stuporem dissimulare non potest, uidens Dei præcepta calcata. Omnis enim creatura ingemiscit, & condolet super peccatis hominum. Ecce tibi quo exemplo, Barbarorum scilicet, confundit Dominus populum suum.

Hier. 6.

4. Reg. 5.
num. 5.

SIC etiam ut Samaritanis ex probaret, eo quod Eliseum Prophetam debito honore & ueneratione non afficiebant, commouit Naaman Principem Syriæ, ut in Samariam proficisceretur, & Eliseum quæreret, ab eoque pristinam ualitudinem efflagitaret, litteras Regis Syriæ secum detulit, & maxima dona, cumque ad pristinam ualitudinem restitutus esset, ad ueram Dei religionem iam traductus dixit. *Uere scio quod non sit alius Deus in uniuersa terra, nisi tantum in Israel, concede mihi obsecro, ut tollam mihi onus duorum bardorum de terra, non enim faciet ultra seruus tuus holocaustum aut uictimam Dijs alienis, nisi Dominus exemplum hoc ualde accommodatum erat, ut populi Israelitici homines erubescerent, & confunderentur: uenit enim ethnicus qui ueram cognitionem Dei non fuerat assequutus, ut a uero Dei propheta remedium peteret: Israelitæ autem inter quos uersabatur, nec illum ut par erat agnoscebant, nec debitam illi uenerationem, & honorem exhibebant, unum duntaxat miraculum edidit in oculis Naamam, quo conuictus, & ad Deum conuersus est, in conspectu autem illorum maxima & multa ediderat miracula, quibus nunquam uoluerunt a suis peccatis cessare. Hanc ergo ob causam uoluit Dominus, ut Naamam Syrus in Samariam ueniret, ut illius pietate, & fide erubescerent Israelitæ.*

Luc. 10.

num. 13.

EANDEMO ob causam Dominus grauitè affectus: quia ciues Bethsaidæ, & Corozaim, post Christi Domini splendorem illis

illis exortu ad huc in sua persistebat pertinacia, ait. *Uenite Corozaim, uenite tibi Bethsaida, quia si in Tyro, & Sydone, facta fuissent, uirtutes, que factæ sunt in uobis, alim in cilicio, & cinere, sedentes penitentes Tyrus, & Sydon, vrbes erant Syriæ, quas Barbari incolabant. Vnde perinde fuit, ac si diceret duriores, & immaniores estis barbaris. Nam si illi interfuissent prodigijs & miraculis quibus uos interfuistis, non dubium quin respicerent, & a peccandi consuetudine abducti ad bonam uiuendi frugem se reciperent, uos autem instar saxorum, & rupium immobiles in uestra duritia, & pertinacia perseueratis. Similiter hodie cum uellet Christus Dominus, scribas, & pharisæos conuincere, quia cælesti doctrina nihil proficiebatur ait. *Regina austri surget in iudicio, cum generatione ista, & condemnabit eam, quia uenit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & ecce plus quam Salomon hic.* Quasi diceret ab extremis orbis terrarum partibus ethnici confluabant in Hierusalem, ut Salomonis sapientia proficerent, uos autem qui æternam Dei sapientiam carne uestitam cernitis doctrinam cælestem, quam uobis tradit contempnitis. Niniuite qui ad prædicationem Ionæ penitentiam egerunt, qua alia re commoti sunt, nisi unius hominis concione qui tantam apud illos vim habuit, ut statim concentum, & armoniam, in fletum, & lachrymas, lauitias blandas in aspera cilicia, ac denique oblectationes suas in penitentiam rigidam commutauerint. Scelera itaque Niniuitarum unica admonitione hominis illius repressa sunt: Nunc autem conciones habet in populo, ille qui Ionam infinito quodam intervallo superat, & tamen non ille percipitur fructus, nec sic uilus peccatis finis imponitur, Ionas Niniue ruinam minabatur, & timuit, nunc autem uobis minitor sempiterna supplicia, & non timetis? Ionas non pollicebatur uitam sempiternam, & exauditur ego autem polliceor, & aures clauditis? O rem mirabilem! ethnici, & Barbari ad audiendam unius hominis uocem aures intendunt, & quidquid ille præcipit exequuntur: Vos autem genus electum, populus Dei, in quorum conspectu, & oculis tot eduntur miracula, adhuc in uestra pertinacia persistitis? & dicitis, uolumus signum uidere? *Uiri Niniuite surgent in iudicio, & condemnabunt uos.* Erubescat Populus Israel, erubescat etiam Christianus populus in quo, & Christus Dominus, & eius miracula, uerba diuina & sacramenta sunt, & uidemus quam plurimos qui nullos fructus, ex fructiferis his arboribus colligunt*

E e qui-

quibus suis subueniant necessitatibus, vt fecerunt Niniuitæ, auditis verbis Ionæ.

S E D non solum ethnici, & barbari Israelitas, & Christianos homines confundunt, sed etiam animantia rationis expertia. Cete deuorauit Ionam, nihil tamen mali intulit illi, sed in vtero conferuauit, vt nullum detrimentum pateretur, ergastulū. Domini fuit, in quod illius seruus coniectus est, & tribus diebus detētus, quod illum iussu Domini expulit in littus maris, vt erubesceret Ionas, qui diuinæ voluntati resistebat, & nos etiam puderet immaniū scelerum, & flagitiorum quibus Dei voluntatem transgredimur. cū immane illud cete illam perfectissime, & ad nutum exequatur. Sic Deus creaturis irrationalibus in exemplum adductis reprehendit mores nostros.

F O R M I C A E sollicitudinem, & curam obijcit Spiritus sanctus desidi, & ignaui, cum ait: *Vade ad formicam, & piger, & consideras vias eius, & discis sapientiam, quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat.* Et subdit: *Utsquequo piger dormis? quando confurges esomno tuo?* Ac si diceret, quæ isthæc stultitia est? cur non te pudet, & piger, qui stertis in æstate: cum formicā valde sollicitam intuearis, quæ in æstate colligit grana, quibus vescatur hyeme: & natura ipsa duce didicit, alio tempore laborandum esse, alio vero ocio, & tranquillitate perfruendum, cum tamen animal humile sit, quod omnibus despectui est, & pedibus conculcatur. Tu autem rationis particeps, qui mente, & cogitatione duceris, doctrina, & disciplina imbutus, præceptis instructus, legibus addictus, concionibus, & libris admonitus, nec sensu, nec prudentia vteris, vt hoc breui tempore, ea tibi compares, quæ æternitati valeant deseruire, ea in horrea condas, quibus sine vilo fine vescaris, & perfruaris. Excute somnum, & piger, à formica excitatus, & eam tibi vt exemplar admittandum propone.

I N G R A T I S exprobrat Dominus vitium suum, proposito exemplo bobis, & asini, cum ait: *Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit.* Expōnit Dñus Hieronymus sic, ego eos adoptraui in filios, & feci populū peculiarem, partem meam, ac funiculum hæreditatis meæ, & eos appellauī primogenitos, illi autem, nec hoc idē fecerunt, quod

quod bruta faciunt animalia, vt beneficiis vincerentur, & intelligerent pastorem, ac nutricium suum. Nec comparauit eos canibus, quod sagacissimum genus animantium est, & pro paruo cibo, dominorum tecta defendit. Sed stolidioris sensus bobis, & asino. Hæc Hieronymus. Quæ maior nobis potest ignominie nota iniuri? cum asini, & bobes magis grati dicantur, & habeantur dominis suis, qui illos fæno, & paleis pascunt, nos autem mēte præditi, & cœlesti cibo refecti ingrati sumus Deo, qui in nos largi liberaliquē manu, tot bona contulit, ac tantis nos cumulat beneficijs, vt Christi corpore, & sanguine alat. Si cibus gratos reddit brutos, rationis expertes, cur tantus cibus ingratos reddet homines rationis participes?

A V A R O S autem, & qui nulla in pauperes liberalitate vtuntur excitat Dominus coruorum exemplo, qui in solitudine victū suppeditarunt Helix. Bis enim singulis diebus, panem & carnem ad illum deferabant. Edacissimus coruus est, nihil tamen detrahebat de carne, vt illam (iussu Dei) tribuerit homini, qui victu maxime indigebat. Vt ea ratione erubescant diuites, qui non solū pauperibus fame confectis necessaria non suppeditant, sed sapissime per vim, & iniuriam ab illis quod habent extorquent, vt suas ipsi augeant diuitias, & opipara, ac splendida conuiuia parent.

I R A C V N D O S autem, qui iniurias vsque ad interuentionē perducunt, ad mentis sanitatem reuocat propositis ob oculos leonibus, qui Danielem in lacu circumuenerunt: quibus victus subtractus erat, vt prophetam dilaniarent, discerperent, & deglutirent: Nullus autem illorum seruū Domini cōtingere ausus est. Vt rubore afficerentur illi satrapæ, qui Danielem in lacum coniecerant, cum cernerent leones illi pepercisse, cuius ipsi expetebant sanguinem, & rubore suffundantur oportet, homines, qui aliorum hominum calamitatibus, ad misericordiam, & clementiam minime commouentur, cū leones, qui natura cruenti, & ferocissimi sunt commouentur.

I M P R V D E N T E S, & desides, qui occasiones è manibus elabi patiuntur reprehendit Dominus, obiiciens illis miluum, & alias volucres, dicens: *Miluus in celo cognouit tempus suum, turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autem meus non cognouit iudicium Domini.* Huiusmodi aues, ait Hieronymus, sua norunt tempora, & sciunt quando ad calida festinantes loca regionem hyemis debent declinare,

Ec 2 & rur.

3. Re. 17.
num. 5.

Dan. 6. 8.
22.

Dan. 14.
num. 30.

Hier. 8. n.
7.

Hier. ibi.

& rursus veris principio, ad solitas venire regiones. Volucres itaque natura duce, occasionem, quam illis offert tempus, præterire non patiuntur, homo autem mente præditus; tot occasiones e manibus elabi patietur? Tempora temporibus succedunt, anni annis, quadragesima transit, alia subsequitur, quam plurimæ temporum vicissitudines præteruolant, ipse autem semper in sua mentis durtia, & obstinatione perseverat, quoad morbo correptus priusquam illum scelerum suorum peccateat, morti succumbat infelicissime.

NEC solum animantium, sed aliarum etiam rerum, quæ nullo sensu ducuntur, exemplis conuincimur. Horum exemplorum copiam abunde nobis scriptura suppeditat, aliqua tamen in medium proferamus. Ictu virgæ filex, ex quo ignis excutitur, aquæ latices effudit, tu autem sæpe à Domino percussus, nec lachrymarum riuulos effundis. Freno soli iniecto, retardatus est, & stetit in tabernaculo suo, tibi autem Dominus sæpe frenum iniicere conatus est, vt à semita iniquitatis, ad virtutis viam reuocaret, tu vero effrenato quodam impetu raptus, nec retardaris, nec gressum contines, sed instar ferocissimi equi involuntarium interitum ruis. Iordanis qui fertur impetu ferocissimo Domini iussu, conuersus est retrorsum. Cupiditates autem cordis tui, nullis Dei legibus, nec præceptis continentur: sed velut aquæ fluminum semper eadem velocitate feruntur.

ET quia multi sunt homines qui instar lapidum nullo videntur sensu duci, admonet Christus Dominus futurum, vt hæc non solum in dedecus, & ruborem nostrum, sed in damnum etiam, & perniciem cedat: *Viri (ait) Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam.* Condemnabunt, ait, non prolatione sententiæ, sed exemplo suo, qua ipsi penitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Si ergo Niniuitæ damnabunt Israelitas, quæto magis Christianos homines? Sed quid Niniuitas commemoro? leones, tigres, corui, milui, bobes, & asini, filices, flumina, maria surgent in iudicium, & condemnabunt generationem istam. Hæc enim diuinam voluntatem, ad nutum exequabantur. Quam homines transgrediebantur, sepiissime. Quid respondebit peccator, cum Deus obijciat animalia rationis expertia, lapides & saxa dicto obediētes suo? Quid tu qui diuine semper obstinisti voluntati respondebis? oppilabit iniquitas os suum, & Dominus sententiā proferet, qua peccatorem æternis supplicijs addicat: beati autem vniuersi illi

si illi assentientur & dicent: *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum, &c.*

CONCIO QVARTA.

Discursus primus, in quo ostenditur, quanti faciat Dominus hominis penitentiam.

Thema. *Viri Niniuitæ, &c. quia penitentiam egerunt, &c.*

QUI penitentiam virtutem, præstantiam, & excellentiam voluerit agnoscere, & quanti illam Dominus faciat, hodiernum Euangelium perlegat, in quo id cumulate satis explicatur. Niniuitæ ethnici erant, variis flagitijs, & sceleribus coinquinati, quæ adeo creuerant, vt Deus vehementer in sensus eos funditus voluerit delere. Quam primum autem penitentiam operâ dederunt, Deus illos mitioribus oculis intuetur, & latam sententiā reuocat: quæ protulerat Ionas iussu Dei, illosquæ coram ipso Propheta defendit, qui exoptabat vt funditus delerentur, illos proprio ore laudat, & vt exemplar, ad imitandum populo proponit. Et vt Israeliticus populus erubescat, eorum penitentiam inter Prophetarum scripta voluit collocari, & de eadem in Euangelio mentionem facit, vt Christianus populus hæc perlegens confundatur. Denique in extremo iudicio surgent viri Niniuitæ, vt eorum penitentia, cōuincantur illi, qui eam amplecti noluerunt. Eo Deus honore afficit hanc penitentiam, cum tamen minimi valoris sit, vt pote ex timore profecta, quia non à contritione, sed attritione originem ducit. Vt sanctum Concilium Trid. celebratum aduertit. Timore namque & formidine concussi sunt, auditis verbis Ionæ: *Adhuc quadragesima dies, & Ninive subuertetur.* Si ergo tanti Deus attritionem facit quæ ad penitendum inducit, quanti faciat necesse est contritionem à maximo amore profectam, quam aspera subsequitur penitentia? Si tantum valuit barbarorum dolor, priusquam Christus Dominus suum sanguinem profunderet, quantum valeat necesse est

Ec 3 Christiano

*Num. 20.
num. 11.
Ios. 20. n.
4.*

*Exod. 3.
num. 16.*

*Trid. sess.
14. 6. 4.*

Christianorum amor, præcipue cum Christus Dominus in suam sanguinem in cruce obtulerit, qui contentiori voce clamat, misericordiam efflagitans, quam Abelis cruor iustitiam petens.

*Luc. 7.
num. 2.* **E**T vt videaris quanti Deus penitentiam faciat, & quã ob causam laudet Niniuitas, quãso diligenter attendite. Cum Deus ageret de sacrificio pro delicto, ait: *Hæc est lex hostia pro delicto, sancta sanctorum est, idcirco ubi immolabitur holocaustum, mactabitur, & victima pro delicto. Quid habet sacrificium pro delicto, vt illud Dominus sancta sanctorum nomine appellet? Et assignetur illi locus illius maximi sacrificij, quod holocaustum dicebatur? Quia illud sacrificium penitentiam referebat, nam pro delicto offerebatur, & sicut sacrificium illud corpori animalis dolorem inferebat, sic penitentia dolorẽ incutit animæ penitentis, & quemadmodũ Deus illo sacrificio placabatur, sic etiam penitentia placatus redditur. Si igitur tanti Deus figuram fecit, quanti id faciet, quod sub figura latet?*

*Luc. 15.
num. 5.* **P**A**S**T**O**R ille bonus sollicitus de suo grege, qui errantem inuenit ouem, illamquẽ super humeros reduxit. Scitis quem referat (summis in cælum laudibus Christus Dominus efferatur, qui hæc similitudinem adinuenit) si dicerem ego Deum, erga peccatorem ita beneuolum se ipsum ostendere, sicut ostendit se pastor cũ oue quam humeris tulit, videretur fortasse cuiuspiam, aliquantum excessisse, sufficeret enim oui illi, quã gregem deseruerat, vt traheretur à pastore, & raptaretur per campos. Sed Dominus ipse, qui similitudinem adduxit, eam sibi accommodat, ipse peccatorem quærit, & cum errantem inuenit, non trahit funibus, sed humeris portat, & amicos, & vicinos conuocat, vt sibi gratulentur: *Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quæ perierat.* Cum quis causam obtinuit, aut quid simile affectus est, domi spectat amicorum gratulationes: Noster autem pastor, tanta lætitia afficitur, & alacritate perfunditur, cum peccator scelere perditus, penitentia beneficio reparatur, vt ipse gratulationes quærat: *Congratulamini mihi, &c.* Satis ostendis ô Domine quanti penitentiam facias, & quãti valoris sit penitentia cum tibi adeo sit iucunda, tibi enim non potest lætitiã afferre quod in se magnum non est.

QU**O**D si gaudium Domini valoris argumentum est, reminisci oportet alacritatis, qua parens filij prodigi perfusus est, cum illũ penitentia ductum, ad se venientem aspexit. *Cum adhuc longe esset* (ait

(ait Christus Dominus) *vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit supra collum eius, & osculatus est eum. Et dixit ad seruos, cito pro ferte stollam primam, & induite illum, & date an nullum in manu eius. Et adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur: Quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est. Quis non arbitraretur, parentem grauiter commotum iri, cum filium profusum, perditum, luxuriosum, qui patrimonium dissiparat, bona obligauerat cerneret, & oculos amouens dicturum, illum non noui, filius meus non est: aut si vt filium agnosceret, & in domum suam reciperet, non passurum, vt abiret impune, sed grauiter obiurgatum, aut an imi supplicio afficeret, aut saltem eũ toruo vultu intuitus verbis contumeliosis exciperet? sed nihil minus Imo illi obuiam processit, & expansis manibus, in illius amplexum ruit. O singularem parentis clementiam! O pietatem prædicandam! Filius ait. *Pater peccaui, in cælum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus sed fac me sicut vnũ de mercenarijs domus tue.* Pater autem illum, vt filium sibi dilectum amplexatur, preciosissimis vestibus induit, aureis annulis eius manus exornat, & opiparum cõuiuuium parari præcipit. In maximam admirationem rapitur, filius natu maximus hæc audiens. *Cum audire: (ait Scriptura) Symphoniam, & chorum, & causam sciret lætitia nolebat introire.* Pater autem ad illum egressus, blandissimis verbis compellabat, & dicebat, sic. *Gaudere oportebat, quia frater, tuus mortuus fuerat, & reuixit, perierat, & inuentus est. Quis ergo poterit dubitare magni a Deo fieri peccatorum penitentiam, cum eos tanto cum gaudio excipiat, & tot beneficiis afficiat, nam sicut lachrymæ, quas Christus profudit, sunt maximum grauitatis scelerum argumentum, sic lætitia qua Deus perfunditur cum peccatorem scelerum penitet, & ad eum conuertitur, valoris penitentia maximũ etiam est argumentum.**

ME**N**T**E**S etiam ille cœlestes, non mediocri lætitia eundem festum agunt in cœlo, cum peccator peccandi consuetudini nũcium remittit, & ad Deum toto corde, & animo conuertitur. *Maius gaudium est in cœlo super vno peccatore penitentiam agente, quã supra nonaginta nouem iustis, qui non in digent penitentia.* Quis ergo non magni faciet illud, quod sancti magnificiunt ciues illi cœlestes? Cum in curiis regum ludi exhibentur tauri agitantur, torneamentis datur opera, & coniectis inter se artibus equites discurrunt, eo quod regi aduenit diu expectatum nuncium.

COR.

*Luc. 15.
num. 7.**simile.*

Coniectamur inde rem esse magni ponderis, & momenti, eo quod illis exhibitis ludis celebratur. Si autem circumferretur diem festum celebrari, & ludos exhiberi, eo quod priuatus homo e. media plebe desumptus, qui regi alapam impegerat, ad se reuersus veniam petierit, quod illum tanti sceleris peniteret, nonne omnes qui id audirent, obstupescerent? & in maximam quandam admirationem raperentur? Si ergo id esset mirabile qua admiratione dignum erit gaudium fieri in caelo super vno peccatore poenitentiam agente? Quid enim est hoc nisi diem festum agi, quod peccator, qui Deum peccatis suis grauiter offenderat, ad se reuertitur, veniam petit, lachrymas profundit, dolore concutitur, promittitque futurum, vt in posterum resipiscat: *Et maius gaudium est in caelo super isto peccatore, quam supra nonaginta iustus, qui non indigent poenitentia.* O vere mirabilis aestimatio! Perpende igitur quanti fieri debeat in terra, quod tanto cum gaudio, & laetitia celebratur in caelo. Peccator lachrymis, Angeli autem alacritate perfunduntur. Ille luget, hi laetantur, gemit ille, & gaudent hi. O felices peccatoris lachrymae quae tanto gaudio caelestes illos principes, qui diuinae maiestatis solum circumstant perfundunt!

S E D quod maxime ostendit poenitentiae virtutem, praestantiam, & excellentiam illud est: Poenitentia scilicet deleri omnia peccata quantumuis graua. Summo Deo odio peccatum prosequitur, vt satis ostendunt acerbissimi cruciatus, quos pertulit in cruce, sed tanta est poenitentiae vis, vt eius beneficio omnium scelerum impunitatem, statim assequatur peccator: *Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, quae operatus est, &c. omnium iniquitatum eius quas operatus est non recordabor.* In offensionibus, quae inter homines contingunt, semper in animo illius, qui iniuriam accepit saltem memoria offensae remanet, & quanquam sibi cumulate satisfactum sit, saepe cogitatione versat, & animo voluit iniuriam sibi illatam: Deus autem post poenitentiam peccatoris ita iniuriam delet, vt illius non recorderetur amplius, & si perditus, & sceleratus fuerit peccator, proditor, blasphemus, haeresi infectus Arrio, & Iudei similis: dum modo poenitentiam egerit, iniquitatum eius non recordabor amplius. Quid Domine mihi si fuerit carnifex, & vnus illorum qui Christum Dominum filium tuum caeciderunt virgis, & rapuerunt in cruce? dummodo poenitentiam egerit, amplius sceleris non recordabor. Quid si fuerit iudex qui illum morte damnauit, & summus Pontifex, qui grauissimis illum ignominijs conuiciis, & contumelijs affecit,

affecit, nunquid scelerum impunitatem assequetur? Ita quidem statim, vt eum poenituerit eius criminum non recordabor amplius. Sit Cayphas, sit Pilatus, sit Iudas, sit demonibus scelerator. Dummodo poenitentiam egerit, omnium iniquitatum porum, non recordabor amplius. O ineffabilem Dei misericordiam! o inscrutabiles diuitias poenitentiae nostrae!

QV I D quod non solum peccatori Deus delicta condonat, sed illum sub suam tutelam, & patrocinium recipit, illum ad pristinam amicitiam, & familiaritatem restituit, & caelestis regni haereditatem, ac filij sui cohaereditatem instituit. Hinc perspici potest quanti ille faciat poenitentiam. Si alicuius regis affecla, laesae maiestatis crimen commisisset, quo regem sibi vehementer haberet offensum, & tantum illi officium praestitisset, vt rex ira deposita, illum non solum ad suam gratiam restitueret, sed regni sui haereditatem institueret, & in filium adoptaret, omnes dicerent, officium illud magni valoris fuisse apud regem, quando tantam gratiam consequutus est. Hinc poteris subodorari, quanti momenti poenitentia sit apud Deum, illa enim assequitur, non solum vt Deus peccata remittat, & poenam purgatorij minuatur, vel omnino tollat, sed etiam vt in adoptionem filiorum Dei transeat homo, & caelestis regni particeps fiat.

S A T I S aperte comprobatur hoc miraculo illo singulari, quod in boni latronis nece editum est, vix enim verbum illud pronunciat: *Domine memento mei dum veneris in regnum tuum.* Cum audiuit ex ore Dei: *Hodie mecum eris in paradiso.* Quod idem fuit ac si diceret, ego tibi omnia peccata condono, & te in meam amicitiam recipio, & participem efficio felicitatis sempiternae. Animaduerte, quo tempore Christus Dominus maxima in illum beneficia confert, cum scilicet in cruce pendeat, inimicis suis circumuentus, suorum praesidio destitutus, opprobrijs, & contumelijs affectus, virgarum plagis deformatus. Cum quis in laboribus est, dicere solemus: non est tempus impetrandi beneficia. Christus autem quo tempore maxima in illum exercebatur carnificina, tunc temporis maximis ille afficit homines beneficijs, gratiam & gloriam confert. Quo maius quid est? Sed perpendite obsecro quem tanto beneficio cohonestet. Latronem scilicet, qui propter immania scelera, propter latrocinia, caedes, & furta merito pendeat in cruce. Et quem a se mundus amandauerat, tanquam communi aere, & terra indignum, hunc Deus poenitentiae beneficio se dignum reddit, &

Ezech. 18 *num. 22.* *nibus peccatis suis, quae operatus est, &c. omnium iniquitatum eius quas operatus est non recordabor.*

Dis simile.

Simile.

*Luc. 22-
sum. 42.*

ad cælestem patriam ducit: *Hodie mecum eris in paradiso.* Sed caute Domine ne cælos pudeat, si ad illos aditus pateat latroni, ne erubescant Angeli, cum illis assideat prædo. Nihil morandum est. *Hodie*, mecum erit in paradiso, quia pœnitentiam egit, & delicta recognouit, dicens: *Nos quidem in te nam digna factis recipimus, &c.* Et ubi pœnitentia est, omnia mundantur, sanctificantur illustrantur, & condecorantur. Quamquam itinera latrocinij, & cædibus infesta reddiderit, si pœnitentiæ operam dat, omnium scelerum veniam assequitur, & cælum gaudet, cum illius pedibus conculcatur, & Angeli lætantur, cum illis assident, & locum concedunt, & Deus gloriatur, cum illum filium, & hæredem constituit. Ideo iam hic latro. Bonus latro nuncupatur. Vbi admirabilis adnotanda est connexio, bonus latro, si bonus, quomodo latro? si latro, quomodo bonus? Quid sibi vult notabilis ista connexio? Quis bonitatem cum latronibus copulauit? Quis pœnitentiæ bonitas? quæ tanta est, quæ malos latrones, bonos latrones reddat fures cæli, latrones gloriæ sempiternæ: nosti ne modo pœnitentiæ dignitatem?

E. T. cum hæc quæ dicimus præclare concludamus, considerate obsecro, non vnâ duntaxat urbem Ninive, sed duas, vnam luxurij, oblectationibus, & corporis voluptatibus deditam, in qua elegantia, munditiæ, & lautitiæ florent, virgines diademata, redimicula, præciosos ornatus, viri autem vestes fericas, aurum, argentum ostentant. Alteram autem intuemini in luctu, & squalore iacentem, flentem, suspirijs, & lachrymis deditam, cilicinis vestibus indutam, cinere aspersam, in domorum Angulis, & recessibus collachrymantem. Quæ vobis pulchrior, & perfectior apparet ciuitas? quæ vobis opulentiior, & splendidior videtur? quæ cõuiujs, & voluptatibus repleta est? In qua feminae fericis vestibus exornatæ choreas ducunt, carmina suauiter decantant, & fenestris aspiciunt, vt possint ab omnibus conspici? Aut vrbs illa in qua eadem feminae cilicinas vestes induunt, & in suis angulis lachrymarum riuulos profundunt, quibus peccatorum maculæ eluantur? Quando nomen magis celebre, maiorem gloriam, & honorem adepta est Ninive? quando diuitijs, & oblectationibus affluebat, aut quando pœnitentiæ operam dabat? Ninive nomen immortalitati consecratum esse ratione pœnitentiæ, nemo est, qui non videat. Vnde cognoscitur facile pœnitentiæ, non solum apud Deum, sed apud homines etiam plurimum valere, cuius beneficio magnum sibi nomen Ninive comparauit.

Discursus

Discursus secundus ostendit, non quamlibet pœnitentiam sufficere ad satisfactionem pro peccatis.

Thema. Viri Ninivite, &c. quia pœnitentiam egerunt, &c.

Q VANDO Ninivite proponuntur nobis vt exemplar ad imitandum, animaduertere opus est, qua ratione Deum sibi placatum reddiderunt, vt in illorum vestigijs insistamus, quâ do scelerum nos pœnitet: *Crediderunt* (ait scriptura) *virii Ninivite in Deum, & predicauerunt ieiunium, & vestiti sunt sacco, à maiore usque ad minore, & peruenit verbum ad regem Ninive, & surrexit de folio suo, & abiicit vestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere, & clamauit, et dixit in Ninive ex ore regis, et principum eius, dicens: homines, et iumenta, et bestes, et pecora non gustent quicquam, nec pascantur, et aquas non bibant, et operiantur succis homines, et iumenta, et clamant ad Dominum in fortitudine.* O admirabilem pœnitentiam! non dubium, quin maximo timore concussi fuerint, qui talem instituerunt pœnitentiam, quo feruore Dei misericordiam afflagitabant, qui paruulos, & bestias ieiunare coegerunt! Sed quid bestie commuerant? quid infantes deliquerant? Spectaculum esset visu mirabile, cum eodem tempore, omnia gemitibus, vocibus, & clamoribus personarent, bouum mugitus fame pereuntium exaudiebantur, iumentorum ruditus, canum latratus cælum attingebant, infantium vagitus, feminarum vllulatus, hominum gemitus omnia complebant. Tunc cinis pluris quàm balsamum habebatur, saccus ostro preponabatur: funis sparteus zonæ aureæ gemmis exornata præferabatur, puluinaria gauisapina, & stratus purpurei remouebantur, & eorum loco cinis succedebat. Nudabantur corpora ornamentis, & cilicinis vestibus induebantur, citharæ, & lyre conticuerunt, & gemitus, ac suspiria personabant. Nulli parabatur cibi, nullæ epulæ, sed omnes sine vlllo cibo, & potu ieiunabant. Quam afferret admirationem, rex prostratus in terra, & principes, ac dynastæ iacentes super pauimentum, profundentes lachrymas, & misericordiam submissione quadam animi enixis precibus efflagitantes? Vere Ninive subuersa est, vt ait Diuus Hieronymus.

D. Hic. ib.

ff 2 & alia

& alia recens ædificata. Flagitiosa Niniue deleta est, & honesta cōstructa. Exemplum istud Niniuitarum nos dedecore, & ignominia afficiat, non enim potest pœnitentia nostra cum illorum pœnitentia conferri, peccare nouimus, pœnitentiæ autem operam dare, nō nouimus, vbi ieiunia in quibus perseuerarunt, quo ad Deum sibi placatum cognosceret: vbi cilicia, vbi clamores, suspiria, & lachrymæ? Peccata cernimus, pœnitentiam autem non cernimus, sed indulgentiam, oblectationes, & epulas. Quomodo igitur Deum sibi placatum reddere vult, qui sic peccator est.

Leuit. 4.
num. 5.

Præcipiebat Dominus vt in sacrificio, quod offerebatur pro peccato sanguinem animalis, quod mactabatur, sacerdos fumeret, illumquē septies, coram Deo aspergeret, voluit enim Deus, vt sacrificium illud, in quo pœnitentia referebatur cruentum esset. Peccator vellet, vt lustrali aqua, omnium peccatorum maculæ deleterentur. Deus autem vult, vt cruentum illi sacrificium, sanguine manans offeratur, quia sine sanguinis effusione non fit remissio.

Mat. 3.

IDE M docebat Diuus Ioannes Baptista, dicens: *Vt possitis fugere à ventura ira, facite fructus dignos pœnitentiæ, & ne velitis dicere, patrem habemus Abraham.* Magnam spem collocauerant illi in meritis Abrahamæ, & arbitrabantur, quamquam multis essent flagitijs inquinati, à Deo dissimularum iri, vel hoc solum, quia filij erant Abrahamæ. Ioannes autem vt illos ab errore reduceret, ait: *Ne velitis dicere patrem habemus Abraham, sed facite fructus dignos pœnitentiæ.* Nos patrem Christum habemus, in quo præstantiori quodam iure confidimus, quam illi in meritis Abrahamæ. Vult autem Deus ne pœnitentiam deferamus, quæ Christi Domini meritis coniuncta nos saluos, & incolumes in portu salutis collocabit. Sed quos vocat Diuus Ioannes fructus pœnitentiæ dignos? Respondet Diuus Chry-

D. Chryf.
in imf. ha.
3.

ostomus: sicut medicus, si viderit ægrotantis colorem, intelligit speciem passionis ipsius: sic & Ioannes mox vt vidit Phariseos venientes ad se, intellexit cogitationeseorum prauas. Forsitam enim cogitauerunt intra se, imus, & confitemur peccata nostra, iustitias à nobis non quæret, nullum laborem nobis imponet, baptizamur & consequimur indulgentiam peccatorum. Hæc ille. Vnde illi forsasse satisfacere Deo volebant aquæ ablutione, è manu Ioannis sibi concessæ, nec de alijs pœnitentijs quicquam curare. Ioannes autem vt illos ab errore abduceret, ait: *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* Ac si diceret, non sufficit hæc aquæ ablutio, opus etiã est,

vt

vt pœnitentiæ sanguine abluamini, & fructus feratis pœnitentiæ dignos, scilicet fructus consentaneos pœnitentiæ. Qualibet arbor suos induit fructus, pirus pira, malus punica mala punica, & c. Arbor etiam pœnitentiæ vberimos fert fructus, qui sunt illi peculiares, vberimos scilicet lachrymarum riuulos, ieiunia, orationes, preces, eleemosynas, cilicia, &c. cum huiusmodi fructus non percipiuntur, pœnitentiæ arbor nullas in corde radices egit. Peccatum etiam suos induit fructus, quibus vescuntur peccatores terræ, voluptates, blandimenta, oblectationes conuiuia &c. Pœnitentia peccato aduersatur, vnde fructus illius, contrarij sunt. Vultis ergo per pœnitentiam peccati mala refarcire, peccati fructus expellere, necesse est, & eorum loco pœnitentiæ fructus in animum inuhere.

Simle.

SI autem velitis cognoscere, quodebeat procedere pœnitentia, intuemini sanctum Regem David, qui peccata sua deplorat, non vulgari quadam ratione, sed vberibus lachrymarum fontibus profusis. *Laboravi (inquit) in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum lachrymis meis stratum meum rigabo. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Rugiebam à gemitu cordis mei.* Itaq; nō gemebat, vt homo sed in istar leonis rugiebat. *Genua mea infirmata sunt a ieiunio. Tota die contristatus ingrediebar. De profundis clamaui ad te Domine. Amplius lauabo me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me. Cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscabam. Posui vestimentum meum cilicium.* Ecce tibi fructus pœnitentiæ dignos. Non ferunt iam huiusmodi fructus pœnitentiæ facinora hominum immania, & grauissima scelera. Pœnitentia enim, quæ illis iniungitur, leuis est, cum nec ornamenta corporis amoueat, nec epularum affuentiam tollat, nec ieiunium inducat, corporisque afflictionē inuehat. Nō induunt iam peccatores cilicinas vestes, sed rosaria percurrunt, reliquis corporis oblectamentis permanentibus in eodem statu, ac si nullam pœnitentiæ operam darent. Væ peccatoribus, id enim apertissimum fictæ, ac simulatæ conuersionis argumentum est. Vnde Diuus Gregorius ait. Tunc bene conuersum peccatorem cernimus, cum digna afflictionis austeritate desere nititur, quod loquendo confiteretur. Vnde Iohannes Baptista male conuersos Iudeos ad se confluentes increpās ait. *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* Hæc Greg.

Psal. 6.
num. 6.

Psa. 378.
Psal. 108.

num. 24.
Psal. 37.

nu. 6.
Psal. 129

nu. 1.
Psal. 50.

nu. 3.
Psal. 101.

nu. 10.
Psal. 68.

nu. 12.

Gre. in illud. 1. Re. ca. 2. peccauit.

VULTIS vt ostendam qui fecerint fructus dignos pœnitentiæ? versate

versate volumina quibus sanctorum patrum vitæ continentur, quæ tam asperam viuendi rationem, & a communi hominum consuetudine alienam instituerunt, vt omnem fidem humanam superare videatur. Montium petebant concauas altitudines, sitiebant, esuriebant, æstuabant, cupiditatibus imperabant suis, alij arborum radicibus victitabant, alij ad panem nihil adhibebant. Hi semel in die cibo reficiebantur, illi semel tantum in integra hebdomada, ferreas catenas carni admouebant, cilicinis vestibus corpora macerabant, sub dio iacebant humi, atque vix somnum capiebant, vel lapidi, vel parieti admoti. Et fuit qui in cacumine columnæ ad perpendicularum erectæ per multos annos constitit: alius vero in antrum quo leo commorabatur, alij se ipsos vitro in pœnitentium carcerem coniciebant, vt sempiterni carceris cruciatus effugerent. Ibi dies & noctes infordibus, in luctu, & squalore traducebant, lachrymas profundeabant, preces ad Deum fundebant, diuinam misericordiam implorabant, pugno contundebant pectora, quo ad ferè sanguinem expuerent. Huiusmodi fructus erant pœnitentiæ digni. O miseram calamitatem nostram! o perditos mores! Ad ea enim tempora deuotum est, in quibus nec peccata nostra, nec pœnitentiæ remedia ferre possumus. Grauioribus nunc sceleribus conquinantur homines, nesciunt tamen pœnitentiæ remedium adhibere. Pœnitentia, quam nunc exercet peccatores illis quos commemoramus essent delicti, & oblectationes: suauis, & opulentius epularis tu die veneris hebdomadæ sanctæ quam illi die paschatis. Magis tibi indulges, cum pœnitentiam maiori conatu, amplecteris, quam illi cum pœnitentiâ, vt vires reficerent, deponebant.

Baruch. 4. PROPHEETA Domini Baruch modum, quem pœnitentiæ nostra habere debeat, præscripsit, cum de pœnitentibus populi Israel loquutus est, dicens. *Sicut fuit sensus vester vt erraretis a Deo, decies tantum iter in reuertentes requiretis eum.* Non ait tantum adhibebitis pœnitentiæ quantum peccati contraxistis, sed decies tantum, vt vni voluptati decem molestiæ respondeant, vni cupellæ decem ieiunia, vni dici scelerum, & flagitiorum, decem dies asperrimæ pœnitentiæ molestiis, & laboribus respondeant.

Rom. 6. QUI vero infirmi, & imbecilles sumus, neque in vestigiis hominum pœnitentiæ possumus insistere, quid facimus? Diuus Paulus respondet. Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ. *Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immundiciæ, & iniquitati ad iniquitatem ita nunc exhibere membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.* Hoc est vt exponit Diuus Chrysoströmus, oportebat tanto amplius exigere quanto

quanto hæc seruitus illa maior est, ac melior: sed ego nihil amplius peto, propter infirmitatem carnis vestræ. Atque illud quidem immundicia, hoc autem sanctificatio, illud iniquitas, hoc autem iustitia est. Hæc Chrysoströmus. Humanum igitur est, quod Paulus postulat, & maxime Deo gratiæ agenda sunt, cum in satisfactione non petat maiorem conatum, quam illum, quæ adhibuit homo, cum illum offenderet. Hoc pœnitentiæ genere utebatur Magdalena, quæ nobis vt exemplar pœnitentiæ proposita est, ad imitandum. Quæ nimium risuræ planctu persoluit, balsamis preciosissimis illum offendit, eisdem balsamis illi inseruiuit. Si illum crinibus offendit, eisdem illius pedes absterxit. Si aures præbuit impuris colloquiis hominum, postea sedens ad pedes Domini, audiebat verbum illius. Ac denique, si illum, cum luxui & voluptatibus vacaret offendit in mundo, ab illo egressa in asperam solitudinem se recepit, in qua plurimos annos asperrimam traduxit vitam. Hanc Deus à peccatore satisfactionem exigit. Si propter lucrum, & fortunas malè acquisitas grauissima scelera commisisti, vult Deus vt eisdem diuicijs in pauperes impertitis, clamoribus resarcias. seruato omnino ante omnia ordine rectæ iustitiæ. Nempe vt restituas malè acquisita vel ablata veris dominis, si extant, aut inueniri possunt: de reliquis quorum domini non comparent, aut non sunt, elemosinas eroges. Nam si res aliena propter quam peccatum est, reddi potest, & non redditur: pœnitentia non agitur, sed simulatur. Si autem veraciter agitur, non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Secundum S. August. in epist. ad Macedonium, & habetur 14. quæst. 6. can. 1. Sic Zachæus Luc. 19. Simul curauit restitutionem facere, si quid defraudasset, & elemosinam. Itidem si multum tempus frustra contriuiisti, vanitati deditus, quod reliquum est vite in bonis operibus exercendis consume. Vt epulas parares, & conquisitis cibis vesceris, plurimas pecunias consumpsisti, nunc illi ieiuniis, & elemosinis inseruias opus est: verba inutilia, & leuia silentiū excipiant, ornamenta sericea in aspera cilicia commutentur: tibi indulgebas, & corporis cupiditatibus vacabas, corpus macera, & illius cupiditatibus obsiste, id tibi difficillimum, & valde asperum videtur. At Diuo Paulo humanum videtur, & meminisse oportet, maiora tuis sceleribus deberi supplicia, & maximum Dei beneficium esse sempiterna supplicia, quæ commerueras, temporalibus corporis afflictionibus remitti, quibus etiâ sempiternam felicitatem promereris. Memineris etiâ illud, quod: *nō sunt condigna pœnitentiæ huius*

huius temporis, ad futuram gloriam, qua reuelabitur in nobis. Quod etiam oportet Deum, pro cuius honore, & gloria hæc patimur, his & aliis pietatis officijs promereri. Et multos etiam esse, qui pro minoribus peccatis, maioris momenti opera persoluerunt. Tu autem cum illis peior sis, illos inflagicijs, & sceleribus, non autem in penitentia imitaris. Surgent in iudicio, non solum Anachoritæ, & Eremitæ, sed viri etiam Niniuitæ, qui ad prædicationem Ionæ penitentiam egerunt, & condemnabunt vos: Erubescite, & pudeat vos à viris ethnicis superari, & illorum exemplo, excitati, penitentiam secumini, & in illius studiū toto pectore incumbite, ut Deus vobis peccata condonet, & cælestis gloriæ participes efficiat, Amen.

CONCIO QUINTA.

Discursus primus docet, penitentiam non esse in aliud tempus reiiciendam.

Thema. *Viri Niniuitæ surgent, &c. Et condemnabunt eam, quia penitentiam egerunt.*

MULTIS de causis Niniuitarum penitentia damnabit peccatores, sed præcipue, quia mox, ut audierunt prædicationem Ionæ, sine vlla mora, sine vlla cunctatione se penitentiae dederunt. Possent enim dicere adhuc quadraginta dies nobis sunt, in quibus non subuertetur Niniue, possumus triginta nouem diebus luxui indulgere, & voluptatibus vacare, & vltimo die penitentiae operam dabimus, Deus enim patiens, & longanimis est, & multa misericordia, & quacunque die peccator ingemuerit peccata, ignoscet illi. Et ad suam amicitiam restituet, illi autem uti viri sapientes noluerunt in re tanti ponderis, & momenti, morâ interponere, sed mox ut audierunt prædicationem Ionæ, ait Diuus Chrysostomus, penitentiam egerunt, & ut ait scriptura: *Peruenit verbum Ionæ ad regem Niniue & surrexit de folio suo, &c.* Ac si diceret, cū primum Rex accepit, id quod minatus fuerat Ionas Niniue, penitentiam inchoauit.

Multi

Chryso-

MULTI autem sunt, qui callos obdlexerunt diuinis vocibus, nec minis commouentur, sed semper in aliud tempus penitentiam differunt, dicentes. *Dominus benignus, & misericors est, & præsabilis super malitia.* Si autem illis obijcias quadragesimæ tempus acceptabile, quod penitentiae peragenda maxime designatur. Respondent, alias se quadragesimas expectare, in quibus Deo libere vacare possint. Similes valde illis qui mutuū aliquid acceperunt, postea vero soluendo non sunt, de quibus ait Dominus. *Donec accipiant osculantur manus dantis, & in promissionibus humiliant vocem suam, & in tempore redditionis, postulabit tempus, & loquetur verba tædij, & murmurationis, & tempus causabitur &c.* Quis videat homines qui dum aliquid mutuū sibi dari postulant, liberali sermone vtuntur, hilarum vultum præferunt, verba efferentes, quæ submisionem animi indicare videantur, promissiones iactant, omnia, quæ possidet offerentes, liberalitate simulata ac deniquè pollicentur futurum, ut pecuniam sibi creditam vel ante diem præstitam, sin minus ad ipsam diem representent, sed aduentante tempore solutioni designato, temporis prorogationem efflagitant, & in alium diem solutionem differunt. Si vero debitori non morem geras, si aliquantulum urgeas, loquitur verba tædij, & murmurationis, de creditore conqueritur vehementer, crudelem appellat, durum, ac rigidum esse testatur, qui nullis flectatur precibus, nec humili obsecratione commouetur, ac deniquè inhumanitatem obijcit, ut illum, & à suo proposito dimoueat, & à debita solutione retardet. Quid aliud videre est in peccatoribus, qui toto anni tempore, iacent in fordibus peccatorum: sed Deus (quæ illius misericordia est) ne cum debito damnationis æternæ, quod contraxerunt pereant, decernit illis quadragesimæ tempus, in quo penitendo debita persoluant. Promittunt ipsi liberalissime, ac pollicentur, fidem suam præstant. Quid instat tempus acceptabile, adest dies salutis, & ipsi penitentiam differunt quotidie, & procrastinare incipiunt Deus petit ut exequatur, quod polliciti sunt, ipsi vero petunt dilationem, in tempore redditionis postulant tempus. Væ tibi debitor qui debita congeris, & peccatis peccata superimponis, scelera coaceruas, & nequè in quadragesima è manibus dilabi pateris peccandi occasionem. Effluit quadragesima iterum, atque iterum, effluit sæpius reperita, & adhuc tu penitentiam reiicis in aliud tempus, & in eodem peccatorum velut abro volueris.

SAEPE à Domino, & sanctis eius reprehenditur ille qui penitentiam

Cg

tentiam

Simile:

Eccle. 29

num. 5.

Simile.

tentiam differt, & procrastinatur. Primo, quia inter amicos non solum concedendum est quod alter petit sed mox ut petierit executioni mandandum. Vnde Salomon: *Ne dicas amico tuo vade, & reuertere, & cras dabo tibi, cum statim possis dare.* Ne dicas (inquit) *cras dabo, sed statim da.* Quia amicus est, & non decet, ut in aliud tempus differas, quod statim præstari potest amico. Quæ igitur ratio patitur, ut Deus petat, & quod postulat mox non obtineat, sed illum tot annos expectantem retineas? Quando nihil tibi boni accresceret ratione pœnitentiæ, ex eo solum, quia eam Deus enixis præcibus à te cõtendit præstare deberes. Quid enim aliud requirit, qui tot labores in cruce pertulit, nisi ut peccator conuertatur, & viuat? Qua siti cruciabatur in cruce, nisi animarum salutis? Nulla re alia maiorem illi afferes voluptatem, quam conuersione ad illum. Conuertere igitur statim, & ne differas conuersionem tuam in aliud tēpus. Esto fidelis amicus, trade Christo Domino cor tuū, quādo id potes statim tradere. Trade amico pecunias quas petit, cū illis indigeas, quia amicus est, & nō trades animam Christo, quod in tuam utilitatē maxime cedit?

DEINDE in maximis rebus, in quibus non de paleis, sed de rebus magni ponderis, & momenti agitur, semper differre nocuit, non solum propter periculum, quod emergit subito, & rē difficillimam reddit: sed quia res in se magna est, quæ priuari, vel breue per tempus perniciosum est. Vnde cum misit Elisæus Propheta seruum Giezi, ut viduæ filium reuocaret ad vitam, dixit: *Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade: si occurrerit tibi homo non salutes eum, & si saluauerit te quispiam, nō respondeas illi. Et pones baculum meum super faciem pueri.* Prohibet Propheta salutationes, ne remoretur in via. Quid ergo interfit si paululum retardetur? Non parum, quia res magni momenti erat ad quam mittebatur, scilicet ut puer qui vita functus erat, à mortuis excitaretur. Si ergo corporis vita tanti fit à Propheta Domini, ut non patiaturs cursum serui sui qui mittebatur ad illud perficiendum, per aliquod breuissimum tempus retardari, cur pateris tu, ut anima tua, tot annos iaceat mortua in maximis sceleribus? nec curas, ut ad vitam reuocetur? Superatenim & longe quidem superat vitam corporis, animæ vita. Si Deus tibi mille annos vitæ concederet in hoc mundo, & aliquis vellet detrahere non gētos, maximā tibi iniuriam, ab illo irrogari clamaret. Et non reputas tantum malū, adimere te animæ tuæ spiritua-

lena

lem vitam, toto vitæ tuæ tempore? Festinat Elisæus valde ut puerum alienum ad vitam reuocet, tu vero ut animæ tuæ vitam restituas testudineo gressu progrēderis? Nondum assecutus es quantum fieri debeat animæ vita spiritualis? Pluris habenda est, quam omnium corporum vita, quia hæc à gratia quæ Dei participationem inducit proficiscitur, tu autem adeo vecors, & stolidus es ut huic vitæ nuncium remittas, ut fluxis, & caducis corporis voluptatibus perfruaris?

CVM filij Israel captiui ducti fuerunt in Babylonem, tanto erant mœrore oppressi, & tristitia contracti, ut cum Babylonij dicerent: *Hymnum cantate nobis de canticis Sion.* Responderint ipsi, *Quomodo cantabimus canticū Domini in terra aliena? Quia quāuis sperabāt fore ut Dominus illos à dura seruitute vindicaret, & in libertatē assereret, tamen quādiu libertas aberat, in luctu, & mœrore versabantur (Nā seruitus, licet vnus tantū horū sit dura, & misera est) Sionis dulcissimæ patriæ recordabantur, & lugebant dicētes: Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Qui diues erat in patria, cum casu aliquo, captiuus ducitur, quanquam speret fore, ut in pristinam libertatem asseratur, in mœrore, & luctu est, donec veniat expectata dies. sic erat luctus filiorum Israel, cum captiui ducti sunt in Babylonem, quia felicissimi temporis suæ affluentiz recordabantur, & Sionis iucundissimæ patriæ. Quæ igitur seruitus durior, & infeliciores anime, quæ in vinculis peccatorum est? Quæ gaudij, & lætitiæ oblectatio in hanc animam obrepere potest? Nihil est (ait Ambrosius) quod tam summo dolori sit, quam si quis positus sub captiuitate peccati recorderetur vnde lapsus sit. Quanquam certus sis fore ut antequam diem tum obeas, peccata pœnitentia deleas, subterfugere debes peccatum, etiā per breuissimum temporis spacium, nam à dignitate filij Dei deturbaris, in miseram dæmonis seruitutem omnibus gratiæ bonis spoliatus, sempiternis supplicijs addictus, priuatus illo iure quo ad summam felicitatem, & merita Christi peruenitur, quorum virtute illa comparatur. Cur ergo moraris? & in peccatorum cæno, & volutabro volueris cum possis pœnitentia duce à tantis malis emergere, & in tuto, & tranquillo loco omnium malorum experte collocari.*

CONSIDERA etiā, & perpende maximū periculū in quo versaris dū in peccati fordibus iaces. Fieri enim potest ut subita morte

Gg a præ

præuentus priusquam penitendi potestas tibi fiat, ex hac vita concedas, & in profundum inferni præcipitiū ruas. Si obijcias, re prospera valetudine frui. Hæc solet in aduersam subito commutari. Solet etiam homines, casu aliquo inopinato subito occumbere, aut fluminis alluione, aut tegulæ ictu, aut domus ruina oppressi, aut hasta transuerberati, aut mucrone confossi, aut alia subitanea, & improuisa morte correpti. Deo res ita disponente, vt in penam, & supplicium tuorum scelerum, & imprudentissimæ tuæ expectationis, subito occumbas. Si in hoc ergo periculo versaris, nõ leuis stulticia est, nõlle ab illo emergere. Si periculoso aliquo corporis morbo corripis, statim iubes accersiri medicum, vt medicinas adhibeat: tu vero illis vteris, quamuis magni precij sint, & dolorẽ incutiant, venas tibi præcidi pateris, &c. Cum autẽ eo morbo laboras pulliculari, quo vnuerfum corpus minutissimis corrupti sanguinis maculis aspergitur, quos cruciatus nõ subis, vt illũ expellas: amaras potiones exhauris, pillulas, si opus est deglutis, corpus nauacula intercidi, nõ recusas, & huiusmodi carnificinã. Nõ in aliud tempus reijcis, sed statim in te exerceri vis: quia periculũ est in mora, cũ vitẽ discrimẽ interueniat. Et maxima esset stultitia differre. Cur igitur cũ animæ salus periclitatur, in lógissimũ tẽpus medicinã reijcis? cũ vita corporis periclitatur, moram times, & cũ animæ salus in discrimen vocatur, non times? obijcis sacramenta à Christo Domino instituta, quocumque tempore sumantur profutura. Fateor, sed id non remouet periculum, in quo tu versaris. Fieri enim potest, vt priusquam illorum particeps fias extinguaris. Vnde Augustinus: Quid tu peccator conuerti dissimulas, & non metuis, ne mors repentina, surripiat diem conuersionis, nonne homines subito moriuntur? Deus tibi promisit remissionem couertendo à peccatis, securitatem non promisit diu viuendi. Si subito intrat dies extremus, perijt dilatio, & restat damnatio. Et alibi: Cras, inquis, conuertar, & erit finis. Cuius rei finis? dicis, iniquitatum mearum. Bene, gaude quia castino iniquitatum tuarum erit finis. Sed quid si ante castinum tuus erit finis? Ergo bene quidẽ gaudes, quia couerso tibi, Deus indulgẽtiam promisit, sed castinum diem tibi nemõ promisit. Hæc Augustinus. Et vere in re tanti ponderis, & momenti, nemo sane mentis conuersionem differre debet, nec partẽ poris punctum, sed summas Deo gratias agere, eo quod semper paratus est vt illum excipiat. Statim amaram potionem, quam tibi medicus decreuit sumis, quanquam ignoras, vtrum profutura sit, vel damnã

*Simile.**D. Aug. ser. 71. ad frat. in eremo.**Serm. 59. de verb. domini.*

damnum allatura. Cum autem fide teneas, animæ medicinam, vt decet adhibitam nunquam nocere, sed semper proficere, pro casti naris? O vecors, & stolide! præstigij huius mundi decepte, caue tibi, ne id sine fine luceas.

S E D esto certo habeas, te non subita, & insperata morte correptum iri, sed in tuo lecto inter notos & familiares, & id à Deo accepisse, ne vlla possit oriri dubitatio, adhuc stultus es, si conuersionem differis, quia salutem tuam indiscrimen obijcis, sæpe enim Deus permittit in penam tantæ rebellionis, & proteruitiæ, vt cum velis, non inuenias modum & viam, quia quauis auxilium sufficiens (vt dicunt Theologi) nemini denegatur vnquam. Ita homo factus est vecors, vt omnes viæ, quæ ad salutem ducunt, interclusæ sibi videantur. Iusto enim iudicio (ait Diuus Augustinus) meretur peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui viuus oblitus est Dei. Et Diuus Ambrosius, qui positus in vltima necessitate ægritudine suæ acceperit penitentiam, & mox reconciliatus fuerit, & exit de corpore, fateor vobis, non illi negamus quod petit, sed nõ præsumo dicere, quod bene hinc exijt, non præsumo, non polliceor, non vos fallo, non decipio, penitentiam dare possum, securitatem dare non possum. Vis te à dubio liberare? vis quod incertũ est eua dere? age penitentiam dum sanus es. Si autem tunc agere vis penitentiam, quando peccare iam non potes, peccata te dimiserunt, nõ tu illa. Hactenus Ambrosius: & idem concludit Augustinus ad fratres in eremo. Animaduertitis ergo, quantæ difficultatis sit in hora mortis penitere, vt par est, & peccata cõfessione expiare.

*D. Aug.**D. Ambro. lib. 7. de panit. ca. vlt.**Aug. ser. 11. ad fratres.*

ET vt nulla possit in hac re dubitandi ratio suboriri, meminisse oportet illius infelissimi casus Regis Antiochi, cui Dominus propter cordis elationem, & superbiam inauditam luculentum infixit vulnus. Qui cum se male affectum cerneret, ad Dominũ conuersus, ait: *Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire.* Animi submissione somant hæc verba, sed quid amplius? Quatuor commendatione dignissima obtulit Deo. Primum, Iudæos, quos nec sepultura dignos iudicauerat, equales Atheniensibus facturũ pollicetur. Deinde templum sanctum, quod prius expoliauerat optimis donis ornaturum, & sancta vasa multiplicaturũ, & pertinentes ad sacrificia sumptus, de redditibus suis præstaturum. Et super hæc Iudæum se futurum, ac tandem omnem locum terræ perambulaturum & prædicaturum Dei potestatem. Profecto si humanis oculis res cerneretur, hæc Antiochi penitentia omnibus nu

2. Mach. 9. c. 14.

numeris absoluta videretur. Et si quis ad confessionem his exhibitis doloris signis accederet, obtineret absolutionem, &c. Sed nū quid scelerum impunitatem assequutus est? Nihil minus: *Orabit* (ait scriptura) *hic scelestus Dominum, a quo nō esset misericordiam consequutus* Hinc facile perspicitur potest quantum periculum habeat, fera hæc pœnitētia. Sunt qui existimant sufficere mortis tempore eum accersiri, qui a confessionibus est, & pecunias in pia opera distribuere crucifixi imaginem arripere, pugno pectus contundere, & his, & aliis pietatis operibus vitam in flagitiis, & sceleribus consumptam sanctificari. Ego autem de istorum salute dubito. Nec mirum si ego dubitem, cum prius Diuus Ambrosius, & Diuus Augustinus dubitauerint, vt audistis. Nonne vulgari sermone frequēter vsurpatur. Dubitat Augustinus? hanc ob causam dictum est: quia dubitat ille. Nec immerito de illo qui pœnitentiam, & confessionem in istud tempus valde periculosum rejicere non formidat.

CVM igitur tantam secum dubitationem afferat pœnitentia illo tempore, cur illam in illud vsque tempus differre audeat? Rem tāti momenti, in qua de sempiterna felicitate agitur in discrimen adducis? In litibus vt causam obtineas, nullam moram interponis, in morbis nullam non diligentiam adhibes, cum tamen vita solū corporis quæ tandem amittenda est periclitetur. Et in re in qua vita animæ in dimicationem venit dormitas? Duæ res sunt (ait Ambrosius, Aut ignoscetur tibi, aut non ignoscetur tibi? Quid horū tibi futurum sit nescio. Sed do consilium, dimitte incertum, & tene certum. Ac si diceret, in re tam graui. Quod tutius est, eligendum est. Securiorē viam tene. Et Spiritus sanctus: *Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere: confiteberis viuens, viuus & sanus confiteberis, & laudabis Deum, & glorificaberis in miserationibus illius.* Viuens, inquit, confiteberis, non moriens, viuus & valens, nō morbo affectus, & moriens. Hoc diuini spiritus consilium tibi sume, quia meretur ille, vt illius verbis, fidem adhibeas, & periculum in quo verfaris declines, & Domini misericordiam assequeris, quā assequuti sunt, quinque illæ prudentes virgines, quæ paratæ erant, & cœlestis sponsi nuptias celebrarunt, Amen.

Discursus

Discursus secundus docet, correptionem recipiendam esse animo beneuolo, & grato.

Generatio mala & adultera, &c.

INTER ea quæ de Christo Domino, Prophetæ prædixerunt ingens eius mansuetudo fuit, ea quam prophetauit Zacharias *Zach. 9. num. 9.* Propheta: quem sic refert S. Mat. *Dicite filia Sion, esse Rex tuus venit tibi mansuetus.* Prophetauit etiā illā, propheta Dauid, dū de fœlici progressu regni Christi Domini loqueretur, dicens: *Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua.* Denique tantam futuram esse mansuetudinem Christi præno- *Mat. 21. 4. num. Psal. 44.* uit Propheta Isai. vt diceret: *Calamum quassatum non conteret, & lignum fumigans non extinguet.* Id est (ait Chrysostr. super hūc locum) *Isai. 42. num. 3.* Cum ipse Dominus tam potens esset, vt tanquam arundinem, & *Chrysostr. ibi.* eam quidem contritam, posset cōterere. omnes Iudæos, & sicut lignum fumigans iam pene consumpto igne posset eos consumere, non extinguet tamen illos, præ immensa humilitate ac mansuetudine, ita Chrysostr.

CVM ergo tanta esset mansuetudo Christi Domini, cur adeo seuerum, & in verbis asperum & acrem se ostendit? *Generatio* (inquit) *mala & adultera.* Acerbitate plena sunt verba hæc, & a mansuetudine videntur aliena. Causa igitur fuit, quo officium prædicatoris, quod Christus exercebat, ita Phariseos illos reprehendere postulabat. Ad concionatorem enim expectat, iam suauiter, iam aspere se gerere, ad modum illius optimi Samaritani, qui oleum & vinum simul vulneribus fauciati hominis adhibuit. Oleum suauē est, at vinum pungit & mordet: sic etiam chirurgi vulnera curant: Aliquando enim applicant medicamina lenitiua, aliquando vero acerba & acria, aliquando balsamo vtuntur, aliquando carnis exustione, prout infirmitas ipsa requirit. Id ipsum in animarum curatione præstandū est, aliquando suauitate, aliquando asperitate verborum vtendum est. Sic Paulus in ea instructione quam tradit suo Timotheo, docet: *Testificor* (inquit) *cerā Deo & Iesu Christo, qui iudicaturus est viuos & mortuos, & per aduentū ipsius, & regnum eius.*

Quasi

D. Ambro.
supra.

Eccles. 17
num. 20.

2. ad Thi.

4. num. 2.

Quasi dicat, adiuro te per Deum viuum, & Iesum Christum filium eius, &c. Quid sibi vult Apostolus Paulus, hac verborum grauitate & maiestate? Haud res parui momenti esse potest, quæ huiusmodi verborum celsitudine commendatur: *Prædica* (inquit) *verbum, in se opportune, argue, obsecra, increpa* (argue &c.) Rationibus & optimis argumentis, obsecra verbis mansuetis, & lenibus. Sed non solum hoc, adhibe etiam cum opus fuerit verba, quæ acerbiter præ se ferant. *Increpa*. Increpa feras arundinis, nemini parcas, licet rex Herodes fuerit, dicitur illi. Non licet tibi, &c.

Leui. 14. & 17. SIC Dominus vult peccatores, & maxime rebelles curare. Vnde in Leuitico præcipiebat, in expiatione leprosi, sacerdotem assumere de sanguine hostiæ, quæ pro ipso leproso immolabatur, & ponere eum super auriculam dexteram leprosi. Et similiter oleo intingere auriculam eandem. Quid sibi vult ritus huiusmodi? Quid ad expiationem lepræ per totum corpus dispersam, impositio ista sanguinis, & olei super auriculam conducebat? Lepræ morbus in pectore & scapulis est, & unctio fit in auricula? Ratio huius est, quia in scriptura sacra leprosus peccatorem designat. Vsitatissimum enim est in sacris litteris, per lepram peccatum intelligi: peccatoris autem curatio ab auricula debet inchoari. Nam minister Christi & Ecclesiasticus sacerdos verbis eum mundare debet. Sed qualia debeant esse verba? oleum & sanguis. Aliquando enim oleatis, vt ita dicam sermonibus peccatorem mulcere debet, aliquando vero sanguinolentis verbis aures eius ita percutere, vt ipsæ sanguine madefactæ remanere videantur. Vnde vehemèter inuehitur Deus in Prophetas illos, qui tantummodo oleum adhibebat: *Curabant* (inquit per Hieron.) *contritionem filie populi mei, cum ignominia dicentes, pax, pax, et non erat pax.* Vbi S. Hieron. ait: Hoc proprie de sacerdotibus & doctoribus intelligendum est, qui diuitibus, & eis, quos vident in honore maximo constitutos, repromittunt & clementem prædicant Deum, magis illos supplicio diuino, & iracundiæ preparantes, ita Hieron. Væ tamen huiusmodi Dei ministris: *Væ qui consuunt puluillos* (ait Dominus per Ezech.) *sub omni cubitu manus, & faciunt cervicalia sub capite vnuerfa, et atis ad capiendas animas.* Quid est puluillos hos consuere? Theodoretus sic interpretatur: Hic per translationem molliores, ac mitiores innuit sermones: Cervicalia enim & puluina, requiem afferunt membris, & molliora verba cum falsa sint, ad tempus aures titillant, sed euersionem animi adferunt. Hæc ille. Væ igitur his qui tales puluillos ponunt sub cubitu manus.

Vult


Vult aliquis super scamnum dormire, sed scamni duritie impediens quietescere nequit, apponitur illi sub cubitu, & sub capite puluinar, & tunc quiete dormit. Videas aliquem scrupulis stimulari, nec quietescere posse, moribus conscientiæ, adest confessarius, ne dicam adulator, qui vt eius beneuolentiam captet in suum damnum: pax, inquit, pax, scrupulus est & tentatio inimici, cum conscientia iuste stimuletur. Væ huiusmodi ministris, cum ante tribunal Christi veniant. Hi enim sunt, qui animas euertunt, & malorum inuentores sunt, væ illis.

S E D ne omnem culpam in ministros animarum reijciamus, peccatores ipsi tales quærent ministros, non enim sanguinem, sed oleum quærent. Confessarium eligunt, qui omnia excuset, nec interroget occulta peccata & circumstantias eorum, nec ad restitutionem pecuniarum, honoris, vel famæ obliget, nec à peccatorum occasio nibus eos abstinere præcipiat. Prædicatores etiam audiunt, sed eos qui auribus prariant, nec sanguinea verba concionentur, similes quidem illis quorum meminit Isaias dicens: *Fili mendaces, filij nolentes aulire lege Dei, qui dicunt videntibus, nolite videre nobis, quæ recta sunt, loqui nini nobis placentia, & dicit nobis errores.* O miseri & insensati, quis vos fascinavit, & tatum suavitatem à veritate recedere, vt errores vobis annunciari petatis? Si quis errorem prædicaret eum insectari debuissetis, & tamè nunc consulto, errores quæritis. Animaduertite quæso, in quantâ cæcitate deuenire solent iniquitatum amatores.

H I N C prouenit nullo modo huiusmodi cecos tolerare posse reprehensiones peccatorum suorum, & quamuis zelo salutis eorum Dei minister eos corripiat, illum veluti inimicum respiciat. Sicut respexit Eliam Rex Achab, Reprehendebat regem Achab Elias, & respondit Achab. Num inuenisti me inimicum tibi? Inimicum vocat sanctissimum virum, qui zelo illo suo ardentissimo illum corripiebat. Eiusmodi quippe, oculis peccatores obdurati, corripietes intuentur.

I M O sæpe non in hac sola æstimatione sinistra iniquorum cecitas sistit, sed vltra progreditur, & tâquã in vere inimicos manus contra Dei ministros extendunt. In exemplum huius sit nobis Herodes, quem cum argueret Beatus Iohannes desiderio illius salutis motus, & zelo diuino, ipsum tamen & in vinculis cõstrinxit, & capite truncavit. Hic solum ratione ductus, quia dixerat illi Iohannes: *Nõ licet tibi habere uxorem fratris tui.* Non valuit sanguinis guttulam

Hh auricula

Isai 30.
num. 10.3 Reg 21.
num. 19.Ezech. 13.
num. 18.
Theod. ibi

Mar. 6.
num. 20.

auricula Herodis sustinere. Oleum volebat, non sanguinem neque vinum. Nec potuit eum excusare sinistra de Iohanne existimatio. Nam Herodes (ait Marcus Euangelista) meruebat Iohannem scire eum virum iustum, & sanctum, & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Tria dicuntur hic. Primum talem ac tantam opinionem concepissem Herodem de Iohanne propter eius eximiam sanctitatem, ut & Iohannem reuereretur, & timeret. Quamuis ipse Herodes rex esset. Iohannes vero priuatus quidam homo, & abiectus exterius appareret. Secundum, quod libenter audiebat rex Iohannem. Tertium, quod non solum audiebat, verum etiam opere exequabatur, quæ Iohannes faciendâ esse docebat. Dicebat (verbi gratia) Iohannes in quadam huius ciuitatis domo alcarum lusum publice exercetur, non licet regi huiusmodi lusum tolerare, quia non solum in eo pessime consumitur tempus, & vita, verum etiam res familiares insumuntur inique, & iuramenta, & periuria committuntur, & peccata multa committuntur. Tunc Herodes ludis sine imponere præcipiebat. Iterum dicebat Iohannes, in illa ciuitatis parte meretrix quædam est, scandalum animarum, & iuuentum perditio existens, tollatur de medio, dicebat rex, quia Iohanni ita videtur. In carcere (aiebat Iohannes) plurimi detinentur ministrorum incuria, qui nunquam negotia eorum absoluere procurant, & hac ratione pauperes in carceribus fame pereunt, remedium adhibe, ô Rex, quia non licet tibi tandiu dissimulare. Placet dicebat Herodes, ut Iohannis verbo pareamus, quia sanctus est. At ubi Iohannes dixit illi: *Non licet tibi habere uxorem fratris sui*. Id non valuit æquo animo ferre. Iam non ut sanctum, sed ut inimicum intuebatur Iohannem. Mittatur (inquit) Iohannes in carcerem, & capite plectatur. Defuit regi patientia, ad illam correptionem ferendam, & non defuit illi temeraria quædam audacia ad eum iniustissime occidendum.

Sapi. 2. nu.
12.

NON de Herode tantum hoc facinus enarratur, sed de plurimis etiam, ut ipsimet in libro Sapientie consententur, dicentes: *Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis & infamat in nos peccata discipline nostre*. Circumueniamus aiunt, id est persequamur, non quomodocumque, sed dolore. Non pudet vos hoc verbum proferre? Non sat erat in corde fraudem, & iniquitatem confusione plenam cælare? Sed quis est ille, quem persequi vultis? *Iustum* (inquiunt) *circumueniamus*. Si ergo iustus est, venerandus

venerandus non persequendus est. Persecutio enim iniustos respicit, non iustos, cur iustum insectamini: *Quia inutilis est nobis, quia contrarius est nobis, quia improperat peccata nostra*. Non aiunt, quia sic exigunt peccata illius, quia dignus est, aut quia iniuste arguit nos, sed quia arguit nos. Ecce nolunt peccatores argui, licet reprehensionem & supplicia mereantur. Denique morte turpissima (dicunt) *condemnemus eum*. O cæcitas execranda! ô incredulitas inaudita! iustum & circumuenire, & morte turpissima occidere voluit, quia facinora illorum reprehendebat. En quomodo peccatores correptiones ferunt. Ideo & Isaiam secuerunt, & Ezechielem occiderunt, & Hieremiam in lacum miserunt, & Zachariam lapidibus obruerunt, & multos alios prophetas persecuti sunt. Denique ideo ipsum Dei filium prophetarum dominum usque ad mortem sunt insectati. Iam illum Samaritanum appellabant, iam ipsum dæmonium habere affirmabant, iam seductorem, & beneficium nuncupabant. Quem tandem crucifixerunt. Sic reprehensiones ferunt, quas non solum æquo animo tolerare, sed beneuolo, & grato recipere debuissent.

SED iam huius peruerſitatis causam inquiremus, si enim peccatorum obiurgatio flagitiosis hominibus utilis, & proficua est, sicut medicinarum applicatio ægrotis, cur ita gratias referunt? Cur, quæso sæpe infirmi grauissimo & periculosisimo affecti morbo, in medicum se conuertunt, & manum, quam in fauorem extendunt infirmi, mordent, & terunt. Quid de huiusmodi infirmo dicere licet, nisi phrenesi magna ipsum laborare, & morbi maliciam cerebrum eius occupare. Vnde sensu ac iudicio orbatus, quem diligere & amplecti medicum debuerat insequitur & mordet. Causam quæstionis reddidimus, capitis est defectus. Peccatorum qui ipse vis, & virus cerebrum occupans, iudicij munus aufert, & ea quæ hominis mentecapti sunt, illos efficere cogit. Si enim iudicio pollerent, facile iudicarent, amore dignum esse, qui peccata eorum arguit: hoc enim modo à peccato eos liberare procurat. Quod quidem omnium beneficiorum præstantissimum est: hac enim de causa Deus in terras descendit, & homo factus, quæcumque fecit, & passus fuit, ideo fecit & tolerauit.

REDDIT causam Christus cum de Phariseorum scandalo discipuli ad eum verba facerent. *Sinite* (inquit) *illos, cæci sunt & dæmones eorum*. Non loquitur dominus hic de corporis cæcitate, sed animæ. Ac si diceret, non recipiunt verba, nec correptiones

Mat. 13.
nu. 14.

Hh 2 admittunt,

admittunt, sed inde potius scandalizantur, quia mente sunt obcæcati, & sensu orbat. Ambitionis enim, & inuidiæ, & aliorum scelerum vis iudicium eorum inuasit: unde non mirum si inde scandalum sumant, unde salutem recuperare deberent, & in me suum medicum sœuiant, qui me amare profequi deberent.

Væ autê his, qui tali phrænesi laborant. Non audis, quid ibi Dominus dixit: *venite* (inquit) *illos*. Quid est, *venite illos*? Cogitate Christum inter discipulos suos, sicut peritissimum quendam medicum inter discipulos, & sectatores suos, qui alicuius infirmi periculosa ægritudine perspecta dicit. Incurabilis est infirmitas hæc. Quamobrem cum huiusmodi infirmos videritis *venite illos*, de illorum salute desperate, ne oleum, & operam in eorum curatione perdat. Sic ergo modo Christus Dominus inter discipulos suos constitutus, illos edocebat, quid erga infirmos homines agendum esset, baptizate credentes, absoluite penitentes, corripite peccantes, &c. Visa vero Pharisæorum immedicabili (moraliter loquendo) infirmitate & cæcitate eorum, dicit. Eorum desperanda est salus *venite illos*: ne in vanum tempus & operam consumatis, cur domine sancte quia correptionibus deteriores fiunt, & ideo *venite illos*: ò *venite illos* tremendum, *venite illos*, tanquam iam in æternû damnatos. Nam quæ salus speratur, cum infirmus medicinis plus infirmatus. Prehensio, & obiurgatio, admonitio & exhortatio medicinæ aptissimæ sunt, & tanquam præclara remedia à celesti protomedico sunt ordinata. Si ergo his peiores fiunt peccatores unde supererit salutis spes?

Ad Titum HINC Beatus Paulus ad Titum de homine hæretico scribês, 3. num. 10 ait: *Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem devota, sciens: quia subuersus est, qui huiusmodi est.* Devota (inquit) ac si diceret, sine illum, attende quomodo & Christus & Apostolus. Hunc hominê incorrigibilem sinunt, & devotant, quo fit, vt gressibus suis properet ad inferna.

ET vt melius constet, quam vniuersalis sit huiusmodi incorrigibilium hominum desperatio, audi, quid de Angelis referat Hier. *Curauimus Babylonem* (dicunt Angeli) *& non est sanata, derelinquamus eam, & eamus.* Babylon curatur, ait S. Gregor, nec tamê ad sanitatem reducitur, quando mens in praua actione verba correctionis audit, flagella correptionis percipit, & tamen ad recta salutis itinera redire contemnit. Hæc ille. Animaduerte quæso, & homines, & angelos, & Deum ipsum derelinquere & deserere, peccatores

tores illos, qui correptionibus non acquiescunt, caue igitur tibi frater, si enim fueris ex numero incorrigibilium, eris ex numero derelictorum & damnatorum, cum amore & gratiarum actione attentas aures correptoribus exhibe. Amore quippe recipiendû est quod amore donatur. Amor corripientem mouet, vt te corripiat, quid enim commodi reportat, qui corripit alium, quin potius laborem ingentem inde capit. Væ (inquit Hier.) *mibi mater mea vt quid genuisti me virum iuxta, &c.* Illi ergo labor, tibi commodum est correctio hæc. Age Deo gratias, qui ad te, sicut ad Dauidem dilectum Prophetâ misit. Fac tu sicut Dauid. Dicit, peccavi & transferet Dominus peccatum tuum, parcat & in æternam requiem te deducet, Amen.

Hier. 157
num. 10.
2. R. g. 12
num. 1.

Feria sexta post primam Dominicam
Quadragesima.

CONCIO PRIMA.

Discursus primus ostendit, maximum Deibeneficium esse Christum medicum animarum nostrarum fieri.

Thema. Ascendit Iesus Hierosolymam. Iohan. 5.

CVM dies festus Pentecostes Hierosolymis ageretur, ascendit Christus Dominus Hierusalem, & in xenodochium ingressus sanauit hominem triginta & octo annos habentem in infirmitate sua. Diuus Augustinus, & Diuus Thomas, in valetudine, quam huic homini Christus restituit, animarum salutem intelligunt. cuius Christus Dominus, & author, & medicus est. Magnus (ait Augustinus) de cælo aduenit medicus, quia magnus in terra iacebat ægrotus. Et ipse Dominus hoc vcluit nomine appellari, cum ad Pharisæos respondit: *Non est opus valentibus medicus sed male habentibus*

Au. tract.
17. in 102.
S. Thom.
sup. leg. I.
Mag.

Mat 9. 12.

ribus. Ac si diceret, quæritis cur inter peccatores verser, quia medicus sum, & veni curare animas peccatorum. Et vt id omnibus esset exploratum, cum primum in lucē editus susceptusque est, circumcissionis nota voluit inuri, vt sibi saluatoris nomen imponeret. Quia vt Angelus ait: *Ipsa saluum faciet populū suum à peccatis eorum*. Hoc nomine appellari voluit, quia propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis. Et hoc fuit totius vitæ suæ studium: in hoc tantam operam collocavit, vt moriens sanguine suo lauacrum effecerit, in quo animæ ab omnibus maculis expiarentur. Non quandoquē, aut vna post aliam, aut prima solū, quæ aquis submergeretur, vt contigit in piscina, quæ erat in Hierusalem, cuius meminit Iohannes, sed omnes animæ, & quolibet tempore, ad illas lustrales aquas confluerent. Ipsi honor & gloria.

Mat.

Maximum beneficium est hoc, & opus est, vt gratias habeamus, & vt possumus referamus. Ipse enim Deus descendit, & medicus noster esse vult. Hoc pacto animum nobis ingerit, vt de animorum nostrorum salute diligenter agamus.

Magni factum est beneficium, quod Deus contulit, in Ezechiam grauisimo morbo laborantem, à quo posse liberari nulla erat spes cum ad illum misit Isaiam prophetam, qui illum curaret, & cum Regis vita ad vnum tantū diem concederetur, ad quindecim annos integros producta est. Et vt miraculum illud præstantissimū esset sol decē lineas regressus est. Quo miraculo obstupescit rex Babylonie, legatos suos misit ad Ezechiam, vt illū suo nomine salutarerent, & de valetudine miraculosa gratularentur. Sed quanti adhuc maioris valoris est: vt sol ipse iustitiæ descendat vt peccator ad pristinam valetudinem reuocetur, & ipsi filio Dei salus animæ nostre cure sit, & in illā incumbat, nō vt nobis solum longioris tēporis vsura concedatur, sed vt ipso Deo sine vilo sine fruamur in celo.

4. Reg. 20. num. 11.

Maximum diuinæ pietatis, & misericordiæ argumētum fuit, angelum Raphaelē à celo iussu Domini venire, vt Tobie seniori visum restitueret, & Tobiam iuniorem ab immani pisce liberaret, & à demone, qui coniugis suæ sponso suffocauerat. Maximi amoris significationē illis ostendit Dominus, cū medicū illorum esse voluit, Angelum Raphaelē, qui erat vnus, ex septē qui astant ante conspectū Dei, quæ res illos in tantā admirationē rapuit, vt dicat scriptura: *Cū hæc audissent, turbati sunt, & tremētes ceciderunt super terrā in faciē suā, & prostrati per horas tres, in faciē benedixerūt Deū, & exurgentes, narrauerunt omnia mirabilia eius.* Meritō tantā Domini misericordiā magnificerūt. Sed quanti faciamus oportet beneficia

Tob. 8. nu. 11. nu. 13. 12. nu. 15.

cū, quod in nos Deus cōfert, cū nō angelū mittit, sed filium suum vngentū, vt infirmitatibus nostris medicinā adhibeat. Si Deus nouē diuinarum mentium choros in domū Tobie misisset, ita vt ne vnus quidē angelus remaneret in celo, beneficium illud non poterat, cum hoc, de quoloquimur, cōparari, verbū enim diuinū mentes illas cœlestes infinito quodam interuallo superat.

RAPHAEL & Isaias corporis morbos curarūt, Christus autē animarum ægrotudines; Raphael visum restituit, & dæmonē in fugā conuertit, Isaias morbum, quem Ezechias contraxerat, aut aliam quandā corporis infirmitatē expulit. Quæ quidē omnia corporis limites non transcēdunt: medicamina autem, quæ medicus ille cœlestis adhibebat, non corporibus modo, sed animis etiam proficiebant, corpora ad vitam reuocabat, sed animis, quod maius est, vitā, quæ à gratia proficiscitur, restituebat. Interquæ maximū versatur discriminē, non enim parū interst, mentem, quæ nobis cum angelis communis est, ignoratiæ tenebris obductā esse, aut corporis oculos esse cœcos qui nobis cū alijs animalibus cōmunes sunt maius beneficiū est, animas nostras à Dæmonis seruitutē, in libertatē asserere, quā corpora à potestate Asmodæi liberare. Nō ne maius malū est vnus animæ mors, quā omnium corporū? Quid habet similitudinis corporis vita, infinitis laboribus, & calamitatibus obnoxia, cū vita animæ sēpiterna, & omnibus bonis affluēt? Si ergo corporis valetudo tāti haberetur, quāti habeat necesse est animi salus.

SI autē clarius vultis prospicere, diuinæ huius misericordiæ præstantiā, & excellentiam, cōsiderate, quæ sint animæ ægrotudines, quibus medicinā adhibet medicus ille cœlestis, scelera enim, & flagitia sunt in ipsum Dominum perpetrata, id Dominus ipse peculiari quadam ratione perpendit cū ait: *Spiritus Domini super me, eo quod vnxit Dominus me, ad annunciandum mansuetis misit me, vt mederer, contritis corde, & predicarem captiuis indulgentiam &c.* Hæc Isaiæ verba de Christi Domini aduentu loquūtur, vt explicuit Christus Dominus cum sedens in templo vt doceret, accepit librū, & cū hæc verba legisset, subdit. *Hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris*. Hunc ergo Isaiæ locum sigillatim expendamus. *Ad annunciandum* (inquit) *mansuetis misit me*. Mansueti enim plurimum Deo placent, nec solum ad hoc munus præstandum missus sum. *Sed vt mederer etiam contritis corde*, & vt in Symacho, & Theodotione habetur. *Ad alliganda vulnera peccatorū, quæ cordis cōtritiones dicūtur. Non sunt vulnera manū aut pedū. Sed cordis vulnera, voluntatis vulnera,*

Isai. 61. nu. 1.

Leuit. 4. nu. 11.

Osee. 14.
num. 5.

D. Hieron.
Cyril.
Isai. sup.
Simile.

non sunt vulnera invito homine accepta : nam voluntate an-
nuente, Eadem voluntas vulneratur, his vulneribus medicinam
adhibeo, quæ adeo luculenta sunt, cum ea homo ipse sibi infligi
exoptauerit, vt vel non promereantur, vt illis Deus compatere
tur: & alibi etiam ait Dominus. *Sanabo contritiones eorum*, vbi mul-
ti legunt: *sanabo auersionem eorum*. Et loquitur Propheta, vt
exponunt Diuus Hieronymus Cyrillus, & alij de aduentu Chri-
sti Domini, *Sanabo*, ait, auersionem, non vulnera, sed auersionem, &
me enim auersi sunt, quod lethale illis vulnus infligit. Descendit
etiam, vt *predicaret captiuus indulgentiæ* Si aulicus aliquis regis fami-
liarissimus, malo spiritu agitur, stricto mucrone ad regem veniret,
quem cum vellet cõfodere, se ipsum vulneraret lethali plaga, quæ
ob causam in vincula conijceretur, donec illi supplicium tanto
scelere dignum decerneretur. Si Rex carcerem intraret, vt vinclos
conspiceret, cum quæ illum intueretur, misericordia motus, iube-
ret, vt expediretur vinculis, & vulnere quolibet medicina cuiusuis
precij adhiberetur, vt ad valetudinem reuocaretur. Nec his con-
tentus, illum impune abire permetteret, & ad suam pristinam ami-
ciciam, & familiaritatem restitueret: Quis tantam Regis clemen-
tiæ nõ predicaret, & summis in cælum laudibus efferret? Quibus
posset augeri verbis tanta pietas? Id quod diximus adumbratam
quãdam diuinæ misericordiæ siilitudinem præsert. Peccauit
homo, & quanuis Deum mucrone petebat, se ipsum mortifera
plaga vulnerauit, coniectus est in vincula sui sceleris, diuina iusti-
tia illum sempiternis cruciatibus addicebat, Deus autem cum illū
esset intuitus, misericordia motus, iussit, vt catenis solueretur, &
quibuslibet stipendiis diuinis, vulnus curaretur. Liber decedat
e carcere, & ad Dei pristinam familiaritatem reuocetur. O summam
Dei erga hominum genus liberalitatem! o clementiam inauditam!
o misericordiam singularem & ipso Deo dignam! Quis putaret,
Domine, id te effecturum esse, vt perditum hominis, & tibi inimici
saluti consuleres? o charitatem infinitam! *Fidelis sermo* (ait Aposto-
lus) & *omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit peccatores sal-
uos facere*. Quis iam de sua salute diffidet, quanuis grauissimi mor-
bum contraxerit? Adeo diffidebant quondam peccatores quidam
(ait Ezechiel) vt dicerent: *Iniquitates nostra & peccata nostra super
nos sunt, & in ipsis nos tabescimus quomodo ergo viuere poterimus?* Id
immerito dictabatur, sed cum prophetæ tunc essent medici illorū,
qui maximam quãdam seueritatem ostendebat, de peccatorum
suaorum remedio diffidebant. Nunc autem Christus Dominus des-
cendit

tendit curare nos, qui tanta vtitur lenitate, & misericordia, vt ip-
se adeat xenodochia, & oculos adiciat in eum qui triginta & octo
annos habuerat in infirmitate, & illum ad pristinam valetudinem
restituit: quis ergo de sua salute desperabit, cum telem habeat me-
dicum?

A SPEXIT quondam Dominus populum suum, cum quæ illū
decoloratū, & maculis respersum cerneret, ait: *Si laueris te nitro, &
multiplicaueris herbam Borith maculata es in iniquitate tua, cor me,* Hier. 2. n.
dicit Dominus. Vbi Diuus Hieronymus ait: nitrum nostrū, & herba
fullonis, pœnitentiã nostra est, ecclesiasticus quoque sermo, qui ar-
guit, & increpat, & corrigit delinquentem, mordacioris nitri habet
similitudinē. Vult dicere Hieronymus, difficilē illos habere sce-
lerū medicinam, & sollicita, ac peculiari quadam cura indigere. Ani-
mis fortasse diffiderunt peccatores, cum Deus ipse, qui erat supre-
mus medicus, maximam salutis illorum difficultatem obijciebat.
Nobis autem animos facit hodiernum Euangelium, cum Christū
Dominum ob oculos proponat, qui descendit sanare omnia vulne-
ra nostra, & solum expectat voluntatem nostram. Huius rei satisfir-
mum argumentum est, hodierni hominis valetudo. Qui cum pri-
mum illud verbum, volo sanari, pronunciauit, sanatus est. Indicat
enim, neminem diffidere debere, quanquã se vndiquē peccatis cir-
cunuentum animaduertat. Nam si voluntatem præbeat, sanitatem
recipiet: quia iam ille descendit, qui sanat omnes contritiones no-
stras, laus illi honor, & gloria, &c.

ET si id Dominus sine vllō suo labore faceret, si e cœlo largã ei be-
nedictionē impertiretur, adeo magnū esset beneficiū, vt nullis pos-
set verbis augeri: noluit autem hoc pacto peccatori consulere, sed
vitã suam & sanguinem profundere, vt hominis salus esset honori-
ficentior, & sanguine suo immaculato, lauacrū fieret, in quo om-
nium scelerum maculæ abstergerentur. Cõnecte ergo obsecro duo
hæc extrema, Deus, vt peccatores saluos faciat, dedecora, cruciatus
& mortem atrocissimã subiit. Quis vnquã posset tantæ charitatis
amplitudinē cogitationē cõplecti? *Nam vix* (vt ait Apostolus) *pro* Rom. 5. n.
iusto quis moritur, nam pro bono forsitan quis audeat mori. Commendat num. 7.
autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam, cum adhuc peccatores
essemus Christus pro nobis mortuus est. Id Ambrosius exponit, dicens
pro iusto, aut bono audebit quis forte mori, miseratione quadam
allectus, aut affectu bonorum operum eius, pro impijs vero, non
solū quod suadeat mori deest, sed & quod in lachrymas prouocet
Ii Christus

I. Tbi. I.
num. 15.

Ex. ec. 33.
num. 10.

num. 7.

D. Ambro.
ibi.

Christus autem mortuus, pro impietatibus populi, & populi adhuc non sui, ut omnia, quæ mundus diffidit, faceret credibilia: Hæc Ambrosius. Si ergo vix reperitur charitas, quæ inducat hominem, ut pro iusto, & innocente moriatur, quæ charitas erit illa, quæ Deum coegit, ut pro iustis, & iniustis, pro nocentibus, & innocentibus moreretur.

2 Reg. 9.
num. 1. V T magnæ charitatis argumentum narrat scriptura id, quod fecit Dauid, cum in folio regni Israel, omnibus difficultatibus superatis pacate confedit. Iussit enim, ut magna fieret diligentia, & conquisitio, ad indagandum, an residuus esset aliquis ex domo, & familia Saulis. Sed non potest hæc misericordia, cum Christi clementia conferri, quem cum peccatores infinitis propemodum iniurijs lacessierint, ipse, & non alius suo nomine descendit, ut eorum vulneribus medeatur. Ad mensam Dauidis accumbat nepos Saulis, ut ex cibis, qui supererant Dauidi vesceretur: sed Christus Dominus vitam suam obtulit, ut peccator celesti accumberet mensæ. Dauid recordatus est Ionathæ, quem vnice dilexerat, & qui sibi fidelis amicus fuerat. Christus autem nullius hominis meminit, qui illum beneficijs obstrinxisset, ut tantis ipse muneribus peccatores cumularet. *Sanabo* (inquit) *contritiones eorum.* Et subdit: *Diligam eos spontaneæ.* Quasi dicat: non eos diligo, quasi id ipsi meruerint, sed mea sponte, ipsi enim me suis sceleribus, ad iram & indignationem prouocabant. Si ergo Dauidis misericordia magna fuit, & ut talis à scriptura connumeratur. Qualem fuisse arbitramini, diuinam Christi Domini pietatem? Cui quam gratiam habere debeamus, non possum cogitatione complecti. Non poterat Naaman Syrus debitas gratias agere. Eliseo Prophetæ, qui illum à lepra mundauerat, nec imponebat finem gratiarum actioni. Cur igitur nos tam citò defatigati superfedemus & Christo Domino, qui nos à dira, & feda peccatorum lue saluos reddidit, non agimus gratias, quantas possumus? O utinam Angeli in cælo, id quod in nobis desideratur, cumulatissimè præstent!

Discursus

Discursus secundus, in quo ostenditur, cur peccatores quorum Christus Dominus medicus est, à peccatorum maculis non curantur.

Thema. *Hominem non habeo, &c.*

VERBA sunt illius ægroti, cuius aduersa valetudo ad triginta octo annos producta fuerat. Quibus ostendit, quæ ob causam valetudinem non receperit, cum tamen in Hierusalem re medium illud miraculosum inueniretur in piscina: Quia scilicet non habebat hominem, nos autem, ad quos sanandos Christus Dominus descendit, & lauacrum sacramenti instituit, hanc excusationem afferre non possumus: nam quo pacto excusabitur peccator, qui plurimos annos in ceno, & volutabro peccatorum voluitur, in lecto scelerum, & flagitiorum iacet, & parum distat à morte sempiterna.

MIRABATUR Dominus, cum medicos, & medicinam præstantissimam elargitus fuisset populo suo Israel, quid esset in causa quod vulnera recrudescerent, nec cicatricem obducerent: *Nunquid resina non est in Galaad? aut medicus non est ibi? Quare ergo non est obducta cicatrix filia populi mei?* Quæ est hæc resina Galaad? & qui sunt hi medici, quod tantam culpam Dominus reiecit in illos, qui non curabantur? Theodoretus exponens ait: Medicos appellat sacerdotes, & doctrinam spiritualem, figurate resinam. Galaad autem vrbs erat sacerdotibus destinata. Conqueritur ergo Deus, quod ciuitas perseuerauerit in delicto, nec penitentiam receperit, cum tamen non deessent sacerdotes, & præcepta legis. Hæc ille. Versabantur illo tempore in Israel Hieremias, Baruch, & alij sanctissimi Prophetæ diuino splendore illustrati. Vnde merito miratur Dominus, cur non reuocantur ad pristinam valetudinem peccatores: *Quomodo* (inquit) *non est obducta cicatrix? Quomodo remansit vestigium vulneris?* Si ergo hoc admirationis causam præbuit, quanto magis mirandum est in populo Christiano remanere, non solum vulnerum vestigia, sed vulnera etiam, & peccata lethalia, post Christum medicum, & sacramentorum medicinam ab illo confectam.

ET si mirandum erat sacerdotes, qui in sanctuario versabantur

Hier. 8. n.
22.

Theod. ibi,

fordibus esse infectos, cum intra illud mare aquarum esset, quanto magis mirandum est, in ecclesia, intra quam mare magnum penitentiae continetur, animas adhuc esse scelerum maculis infectas. Erat in vrbe Hierusalem maximum templum, in quo offerebantur sacrificia, quibus expiabantur animae, & erat admiratione dignum, aliquas esse animas nondum sanctificatas. Sed maiori admiratione dignum est, in ecclesia catholica esse maximum illud sacrificium corporis & sanguinis Christi Domini, quod semel in cruce cruciatum oblatum est, & saepe offertur in sacramento, & tamen adhuc multi sunt infirmi morbis oppressi, & peccatorum aegritudinibus affecti.

PRIVS quam huius rei rationem reddamus, advertere opus est optimo iure, posse Dominum de peccatoribus conqueri, eo quod misericordiam illius, parvi faciunt, & medicinis ab eo institutis non utuntur. Id enim non solum in animarum nostrarum perniciem cedit, sed etiam in detrimentum diuini honoris. Nam si in hanc urbem intraderetur medicus aliquis singularis, qui adeo praestantissimis vteretur medicaminibus, ut illis omnia morborum genera curaret si omnes aegri, vel maior eorum pars periclitaretur, quia non vult uti illis medicinis, eo ordine, & modo, quo medicus praescriberet, non ne occasionem praerent, male sentiendi demedico, & medicinis illius? Nam illi qui aegrotantium culpam non agnoscerent, in medicum, & medicinas, omne detrimentum rejicerent, & merito posset de illis conqueri medicus, & dicere. Vestra causa dedecore, & ignominia afficior in populo. Quo igitur iure conqueretur Dominus de Christiano populo, pro cuius salute descendit de caelo, & proficuas nobis afferens medicinas, quibus afferit, quemlibet aegrotum, quocumque morbo affectum, & ad extremum deductum, posse ad pristinam valetudinem reuocari? si nos adeo stolidi sumus, & vecordes, ut non limus illis uti, eo ordine, & modo, quo eos Christus Dominus instituit, & adhiberi praecipit: Quid mirum, si ad huc multi in nobis sint infirmi, & imbecilles, similes ethnicis, barbaris, & peccatoribus, superbi, ut illi, auari, ut illi, turpes scelerati, & flagitiosi ut illi? Exprobrabunt nobis ethnici Christianam religionem, & dicent, si tanta est virtus sacramentorum ecclesiae catholicae, si omnes expellunt morbos, infirmitates, & animorum aegritudines, quomodo tot homines scelesti in ea versantur? Credi non potest virtutem habere illa medicamina, quae nullam hominibus salutem

salutem conferunt. Id nobis obijcient, ethnici, Christus autem obijciet illud Isaiæ. *Nomen meum propter vos blasphematur inter gentes.* Merito Domine conquereris, & nos acerbissimo supplicio punis, quia rationi consonum non est, ut tanta iniquitas euadat impunita.

SE D quid est in causa, cur huiusmodi peccatores his praestantissimis medicinis, salutem non recipiant? Facile possumus respondere, quia illis non utuntur, nec illas suis vulneribus medendis admovent. Quid enim prodest illi, qui grauisimo laborat morbo, si a medico frequenter inuisatur, illeque aegrotanti saluberrima medicamina adhiberi praecipiat, si ille recusat, ut adhibeantur. Sapientissimum habemus medicum in ecclesia Catholica, Christum scilicet sempiterni Patris filium, & saluberrimam medicinam suo sanguine conficit. Sed quid iuuat, cum peccatores illam sibi admoueri subterfugiant? Sed hic oritur magna dubitandi ratio, cur peccatores grauissimis affecti vulneribus, medicinas, quae sibi a Domino liberaliter offeruntur, nolint amplecti?

Duplicem causam afferre possumus. Id enim ex mentis & voluntatis infirmitate provenit. Nunc tantum de mente agamus, voluntatem autem, in proximum discursum rejiciamus. Primum, non cognoscunt quantum boni in virtute, & sacramentis a Christo Domino institutis, positum sit, unde id nihili faciunt, & totam suam operam, & diligentiam indagandis corporis voluptatibus collocant, more pecudum, virtuti nullum remittunt, animi ornamenta deserunt, & quibus totius hominis salus pedit. Huius rei effigiem praestulit Nabuchodonosor rex Babyloniae, qui regiam effigiem praestulit Nabuchodonosor rex Babyloniae, qui regiam deserens in prata virentia, & frondosa nemora se recepit, ibique herbis, & frondibus pascebatur instar bobis, illo alebatur, & oblectabatur pabulo. Quomodo cum homo esset rationis capax, hominum cibum non quarebat, ut illo versceretur? Sed bestiarum pabulo contentus erat. Videlicet, quia cor illius, ab humano commutatum est, & datum est ei cor fere, quid mirum, si in prato versetur, & herbis in eo virentibus pascat? Unde cum postea restitutum est ei cor hominis, statim in domum suam reuersus est, ut more hominis vitam duceret, ut ipse ait dicens: *Post finem dierum, ego Nabuchodonosor oculos meos ad caelum leuavi, & sensus meus redditus est mihi, & altissimo benedixi & viuente in sempiternum laudavi, & glorificavi.* Et subdit. *In ipso tempore sensus reuersus est ad me, & ad honorem regni mei, decoremque perueni, & in regno meo restitutus sum.* Ecce tibi dum belluae cor de utebatur, in pratis commoratus est, more pecudis, cum autem sensu, & ratione ductus est, vitam homine dignam instituit.

Simile.

Isai 52.
num. 5.

Dan. 4. 21.

13.

Idem peccatoribus accidit, qui instar pecudum, in nemoribus voluptatum commorantur, ibique corporis oblectationibus perfruantur, & deserunt spiritualia gaudia, quæ sub involucris sacramentorum latent: quia cor bellæ datum est illis. Unde quo ad illis cor hominis, singulari Dei beneficio restituatur, non cognoscant, quid illorum intersit.

ID in quolibet ægroto, qui insanus redditur videre est, cū mēte utebatur, medicamina sibi adhiberi postulabat, quia ex illis corporis valetudo pendebat, sed iam mentecaptus, & stolidus redditus, illa respuit, quia nulla ratione ducitur, nec periculū, in quo versatur animaduertit. Sic in spiritali ægritudine, cum adeo ingratus uelcit, ut rationem minuatur (ut sepe fit) qui prius confessionem expectabat, & sacram sinaxim postulabat, illa non appetit, & oblata respuit, quia peccata illius ad verticem capitis ascenderunt, mentē obnubilant, ne periculū, in quo versatur agnoscat, sed sæpe, ut insanis accidit, in periculis gaudent, & lætantur cum male fecerint.

D. G. 16. 26
mor. c. 29

Unde Diuus Gregorius, super id Iob 24. *Sicut in tenebris quasi in luce ambulat*, ait: Quia sic in præsentī cæcitate læti sunt, ac si æternæ patriæ luce perfruantur, quia ita gaudent in nocte peccati, ac si eos iustitiæ lux circumfundat.

QUANDO anima peccatoris, ad huiusmodi calamitatem deuenit, & mentis cæcitatē contraxerit, iam campanæ funera posunt resonare, id enim apertissimum signum est damnationis æternæ, ut indicant verba illa, quæ Dominus Iesus respondit Apostolis dicentibus: *Pharisæi, audito hoc verbo, scandalizati sunt. Sumite illos* (ait) *cæci sunt, & duces cæcorum.* Opus misericordiæ videbatur illos ab errore deducere, Christus autem ait: *sumite illos, ne repus & operam in illis permouendis conteratis.* Loquitur instar medici, qui in ægroto apertissima mortis signa perspicit, & de illius salute desperans ait: *sumite illū, nullā opus est adhibere medicinā, breui enim morietur.* Sic Christus, cum horum calamitatem perspiceret, ait: *sumite illos, Cur Domine, sic de illorum salute diffidis? Quia cæci sunt, & duces cæcorum, cor illorum ab humano commutatum est, & cor feræ illis datum.* Animaduertite casum illorum, qui ob mentis cæcitatē Christum deserunt, ab illo quæ petite, quādo animarum medicus fieri voluit, ut mentis vestræ oculos aperiat, & diuini luminis splendore illustret.

Mat. 15.
num. 14.

Simile.

Discursus

CONCIO SECUNDA.

Discursus primus ostendit, peccatorem
sua culpa damnari.

Thema.

Vis sanus fieri, &c. Ioban. 5.

SINGULARIS valde videtur hæc Domini interrogatio. Aeger enim ille, qui triginta & octo annos cōsumpserat, in quærendis medicinis, quibus paralyti, qua torquebatur mederetur, qui propter piscinam tot expectabat annos si forte aliquādo fors illi contingeret in illam se immittendi, & valetudinem recuperandi. Et post tanta annorum curricula euoluta, adhuc perseverans in suo proposito persistebat. Quid dubium, quin valetudinē sibi oblata, vtraque manu amplecteretur? Cur ergo illum Christus Dominus rogat: *Vis sanus fieri?* Domine quis morbo aliquo laborat, qui nolit ab illo liberari, præcipue paralyticus, qui iacet in lecto, nec membrorum suorum compos est?

HINC perspicitur potest, magnum aliquod mysterium latere sub hac Christi Domini interrogatione. His corporum morbis animarū ægritudines significantur, ut dicunt sancti Doctores, unde in valetudine corporum, animarum item salus designatur. Et ut indicet Christus Dominus voluntate hominis opus esse, ut ab his animi ægritudinibus liberetur, rogat: *Vis sanus fieri?* Unde est illud Augustini: *Qui creauit te sine te, non saluabit te sine te.* Duo requiruntur in salute hominis, auxilium quod Dominus præstat, & voluntas, quam adhibet peccator, ut docet sanctus Thomas, & ratio ipsa nos docet. Homo enim natura sua liber est, cum autem Deus creaturas omnes iuxta earum naturā ducat, quæ necessarias habet causas, necessario aguntur, quæ autem habent libera ducuntur libere. Hoc enim ad suauem Dei prouidentiam pertinet: unde ad hominis liberi conuersionem opus est, ut illius voluntas expectetur, & ipse eligat, quod sibi magis placeat, aut iustitiæ bonum, aut peccati malum. *Deus enim ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui, &c. Ante hominem vita & mors, bonum & ma-*

August.

3. p. q. 113.
a. 3.

Eccl. 15.
nu. 14.
lum,

Eccle. 15.
num. 14. lum quod placuerit ei dabitur illi. Rationi etiã consonum est, vt ille qui voluntate duce, peccatum commisit, eadem auctore damnun refarciat. Aequũ est, vt liberẽ homo ad Deũ coniugatur, quãdo libere ab eo discessit, & eadem voluntate, qua Domino iniuriam intulit, eidem satisfaciãt, & maxima Domini misericordia est vt salus animæ, ex peccatoris voluntate pendeat, cum tamẽ corporis valerudo in illius voluntate posita non sit.

ps. 6. v. 2. SED maximã admiratione dignũ est, opus esse ab homine quæ rere, an velit sanus fieri? Si Deus, cui iniuria illata est, difficultatẽ ostenderet, mirandum non esset, sed homo, qui auctor iniuriæ est, id est, quod in magnam rapit admirationẽ. Deus rogandus esset, Domine vis sanare? non autem homo, vis sanus fieri? Deus esset difficultatem obiecturus, homo autẽ ad illius pedes prouolutus; enixis precibus deberet contendere. *Sana me Domine & sanabor.* Aegrotus enim quærit medicum, non medicus ægrotum: vnde *Dauid. Misere mei Domine quoniam infirmus sum, sana me Domine quoniam conturbata sunt ossa mea.* Beatus Augustinus. Tu domine medicus es, & ego æger sum, tu misericors es, & ego miser sum, sana ergo Domine, & miserere, hæc optime conueniunt. Pauper enim diuitem quærit, infirmus medicum, miser potentem, & miser ricordem, & non secus.

Mat. 13.
num. 37. HIC autem diuinæ misericordiæ magnitudinẽ perspicias, & miseræ nostræ infelicitatem agnosces. Deus veniam offert, & orat, peccator non vult acquiescere. Res mirabilis, quæ ipsi Deo admirationi esse videtur. Audi illum: *Hierusalem, Hierusalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluit.* Diuinæ pietatis præstantiam in his verbis recognosce. Sicut gallina, inquit, quæ inter omnes volucres quasi pietate præstat, & pullos suos singulari quadam amoris significatione fouet. Filios tuos congregare, defendere, & tueri volui, & noluit: quo sensu, quo pondere, quo dolore, hæc Christus Dominus proferebat verba. Et non caret admiratione illorum verborũ coniunctio, vltimũ, & noluit. Voluit enim Dominus Hierusalem ad se conuertere, & illa noluit conuerti, ac si Domini interesset, & non illius. Volui (inquit) sed quo pacto? misit ad illos Prophetas, & medicos, sed qua ratione noluerunt, quia lapidibus obruerunt Prophetas, & occiderunt eos, audi Diuinum Chrysostrum: Missum ad te Ieram ferrasti, & seruum Domini Ieremiam, lapidasti: Ezechielem tractũ

tractũ per lapides excerebrasti, quomodo saluaberis, quæ ad te medicum nullum venire permittis? Hæc Chrysostrum. Quis vnquã audiuit, ab aliquo Rege allatos esse præstantissimos medicos, vt sine vlla mercede ægrotantium morbis mederentur, illos autem a deo ingratos extitisse, vt in medicos insurgentes, eos interfecerint? Id autem quod nullibi contigit, videre est, Hierosolymis, misit ad illos Dominus prophetas, illi autem nõ solum illos (vt par erat) non exceperunt, sed in furorem rapti occiderunt eos, & quod ad huc maioris admirationis est, in Dominum ipsum maiestatis, qui medici nomine descendit, hanc, & adhuc maiorem exercuere carnicinam. Neminem enim Prophetarum spinis redimitum rapuerunt in crucem, vt Christum, & nullam aliam tanti facinoris causam habuerunt, nisi quia venerat curare eos. Lege caput secundum libri sapientiæ: vbi id, de quo loquimur, non quidem adumbratum, sed penitus expressum reperies.

SED obijcies, illud Hierosolymis, duntaxat accidisse, in vrbe illa lapidatos esse Prophetas, nõ autem in Christiano populo. Esto pugnare non audeo, sed quot sunt Christiani homines, quorum vulneribus Christus voluit medere, illi autem recussarunt, & terguerunt? Nunquid resina non est in ecclesia? non versantur in ea præstantissimi medici, imo, & ipse Christus, qui sacramentis, quæ instituit, singularem virtutem contulit, ad quælibet sananda vulnera? Quo modo ergo non est obducta cicatrix? quia, scilicet, peccatores curari renuunt.

DEVS valetudinem ægrotantibus offert, illi autem nolunt ea uti. Deus manum proiicit peccatori, vt illum inter cœlestis militiæ principes collocet, ille autem in peccatorum sordibus iacere vult. Illum inuitat Dominus, vt cœlesti mensæ accumbat, ille autẽ eligit glandibus vesci, & inter porcorum greges commorari. Deus illũ pretiosissimis vestibus induere, & cœlestium ciuium ornamento exornare conatur, ille autem lugubribus, & laceris Babylonie indumentis contentus est. Deus cum illo amicitiam inire vult ille autem cum Deo inimicitias gerere, Deus illum in filium adoptat, ille autem Demonis duram seruitutem appetit. Deus illum ad iustorum numerum aggregare vult, ille autem, ex peccatorum numero esse cupit. Mirabatur hæc considerans Augustinus, & dicebat, villam emis, & bonam desideras: vxorem vis ducere, & bonam quæris: filios tibi nasci bonos optas, & vt etiam de-

KK rebus

*simile.**Aug. Ser. 31. ad fr. t. in Ierem.*

rebus vilissimis loquar, calceos emis, & non vis malos, quid ergo vitam amas malam? Si vitam vis malam, inter omnia bona tua eris malus. Hæc Augustinus. Præcipue cum Deus opem suam offerat, vt illum à mortifero morbo, ad sempiternam sanitatem reuocet, miserum profecto esset, in re tanti ponderis, & momenti diuinum auxilium desiderari, sed adhuc miserius est, homini oblatum ab illo recusari.

4. Reg. 5. num. 5. PRINCEPS quidam Syriæ venit in terram Israel, vt Elisei Prophetæ beneficio mundaretur à lepra. Et vt id, quod exoptabat, facilius assequeretur, commendatitias literas à Rege Syriæ accepit, & præstantissima attulit munera, quibus Prophetæ animam deuinicare posset: cum autem Prophetæ virtute mundatum se à lepra vidit, hærebatur in tanto beneficio cogitans quo pacto prophetæ gratiam referret, & grati, animi significationem daret. Cum autem peccator animam vlcere habere infectam, Christus autem illi valetudinem liberaliter offerat, illam acceptare non vult.

4. Reg. 8. num. 9. REX quidam etnichus grauiter laborabat, & misit nuncios suos vt consulerent Eliseum prophetam, vt eum beneficio prouocaret, quadraginta Camelos misit omne diuitiarum genere onustus. Quid faceret, si propheta illum ad valetudinem reuocasset, quando solum, vt rei euentum propheta nunciaret, hæc obtulit? Si ergo vt corporis vitæ consulat, hæc homo exequitur, quid exequatur oportet, vt à sempiterna animæ morte liberetur? Quæ igitur infania erit, vt oblatam recuset? Miserum profecto est, vt quis sponte sua pereat.

Simile. In corporis morbis sæpe fit, vt ægrotus amaram potionem exhauiat, & venam sibi præcidi, ac cucurbitis medicinalibus se torqueri patiatur, & nihil omnia conducant. Fit enim sæpe, vt post carnificinam istam ægrotus moriatur, miserum profecto est, sed illud solatij remanet, adhibita fuisse ægroto medicamina omnia. In morbis autem spiritualibus, nec hoc istud solatium resiliuum est, quia moritur peccator, eo quod medicinis, à Christo Domino institutis, vt non vult, nec mors, ista quam suo sponte peccator amplectitur, temporalis est, sed sempiterna: vnde calamitas hæc nullam consolationem admittit. Huius medicinæ memoria, & recordatio, acerbissimo dolore afficiet damnatos. Recordabuntur enim temporis, in quo potuerunt mori
bis

Bis suis mederi, & acerbissimos illos cruciatus declinare, & noluerunt. Spina hæc acuta, in corde defixa est, recrudescunt vulnera, quæ dolorem semper incutiant. Sed hæc missa faciamus, & indagemus causam, cur peccatores nolint (cum facile possint) suis vulneribus medicinam adhibere.

GAVDENT peccatores, cum malefecerint, vulneribus lætantur, & existimant in xenodochijs huius mundi oblectationes suppetere ægrotantibus, Christum autem cruce, & cruciatus illis obijcere, quos ad pristinam valetudinem reuocat. Quo fit, vt potius eligant inter peccatores versari, dum mundi oblectationibus perfruantur, quam inter iustos, varijs calamitatibus, & laboribus inuolui. Ille qui corporis illecebris irretitus est, Christi Domini gratiam despicit, ne voluptates suas deferere cogatur. Auarus ad Deum conuerti non vult, quia lucrum male partum restitui imperat. Superbus cum Deo in amicitiam redire non vult, quia præcipit illi, vt superbiam submissione comprimatur. Ille etiam, qui laxè, quacunque illi placet, vagatur, virtutis frænis coerceri non vult, vnde non illi placet medicus ille cælestis. Asserit enim ab illo amarissimum poculum propinari, quo commouentur viscera. Sed mundum sequitur, qui auratum calicem porrigit omni dulcedine commixtum.

VIDIT Iohannes Babylonem circumdatam purpura, & cocino, & inauratam auro, & ornatam lapide pretioso, & margaritis, habentem poculum aureum in manu sua, quam terræ principes sequebantur, vt illis potum præberet. Hanc ob causam nolunt peccatores Domini calicem degustare, dicunt enim felle, & amaritudine mixtum esse, & illi anteponunt Babylonis calicem, in quo nihil non inueniunt suauitatis, & dulcedinis. Eum, qui morbum continet, eligunt, & valetudinem amaritudine admixtam recusant.

SUNT aliqui, qui ardent exoptant, se ad Deum conuerrere, & se huius præstantissimi medici manibus committere, vt morbis quibus laborant ille medeatur, sed voluntas imperfecta illa est, quia volūt, & nolūt. De his sic loquitur Spiritus sanctus: *vult & nō vult piger, anima autē laborantiā impinguabitur.* Quid sibi vult: *vult & nō vult piger?* Nam si vult, quomodo nō vult? & si non vult, quomodo vult? Hæc enim contradictionē videtur inuoluere. Vnde Hierony.

KK 3 recte,

Apoc. 17. cap. 1.

Prout. 13. num. 4. D. Hic. ibi

recte pigri, vocabulo denotatur, qui vult regnare cum Domino, & non pati pro eo. Delectant, præmia cum pollicentur, deterrent certamina, cum iubentur, hoc pacto volunt, & nolunt. Finem appetunt, non tamen amplectuntur media ad beatitudinē. Conscendere exoptant, crucem autem subire recusant. Valetudinē quærunt, pillulas autem, & potiones amaras sumere subter fugiunt: vnde cum videant, valetudinem sine labore comparari nō posse, morbum eligunt, eoque laborare volunt, dummodo voluptatibus, quas illis mundus pollicetur, aliquando perfruantur.

QUANDO mundi voluptates nihil aliud mali haberent, quàm quōd mundi essent, contemni deberent. Et quando Christi calix nihil aliud boni haberet, quā à Christo esse, amplecti deberet. Præstant enim amaritudinēs à Christo profectæ quibuslibet mundi voluptatibus. Vnde est illud Christi Domini ad Petrū cum exemit gladium, & percussit seruum pontificis: *Mitte gladium tuum in virginam, calicem, quem dedit mihi Pater, non vis, vt bibam illum?* Non dixit calicem, ex quo totius mundi salus penderet: sed calicem quem dedit mihi Pater, non bibā illum? Quamuis omni felle amarior sit? Calix, quem vobis Babylon propinat, quanquā aliquid habet dulcedinis admixtum, tamen Babylonis est. Calix autem Domini, quanquam amarus sit, tamen Domini est. Quæ ergo ratio patitur, vt Babylonis calicem, quia non nihil habet dulcedinis, vtraque manu apprehendas, & Christi calicem, quia non nihil habet amaritudinis, procul amandes, cum ille sua larga, liberalique manu porrigat.

SE D animaduertere opus est, sub dulcedine calicis Babylonis virus latere: *Poculum* (inquit Ioannes) *erat in manu sua aureum, plenū abominatione.* Latet venenum sub auro, abominatio erat in auro. Et terræ principes cū auri splendore caperentur, nec id, quod latebat, animaduertent, calice trahebantur. Mors in poculo, mors in voluptatibus, mors in corporis oblectationibus, mors in olla. Maledictæ voluptates, quæ tanto malo causam præbuerunt; quis audeat eas degustare? *Nunquid* (ait Iob) *potest aliquid degustari, quod gustatum affert mortem?* Vbi Diuus Hieronymus: sicut nemo mortiferum aliquid comedit, vt vitæ suæ inimicus sit; ita ego peccatū contingere pertimescebam. Sic Hieronymus. Exhaurires ne poculum vini quantumuis pretiosissimi, si scires admixtum esse veneno.

no? Degustares cibum exquisitissimum, quanquam similem illi, qui de celo descendit, vt illo vescerentur Filij Israel, si scires mixturam illi esse virus? Si ergo venenum in auro bibitur, & voluptatibus peccata sunt admixta, quæ tibi mortem inferunt: quomodo audes poculum illud degustare? Damnatis Euam, quia vetitum pomum decerpfit, cur eam damnatis? cum pomum illud pulchrum fuerit, & suaue? *Vidit enim mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile.* Cur ergo damnatis Euam? quia sub illa pulchritudine latebat mors. Si ergo sub oblectationibus, & deliciis, quas mundus offert, latet mors, cur illis vesceris? cur insaniam istam non damnas? Si te Deus in paradiso voluptatis collocaret, asseris te nunquam decerpturum pomum, quia mortiferum erat, cur ergo nunc cibo vetito, & nociuo vesceris, & poculum veneno infectum exhauris?

Gen. 3.
num. 6.

SI obijcias calicem Domini, licet salutaris sit, amarum esse, dicam tibi, licet amarus sit, salubrem esse, & si in eo latet sempiterna salus animi, quid interst amarum esse? Si morbo laboras, potionē amarissimam sumis, quanquam viscera commoueat, & sudorem ex primat, quia arbitraris illa morbum esse expellendum. Si ergo ex poculo, quod tibi Christus Dominus propinat, animi salus pendet, cur illud non exhauris, quanquam amarissimum sit: *Calicem salutaris accipiam* (ait Dauid) *& nomen domini inuocabo* Diuus Augustinus intelligit hoc de calice illo, de quo Christus Dominus ad Apostolos ait: *Calicem quidem meum bibetis.* Hunc sumet Dauid, quia salutaris est. Sed quomodo salutaris? Respondet Casiodorus: calix, quia sub mensura bibitur. *Fidelis enim Deus qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis,* salutaris vero, quia in æternam salutē propinatur. Quis igitur hunc Christi calicem non apprehendet vtraque manu? quando infirmitati nostræ commensuratur, & sempiternam continet salutem. O Domine da mihi hanc aquam! da mihi poculum hoc, licet absynthio, & felle amarius sit. Hic vre (vt ait Augustinus) hic seca, vt in æternum parcas Amen.

Psal. 115.
num. 13.
D. Aug.
ibi.
Mat. 20.
Casi. sum.
per ps. 115

Discursus

*Discursus secundus, in quo ostenditur, eo
pœnitentiam spectare debere, ut sci-
licet omnium scelerum impunita-
tem assequamur.*

Thema.

Surge tolle lectum tuum, &c.

HIVVS hominis valetudo ipsi diuinitus data, peccatoris salutē exprimit ad viuum. Et ea quæ ab illo Christus fieri præcipit, indicat, quæ à quolibet peccatore fieri vult, qui ad integram valetudinem restituitur. Ait ergo Christus: *Surge, nō enim permittit Dominus, vt peccator, quem ipse sanat, remaneat in lecto, sed vt omnino defiliat ab illo, surgat, & ambulet.*

3. Reg. 21
num. 27.
Dan. 6. no
26.

INTERFECIT Achab Naboth, vt illius vinea potiretur, cū autem audisset sermones Eliæ minitantis sibi atrocissimum supplicium, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauit, dormiuit quē in faceo, & ambulauit demisso capite. Pœnitebat illum, sed non omnino, illud boni speciem habebat, sed non præstitit omnia, quæ ad pœnitentiam erant necessaria, non enim legimus, vineam restituisse, nec honorem per iniuriam detractum, quādo vitam non poterat. Non est demolitus idola, nec abstulit sacerdotes Baal, nec obtulit Deo sacrificium. Pœnitentiam fecit ex parte duntaxat, & non omnino.

SIMILIS huic erat Rex Nabuchodonosor, qui cum ingens illud miraculum cerneret, quod Deus edidit, cum Daniele à leonum dentibus liberauit, regium edictum ad omnes prouinciarum administratores confestim in hunc modum perferendum curauit: *A me constitutum est decretum, vt in vniuerso imperio, & regno meo tremiscant, & paueant Deum Danielis, &c.* Sed non legimus templū ab illo fuisse reedificatum, quod funditus deleuerat, nec aurum, & argētum, quod expilauerat, templo restituisse, nec in libertatem asseruisse captiuos populi Dei. Sic etiā Israelitē iudicum tempore, cū calamitatibus vexabantur, Deum adibant, idola tamen domi remanebant cum primum idola cōminuere deberent, quæ asseruata relinquebant domi. Hoc pacto multi pœnitentiæ ex parte tantū dant operam.

operam. Fatentur pecuniam alienam inuitis dominis retinere, nolunt tamen restituere. De honore, & fama proximi detraxisse dicunt, nolunt autem sententiam reuocare, vt illi honor, & fama restituantur. Ludendi deprauatam consuetudinem, se relicturos pollicentur, non autem iusiurandi, peccata omnia sigillatim pronunciant, non tamen habent firmum à peccatis cessandi propositum. Ex parte tamen pœnitentiam efficiunt. Idolum aliquod semper remanet domi, quod reddit pœnitentiam inanem.

S E D non placet Deo hæc pœnitentia diminuta, ipse enim integram omnium scelerum veniam præstat, & ideo vult, vt etiam pœnitentia integra sit. Ieiunijs corpora macerabant Israelitæ, animas suas deprimebant in conspectu Domini, misit autem Dominus ad illos, qui diceret, non sibi placere illud pœnitentiæ genus. *Placebit autem si abstulerint de medio sui catenā, &c.* Sed quæ catena est hæc? *Aquila.* Aquila interpretatur errorem, glossa ait: Hanc catenam peccatorū esse. Vnde Prouerborum 5, dicitur: *Funibus peccatorum suorum quis que constringitur.* Cum quis catenā à se repellere nō vult, parum interst, si vnum aut alterum catenæ anulum amoueat. *Quid interst si auaritiæ vitium expellas, si remanet vitium luxuriæ? Nam sicut, Qui peccat in vno factus est omnium reus.* Sic qui in vno deficit, factus est omnium reus. *Simile.*

Aquila.
Prouer. 5.
Simile.

Iacob. 2.
num. 10.
Leuiti. 6.
num. 30.

C V M sacrificium pro peccatis offerebatur, præcipiebat Dominus, vt integra victima extra castra cremaretur, & nihil residuum esset, non pedes, non caput, non corpus, non viscera, non pellis, sed vniuersa victima integra absumeretur. Sed cur ita? nonne in alijs sacrificijs, semper aliquid remanebat, quo sacerdotes vescerentur? Cur hic præcepit Dominus, vt nihil reliquum esset, sed omnia igni supposito absumerentur. Voluit Dominus ostendere in sacrificio pœnitentiæ, quod offertur pro peccatis, omnia esse charitatis igne comburenda, ita vt nihil in homine remaneat, quod peccata redolere videatur. Eandem ob causam voluit Dominus, vt vas, in quo decocta fuit caro sacrificij oblato pro peccato, confringeretur, si vero vas æneum esset, defricaretur, & lauaretur aqua. Vas in quo decoquitur caro sacrificij pro peccato, cor nostrum est, quod ita mundum, & lotum remanere debet, vt nec peccati vestigium aliquod, aut carnis odor remaneat.

Leuit. 6.
num. 28.

Conquerebatur Dominus de Hierusalem, quia cū præstantissimos haberet medicos, et medicinas, vulneribus suis medicinā nō adhiberet

Hiero. 8.
num. 22.

adhiberet, sed incurata relinqueretur, & dicebat: *Quare non est obducta cicatrix filie populi mei?* Non ait, cur non dedit operam penitentiae, sed cur non est perfecte sanata. In vulneribus corporis semper remanet aliquod vestigium vulneris, cum cicatrix obducitur, quae semper infictum vulnus testatur. At in animae vulneribus, ipsa etiam cicatrix potest amoueri, ita ut ne vestigium quidem prae ritu vulneris appareat. Id Dominus à peccatore exigit, ut ita perfecte illum peniteat, ut ne vestigium quidem scelerum, & flagitiorum remaneat.

H V N C conuersionis modum postulat Dominus, cum ait: *Conuertimini ad me in toto corde vestro.* Quo pacto quis conuertatur in toto corde, exponit glossa cum ait: Conuertimini non solum labijs, sed toto intellectu, & voluntate, & operatione. Vnde cum Samuel Israeliticum populum hortaretur, ut toto corde conuerteretur ad Deum, ait: *si in toto corde vestro reuertimini ad Dominum, auferete Deos alienos de medio vestri, & preparate corda vestra Domino, & seruite illi soli.* Ut penitentia perfecta sit, idola omnia demoliri opus est, licet inaurata, & cordi sint, alias grata non erit Deo penitentia. Gerit se Deus cum peccatore, sicut se gessit cum Saule, quando praecipit illi, ut memoriam Amalech funditus euerteret: *percutite* (inquit) *Analech, & demolire vniuersa eius & non parcās ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid, sed interfice à viro vsque ad mulierem, & paruulum, atque lactentem, bobem, & ouem camelum, & asinum.* Hoc bellum exoptat Deus, ut peccator vitij indicat, ut nihil ex illis remaneat, & si hac ratione bellum non geritur, peccator Deo displicet, sicut displicuit Saul, quia post maximam cædem aliquibus rebus pepercit. Non probabitur Deo tua penitentia, quia non alidis ad petram paruulum, & lactentem, nec gladio occumbunt, quæ Deus vult.

H I N C oritur laus illa, qua sponsa laudatur à sponso, cum ait: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Diuus Ambrosius legit: reprehensio non est in te. Et glossa interlinealis: culpa non est in te. Leuia peccata, licet non nihil deformitatis afferant, non tamen animam ita deformem reddunt, ut non remaneat anima Dei sponsa. Lethale autem peccatum omnia perdit: vnde quæ Dei sponsa esse voluerit, à planta pedis vsque ad verticem capitis pulchra sit, opus est, & ab omni culpa graui immunis & libera: ut sit tota pulchra, sine vlla macula, nullum admittere, nec committere debet peccatum. Vnde quando ad penitentiae fontem accedit,

vt

ut illius aquis mundetur, det operam diligenter, ut omnes maculae abstergantur, nam si vna lethalis remaneat, Christi sponsa esse non potest.

PAVLVS Apostolus propositus est peccatoribus, ut exemplar ad imitandum, mox enim, ut ad Deum conuersus est, illi vitro suae voluntatis clauis tradidit, dicens. *Domine quid me vis facere?* Non ait, hoc faciam, aut potius illud. *Sed Domine quid me vis facere?* Ac si dixerit, quæ præceperis, exequar. *Paratum cor meum Deus, paratum cer meum.* Hic optimus est conuersionis modus. Omnia quaecumque voluerit, faciam, nec aliquid detraham, quanquam difficile sit, insulsum, graue, & asperum.

H V I V S modi conuersiones, difficile est inuenire, multi enim conuertuntur, sed non ut par est, nec Deo placet eorum conuersio. Si illos superficie tenus contempleris, videbitur fortasse tibi, virtutis viam tenere, sed si ea, quæ latent mente, & cogitatione perscruteris, à veritatis via longissime aberrant, de hoc conqueritur Dominus dicens. *Non est reuersa ad me prauaricatrix Iuda, in toto corde suo sed in mendacio.* Multi enim conuersi fuerant in Iudea, superficie tenus, non autem corde, & animo. Cum autem dominus nihili faciat ea, quæ cernuntur oculis, sed intueatur cor, & velit, ut sibi inuicem cor respondeant, non illi placuit conuersio illa. Vnde mendacem vocat illam conuersionem. Mendacium enim dicitur, cum aliud lingua profertur, aliud corde latet. Sic potest appellari mendax peccatoris conuersio, cum pectus percutit, seipsum incusat, deprimit, interpellat, & promittit facturum, ut in posterum relipiscat, non tamen habet firmum propositum in corde, nec male parta restituit, nec à turpi peccandi consuetudine, se ipsum abducit, ac denique non seruat integritatem illam, quam vera penitentia exigit. Hic non vere conuertitur sed simulate, & huius modi conuersio non Deo probatur, sed reprobatur ab illo. Sponsa bis laudatur ab ipso, quia pulchra erat, & corpore, & animo, exteriori, & interiori pulchritudine, non illi placet altera tantum, quia vna sine alia imperfecta pulchritudo est, labia illius laudat, propter pulchritudinem verborum, & crines etiam laudat, quibus animi sensa significantur. Duplex pulchritudo est, quæ Deo placet. Probabitur homini exterior tantum, quia illam duntaxat intuetur, Deo autem non vna sine altera, quia vtramque intuetur.

H I N C cognoscent illi, qui à confessionibus sunt, quam parum

LI verbis

Act. nu.
6.

Iere. 3. 10

verbis fidendum sit, & externis doloris significationibus, cum opera ipsa contrarium indicant, & penitentiam simulatam esse ostendunt. Id enim, ex superioribus confessionibus cognoscent, quia cum eadem peccata sæpe in confessione aperuerint, ad illa sæpe reuertuntur, & in eodem peccatorum volutabro volutantur. Nec de restituendis alienis pecunijs cogitant, nec sceleratæ peccati consuetudini nuncium remittunt, maximum simulatæ confessionis argumentum est. Nam si firmissimum haberent propositum dimittendi peccata, aut non in eadem peccata prolaberentur, aut non ita crebro, nec tam cito, & si peccato puluerem obducit, intè dat oculos, qui illi à confessionibus est, ne ambo offendant pedibus, & in foueam cadant.

HINC tamen perspiciet penitens, qui in studium salutis animæ suæ incumbit, quantum sua intersit, non concitato cursu rapi, sed lento gradu incedere, & vitæ suæ rationes accurate subducere, & confessionem suam, ac penitentiam, sigillatim recognoscere, vt perscrutetur, an Deo placeat, penes quem est vitæ, necis q. potestas, quem fallere nequaquam potest, licet sæpe illum, qui sibi à confessionibus est, vt hominem decipiat.

PRÆCEPIT Dominus, vt cum sibi holocaustum offerretur, integrum animal concremaretur intus, & exterius, quin etiam cineres colligerent, illis quæ iterum ignem supponerent, vt in fauillas absumerentur. Id munus erat sacerdotis, quod ibi præstare debebat. Id etiam nunc sacerdos & penitens præstare debent; vt penitentia holocausto confecti absumantur cineres, & diligenter, examinatur, quid faciendum remaneat, vt penitentia perfecta sit. Sicut egregius pictor minime contentus imagine, quam depinxit, eam manibus versat, & sæpe recognoscit, quid addendum, quid detrahendum, quid immutandum sit, sic qui animæ suæ curam gerit, quanquam debet dare operam, vt penitentia ab initio perfecta sit, non eam statim deserat, sed in omnes partes verset, & euoluat, præscrutetur, & recognoscat, vt tandem intelligat, an aliquid in ea desideretur. Ad id non parum conducit, totius vitæ confessio, quæ generalis dicitur, & assidua peccatorum confessio, & si hæc aliquantulum difficilia, & aspera videatur, assumat animum peccator & omnia pro nihilo ducat, vt tandem sempiternæ felicitatis particeps fiat, ad quam. &c.

*Leuit. 6.
num. 10.*

simile.

CONCIO TERTIA.

Discursus primus ostendit, voluptatibus, & oblectationibus animum morbum contrahere, penitentia vero ad sanctitatem reuocari.

Thema. *Angelus Domini descendebat, secundum tempus in piscinam, & mouebatur aqua, &c.*

ERAT Hierosolymis piscina quædam, seu stagnum, in quæ adaquabantur pecora, & armenta, quæ mactabantur Domino, & lauabatur caro, quæ offerebatur Deo. Et prope stagnum quæ erant porticus, in quibus ægroti quamplurimi, cæci, claudi, paralitici, &c. Commorabantur expectantes ibi diuinam misericordiam, & elemosinam quandam, quam pater misericordiarum impertiebatur illis. Descendebat enim Angelus Domini de cælo, & commouebat aquam, & qui in illam primus submergebatur, à quo cunque morbo saluus, & incolumis emergebat.

IN hac Hierosolymitana piscina, vniuersus mundus exprimitur ad viuum, quia quoddam xenodochium est omni ægotantium genere repletum. In eo enim inuenies claudos, cæcos, paraliticos, &c. His omnibus remedium allaturus erat Angelus de cælo dilapsus, commouens aquas, & obuoluens cæno, vt in illas ægrotus intromissus ad valetudinem reuocaretur. Mirabile hoc, erant enim Hierosolymis aquæ pellucidæ, & perspicuæ, crystallini fôtes, aquæ dulces, & suaves, & non in illis, sed in aqua turbida cruore obuoluta, & animalium pilis immixta, valetudinem ægotantium Deus collocavit. Nonne præstantius esset, miraculum edere in aquis Iordanis, aut in rosacea, vel odorifera aqua? Cur aquam turbidam vitæ amarum cruore infectam eligit? Vult Deus, vt animæ egritudines expellatur, nõ in liquida, aut odorifera aqua, sed turbida. Aquæ enim liquidæ, & crystallinæ infectæ sunt, quia in illas submergebatur coluber ille tortuosus Aegypti. Illis incubuerat præcax illa femina Apocalypsis, illas infecerat stella illa cœlestis, quæ decit

dit super flumina, & fontes. Quo fiebat, vt non solum his aquis nō restituerentur ad pristinam valetudinem, qui in illis submergebantur, sed potius in maximos morbos prolaberentur. Similes erant aquis amaris Hiericho, aut Syriae, & Damasci, quæ licet maximis fluminum voluerentur fluctibus, mederi non poterat lepræ Naamæ. Opus enim erat, vt magni consilij Angelus descenderet, & aquas volueret, retequē suam immitteret, & draconem tabificum extraheret, scēminam in exilium mitteret, & aquas sanas redderet, vt ægotantium morbos expellerent, & in illis, qualibet infirmitate detenti, sanarentur.

CLARIORIBVS verbis vtamur. Mundus, Vndis liquidis, maxime gaudet, latices, qui ē fontibus scaturiunt, appetit, lymphis crySTALLINIS delectatur, indulgentiam, voluptatem, corporisque oblectationes quærit. Sed hæ aque, quæ hominum oculis liquidæ apparent, in conspectu Domini turbidæ sunt, & cæno obuolutæ. Vnde autem Dominus populum suum, vt ab hoc errore, in quo versabatur, abduceret, ait: *Et nunc, quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam?* Existimabant illi liquidam, & crySTALLINAM esse aquam, Deus autem turbidam esse pronunciat. Felicitatem quam mundus pollicetur, aquam liquidam esse arbitraris? Falleris, mihi crede, Deus enim, qui falli non potest, turbidam esse ait, nec solū hoc quanquam esset miserum id ipsum, sed etiam est infecta veneno, serpens enim antiquus in illam effudit virus suum. Quo fit, vt qui in illam submerguntur, non solum luto infecti, sed venenati etiam emergant. Inter honores superbi redduntur homines, & inter diuitias auaræ, inter munditias turpes, inter epulas voraces, inter musica carmina efscēminati, inter ludos otiosi, inter oblectationes dissoluti, & liberi, id præclare Ambrosius attigit his verbis: Licet bona mundi in differentia bona sint, plerisque tamen nocuerunt, quia ea non cum sapientia, & iustitia possederunt. Multos enim ebrios fecere diuitiæ, nobilitas, & potestas superbos, pulchritudo luxuriosos, cuius suffragatio alienæ menti corruptit castitatem. Hactenus Ambrosius. Descendit itaque magni consilij Angelus, Christus seruator noster, vt hoc damnum resarciret, & aquas commoueret ac turbidas redderet, & gaudium mutaret in planctum, elegantias & ornatus in vestes cilicinas, epulas in ieiunia, diuitias in paupertatem. Et ex his omnibus aquam exprimit ligni sanctæ crucis, valde salutarem, & proficuum, quibuslibet morbis expellendis.

MO-

MODVS hic valetudinis valde difficilis, & asper apparet mundanis hominibus, nolunt se medico committere, qui in turbidum, & cruentum balneum ægotum immitti iubet. Vellēt enim ipsi ad pristinam valetudinē restitui suauissimis, & odoriferis aquis. Vellent venas sanguine oppletas, & thecas diuitijs refertas habere. Dulcia licet verita sint, eorum palato arrident, amara autem, nau seā illis commouent, licet salutifera sint. Venit Syriae princeps, lepra laborans in terram Israel, vt Eliseus propheta illum ab illo morbo liberaret, præcepit autem propheta, vt lauaretur in Iordane. Quod adeo ægre tulit, vt id nollet exequi, sed in prouinciam suam (iratus valde) reuerteretur. *Nunquid (dicebat ille) nō meliores sunt Abana, & Pharphar fluij Damasci, omnibus aquis Israel?* Placebant illi magis aquæ, quibus nutritus fuerat, quā aquæ Israel, quibus factus fluuius Iordanis voluebatur. Sic mundani homines, inter deliciarum, & oblectationum aquas vellent commorari. Aquas autem feruentes pœnitentiæ respuunt, et in illius balneo pedem ponere subterfugiunt.

FVIT quædam gens, vt ait Isaias, adeo auersa a pœnitentiâ, vt sacrificia sua in hortis offerrent, animaduertite, quo confluerēt, vt idolorum sacrificia conficerent. Inter frondosas arbores, herbas virentes, pulcherrimos flores, non confluebant in templū Domini, in quo, & gladius, & ignis, & cruor erat: sed in hortos, floribus consitos, rosas, lylijs, basilicoque ornatis. Mundani homines in domibus luxu, et voluptate cōstruētis, in hortis virentibus vel lent offerre Deo sacrificia, ille autem in templo suo nemus plantari prohibet, nec vult vt ara in qua offerendum erat sacrificium pro peccatis floribus esset circumducta. Quia pœnitentiæ tempore non debent homines, sibi indulgere, & luxui vacare, sed lachrymas profundere, corpus affligere in luctu, & squalore versari.

VIDEBITVR fortasse cuiquam, id asperum, medicinæ tamen sunt, quas medicus ille cœlestis instituit, & in officina eius asseruantur. Duæ aquæ confectæ sunt iussu Domini, quibus mundarentur immundi. Altera cinere immiscebatur, altera vero lixiuia, & sanguine. Lixiuiam autem dolorem incutit vulneri, sanguis autem, vel ipso nomine deterret. His autem aquis voluit Dominus, vt mundaretur immundus. Visum Tobiae restituit felle, quo quid amarius? Luto medicinam confecit, vt cæcum a natiuitate sanaret. Fumo expulit Dæmonem Tobias iunior

LI 3 à dōmo

Hier. 2.
28.Ambr. lib.
de Noe &
Arca. ca.
32.4. Reg. 5.
num. 12.

Simile.

Isai.

à domo foceri sui. Omnes istæ medicinæ asperæ apparēt, illis tamē Deus ad valetudinem reuocat. Non sunt ablimiles spirituales medicinæ, quæ asperæ videntur, illis tamen medetur Deus animarum infirmitatibus.

Gene 3.
num. 17.

O M N E S illi, qui huiusmodi medicinis vsi sunt, ad pristinam valetudinem reuocati sunt. Primum Adamo, & Eux decretæ sunt: *In laboribus (ait Dominus) comedes ex terra cunctis diebus vita tua, spinas, & uribulos germinabit tibi, & comedes herbas terra, in sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuertaris.* Eux etiam in pœnam multiplicauit ærumnas & dolores. Hic non solum iudicis personam gessit Deus, sed medici etiam munus exercuit, delicias abstulit, herbas, sudores, & dolores illis decreuit, vt illis recuperaret valetudinem, & ita factum est. Nam si in paradiso voluptatis contraxerunt morbum, in hac lachrymarum valle illum expulerunt.

P L V R I M O S labores perpeffus est Dauid, priusquam ad regni fastigium conscenderet. Saul enim illum insequebatur, montium petebat concauas altitudines, potu, cibo, & tecto carebat. Hoc tamen laboris sui tempore, non legimus, scelus aliquod illum commisisse, sed cum regno tandem potiretur, cepit quietem amare, & sibi indulgere. Vnde eo tempore, quo solebant reges ad bella procedere, ipse domi remansit. Tunc autem in turpitudinem, & homicidium prolapsus est. Hic fructus percipitur ex arbore illa. Post hæc voluit ad valetudinem restitui, & ieiunijs corpus macerabat, adeo vt cinerem tanquam panem manducaret, & potum cum fletu miseret, lachrymarum riuulos profunderet, rugiret vt leo, delicias respueret, & crucem amplexaretur, & hoc pacto ad salutem pristinam reuocatus est. Si ergo sanctissimus vir Dauid, inter requiem, tranquillitatem, & delicias morbum contraxit, & in lachrymis, singultibus, & pœnitentia valetudinem recepit, qui poteris tu inter voluptates, & corporis blandimenta, sine casualiquo, & offensione consistere, aut ad sanitatem reuocari, cum per illa in morbum prolapsus sis? Si Adamus, & vxor eius diuinis affecti beneficijs, & muneribus instructi inter paradisi voluptates, iustitiam diuinitus acceptam conseruare nescierunt, & vt ad Dei amicitiam redirent, opus fuit illos à paradiso voluptatis expellere, & in exiliam mittere, vt in maximis laboribus versarentur, qui fieri potest, vt tu ignorantia tenebris obuolutus, inter delicias, in quibus nutritus es, velis perfectus euadere? Opus est, frater mi, piscinam aquæ turbidæ

bidæ intrare, & in aquas submergi, vt ex illis sanus emérgas.

VALETUDO etiam corporis voluptatibus deperditur, & amarissimis potionibus recuperatur, epulis, & conquistissimis cibis morbum quisq; contrahit, inedia autē, & siti ad pristinam valetudinem reuocatur. Sapidis, & dulcissimis cibis morbi gignuntur, pillulis autem, & potionibus amaris expelluntur. Idem in animorum ægritudine contingit, delicijs, & voluptatibus in infirmitatē prolabuntur animæ, pœnitentia autem, cilicij, ieiunijs, & laboribus ab infirmitatibus releuantur.

S I C. Isaias propheta postquam Babylonem inclytam, & gloriosam appellauit, ait: *Requiescent ibi bestia, & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi, & respondebunt ibi vlula in adibus, & sirenes in delubris voluptatis.* Sub harum bestiarum nomine effrænati appetitus, & bestia designatur. Hæ bestia habitabunt in inclyta & gloriosa Babylone, sed qua in parte? In delubris voluptatis. Animaduerte cui rei deseruiant delubra voluptatis. Sed quemadmodum vitia inter delicias, & voluptates nutriuntur, & coalescunt, sic rebus, quæ his contraria sunt, restinguuntur. Contraria enim contrarijs curantur. Demones enim fumo, qui lachrymas elicit, expelluntur, non suauissimis electri, & succini odoribus.

Isai. 13.
num. 19.

S V N T itaque labores & cruciatus adeo accommodati ad expellendas animorum infirmitates, vt cum Christus Dominus, è celo descenderit, vt hominū saluti consuleret, illis voluerit sempiterno Patri satisfacere. Non adhibuit nostris vulneribus medicinam ex delicijs, & voluptatibus confectam, non medebatur plagis nostris diuitijs, & honoribus, sed laboribus, & cruciatibus. Hanc ob causam in loco humili, in paleis (vt aiunt) natus est. Eandē ob causam in desertam solitudinem discessit, vt se accommodaret officio quod obiturus erat, & aduersarij telis exponeret, ac eius conatus retunderet. Algebat, sitiebat, æstuabat, esuriebat, iniurijs affectus est, verberatus, cæsus, spinis coronatus, clauis transfossus. Ac denique raptus in crucem, & acerbissima morte mulctatus. Vt animaduernerent peccatores, non esse medicinam infirmitatibus in delicijs, & oblectationibus, quando rerum omnium parens, & author Deus, hominum morbis acerbissimis cruciatibus medebatur, & vt hanc medicinam fumerent, quicumque vellent à grauissima infirmitate releuari, & si fieri opus esset, nec mortem ipsam recusaret, sed libenti animo subirent.

QVI hæc considerat, qui potest toro vultu pœnitentiam in-
tueri, quanuis corpori aspera, & difficilis videatur? Quid enim ali-
cuius ponderis, & momenti esse potest, vbi de animæ salute agi-
tur? Cum Naaman leprosus vellet in Syriam reuerti, & iratus val-
de, nollet in Iordane lauari, accesserunt ad illum serui eius, dicen-
tes: *Pater etsi rem grandem dixisset tibi Propheta, certè facere debueras,*
4. Reg. 5. *quanto magis, quia nunc dixit tibi, Lauare, & mundaberis.* Hoc argumē-
num. 13. to conuictus Naaman, descendit in Iordanem, lauit se, & munda-
tus est à lepra sua. O vtinā tu conuictus etiam manus dares, idem
enim tibi nunciamus, non solū de corporis valetudine, sed de sem-
piterna animi salute agitur. Certè si rem grandē dixisset tibi Deus,
facere debuisses, tanti enim valoris est animi salus, vt si opus esset
acerbissimos inferni cruciatus per aliquod tempus subire, vt ani-
ma mundaretur à peccati mortalis contagione, nihil esset immorā-
dum: Sed sine vlla cunctatione subeundi essent illi cruciatus, quan-
to magis perferri debent labores, & pœnitentiæ, quibus frequen-
ter se exercent sancti viri.

QVANDO morbo aliquo laboras, venas tibi incidi pateris,
& cucurbitis medicinalibus inuri, & cum vix gallinæ pectusculum
deglutire potes, animum recipis, vt amaram potionem exhaurias,
quia medicus in illis medicamentis, corporis valetudinem consti-
tutam esse testatur. Et vt à morbo spiritali recreeris, nec ieiuniū
amplecteris, nec bonis operibus te exerces, sed omnia recusas, &
tanquam aspera, & amara detestaris.

NON nouerunt homines valetudinis præstantiam, nec illā, vt
debet æstimat, pluris eam Dominus facit. Cum tantam curam ad-
hiberi voluit, ad asseruandos cineres, quibus facienda erat peccato-
rum ablutio. Precepit enim Dominus, vt cineres vaccæ oblatae pro
peccatis colligerentur. Sed quomodo? *Colliget* (inquit) *vir mundus*
cineres vaccæ, & effundet eos extra castra in loco purissimo, vt sint multi
tudini filiorum Israel in custodiam, & in aquam aspersiois, quia pro pec-
cato *vaccæ combusta est.* Vult itaque Deus, vt cineres, quibus lixi-
uium conficitur, colligantur, non à quolibet, sed à viro mundissi-
mo, & reponantur, non in angulo domus (vt moris est) sed in lo-
co mundissimo. Cur tanti facit Dominus, nullius precij cineres?
Vt sint in aquam aspersiois, & purificationis pro immundis. Ani-
maduerte, quanti Deus lixiuium faciat, quo pœnitentia, qua ani-
mæ mundantur, significatur. Si ergo Deus propter hominis salutē
tanti æstimat pœnitentiæ, æquum erit, vt homo ipse, cuius interst,
cam

eam æstimet, & in corde reponat, eaque, cū opus fuerit vtatur. Ma-
nifeste apparet homines nondum cognoscere, quantum mali affe-
rat lethale peccatum. Ait Diuus Basilus, exponens verba illa Psal-
mi 31. *Conuersus sum in aruina mea dum configitur spina.* Tantum ei
D. B. f. su
per E. 31
se sensum, ac dolorem, quo Dauidis animus torquebatur, vt cor si-
bi sagittis confossum videretur, ita vt nec diuitiarum affluētia, nec
regni dignitas, nec militum exercitus, nec asseclarū copia, aliquid
de dolore, quo torquebatur, quia Deum offenderat, detrahare po-
tuerint. Hic probe cognouerat, quanta esset peccati lues, & fedi-
tas, ideoque æquo animo asperrimę pœnitentiæ operam dabat, ve-
stis cilicinam libenter induebat, inedia, & siti conficiebatur, lachry-
mis stratum suum rigabat. O si tibi Deus trutinam tribueret, qua
peccati pondus examinaret, & ponderaret, eiusque grauitatem co-
gnosceres, quomodo parui faceres pœnitentias omnes quibus cor-
pora macerantur, & piscinam turbidam, ac cruore immixtam ingre-
dereris, recta intra, in ea enim quilibet expelluntur morbi.

*Discursus secundus, contra eos, qui post confes-
sionem, & pœnitentiam, in eadem
peccata prolabantur.*

Thema *Ecce sanus factus es, noli amplius peccare, &c.*

CVM Moyfes Domini legem populo Israel seruandam pro-
poneret, respondit populus: omnia quæ loquutus est Domi-
nus faciemus, & erimus obedientes. Voluntas, & animus ille
optimus erat, sed non steterunt promissis. Nam paucissimis diebus
interiectis, Dominum deserentes, idolum sibi conlarunt, cui cul-
tum, & honorem Deo debitum exhiberent: sic homines cum con-
fessione animos expiant, firmissimum à peccatis cessandi propo-
situm ostendunt. Mox autem, vt à sacerdotis pedibus discesserunt,
in eadem scelera prolabantur, & noua idola erigunt, quibus in-
seruiunt, & in quorum conspectu in genua prouoluuntur.

EGREGIVS medicus minime contentus ægrotantis vale-
tudine, illi etiam remedia præscribit, quibus deinceps vtatur, ne

Mm in

simile.

in eundem morbum iterum prolabatur, aut illi deterius aliquid contingat. Idem videre est hodie. Restituit Dominus valetudinem paralytico, & mox ait: *Ecce sanus factus es, noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Cum autem homo ille peccatorem referat, & in illius valetudine animi salus præsignetur, quod illi dicitur omnibus dicitur. Caue tibi peccator ne iterum ad vomitum reuertaris, manus cohibe, linguam refræna, cor tuum serua, ne tibi aliquid deterius contingat.

OS. 14. num. 2. **D. Hier. ibi.** **Cyrl. ibi.** **Luc. 7. n. 3.** **Aug. ser. 8. ad frat.** **Aug. ser. 11. ad fr. fin.** **1. Mac. 4.** **1. Cor. 3.** **Luc. 15.**

IDEM præscripserat Isaias propheta *Israëli: Convertere Israël ad Dominum Deum tuum; quoniam corruisti in iniquitate tua, &c. Et dicite, super equum non ascendemus, nec dicemus ultra, Dii nostri, opera manuum nostrarum.* Quid sibi vult, super equos non ascendemus?

Diuus Hieronymus, & Diuus Cyrillus sic exponunt: Non habebimus spem in equis Aegyptiorum. Ad Aegyptios in suis angustiis confugiebant, ut illis opem ferrent, quod Deo maximè displicebat: quia spem, quæ in Deo posita esse debebat, in hominibus collocabant. Præcipit igitur Propheta ut firmum habeant propositum non confugiendi ad Aegyptios. Dediti etiam erant idolorum cultui, unde addit Propheta: *Nec dicemus ultra, Dii nostri, opera manuum nostrarum.* Similiter vult Deus, cum penitentiam operam damus, ut firmum habeamus propositum recedendi à prava consuetudine peccandi.

IDEM præcepit Dominus, ut in sacrificio pro delicto cauda victimæ immolatæ sibi offerretur: quia ut Diuus Augustinus exponit, cauda, perseverantia significatur. Placet Deo sacrificium pro delicto. Vult tamen, ut sibi etiam perseverantia offeratur; ut penitentia sine intermissione sit. Penitentia enim (ut Diuus Augustinus ait) illa digna, & bona est, quæ peccata peracta deplorat, sic ut deplorata iterum non committat.

ID etiam templi instauratio significabat, cum populus Israeliicus magna cum lætitia, & alacritate templum instauravit. Fecerant dedicationem altaris diebus octo. Diuus Paulus appellat homines templum Spiritus sancti: *Nescitis, quia templum Dei estis?* Hoc templum destruitur peccato, sed construitur penitentia, & in medio illius, hoc est in corde erigitur altare summa cum lætitia. *Qui gaudio sit in celo super uno peccatore penitentiam agentem.* Et hæc instauratio, & altaris dedicatio, fieri debet diebus octo, quibus integra hebdomada conficitur: ac si diceret, nulla die, nec dominica, nec iouis, nec veneris, &c. penitentia intermittere debere, quo ad finis debet omnibus imponatur.

ID

ID Deus exigit à peccatore, ille autem cito defatigatur, & super peccati lectum iterum, atque iterum recumbit, unde ita frequenter peccatores reincidere solent sicut cadere. Quam multi peccatores, mox ut animum confessione expiarunt, in eadem scelera prolabuntur, & ad vomitum reverti, propositi infirmitatem manifestant. Si turpes prius erant, postea etiam sectantur turpitudinem, si avari, avaritiam, si blasphemii, blasphemiam, Peierant, ut prius, ac nullis denique penitentiam, aut confessionis frenis retardantur, unde ea dem sæpe in confessione peccata repetunt, firmum penitentiam propositum præferre videntur. Euentus autem illud fictum aut simulatum fuisse ostendere videtur.

ID maxime procurat versutus, & callidus hostis: *Revertar* (inquit) *in domum meam, unde exiui.* Superbia illius non patitur, ut illum homo corde suo expellat, unde cum penitentiam removere non possit, dat operam diligenter, ut illi homo cor suum aperiat. Idque non vulgari quadam ratione, sed summa adhibita diligentia. Similis Pharaoni, qui maiori impetu insequutus est populum Hebræum, cum illius manus effugit, quam cum in Aegypto versabatur. Similis Laban, qui Iacobum tunc est ardentius insequutus, cum domo illius egressus, reuertebatur in patriam. Sic hostis, omnia tetat, omnia lustrat, omnia circuit, si forte viam inueniat, qua in cor, à quo expulsus est, ingrediatur, paucissimi enim sunt, qui non illi aditum faciant.

ID maximè ostendit vilem, & abiectam hominis conditionem. Unde licet aliud non existeret malum, hoc deberet sufficere, ut homo abiectioem hanc declinaret: *Quam vilis facta es iterans vias tuas.* Dicebat olim Dominus Israeliicæ plebi. Sed quæ sunt istæ viæ, quas iterans vilis fiebat? Interlinealis exponit, vias tuas, id est peccata tua. Sed quæ vilitas reperitur in hoc? Id præclare ostendit sapientissimus Salomon, cum ait: *Sicut canis, qui vertitur ad vomitum suum, sic imprudens, qui iterat stultitiam suam.* Et id præclare exponit Diuus Hieronymus, dicens: *Canis cum vomit, cibum, qui pectus deprimebat, eiecit, sed cum ad vomitum reuertitur, quo leuatus fuerat, rursus oneratur.* Et qui admissa plangunt, profecto nequitiam, de qua mali fatiati fuerant, & quæ mentis intima deprimebat, confitendo, proijciunt, quam post confessionem dum appetunt, resumunt. Satis est verbis aucta vilitas illius, qui in scelera confessione expiata, pro-

Mm 2 labitur.

labitur. Si autem vultis, vt grandioribus Diui Petri adhuc verbis
 2. Pet. 2. augeatur. Qui de hisce hominibus verba faciens, ait: *Coniungit eis il-*
 num. 22. *lud veri proverbij, canis reuersus ad suum vomitum, & sus lotus in volutabro luti.* Non possunt inueniri similia magis accommodata, ad ostē-
 dendam ignobilitatem illius, qui in eadem peccata sæpe prolabi-
 tur. Dissimulet ille, quantum velit, & de illis gloriatur, si placet, nā
 cum in Dei iudicio illi obijciantur, agnoscat, quantum illi dede-
 coris afferant, & ignobilitatis, & de tanta abiectioe erubescet. Vi-
 debit enim se similitē brutis animalibus, cum in volutabro, & for-
 dido peccatorum cæno voluitur, qui instar cælestium mentium
 debuisset in cælo mente, & cogitatione commorari.

SE D ignobilitatem missam faciamus, & de detrimento, quod
 patiuntur huiusmodi homines, verba faciamus. Omnia scelera, &
 flagitia Deum ad debitam vltionem impellunt, sed illud maxime
 commouet indignationem eius, & iram, cum scilicet ad eadem sce-
 lera iam semel atque iterum dimissa homo regreditur. Voluerunt
 filij Israel à via, quam instituerant, in terram promissionis pedem
 Num 14 referre, & reuerti in Aegyptum, videbantur enim illis tot pericu-
 num. 4. la, & difficultates superari non posse. Et dicebant: *Constituamus no-*
bis ducem, & reuertamur in Aegyptum. Dominus autē accersit Moy-
 sem, & ait: *Vsquequo detrahitis mihi populus iste? quousque non credet mi-*
hi, in omnibus signis, quæ feci coram eis? Feriam igitur eos pestilentia, at-
que consumam. Animaduertite, quam grauitus offensus sit Domi-
 nus, cum voluerunt ad duram Pharaonis seruitutem, à qua illos in
 libertatem asseruerat Dominus, reuerti. Simili ratione Dominus
 irascitur, cum peccator ad peccati tyrannidem, à qua illum Domi-
 nus liberauit, regreditur, quæ Pharaonis seruitute durior est.
 Non solum semel, & iterum, sed sæpius impunitatem scelerum
 assequutus es, & adhuc in tua pertinacia persistis. Caue tibi
 peccator, ne te Deus pestilentia feriat, & in sempiternos crucia-
 tus detrudat.

INTVLIT næcem Amnoni frater eius Absalon, Deus au-
 tem dissimulauit: cū autem insurrexit in parentem, vt illum à re-
 gno expelleret, & primo sceleri secundum addidit, iratus Domi-
 nus vehementer, res ita disposuit, vt ille è quercu suspensus, & tri-
 bus hastis transfuerberatus, miserrime occumbens, vtriusque sce-
 ris pœnas debitas lueret. Hoc enim casus, & offensionis, genus
 2 Reg. 19. Deum grauitus offendit. Si igitur merito Dominus iratus, cū iniu-
 num. 9. riæ homini semel illatæ, iterū homo addit iniuriā, ad quā irā com-
 mouebitur,

mouebitur, cum iniurijs Deo inferendis nullum finem imponit
 homo, sed vetera, & quæ recrudescere videbantur, nouis, & re-
 centibus refricat.

I D accurate indicant verba illa Psalms 67. *Deus cōfringet capita psal. 67.*
inimicorum suorum, verticem capilli perambulantium in delictis suis. Per
 ambulare, est frequenter terere eandem viam, quasi per eandem
 viam sæpe ambulare. Vnde qui in eadem peccata sæpe prolabun-
 tur, dicuntur perambulare. Hos adeo accerbissimo supplicio
 mulctauit, vt si inimicorum cōfracturus est capita, horum capillo
 verticis non parcat. Perpende igitur quicumquē eadem peccata
 repetis, quantam aduersus te iram, & indignationem conci-
 tes.

ÆGROTAVIT Ezechias vsquē ad mortem, cum autem sin-
 gulari Domini beneficio conualuisset, Rex Babylonis legatos ad
 illum misit, qui illi de valetudine diuinitus recuperata gratularen-
 tur, ille autem aperuit illis omnes diuitias, & thesauros domus
 suæ. Aliquid fortassis inanis gloriæ, huic operi admixtum est: vn-
 de statim Dominus misit ad illum Isaiam Prophetam, qui hæc nun-
 ciaret. *Eccedies venient, & auferentur omnia, quæ in domo tua sunt, &*
quæ condiderunt patres tui, vsquē ad Diem hanc in Babylonem. Non
relinquetur quicquam (dicit Dominus) & defilijs tuis, qui exhibunt de te,
 4. Reg. 20 *quos genueris, tollent, & erunt eunuchi in palatio Regis Babylonis.* O
 D. Hic. ibi
 sancte Deus, cur tam atrox supplicium? Diuus Hieronymus sic
 ait. Tradunt hæbrei, ideo ægrotasse Ezechiam, quoniam post in-
 auditam victoriam Iudeorum, & Asyrij regis interitum, non ceci-
 nerunt laudes Domino, quas cecinit Moyses, Pharaone submer-
 so, & Debora, interfecto Sisara, & Anna genito Samuele. Vnde
 commonitum esse fragilitatis suæ, rursus quē post corporis sani-
 tatem, & signi magnitudinem, offerri aliam occasionem superbiæ,
 quam vt prudens, & Dei cultor vitare debuerat, nec mōstrare alie-
 nigenis diuitias suas, quas, Deo tribuente, possederat. Hactenus
 Hieronymus. Itaque iterata superbia, & eiusdem sceleris inculca-
 tio occasionem præbuit tanto supplicio. Si igitur Ezechias, qui
 pius, & iustus erat, non euasit impunitus, quia scelus, quod semel
 commiserat, iterum cōmitere non est veritus, quid expectat sceler-
 tus homō, qui nullum peccatis finem imponit, sed inueterata qua-
 dam peccandi consuetudine iam callos obduxit.

EX hac Dei indignatione duæ calamitates valde formidandæ
 pro-

Simile.

psal. 54.
num. 24.

proficiscuntur. Solet enim Deus in medio vitæ cursu perimere eum, qui sæpe in scelera prolabitur. Sicut in tribunali sanctæ inquisitionis, solet ille comburi, qui in eandem hæresim relabitur. Primum, quia idem scelus repetere, maxima iniquitas est. Deinde, quia fere nullam resipiscendi significationem ostendit, qui semel punitus non resipiscit. Sic Deus eum, qui sæpe relabitur, igni inextinguibili comburendum tradit, tum quia scelus illius maximum est, tum etiam, quia iam Deus, quod in se erat cumulatissime præstitit, cum autem nulla iam sit salutis spes, eximit Deus euagina gladium & interimit peccatorem: *Viri sanguinum, & dolosi, non dimidiabunt dies suos.* Hoc est, viri feroces, & crudeles breui absumentur. Hi qui nunquam stant promissis sunt è numero eorum, qui dolosi dicuntur, aliud enim ore proferunt, aliud corde retinent. Nam si scelera maximo odio prosequerentur, nec ira breui, nec ita frequenter in eadem relaberentur. Quia cum hoste infestissimo, quis statim ac inimicitia exortæ sunt in gratiam redit? Cum arbor pullulat, & virgulta diffundit, satis aperte ostendit adhuc radicem viuere, & luccum suggere. Sic cum peccator statim prorumpit in scelera, satis clarè indicat radices, quas in corde egerat, adhuc viuere. Si ergo cum apud sacerdotem crimina ponis, asseris te maximas cum peccato inimicitias gerere, quomodo tam facile cum illo in gratiam redis? Dolos machinatus es, vir dolosus es, non dimidiabis dies tuos. Antequam ad medium vitæ cursum peruenias, morte corripieris. Solet etiam Dominus in pœnam peccatorum permittere, vt qui illa sæpe repetit, infælici morte præuentus in peccatis intereat. Nam qui dum vitam ducebat, noluit à peccatis recedere, equo Dei iudicio fit, vt cum moritur peccata ipsa non recedant ab eo. Id maximum supplicium est, quod Christus Dominus minitari videtur huic homini, cū ait: *Noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Quid poterat deterius euenire homini, qui triginta & octo annos membra habuerat dissoluta, & paralyti laborauerat? Quid ergo peius? damnatio sempiterna. Id itaque Dominus illi minatur, ac si diceret, iam noli amplius peccare, ne eterno supplicio damneris.

HINC est, apertissimum signum damnationis æternæ esse, in eadem peccata frequenter prolabi. Huius rei adumbratam quandam significationem habemus in sacris litteris, cum Israheliticæ voluerunt in pristinam Aegyptiorum seruitutem reuerti.

Ait

Ait ad illos Dominus? *Omnes homines, qui viderunt maiestatem meam, & signa, quæ feci in Aegypto, & insolitudine, & tentauerunt me iam per decem vices, nec obediuerunt voci, mea non videbunt terram per quam iuravi patribus eorum.* Animaduertite, qua diligentia Dominus enumerauerit, quoties noluerint regredi, & pœnam, qua illos mulctat, non scilicet visuros terram promissionis. Hic adumbratur supplicium illorum, qui à peccatis non desistunt, sed ea sæpe repetunt, qui in pœnam tanti sceleris, cælestem illam patriam non videbunt oculis suis. *Vx his (vrait sapiens) Qui perdidit sustinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas.* Hæc particula: *Vx his* in sacris litteris sempiternam damnationem indicat. *Vx his* qui perdidit sustinentiam. Qui scilicet defatigantur in via matorum Dei, & existimant, se non posse in illam progressum facere, quia sibi non suppetunt vires, vnde ad iniquitatis viam deflexerunt, aqua iam declinauerat. *Vx illis*, quia ingrediuntur viam, quæ ad sempiternos cruciatus ducit, quia in pœnam ingrati animi, quo peccata iam sæpe dimissa repetunt, permittit Dominus, vt ex vno peccato in aliud prolabantur, quoad in sempiternos cruciatus deuoluantur, vnde est illud Ezechielis. *Si conuersus iustus à iustitia sua fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo ipse morietur.* Sed quid sibi vult, ponam offendiculum? D. Gregorius exponit dicens, iusto eum iudicio deferens, ponam ei vbi grauius impingat. Hoc autem non est ad peccatum impellere, sed à peccato non liberare. Hæc ille. Itaque non solum Deus patitur, vt in sordibus peccati commissi iaceat, sed vt ex vno in aliud prouoluatur, quoad sui iacturam misere faciat, quia cū semel iam iustitiæ adhæsisset, iterum ad iniquitatem reuersus est. *Vx igitur illi*, quia sustinentiam perdidit.

COMPERTVM est omnibus, quid Christus Dominus responderit illi, qui illius volebat esse discipulus, cū vellet, voluit tamen prius indomum suam regredi, vt familiarum vniuersæ vale diceret. *Nemo (inquit) mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.* Quid indicat metaphora hæc, qua Christus vtitur. Diuus Gregorius sic explicat: manum in aratrum mittere, est quasi per quendam compunctionis vomerem, ad proferendos fructus terræ sui cordis aperire, sed retro post aratrum aspicit, qui post exordia boni operis ad mala reuertitur, que reliquit. Ac si diceret, qui post peccatam penitentiam peccatorum ad peccata iam dimissa reuertitur, huius modi homines non sunt apti regno Dei: vnde subdit ibidem Gregorius: *Quod quia electis Dei minime contingit recte nunc*

per

Eccle. 2.
nu. 16.Eze. 3.
nu. 20.
D. Grego.
Hom. 11.
sup. Ize.Luc 9. nu.
26.
D. Greg.
Homi. 3.
sup. Eze.

per Prophetam dicitur de sanctis animalibus: *Non reuertebantur, cū incederent.* Hæc ille. Fieri potest, vt qui è numero electorum est, aliquādo relabatur, sed frequens prolapsio apertissimū signum est damnationis.

NON coronabitur (ait Diuus Paulus) nisi qui legitime certauerit. In castris versamur. *Militia est vita hominis super terram,* de palma & corona quæ non marcescit agitur: *sed non coronabitur, nisi qui legitime certauerit.* Sed quid est legitime certare? Augustinus respōdet: Nullus legitime certat, nisi qui in campo vsque ad finem certat, & ideo merito coronatur. Hæc ille. Vnde Christus Dominus ait: *Qui perseverauerit vsque ad finem, hic saluus erit.* Perseueremus ergo vt quam promittit Dominus, felicitatem assequamur.

1. Ti not.
2. num. 4
D August.
ser. 8. ad
frat. in er
mo.
Mat. 10.
num. 22.

CONCIO QVARTA.

Discursus primus, aduersus illos, qui in suis sceleribus diu perseverant, nec illa expianda curant.

Thema. *Erat quidam homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate sua.*

SICVT paralyti huius hominis, animi infirmitas significatur, sic tempore, quo illa laborauit, tempus diuturnum, quo solent peccatores in suis sordibus peccatorum iacere, denotatur. Sunt enim aliqui peccatores, qui inueterata peccandi consuetudine obdlexerunt callos, & ad canos peruenerunt antequam id animaduertent, Ephraim (ait Oseas) *factus est submericus panis, qui non reuertatur, comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit, sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit.* Desumpta est hæc metaphora ex antiqua consuetudine, de quoquēdi panes subtus cineres, qui nisi versarentur, igni comburebantur. Sic accidit Ephraim, factus est submericus panis qui non reuertatur. Hoc est, non est reuersus ad dominum, nec egit pœnitentiam, vt ait Hieronymus. Et quod peius est: *Cani effusi sunt, & ignorauit.* Peccatis consenuit, nec aduertit. Sic accidit

Ose. 7. 9.
8.

D Hic. ibi

accidit Ephraim, & multis alijs, qui in sordibus peccatorum iacēt, nec ad Deum conuertuntur. Summus Pontifex concedit iubileū, quadragesimæ tempus aduenit, & præterlabitur. Tempora temporibus succedunt, illi autem adhuc in sua obstinatione persistunt. In peccato enim suam iam sedem collocarunt. Vnde peculiari quadam ratione videtur dicere Euangelista: *Triginta & octo annos habens in infirmitate sua.* Non solum addit, in infirmitate, sed addit, sua. Quia diuturna temporis duratione, ita erat sua, vt proprium peculium videretur. Sic cum quis diu iacet in cæno peccati, ita illud suum reddit, ac si in hæreditatis, & patrimonij partem traherent. Sic vsurarius lucro deditus est, & in illius studium incumbit, non secus ac si proprium munus illius esset, & pecuniam alienam tanto tempore retinet, ac si sua esset immemoriali consuetudine acquisita. Alter etiam tam longam cum pellice consuetudinem habet, ac si vxor illius esset, nec conscientie stimulis agitur, nec cū vitium illud vituperatur à concionatoribus, cum ipso illos loqui animaduertit. Illi etiam, qui domos suas habent expositas ludo tessararum & cartarum, existimant diuturna consuetudine ius acquiri, ita vt nemo sit qui iure offendi possit, ac si diuturnum peccatum leuius sit, & scandalum amoueat. Hi sunt, qui triginta & octo annos habent in infirmitate sua, in qua consenuerunt.

VT id clarius appareat, animaduertere opus est discrimen, quod versatur inter electos, & reprobos. Illi enim in bono constantiâ, in malo autem inconstantiam ostendunt, secus autem hi. Id sacrarum literarum exemplis satis aperte comprobatur. David electus à Domino, voluit illi domum ædificare, & de hoc egit cum propheta Domini Natham, voluit etiam in domum suam inferre arcæ fœderis, sed cum animaduertisset, quantum mali aduenit Ozæ, quia illam contingere ausus est, cohibuit se, nunquam tamen conquieuit, quoad illam in loco, in quo constituerat, collocauit. Id autem ea constantia, & firmitate, quam ipse commemorat, cum ait: *Iurauit Domino, vorum vouit Deo Iacob, si introiero in tabernaculum domus mee, si ascendero in lectum strati mee, si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.* Ecce tibi, qua constantia, & robore utebatur in rebus diuini honoris & cultus. Ab alijs vero statim desistebar, nec vt illas exequeretur, vllis precibus, aut argumentis, adduci poterat. Sic cum illum vrgebant serui, & admonebant, vt Saulem in spelunca occideret, cum id posset impune facere.

2. Reg. 7.
num. 2.

Psal. 113
num. 2.

1. Reg. 14
num. 6.

Non Non

I. Reg. 15
nu. 32.

Non solum non morem gessit illis, sed quia non nihil vestis Saulis absciderat, illum penituit. *Percurssi* (inquit scriptura) *percursum*. *Danti. eo quod abscidisset oram elomydis saul*. Sic etiam cum ira incensus ferebatur, ut Nabal Carmeli iniuriam ulcisceretur, & illi processit obuiam Abigail, non solum vero illius verbis placatus est, sed illi etiam gratias egit dicens, *Benedictus Dominus Deus Israel, qui misit hodie, te in occursum meum, & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu qua prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem, & ulciscerem manu mea*. Improbi contra in malo firmi, & constantes sunt in bono autem infirmi, & inconstantes. Quod aperte indicant illi, qui turrim Babel edificabant, de quibus ait Dominus. *Ceperunt hoc facere, nec desistent a cogitationibus suis donec eas opere compleant*. Vnde Deus impediuit, ne edificium illud inchoatum absoluerent. Vnde si Dominus peccatorum conatibus non obstitit, ipsi ab incepto, non desistunt, quoad prauas suas cogitationes exequantur. Id aperte indicat Cain, qui a fratris sui caede, quam fuerat machinatus, non desistit, quoad cupiditati suae satis fecit. Nec illum innocentis fratris amor, nec Dei verba, nec mundi ruina, qui paucissimis hominibus constabat, a proposito retraherunt, haec enim improborum hominum natura est, in malo persistere, & ad exitum usque perducere. Quo fit ut perditam, & sceleratam viuendi consuetudinem, ad finem usque vitae protrahant, poenitentiae omnino oblit.

Hier. 17
nu. 1.

CONQUEREBATUR quondam Dominus de populo suo dicens: *Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo, in vugae adamantino exaratum, super latitudinem cordis*. Quam praecclare verbis auget populi obstinationem, & pertinaciam peccato, se obstrinxit populus non vulgari quadam ratione, nec breui peccatum transactum est, sed scriptum remansit. Nec calamo exaratum est in carta, sed stylo ferreo incisum, non in aliqua cordis parte, sed super latitudinem cordis. Ita ut nihil residuum sit, quod non sit peccatis infectum. Vnde sicut Deus ex toto corde vult diligi sic etiam ipsi toto corde amplexati sunt iniquitatem. Id efficit peccatum, cum inueterata consuetudine obduruit cor, diamatinum redditur, & peccatum remanet incisum, velut stylo ferreo, ita ut deleri vix possit. Totum cor occupat, ita ut locum non relinquat virtuti. Quidquid cogitat, quidquid loquitur, in peccati incrementum vergit. Ad tantam enim calamitatem peccator peruenit, ut nec extremi iudicii memoria illum poterit refaciat, nec sempiterni cruciatus horror, timorem incutiat, nec sempiterna gloria

illum alliciat, nec frequenti hominum interitu commoueat, nec diuino lumine excitetur, nec concionibus, nec laboribus, nec calamitatibus, a peccandi consuetudine abducatur. Non secus, ac si cor illius adamantinum esset, & peccatum esset exaratum stylo ferreo, super latitudinem illius. O malum infelix! o misera calamitas! o miserabile exitium!

QUANDO aliud malum non esset, nisi temporis iactura, miserum id esset, Deus enim tibi concessit tempus, ut illi inferuies, illum toto corde diligeres, tu autem tempus conteris in flagitiis, & sceleribus, tempus tibi conceditur, ut iter in sempiternam felicitatem facias, tu autem in sempiternam miseriam ruis: *An diuitias* (ait Apostolus) *bonitatis eius, & patientiae, & longanimitatis contempnis, ignorans, quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit, secundum autem duritiam tuam, & impoenitens cor, thesaurizas tibi iram in die irae, & reuelationis iusti iudicii Dei*. Diuitias bonitatis appellat, tempus, quod Deus homini concedit, ut poenitentiae se dedat. Diuitiae sunt, & opulentus thesaurus, absconditus autem, quem pauci cognoscunt, & erunt. Quid non daret quilibet damnatus, pro qua liber temporis hora, quam tu frustra conteris, ut scelera sua posset sanguineis lachrymis deplorare, & eorum impunitatem consequi? Quando inter ardentis inferorum rogos detrudaris, quantum tibi dolorem incutiet huius temporis recordatio? Vae mihi, repetito sermone crebro usurpabis, potui haec tormenta atrocissima declinare, tempus mihi concessum est, in quo me posset scelerum poenitere. Vae mihi, praeterlapsum est omne tempus, nec horae particula residua est, in qua possim peragere poenitentiam, cruciatus autem, & tormenta nullum finem cognoscunt. Vae tibi, qui tantas temporis diuitias dissipas, & conculas. Si tantum celestium diuitiarum iacturam faceres, ferri aliquo modo posset, quantum est miserum id ipsum. Sed pro dolor: *quia thesaurizas tibi iram in die irae*. Quid sibi vult thesaurus iste? Diuus Ambrosius ait: Necessum est, ut feueriori poena plectatur, imo flammis perennibus torqueatur, qui longa Dei patientia, non solum se emendare noluit, sed adhuc addens ad contemptum, peccata exaggerauit. Diuus etiam Gregorius sic ait: Misericors Deus tempus nobis ad poenitentiam relaxat, sed cum eius patientiae gratiam nos ad augmentum vertimus culpa, hoc ipsum tempus, quod ad parcendum pie disposuit, districtius ad feriendum vertit. Ut quia reuerti quis etiam, spacio temporis accepto, noluerit, per hoc malum ad reatum augeat, per quod ea diluere potuit, si conuerti voluisset. Haec tenus

Ad Rom. 2
num. 4.

Ambr. hic.

D. Grego.
hom. 11.
in Eze.

Gregorius. Magnum malum, potes misericordiae thesaurum congregare, & thesaurizas tibi iram. Vae tibi, tempus enim penitentiae concessum, in committendis nouis sceleribus conteris, & semper peccatis peccata superimponis, & in squalore, & sordibus peccatorum iaces.

DE quadam foemina conquerebatur Dominus, dicens: *Dedi illi tempus, ut penitentiam ageret, & non vult penitere, &c.* Diuus Ambrosius ait: Haec mulier, quae cum esset in peccatis, & deberet flere, gaudebat, & veste purpurea, atque coccinea operiebatur, & auro se multo, & preciosis lapidibus ornabat, nunc aeterni sletus luget gratulam. Haec ille. Si huic foeminae Deus nunc concederet aliquid illius temporis, quod frustra conterebat in parandis ornamentis, & fucoco conficiendo, quis dubitat, quin illud in bonis operibus peragendis collocaret. Non vestem byssinam, & purpuream, sed cilicinam indueret, non contorqueret calamistro capillos, sed cõtortos, & calamistratos euelleret. Nõ rideret, sed fleret, nõ procederet in publicum, ut conspiceretur ab omnibus, sed intra priuatos parietes se contineret, ut lachrymis deleret peccata. Sed iam, nec punctum temporis illi ad peragendam penitentiam concedetur, sed sempiternis cruciatibus breues voluptates perfoluet. Et si illam acerbissime Deus puniuit, quia tempus penitentiae concessum in delicijs perfruendis transegit, quid illi accidit, qui nunquam a peccatis destitit, sed semper dum vixit, cumulum auxit? Peccasti, & in sordibus peccati iaces, & peccato peccatum superimponis, nec de penitentia, & lachrymis profundendis cogitas. Deus te in tartara detrudet vbi nullus lachrymis finis imponitur, vbi ingrati animi immane scelus acerbissime punitur. Redite ergo prauaricatores ad cor, nolite obdurare corda vestra, &c.

QUANQVAM Deus homini vitae vsuram ad mille annos concederet, nec punctum illius frustra cõterere deberet, quid dicam, cum hominis vita ita breuis sit, & periculis obnoxia, hanc tamen homines stolidi, & insipientes in sceleribus consumunt. Aliquo se scelere obstringere, quanquam illico excutiendum sit, maxima miseria est, quid erit, pene infinita crimina perpetrare, & in volutabro peccatorum iacere? Nondum cognouisti, o infelix homo, quantum detrimentum afferat animae peccatum? confer mihi malum illorum, qui aeternis supplicijs addicti sunt, & tormenta patiuntur, cum illorum malo, qui in peccato versantur, ex his duobus malis vtrum tibi grauius videtur. Non possunt inter se conferri, quia sine vlla dubita-

dubitatione grauius est quolibet se scelere inficere, quam omnia tartarorum tormenta subire. Quia hoc malum poenae, illud autem malum culpae appellatur. Cur igitur tanti mali oblitus, in peccato versaris, nec das operam diligenter, ut ab illo emergas? Si super candentes inferni carbonis superpositus cremareris, quid faceres, ut a tanto euaderes malo? Nunc autem tibi Deus manum porrigit, ut a peccato, in quo iaces, & quod maius malum est, saluus, & incolumis emergas. Cur ergo tantum Domini beneficium e manibus elabi pateris? Cur breue tempus, quod tibi conceditur, non amplecteris? Procreatus es a Deo, ut caelestis gloriae particeps fias, illius iacturam facis, & non erubescis? Serui Domini alij ambulat, alij concitato gressu pergunt, alij currunt, alij velociori impetu feruntur, & volant: tu vero iaces in sordido lecto peccatorum, omnibus membris dissolutus. Nec vis sanus fieri, nec per viam mandatorum caelestium incedere. Serui Domini, qui in eius basilica versantur, adusti sunt, secti sunt, sagittis confossi sunt, in crucem rapti, tu vero in delicijs conquirendis vitam traducis, & adhuc ex numero illorum esse vis? Accidet tibi secus, quam putas.

NOLUNT peccatores suis sceleribus nuncium remittere, nec a dura hostis seruitute leuari, quia nociuam vitiorum dulcedinem degustarunt. Cum Israelitae capriui ducti sunt in Babylonem prius preces fundebant ad Deum, ut illos ab illa seruitute in libertatem assereret, cum autem postea potestas illis facta est descendendi in patriam antiquam, aegre ferebant profectioem illam. Cur ita? nonne in exilio versabantur? cur facultate sibi concessa nõ utebantur libenti animo? Placuerant illis iam plateae, & viae publicae Babylonis, aspiciebant hortos, & arbores, propria manu confitas. Degustauerant illarum fructus, & suauitate, ac dulcedine capti egredi recusabant. Sic etiam serui filiorum Israel. Iubilaei annum expectabant, ut in eo libertate donarentur, sed aduentante tempore, eo multi heros suos, & familiam complectebantur amore, ut in eadem seruitute vellent remanere. Id est in causa, cur multi nolunt a dura daemone seruitute, in libertatem a Christo Domino vindicari, quia scilicet voluptates, & delicias, quas illis hostis offert, nolunt deferere, suauitate & dulcedine capiuntur, fericijs vestibus, auro cõtextis, lapillis ornatis, quas mundus offert delectantur, delicijs & oblectationibus perfruuntur. Remo assuefacti sunt, illum delicias reputant, nullis conscientiae stimulis agitantur, nec verbera fe-

formidant. Vnde nec tempore iubilæi, nec acceptabili quadragesimæ volunt à seruitute liberari, neque animaduertunt illo pacto in infernum nauigari. Quo tãdem applicabunt, vt erroris, in quo spõte versantur, pœnas acerbissimas luant.

R. E. X Babylonis Nabuchodonosor septem annos in pratis cõmoratus est, alligatus in vinculo ferreo, & in herbis. Sic plurimi peccatores pascuntur in pratis, ferreis catenis constricti, vnde nullis vocibus commoueri, neque à dura catena qua detinentur, liberari possunt.

Q. V. I callos obduxerunt in peccatis, serò abducuntur ab illis, quia peccandi consuetudo, difficile reddit pœnitentiam, & peccatum, quod animam inuasit, & cepit, vires adimit eidem animæ, ne pedem referat, ne à seruitute libere emergat: *Factus est Ephraim quasi columba seducta, non habebat cor.* Cum primum columba laqueo comprehenditur, animò deficit, nec vires habet, quibus ab illo liberetur. Sic Ephraim, quasi columba capta non habebat, cor, cum se laboribus circumuentum animaduertit, eundem affectum in animam inducit peccandi cõsuetudo, vires adimit & existimat peccator iam fieri nõ posse, vt à tantis peccatis saluus, & incolumis emergat, quo fit, vt animo cadat, & de sua salute diffidat.

A. N. I. M. A, qua tetigerit aliquid immundũ (ait Dominus) siue quod occisum à bestia est, aut per se mortuum, aut quodlibet aliud reptile, & oblixa fuerit immunditia sua: rea est, & deliquit. Vehementer Dominus indignatur, cum quis in peccatum prolabitur, & tanti mali oblitus epulatur, gaudet, lætatur, non secus, ac si in illud non fuisset prolapsus. Hunc peccatorẽ Deus atrocissimo supplicio mulctat, vt hoc clarius appareat, animaduertere necesse est, hanc esse Dei nostri naturam, vt peccatorẽ expectet, adhibito tamen pondere, & mensura. Vt præclare attigit Origenes, cum ait: Sicut omnia in mensura fecit Deus, & pondere, & numero, ita etiam patientiæ eius certa mensura est, quam mensuram credendum est, esse consumptã, vel ab his, qui diluuiò periere, vel ab his, qui in Sodomis celesti igne vastati sunt. Vnde & de Amorrhæis dicitur, nondum completa sunt peccata Amorrhæorum vsque nunc. Fert ergo Deus patienter, & expectat vniuscuiusque pœnitentiam: sed non nos dissoluat hoc, & tardos ad conuersionem faciat, quia rursus patientiæ eius, & sustentationis certa mensura est. Hactenus Origenes. Itaque patientia Dei nullis est terminis circumscripta, ipse tamen Deus præ-

scribit modum, & terminum, ad quem producat. Insequatur Afael dũtem Abner, conuersus autem Abner, semel atque iterum petijt ab Afael, ne se insequeretur: cum autem nollet illius verbis morem gerere, coniecit in illum hastam Abner, qua transfuerberatus Afael, misere occubuit. Sic Deus, cum sepius peccatorem moneat, ne se insequatur, & peccatorum cumulum adaugeat, ille autem aures obturet, se furdum simulet, & à proposito non desistat, tandem Deus hastam contorquet, qua miserẽ adactus occumbit, & in sempiternum præcipitium ruit. Tu autem miser peccator, qui inueterata peccandi consuetudine ad peccatum traheris, caue tibi, ne istud extremum sit, quo Deus expectare decreuit. Caue ne istud agmen claudat, caue ne Deus rationes subducat, & eas iam absolutas reperiens, cõdicem claudat, & sententiam ferat, qua te sempiternis cruciatibus addicat.

S. A. T. I. S ostendit Dominus difficultatem, quæ reperitur in delendis peccatis, quæ longa consuetudine obduruerunt, cum ait: *Si murare potest Ethiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & nos poteritis benefacere cum didicentis malum.* Vbi Diuus Hieronymus ait: Quidquid enim discitur, non naturæ est, sed studij, & propriæ voluntatis, quæ nimia consuetudine, & amore peccandi quodammodo in naturam conuertitur. Hæc ille. Hæc Hieremiæ verba maxima indigent consideratione, cum ita difficilem reddant impij, qui iam obduruit, conuersionem, sicut est difficile Aethiopem colorem, & pardum pellis varietatem immutare, non ait Propheta, id esse impossibile, sed adeo difficile, vt inter ea, quæ impossibilia habentur, numerari possit, quia consuetudo est altera natura. Hinc est illud Diui Augustini, dum cõsuetudini nõ resistitur, fit, necessitas. Animaduerte, in quas angustias redigat peccatoris salutem consuetudo peccandi. Dominus etiam huiusmodi peccatoribus non ea confert beneficia, quæ conferre solebat, quia magno illos odio prosequitur.

Discursus

*Discursus secundus docet, non solum peccata,
sed etiam occasiones peccandi
relinquendas esse.*

Thema. *Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Ioannis. 5.*

QUID immortalis Deus exigit à peccatore, quem à flagitijs ad gratiam reuocauit, ex eo, quod humani generis seruator eum hodierno ægroto gessit, facile perspicietur. Huic igitur non solum præcipit, ut surgat, sed etiam ut tollat grabatum suum, & ambulet. Et quidem grabatum illud, in quo tandiu æger ille iacuit, symbolum est earum rerum, circa quas peccatum quodlibet verfatur, in quibus perditii homines tandiu iacent, quandiu illi peccato adhærent. Auarus videlicet in pecunijs, superbus in honoribus, & dignitatibus, libidinosi vero in delicijs, conuiujs, impudicisque sermonibus: Ac denique quælibet occasio peccandi est velut lectulus quidam, in quo semel, atque iterum peccatores recumbunt. Hanc ergo vult Deus illum à se amouere, qui ad animi sanitatem restitutus est.

HO C verò quam necessarium sit, manifestum quidem est, si enim peccandi occasio perseueret, facile homines (quippe qui imbecillis naturæ sunt) in eadem peccata prolabantur. Sicut languidus homo, & qui non omnino è morbo emerfit, vel molli quidem impulsu in terram ruit, ita peccator adeo infirmus existit post peccatum, ut aquacumque occasione vincatur. Qua propter ecclesiasticus ait. *Qui amat periculum, peribit in illo.* Id est in peccatum labetur, quod ab ipso periculo initium habuit. Et quidem occasio vere vocatur periculum, qui enim illam non effugit, periculum sane non declinabit. Quocirca qui occasionem amat, periculum etiam amare dicitur, in eoque ipsum periturum, Spiritus sanctus affirmat. Et quid causæ esse putatis, cur cum toties animi vulnera curanda obieceritis, & ab egritudine liberati, ad valetudinem restituti sitis, paucos post dies in morbum reinciditis, & grauiori fortasse egritudine animos afficitis? Nisi ex eo quod grabatum vestrum, hoc est, occasionem peccandi non abstulistis. Eadem de causa Ninuittæ illi post acerbissimam illam penitentiam à se susceptam denuo ad turpitudinem, & peccata sua redierunt.

QUID

QUOD si hi, qui Reip. gubernationem gerunt, eam tranquillitate, & iustitia tueri volunt, maxime incumbant, ut peccandi occasiones à Rep. amandentur. Ideo enim sanctissimus ille Rex Iosias volens Hierosolymam idolatriæ sceleribus, in quibus illa misere iacebat, expiare, omnes primum occasiones è medio abstulit. *Proiecitur enim de templo; (Ut sacræ litteræ testantur) omnia vasa, quæ facta fuerant Baal, & combussit ea, deleuit Aruspices, qui sacrificabant in excelsis per ciuitates Iuda, & eos, qui adolebant incensum Baal, & soli, & luna; & fecit offerri lucum de domo Domini foras Ierusalem, & combussit eam, & redegit in puluerem, destruxit quoque aditulas effeminatorum, quæ erant in domo Domini, & equos, ac currus solis combussit igne; destruxit etiam altaria idolorum, & combussit.* Existimabat quidem rex sic frustra laborè, operamque se ponere in extirpandis flagitijs, nisi simul occasiones eorum rescinderet. Anima quærit nullis Prophetarum concionibus, nullisque Dei minis, & supplicijs Hierosolymitanos conuerti, cõperitque hoc ex occasionibus adhuc in vrbe manentibus prouenire, qua propter eas penitus è medio abstulit, omniaque idola omnino combussit. Utinam nostræ Reip. moderatores hunc Regem hac in re imitarentur. Quam mûdus, flagitiorumque sordibus expurgatus hac ratione Christianus populus existeret! Quod quidè dū ab illis non præstatur, quâuis grauius in latrones animaduertant, & ceruices perditissimis hominibus frangant, adhuc crimina committentur, sceleraque permanebunt, peccandi si quidè occasiones perfiant.

QUAM obrem si confessarij volunt, ut ij quorum confessio nes audiunt, perfectam, integramque salutem obtineant, diligenter curent eos ab occasionibus peccandi omnino abducere. Quia enim non ita fit, iterum, atque iterum eisdem illi peccatis immerguntur. Neque enim eis impudicos libros, sermonesque libidinosos interdunt, neque periculosam familiaritatem, aut consuetudinem, aliosque contractus prohibent, & ideo in eadem scelera, quæ sæpe confessi sunt, prolabantur. Quocirca sanctissimus ille Samuel cum populum ad veram penitentiam agendam hortaretur non modo voluit illum in terra iacere, lachrymasque fundere (quæ signa erant penitentiae) verum etiam ut idola, quæ colebat, abijceret. *Si in toto corde vestro, ait, reuertimini ad Dominum, auferete Deos alienos de medio vestri Baalim, & Astaroth.* Cognouerat videlicet vir ille idola diuinis honoribus à populo esse suspicienda, si integra permanissent. *Abstulerunt ergo (inquit) filij Israel Baalim, &*

O O Astaroth

Astrosque & seruiertunt Domino soli. Occasiones igitur peccandi sunt velut idola quædam, quibus honores exhibent, flagitiosi, quæ si de medio tollantur, Deo duntaxat illi obsequentur.

IDEM facturi sunt patres familias, si liberos, familiamque suam ab omni culpa immunè, atque immortalideo gratâ esse, desiderant. Idcirco Patriarcha Iacob cum Deo optimo maximo altare cõstruxit, ei que pro se, & sua familia sacrificiũ acceptũ offerre statuit, domesticos suos accersiri iussit, quibus hæc verba fecit: *Abijcite Deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mundate vestimenta vestra, & statim subiungit scriptura: Dederunt ei omnes Deos alienos, quos habebant, & in aures, quæ erant in auribus eorum.* Quæ omnia ipse Patriarcha in abdito loco abscondit, ne ab illis vlla ratione viderentur. Voluit quidem ille, ne domestici sui Dijs alienis diuinũ cultũ exhiberent, & hac de causa abstulit ab eis illa omnia, quæ ipsis ansam præbere poterat ad huiusmodi cultum exhibendũ. Sic etiam qui familiam, quã gubernandam susceperunt, firma animi salute uti cupiunt, occasiones delinquendi remoueant, alioqui enim nunquã illa ad integram, constantemque sanitatem restituetur.

Quicquidque ite Deo perfecte inseruire, eternamque animi salutẽ comparare optat, quascunquẽ peccandi causas effugiat, nec temere in sanitate sua cõfidat. Dauid enim egregie sanctitatis vir erat, & tamẽ cuiusdã fœminę occasione, quã incautẽ cõspexit, nefariũ adulterium perpetravit. Quis hoc vnquã putaret de homine adeo sancto, ut vir fecudũ cor Dei diceretur? Adeo etiã sapiẽte, ut plura, abditiora quẽ mysteria præ cæteris Prophetis cognouerit? *Incerta* (inquit ipse) *et occulta sapiẽtia tua manifestasti mihi.* Adeo denique potẽti, ac forti ut gigantes, leones, vrsosque, superauerit. Huc igitur ita sanctũ, sapientẽ, ac fortem occasio illa, quam diximus, misere deiecit, Quod si Dauidẽ incauta dũtaxat visio in horrẽdũ illud facinus deturbauit, quo pacto eos, qui sanctitate, sapiẽtia, & fortitudine multo inferiores sunt Dauidẽ, tot occasiones ex impudicis visionibus, libidinosisque, sermõculis ortæ, nõ deiiciẽt? Ex huiusmodi autẽ factõ tãtũ timorẽ regius hic vates cõcepit, ut hoc præcipue à Deo optimo maximo postulauerit: *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem.* Verebatur propheta, ne ab oculis suis iterum deciperetur, atque ideo immortalẽ Deũ orabat, ut occasiones, quas ex videndo sumpserat, ad ipsum offendẽdum, à se omnino amoueret. In quod Dauidis carmen ita scribit D. Ambrosius. Auertamus igitur oculos nros à vanitatibus, ne quod oculus viderit, animus cõcupiscat.

HINC etiam patientissimus Iob circũspectus valde ait: *Peperit fœdus*

Gene. 35.
num. 2.

Reg. I I

psal. 50.

psal. 118.
num. 33.

Ambr.

fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virginẽ. Miror sane hominẽ inter barbaras æthnicasque nationes degẽtẽ, ita christiani candoris studiosum extitisse. Admiror item adeo ipsum, quanuis sanctissimum, timere, ut nec auderet sine formidine aspicere. *Homo erat.* (inquit scriptura sacra) *simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo.* Si ergo Deum timebat, cur aliquã aspicere formidabat? si recedebat à malo, quod malũ verebatur, ex eo quod virginẽ intueretur? Sane quia erat timens Deum, timebat quacunquẽ minime occasione peccandi, & quia recedens à malo, recedebat ab occasione mali. Nouerat quidẽ ille occasioneũ vim, atque idcirco eas quod ad eius fieri potuit subterfugiebat. Qua propter nõ iã mirandũ est, quod vir ille, & si sanctissimus, timeret, sed ex eo potius, quod tu, improbissimẽ homo, nullo modo reformides. Si miles fortissimus, strenuus armisque instructus, timet hostis congressum, quare ratio imbecillus, & inermis tyro non pertimescet? si item viri illi eximia sanctitate præditi, & gratiæ, virtutumque armis instructi, atque in ipsa spiritali militia diu, strenueque versati, verentur cum occasione peccati debellare, cur perditũ, & flagitiosũ hominẽs bellum cum illa gerere non formidant?

INTER eas leges, quæ à Deo positæ sunt Nazareis, hæc vna fuit: *Vir siue mulier cum fecerint votum, ut sanctificentur, & se voluerint Domino consecrare, à vino et omni, quod inebriare poterit, abstinebunt.* Et illico subiungitur. *Vuas recentes, siccasque non comedent cunctis diebus, quibus ex voto Domino consecrantur. Quidquid ex vinea esse potest ab vna passa usque ad acinum non comedent.* Non equidem miror viam Nazareis interdici, in eo enim est luxuria. At cur illis prohibetur, ut nec uas, nec dum uas passas degustent? Sane quia cum ex uuis vinum eliciatur, præbebatur illis aliquando occasio ad vinum appetendum, si eis liceret uas, vel alium ex vite fructum comedere: Remota profecto videbatur huiusmodi occasio, ex hoc tamen cognosces, quanti referat seculari homini proximã peccandi occasioneẽ effugere, cũ religiosi Nazareis tanquam quid valde expediens præcipiatur remotam declinare.

QUOD si omnes occasiones à nobis euitandæ sunt, illas tamen præcipue debemus fugere, propter quas alias sæpe peccauimus. Quam ob rem cum Deus pollicitus esset Israelitis terrã Palestinæ, cui ethnici vicini erant, præcipit populo. *Non inhis cum eis fœdus* (scilicet cum ethnicis) *neque misereberis eorum neque sociabis cum eis coniugia, filiam tuam non dabis, neque filiam*

Oo 2 illius

Iob. 31.
num. 1.

Iob. I nu.
8.

Simile.

Num. 6.
8.

Deuter. 7
nu. 22. &
23.

illius accipies filio tuo. At non ne, Deus optime, hoc charitati ad uersatur? Minime, quia seducet filium tuum, ne sequatur me, & ut magis seruiat Dijs alienis: Quo circa cum eiusmodi coniunctio, & familiaritas in Israelitarum damnum vergeret, nullo modo charitati, quæ incipit à se ipso, repugnat, eam familiaritatem impedire. Ea demque ratione ibidem subditur: *Sculptilia eorum igne combures, non concupisces argentum, & aurum, de quibus facta sunt, neque assumes eis tibi quicquam.* Merito quidem idola comburantur, sed cur aurum, & argentum, ex quibus illa efficiuntur, procul etiam abijcienda sunt? Nonne satius esset, illis uti ad cultum, & ornatum? Non quidem, ne videntes Israelitæ aurum, & argentum, quod idolis prius in seruiebat, ipsorum idolorum memores, eam iterum perficerent, ut olim in Aegypto fecerant, & diuinum cultum vero Deo denegarent. Debemus ergo eas occasiones præcipue subterfugere, quæ aliquando nobis peccandi ansam præbuerunt, eis enim propositis, facilius in eadem peccata incidemus.

O B id etiam Euangelicus vates Esaias cum gentiliū ad Christi fidem conuersione prædicaret, eosque admoneret, quid in sua conuersione præstituri erant: *Contaminabis (inquit) lammas sculptilium argenti tui, & disperges ea, sicut immunditiam menstruatæ.* Non solum idola, sed etiam ea, ex quibus idola facta sunt abijcienda esse dicitur. Nam cum Gentiles illi idolatriæ se dedissent, non modo auferranda erant ab illis idola, quæ venerari possent, verum etiam aurum, & argentum, ex quibus illa constabant, ne auri, & argenti causa idola in memoriam reuocarent. In quo edocemur in eo flagitiorum genere, quod sæpe commissimus, tam remotas, quas proximas occasiones, ad illud aliquo modo mouentes, remouendas esse. Neque

fatis esse putate in animum constanter induxisse nunquam iterum peccaturum: *Qui enim confidet in corde suo (ut præclare Salomō ait) stultus est, qui autem graditur sapienter, laudabitur.* Græcus vertit, saluabitur, cui consonat etiam textus Hebræus. Primum ergo inquit Salomō, stultum esse, qui confidit in corde suo, scilicet in periculis, & occasionibus. Deinde dicit, qui autem graditur sapienter saluabitur. Id est, qui vero non sic confidit in corde suo, saluabitur. Ex quo videtur confici, ergo ille stultus, qui confidit in corde suo, non saluabitur. Quod licet non clare Spiritus sanctus affirmet videtur tamen id insinuare, vel saltem censet illius stulti salutem valde periclitari. Atque iccirco ibidem dixerat: *Beatus homo, qui semper est prudens, qui vero mentis est dura, corrumpet in malum.* Et quidem, nulla

la extrinseca occasione proposita, timendum nobis est, cum ipse homo sibi ipsi bellum inferat: quia omnis cogitatio hominis ab adolescentia sua prona est in malum, quanto magis nos pauidos esse oportet, si cum ipsa inclinatione ad malum propensa occasio aliqua mali coniungatur. Nec Hercules contra duos, Beatus ergo es si semper paues, quod si non facias, quid mirum, si corruas in malum? pauens forte corrues, quid si non paueas? Consule igitur tibi ipsi, & occasiones studioso quodam timore subterfuge, sic enim diuinum auxilium tibi præsto erit, quo quidem suffultus, tui animi salutem recte tutaberis, & æternam denique felicitatem consequeris.

CONCIO QUINTA.

Discursus primus explicat paucissimos in

Rep: reperiri, qui de salute animorum curanda agant.

Thema. *Hominem non habeo.* Iohan. cap. 5.

HODIERNVS ægrotus, de quo in Euangelica historia sermo fit, asserit, se tandiu ægritudine laborasse, eo quod nullus sibi adiumento esset, ut è lectulo ad piscinam portaretur. Et sane verum est, ex eo plures in flagitijs, ac turpi viuendi statu persistere, quia non reperitur homo, qui illis opem, adiumentum ue ferat, ut turpem vitæ rationem relinquunt, & piam, religiosam quæ sequantur, & in sacram poenitentiae piscinam se conferant. Et quid causæ esse putatis, cur in Rep. tot sint iuuenes libidinosi, tot impudicæ feminae, tot qui scelerati, ysuris, ludisque inserviant, tot perijuri, tot odij, atque inimicitias incensæ, tot denique scelerati, ac perditii homines? Quia profecto Respublica hominem non habet, si enim præclaros haberet iudices, & moderatores, diuini honoris, bonæ & communis studiosos. Hi quidem summo studio, & diligentia tantis malis mederentur, antequam illa serperet, & reliquis ciuibus officerent. At nullum illa hominem habet, tam eximia virtute, tantaque animi constantia præditum, qui eiusmodi flagitio-

fos homines in vincula cōjiciat, & in squalore carceris ignominio se deinctos teneat. Is enim vera piscina est, in qua huiusmodi homines sanitatem recipient. Quæ item est ratio, ob quam in multis familijs, tam liberi, quam serui, vitijs se dedunt, neq; de animæ salute comparanda curant, nisi quia ex familiæ hominem nō habent. Eadem de causa hoc quadragesimali tempore multi, animi morbis laborantes, sacram sacræ confessionis piscinam ambiunt, & tamen ad salutem non reuocantur, quoniam egregij, ac magnanimi confessarij desiderantur, qui illos in eam piscinam cōjiciant, ex qua sani feliciter euadant. Denique vrbes, oppidaque omnia sceleribus plena sunt, & vix aliquis reperitur, qui de illis expiandis curet, aut tantis vulneribus medicinam, & curationem afferat.

C V I V S rei causa ea etiam est, scilicet, quia ij, qui alijs mederi deberent, infirmi sunt, ægraque valitudine vtuntur, & qui alios excitaturi erant, misere iacent. Minabatur olim Deus populo suo, dicens: *Corruet auxiliator, & cadet cui præstatur auxilium simulque omnes consumentur.* Hoc certe est quoddam supplicij genus, quo grauius immortalis Deus Republicas punit. Patitur enim Reip. primarios & gubernatores in vitijs iacere, vt ita ipsi cum reliquis ciuibus consumantur. Quo pacto Prætor libidinosos reprehendet, si ipse libidini, voluptatibusque inferuit? Qua ratione tabelliones increpabit, quia leges sibi à Rep. propositas non seruant? Cum idē omnia Regum statuta violet? Aut quomodo grauius in vsurarios & latrones animaduertet, si ipse aliorum pecunias furatur. Qui parentes liberos obiurgabunt, eo quod ludis, & comestationibus se tradunt, si eisdem se totos dedant? Aut quo iure patres familias seruos suos carpent, quia inconsideratē iurant, nec sacro, aut concionibus, intersunt, cum ipsi met temerē iureiurando vtantur, & vix diebus festis missam, semel autē in anno sacras conciones audiāt? Qua denique ratione confessarij, prælati, & sacri verbi concionatores, alios suis exhortationibus ad virtutem incitabunt, cum ipsi nec virtutis speciem præferant? Sane si cadit auxiliator, cadet & is, cui præstandum erat auxilium, & ambo pariter consumentur. Quod etiam in his Christi Domini verbis significatum est: *si sal, (id est Christianæ Reipubl. primarij, & doctores) infatuatum fuerit, ad nihilum valet ultra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.* Ex hoc igitur, quod sal infatuatum est, ipsaque Reipubl. capita languent, prouenit, vt omnia etiam membra graui morbo laborent.

Esai. 31. num. 3.

Mat. 9.

Qua-

QVAPROPTER loquens Esaias de his malis, quibus Israeliticus populus affectus erat, ait: *Omne caput languidum, et omne cor morrens à planta pedis, vsque ad verticem nō est in eo sanitas.* At quod nā caput est istud ita languidum? quod cor adeo merēs? quod corpus ita infirmum? & vnde tantum malum profectum est? D. Hieronymus super hunc locum respondet in hunc modū. A nimi lætitia interdū dolorē corporis mitigat, quod si ad ægrotationem corporis accedat ægritudo animi, duplicatur infirmitas. Inter ipsos quoq; sensus, & omnia mēbra corporis principalē locū obtinet caput, in quo visus, & auditus, & odoratus, & gustus est. Cū igitur caput doluerit, omnia mēbra debilia sunt, & per metaphorā docet, quod à principibus vsque ad extremam plebem, à doctoribus vsque ad imperitum vulgus in nullo sit sanitas, sed omnes in impietate pari ardore consentiant. Hactenus Hieronymus: Ecce igitur cur omnia Reip. mēbra ægritudine afficiebantur, quia illius caput & cor (prælati scilicet, & gubernatores) egrum, ac languidum erat.

CVM Hieremias Hierosolymę vastitatem lamentaretur, eiusq; calamitatis causam indicaret, inquit: *Sacerdotes nō dixerunt, vbi est Dominus, et tenentes legem nescierunt me, et pastores prauaricati sunt in me, et Prophetæ prophetauerunt in Baal, et idola secuti sunt.* Hac igitur malitia ægrotantibus doctoribus, & moderatoribus, qui poterunt reliqui sanitatem, animique salute gaudere.

AT vero aliter se habebat Israeliticus populus, cum vigilantissimus, ac sanctissimus ille David illum administrabat. Tūc enim florebat in eo iustitia, eo quod ipse sanctitatis studiosus esset, optimisque ministris vteretur: *Oculi (inquit ipse) mei ad fideles terræ, vt se deant mecum. A nubans in via immaculata hic mihi ministrabat, nō habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam, qui loquitur iniqua, nō direxit in conspectu oculorum meorum.* Vt autem clarius perspiceretur, quantum ipse priuatis hominibus consuleret, subiungit. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.* O vtinam huiusmodi principibus Reip. Christ. frueretur, sic enim paucissimi reperirētur, qui triginta & octo annis in morbo iacerent. Sed quoniam illa hominem non habet, plures præ morbi diuturnitate, & grauitate moriuntur.

O summum malum, sanguineisque lacrymis deplorandum! tanquam magnū malū minabatur Deus diuinæ legis violatoribus: *Oves tuæ dentur inimicis tuis, et non sit, qui te adiuuet.* At quanto

Esai. 1. num. 5.

D. Hier. 31.

Hiere. 2. num. 8.

psal. 100. num. 8.

Deut. 28. num. 31.

maior infelicitas est, hominum animos demonibus tradi, & nullum esse, qui illos ab eius manibus eripiat. Aliud supplicium minatur ibidem Deus, aduersus eum, qui suam legem violaret: *Omni tempore calumniam sustineas, & opprimaris violentia, neque habeas, qui liberet te.* Sed grauius supplicium, acerbiusq; malum est, eum qui ad æternos cruciatus detruditur, non habere hominē, qui ipsum tueatur, & liberet.

E T quidem humani generis hostis summopere curat, vt Resp. homines non habeat, qui reliquorū salutem tueatur. Et vt illi, qui administrationis munere funguntur, in illo obscuro negligentes sint, tunc enim ille homines aggreditur, & de eis victoriam facile reportat. Nam quemadmodum cum Gentiles viderunt occisum Ionatham strenuū quidem ducem, qui Israelitas viriliter defendebat, insurrexerunt in illos, dicentes: *Non habent principem, & adiuuantem, nunc ergo expugnemus illos.* Sic etiam dæmones, qui infestissimum nobis bellum indicunt, tunc animo ad illud ineundum eriguntur, cum cernunt, nullos nos habere homines, nullosque duces qui pro nobis fortiter, & animose pugnent. Et hoc quidem videtur Christus Dominus significasse in illa zizaniæ parabola, cum ait: *Cum autem dormirent homines, venit inimicus, & super seminauit zizaniam.* At qui sunt istiusmodi homines, quibus dormientibus seminata est ab hoste nostro zizania super triticum? Diuus Augustinus super hunc locum ait: cum negligentius agerent præpositi Ecclesiæ, aut cum dormitionem mortis acciperent Apostoli, venit diabolus, & superseminauit eos, quos malos filios Dominus interpretatur. Hæc ille. Idem ergo quod dæmon contra Christi Ecclesiam machinatur, in qualibet etiam Rep. & in qualibet familia conatur efficere, cum enim animaduertit nullos, aut dormientes esse homines, qui eam administrant, illico ciues inuadit, & omnibus pestem, mortemque demolitur.

Amos. 6. num. 1. SED va vobis optimates (inquit Amos) qui estis capita populorum, ingredientes pompatice domum Israel, qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti, bibentes vinū in dulcedine, & non compatimini super contritione subditorum vestrorum. Va item vobis pastores Ecclesiæ qui pascitis vosmetipsos, qui lac comeditis, & lana induimini, & crassum occiditis, & tamen gregem nō pascitis, quod infirmum fuit, non consolidastis, & quod egrotum non sanastis, quod contractum nō alligastis, & quod abiectū non rediuxistis, & quod perierat, non quaesistis, sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia dispersa sunt oves Christi, & facte sunt

Simile.

1. Mach.

12. n. 53.

Mat. 13.

Aug. li. 45

99. Euan.

Amos. 6.

num. 1.

Ezec. 34.

num. 2.

sunt in deuotionem luporū, eo quod hominem & pastorem non habent. Va, inquit, vobis principes, & moderatores Rep. qui nullam medicinam animi vulnerebus adhibetis, licet vobis illis mederi incumbat. Va patribus familias, qui in liberis, seruisque educandis negligentes sunt, nec aliquo modo curant, an illi pie, religioseque viuunt. Va concionatoribus mutis nō valentibus latrare, cū rapacissimos lupos animos deuorantes aspiciunt. Va denique confessorijs reliquisque omnibus prælatis, qui præ incuria, & negligentia animorum salutem sibi à Deo optimo commissam negligunt, quid respondebunt, cum Dominus ad iudicandum venerit?

Discursus secundus, contra eos, qui ignorantēs, indigno sive confessorios eligunt.

Thema. *Hominem non habeo. Iohan. 5.*

QUANTVS verum est, vt in proximo discursu diximus, plures in grauisimis morbis iacere, ex eo quod hominem nō habeant, qui eis auxilium ferat, vt e morbo emerant. Tamen sepe ipsi in huius rei culpa sunt, quia nolunt eos homines conuocare, aut consulere, qui ipsis possint mederi. Fingunt se suæ salutis desiderio flagrare, sacras conciones audiunt, & aliquando ad sanctissimum confessionis sacramentum accedunt, in suis tamē lectulis agri, debilesque persistunt, quod ex eo fit, quia eos audiunt concionatores, ex quibus lucunditatem, non verò utilitatem sibi pariunt, & illos confessorijs quærent, qui superficie tenus ipsorum conscientias expurgent, & mites, ac faciles se præbeant.

CIVM Propheta Amos Israelem deploraret *Audite (inquit) verbum istud, quod ego Iano super vos plandunt, domus Israel conuulsa & non adiciet, vt resurgat. Virgo Israel proiecta est in terram suam, non est, qui suscitet eam.* Diuus Hieronimus super hunc locum ait. In eo Prophetam cum decem tribubus loqui, qui in seruitute, in quam eradendi erant, duplici malo erant afflicti. Primum scilicet, nullam futuram esse, qui eis auxilium, aut manum porrigat, vt à seruitute liberentur. Secundum verò, nec ipsorum sibi optulaturus, vt illa depulsi, in libertatem asserantur. Quod si hac nostra tempesta

Amos. 5. num. 2.

Hiero. ibi.

te primum illud malum lamentari nõ cogimur, multi quippe sunt qui nobis opem, auxiliumquè præstant ad dæmonis tyrannidem, qua misere vexamur, repellendam. Maxime tamen iugendum est secundum, eo quod ij, qui in flagitiorum sordibus iacent, nolunt auxiliores, à quibus subleuentur, quærere.

M I R V M quoddam prodigium vidit Deus, vt Hieremias refert: *Stupor* (inquit) *& mirabilia facta sunt in terra. Prophetæ prophetauerunt mendacium & sacerdotes applaudebant manibus suis, & populus meus dalexit talia.* Stupor, inquit, & mirabilia. Vbi Theodoretus ait: Quando præter omnem spem quidpiam inusitatum videmus, solemus dicere, hæc res in stuporem me adduxit, exterritus sum audiens istud. Hæc ille. Similiter etiam loquitur Deus in præsentibus: *Stupor & mirabilia facta sunt in terra, &c.* Et quidem nõ est adeo mirum, si medicus præ sua negligetia, aut alia ratione ægrotati curam rationem aptam non afferat, quia non sibi, sed alij medetur, at summa admiratione dignum est, si ægrotus eum medicum quærat, qui nulla medicina adhibita, mortè sibi inferat. Ecce qua de causa admiraretur Deus Israël, quod scilicet eos sacerdotes consuleret, qui ipsi falsa, mendaciaque proponerent. Eadem etiam ratione in magna modo admirationem rapior, scio enim plures esse, qui cum animi ægitudine laborant, eos medicos (confessarios intellige) inquirunt, qui vel nesciant, vel nolint animis optimam, & necessariam medicinam adhibere. Quod si experimento didicistis, nunquam vos integra valetudine vti, propterea quod ab eiusmodi medicis curationem deposcitis, cur adhuc in ipsis cõsulendis persequeratis? Sane huius rei causam afferam, si Esaiam Israelitis idem crimen obijcientem, audiamus.

P O P V L V S (ait Dominus) *ad iracundiam prouocans est, & filij mendaces sibi volentes audire legem Dei, qui dicunt videntibus nolite credere & aspicientibus nolite aspicere nobis ea que recta sunt.* At cur hi ita clare veritatem sibi celari petunt? Quid volunt ipsis à Prophetis enunciari? Loquimini, inquit, nobis placentia, videte nobis errores. Ecce vobis huius mali causa, & origo. Placentia volunt, & quia quæ grata, ac iucunda sunt, solent erroribus permisceri: *videte* (aiunt) *nobis errores.* Ac si is, qui graui morbo affectus est, medico diceret. Cedo mihi saccharum, licet cum eo venenum simul comedam. Sic hi, loquimini nobis placentia, quauis erroribus illa sint permixta. Non quærunt illi salutem, sed voluptatem, non vitam, sed mortem,

Supplicium autem, quo isti affiendi sunt, illud erit, quod in re simili subiisse fertur Rex Achab. Qui cum urbem quandam expugnare vellet, dedit illi consilium Iosaphat, vt consuleret prophetas de bello illo ineundo. Insit illico Achab circiter quadragintos prophetas, qui sacra faciebant Baal, congregari, quibus dixit: *Ire de beo in Remoth Galaad ad bellandum, an quiescere?* Qui responderant *ascende & dabit eam Dominus in manu Regis.* Quod quidem consiliũ ideo pseudoprophetæ illi dederunt, quia regem procliuem esse ad præliandum intellexerunt. Iosaphat vero nondũ quieto animo erat, & iterum dixit regi: *Non est hic propheta Domini quispiam, vt interrogemus per eum, cui respõdit Achab? Remansit vir vnus, per quem possumus interrogare Dominum, sed ego odi eum, quia non prophetat mihi verum, sed malum.* Malum, inquit, prophetizat, eo quod nõ sibi grata, & iucunda prædicebat, & odio illum prosequitur, quia verum ipsi enunciabat. Hac certe de causa plures sunt, qui studiosos, atq; egregios concionatores, & confessarios odio habent, improbos vero sequuntur. Tandem propheta Micheas ad Regem Achab delatus est, quem ipse admonuit, ne prælium illud susciperet, nequam tamen ei acquieuit Achab, sed pseudoprophetarum consiliũ sequens ad pugnam, manusquè deuenit, ac demum infelicitè occubuit. Idem euenit ijs, qui ignorantes, & minime bonos viros à consilijs, & confessionibus habent, eorum enim consilio sæpe spirituali vita priuantur.

O dementiam incredibilem! nonne summa dementia est, in ægitudine corporis ad peritissimum medicum confugere, & cum de fluxis, ac perituris bonis agitur, à sapientissimis iuris peritis consilium petere, cum autè animus æger est, & de diuinis, æternisque bonis acquirendis, deliberatur, imperitissimos, & indignissimos diuini verbi ministros consulere? Quid dicam? sutorè egregium, & perpolitum quæratis, qui calceos vobis apte, & perpolite efficiat. Ad animum vero ornandum cum confessariis perquiritis, qui nec sapientia vigeat, neque animi constantia, & virtute floreat? Strenuos ergo, & prestantes confessarios consulite, apud eos animum expiate, qui sciant, velintque vos ipsos grauius, & religiose erudire, & cum opus fuerit reprehendere. Sic enim perfecte animi vulnera curabitis, & veræ penitentiæ præmium, gloriam scilicet, in mortalem assequemini.

Suppli-

Pp2 CON2

CONCIO PRIMA.

Discursus primus, quanto intervallo gloria cœli superet gloriam mundi.

Thema. Duxit illos in montem excelsum. Mat. 17.

Mat 17. DVO montes maxime oppositi, nobis propositi sunt à Divo Mattheo, in dominica proxime elapsa, & hac præfenti: in proxima dominica: assumpsit Diabolus Christum in montem excelsum valde. Hic vero: assumpsit Iesus discipulos suos, in montem excelsum suo sum. Ibi ostendit Diabolus Christo omnia regna mundi, & gloriam eorum: hic vero ostendit Christus suis regnum cœlorum, & gloriam eius. Ostendit Diabolus gloriam regnorum mundi eo animo, ut à Christo Domino adoraretur, dicens: Hec omnia tibi dabo, si cœcis adoraveris me. Ostendit etiam Christus gloriam regni cœlorum, ut & nos adoremus eum, & serviamus illi omnibus diebus vitæ nostræ, quantumcunque se offerant in divino servitio labores, & cruciatus.

RELIOVVM est, ut gloriam, cum gloria conferamus, & quam earum nobis eligenda sit, videamus, cui horum duorum dominorum inferuire, & venerationem exhibere velimus. Impossibile quippe est, duobus his dominis deseruire. Sed quis hoc in dubium, & controuersiam adduceret, quis non statim assereret cœli gloriam, & Christi venerationem, mundi gloriae, & demonis venerationi anteponendam esse: nisi oculis cerneret, & manibus oppositam cõtractaret. Aperi oculos, & vide maiorem mundi partem, mundi gloriam totis viribus confectari, & ad demonis partes se aggregare, & Christum deserere, & gloriam cœli obliuisci (ne parui peccata dica.) Vade hoc malum? & quæ causa stultitiæ tantæ?

Præf. 3. De muliere forti ait Sapiens: Considerauit agrum & erit illud. Prius considerauit, postea comparauit, agrum, vtilem sibi esse animaduertens. Id ratio & prudentia requirebat. O utinam omnes homines considerarent vtramque gloriam, & mundi, & cœli, nec illam

illam quidem etiam paruo emerent pretio, nec hanc dimitterent, licet carissime, & magno pretio emenda esset. Ascendamus ergo nos modo horum montium iuga, & attente consideremus has duas glorias, & videamus gloria, gloriae quid, quantumque præstet.

ET primo personas offerentes has glorias obseruemus, qui offerunt gloriam mûdi, diabolus est. Iam quid inde boni nobis poterit euenire, ex manu pessimi hostis? Et licet nihil inde timendum esset, hoc solû, quod manus diaboli est, sufficit ad illud repudiandû. Diuitias offerebat Rex Sodomæ Abrahæ, qui respondit: Leno meum mecum ad Dominum Deum excelsum possessorem cœli, & terræ, quod Gen. 14. a s'lo subtegmis vsque ad cor ignem calige, non accipiam ex omnibus n. 22. que tui sunt. Cur ita? Ne dicas (ait) ego dixi Abraham. Quasi dicat: nolo diuitias de manu Regis Sodomæ, sed de manu Dei. Hanc animi elationem habere debent omnes Christi fideles, nolite scilicet quidquam de manu diaboli, qui Rex Sodomæ est, maxime vero cû suspectum munus merito sit, ab huiusmodi hoste, qui totis viribus perditionem nostram, & deliderat, & procutat. Cum igitur gloria mundi, à dæmone offeratur, quid in ea boni sperandum est? At qui gloriam cœli offert, Deus est. De manu autè Dei, qui fons bonitatis & liberalitatis est, quid nisi optimâ poterit nobis euenire? Gloria vero mûdi omnino dissuadet, & dehortatur Christus: nec ex numero illorum est, qui dicunt, & non faciunt. Vnde cum illi gloriam hanc multi offerrent, & vellent illum sibi regem constitutæ, abijt, & abscondit se respuens regum diadema, in quo mundi felicitas plus resplendet. Si ergo nihil aliud inter gloriam cœli, & mundi interst, nisi quod illam Deus, hanc diabolus offert, id tantum sufficere debuisset, ut illam eligeremus, hanc vero respiceremus.

SED ad ipsas in se glorias deueniamus; quid in se gloria mundi est? Prima facie pomi pulcherrimi speciem præfert, at si veritatis gladio pomum scindas, inanis tibi apparebit. Optime Lucas inquit: Dedit illi omni regna mundi. In momento temporis, quid regna, quæ in momento temporis ostendi poterant, esse possunt? Beato Benedicto ostensus est vniuersus terrarum orbis, in radio quodam lucis, ut enarrat sanctus Gregorius. Interrogauit quidam qui fieri posset, ut in vnico radio solis, totus mundus circumspici, posset respon. dit Gregorius dicens, quia videnti in luce creatoris, Luc. 4. n. 5. Gre. di. 10. c. 35.

breve sit omne quod creatum est. O vtinam vsque ad nos huiusmodi radius se diffunderet.

SED audiamus quid de mundi gloria hac, in parte sentiat, homo quidam, qui probe nouit gloriam hanc, Salomon inquam ille, qui & illius radij particeps fuit, & didicit experimento magno, attente cuncta mundi bona prius considerauit, & postea vocem illam emisit cunctis sæculis dignam. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Volebat Salomon ibi de sæculi felicitate cõcionem habere, & hoc supposuit fundamentum, veluti in eo comprehendere volens, quidquid de mundi gloria dicendum esset, nec contentus dicere omnem mundi gloriam vanitatem esse, asseruit. Vanitatum esse vanitatem, id est maximam vanitatem. Vt explicat sanctus Hieronymus: Sicut (inquit) carmen Salomonis canticum canticorum appellatur, hoc est præstantissimum canticum, & quia experimentum magnam vim cõfert argumentis: Dic obsecro quis inter omnes homines, sicut Salomon expertus est, quantum valeat felicitas mudi? cum Christus Dominus verbis augere vellet pulchritudinem lilij dixit, *Amen dico vobis quia nec Salomon in omni gloria sua, coopertus est sicut vnum ex istis.* Cur Salomonis gloriam in mediũ hic adduxit, nisi vt omnium maximam fuisse testaretur, & tamen lilij pulchritudinem non excedit, nec adæquat. Forsitam tunc tempositis parua gloria, pro magna computabatur? Audi quæso ipsum Salomonem illam enarrantem: *Magnificauit (ait) opera mea, edificauit mihi domos, & plantauit vineas, feci hortos, & pomaria &c.* Et cum longam seriem earum rerum in quibus huiusmodi gloria consistit, connumerasset, tãdem finem imponit, dicens: *Omnia qua desiderauerunt oculi mei, non negavi eis, nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur.* Et tandem subdit: *Cumquẽ me conuertissem ad vniversa opera, qua fecerant manus mea, & ad labores, in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem, & afflictionẽ animi, & nihil permanere sub sole.* Vbi primũ obserua frustra se in his insudasse dicere, sed quo pacto frustra? nonne fruebatur illis? & per longũ tempus, & nemine obstãte? Hinc tibi, frater, videre licet, quæ bona ista sunt, & quã frustra labor in illis acquirendis absumatur. *Vidi (inquit postea) in omnibus his vanitatẽ.* Vanũ dicimus, quod intus nihil habet. Frangis nucem, & nucleũ nõ inueniens dicis vana est. Fregit felicitatem mundi Salomon, & nucleum non inueniens, dixit vana est. Sed cur vana, cum argen-

Eccl. 1. n. 1.

D. Hier. ibi

Mat. 6. num. 28.

Eccl. 2. n. 7.

simile.

tum, aurum, margaritas, diuitias, amenitates, regna, ædificia, sublimia, potentatus, & animi voluptates, & corporis obtineat? Audi: habes ampullam vitream, nullum liquorem continentem, & dicitis, vacua est, quomodo vacua? cum saltem aere plena sit? nihil enim vacuum dari potest in natura (vt philosophia docet.) Vacua dicitur, licet aerem habeat, quoniam aer tandem aer est, & cum parum ampulla, illius capere possit, totum quod ibi continetur, parum aeris est. Habet quidem mundus omnia hæc, & alia huiusmodi multa, & vacuum illum Salomon esse clamat, quia parum pro nihilo reputatur. Vanum, inquit est, ac si dicat, parum aeris est. Vides, pulchritudinem Absalonis? vides potentiam Alexandri? vides diuitias Croesi? vides fortitudinẽ Herculis? vides gloriam Salomonis? Parum aeris est, ventus est, magnum strepitum hæ mundi res incitantur, excitat etiam ventus, sed ventus est. Nam cum sit veterum impetus, nec uestigium relinquit. Transierunt omnia illa sicut umbra, sicut fumus, sicut ventus, & nullum vestigium reliquerunt. Quod si omnes mundi sectatores, & quibus datum est ad libitum bonis illius frui (si aliquibus datum est) verũ fateantur, nullus vnquam eorũ ad eam gloriam, & felicitatem peruenit, qua plene contentus sit. Nec mirum, quomodo enim vanum potest cordis replere vacuitatem? Quod si aliquis inueniretur, cuius desiderio satisfecerit mundus (licet cõtradictionem implicare videatur) non ex magnitudine bonorum mudi, sed ex paruitate cordis illius oriretur. Recte Seneca: Magna ista credimus, quia parui sumus. Vana est igitur gloria mundi.

SE D iam ad cœlestem gloriam accedamus. Hæc vera gloria & solida, firma, cõstans, hæc plene hominẽ satiat, & omnibus bonis cumulat. *Benedic animi mei Domino (ait David) & omnia qua intra me sunt nomi in sancto eius, qui replet in bonis desideriu tuũ.* Quis sectatorũ mudi hoc dicere queat sed nõquid David satietatẽ desiderij sui in bonis mundi fuit consequutus? Nequaquã. *Satiabor (inquit) cum apparuerit gloria tua.* Nunc spes replet, postea ipsa gloria. Gloria tua (inquit) non mundi. Si beatum interrogares, an alicuius rei desiderio teneatur? Haud quaquam dicet, plenus sum, impletum est desiderium meum, vsque ad summum, nam dedit mihi Deus veteræ gloriæ mensuram, refertam cõgitatam, & superfluentem. Non vides Petrum in monte hoc, exiguo radio gloriæ Christi circumfusum, veluti extra se constitutum, & sui, & redemptionis generi humani

Simile.

Seneca lib. 3 nat. 19.

Psal. 102. 5.

humani, & diuinorum oraculorum oblitum dicere: *Domine bonum est tibi esse.* Nesciebat quid diceret, ait sanctus Lucas. Sed quid mirum, cum dulcissimum, & suauissimum vinum exhaustisset, illo velut captum esse? Quid mirum oculorum rite perstrinsum esse, diuini luminis radio illustratum? Quod si uita uini diuini guttula sic faciat, si exiguum huius radij sit oculos perstringit, quid faciet torrens voluptatis cum influxerit in os beati? Quid mirum? Deus est vinum illud, Deus est gloria beatorum, quidni faciet corda hominum? Deus magnitudine sua, qui eadem repleat ipsius diuini cordis infinitam capacitatem? Quid non videt, qui videntem omnia videt? Quid non habet, qui habentem omnia habet? Vides igitur quantum interfit inter gloriam celi, & gloriam mundi. Illa perfecta, hæc inanis est.

SED esto gloria mundi quam, Diabolus pollicetur, vera, & plena sit, non falsa, & inanis. Inficiari non potes quod Salomon in *Eccl. 24.* penue confitetur de gloria sua, & totius mundi, circumuentam scilicet esse animi afflictione. Qui enim illam conatur assequi, multis se periculis obijctat, est necesse, multosq; labores adire, angores, sollicitudines que, & difficultates quamplurimas superare, ut vel aliqualem bonorum mundi partem consequatur, & multi sunt qui postquam plurimos dies, & annos desiderant, tandem defatigati consequi sunt nihil. Acciditq; illis, quod Moyse aliquando, qui cum in montem excelsum ascendisset, ut inde promissis terram aspiceret, cum eam oculis illustrasset, audiuit mox dicentem Dominum, *Vidisti eam oculis tuis, & non transibis ad illam.* Maximos quidem labores perpessus erat Moyse, ut terra illa promissionis frueretur. Vidit eam oculis suis, sed nec pedem super eam collocare potuit. Sic etiam multis mundanis hominibus accidit soepe, Assumit illos Diabolus in montis suæ cacumen, & illinc gloria mundi illis ostendit, & promittit, & licet multis laboribus, & periculis eam assequi attentauerint, Hoc solum illis præstat, oculis suis, & cogitatione vidisse. At si qui assequantur illam, licet Reges, & imperatores sint, maiora quidem incommoda, & afflictiones cordis sunt. Quibus afficiuntur, quam commoda, & voluptates, quibus perfruantur. Diademate regio coronatur, in qua aurei flores emicant sed inter flore, & flore foramina quodam, & vacua intersitium vi debis, ecce tibi gloria mundi sic decurtata, & veluti sedentula est. Inter voluptatem, & voluptate amaritudo, in eam gaudium, & gaudium luctus. Inter felicem, & felicem euentum, infel-

infelix fortuna se miscet. Imo ipsæmet voluptates, secum cruciatu ferunt. Vnde Christus in parabola feminis, voluptatibus, & diuitijs spinas exequauit. Vnde sanctus Gregorius ait: Quis mihi crederet vnquam, si spinas diuitias interpretari voluissim? maxime cum istæ pungant, illæ delectent, & tamen spinæ sunt, quia cogitationum suarum punctationibus mentes lacerant, & cum vsque ad peccatum pertrahant, quasi inslicto vulnere cruentant. Hæc Gregorius. Vnde etiam Dominus apud Matheum: *Fallaces vocat has diuitias.* Fallacem hominem vocamus illum, qui promittit, & promissa non adimplet, ad hunc modum diuitie sæculi fallaces dicit esse Dominus. Promittunt enim possessori suo requiem, gaudium, & dulcedinem, & tamen nihil præter inquietudinem, molestiam, & amaritudinem præstant. Id ipsum de voluptatibus, & alijs quæ ad mundi gloriam spectare videntur, dici potest. Spinæ quippe sunt, plurima enim incommoda ex illis inopinante oriuntur, vel saltem conscientie morsus, omnibus spinis acriores, inde promanant, quæ admodum id testari possunt ipsi, qui in croceis, & vitæ voluptatibus degunt. Animi ergo cruciatu gloriam mundi committantur.

GLORIA vero celestis, non inter spinas, sed inter rosas, & lilia, cæterosque omni suauitate refertos flores inuenitur, nullus labor, nec dolor accedit ad illam. Audi beatum Iohannem, cui illa reuelata fuit: *Asterget* (inquit) *Dens omnem lachrymam ab oculis sanctorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, que prima abierunt.* Omnem lachrymam, inquit, quia omnes lachrymarum occasiones rescindit. Non enim ibi paupertas, non infirmitas, non opprobriū, non persecutio, non tentatio, non fames, non sitis, non labor, non timor, non tristitia, non bellum, non mors, non denique malum ibi vllum reperitur, sed omne bonum, plena securitas, hilaritas, & lætitia sempiterna. Neque solum absque contrariorum admixtione, verum etiam absque vlla intermissione perseuerans. Quod mire Dominus explicuit illis verbis seruo fideli dictis: *Intra in gaudium Domini tui.* O gaudium ineffabile, & ut vno verbo dicam gaudium Dei! Quodnam esse concipis gaudium Dei? Nunquid potest Deus aliqua tristitia, vel mærore affici? Absit. Non contristauit Deū quidquid acciderit illi, est enim ipse gaudium per essentiam suam. Sicut igitur impossibile est Deū non esse Deum, impossibile sic est deficere aliquando gaudium Dei. Et obserua non dixisse Christum. Accipe gaudium Dei, sed

Greg. homil. 15. in
Euan.

Mat. 13.

Apoc. 21.
n. 4.

intra in gaudium. Considera ergo pelagus quoddam immensum, & infinitum, cuius nec principium, nec finis est, & in illud submergi beatum in celo, quam plenum gaudio cogitabis illum? Denique letitia non temporalis, nō mutabilis erit super capita, beati, gaudium, & exultationem obtinebunt, fugient enim prorsus gemitus & dolor. Ecce quantum discrimen inter gloriam cælestem, & mundanam, illa omnis prorsus afflictionis expers, hæc assiduis est, permixta doloribus. Nec mundi gloria solum afflictionibus est permixta, sed quod peius, etiam est, peccatis atque flagitijs obvoluitur sapissime. Huiusmodi enim pensionem exigit à possidentibus illam dæmon: *Hæc omni.* (inquit) *tibi dabo, si cadens adoraueris me.* Denique, ut in peccata prolabantur homines, hæc mundi bona hostis exhibet illis, non quia de diuitijs nostris, delicijs, aut honoribus est illi cura. Et quidem ita est, ut enim gloriam hanc, vel assequantur, vel tuentur mundani, quot iuramenta, periuria, lasciuias, adulteria, vsuras, symonias, vindictas, homicidia, & alia multa committant, quis poterit enarrare? O misera, & detestabilis gloria, quæ tantis est permixta peccatis! O infelix felicitas, quid enim inter omnia infelicia, peccato infelicius esse potest? Infelices appellamus damnatos, at non ita infelices sunt, quia flammis æternis in ferorum concrematur, sed quia in peccatis ibidem permanet semper.

ILLA vero cælestis felicitas libera est, & ab omni peccato prorsus immunis, nullis omnino sceleribus est obnoxia. Sunt enim beati impeccabiles vnde quaque. Fieri enim non potest, ut quis Deū clare videat, & eum non tota mente, corde, & totis viribus diligat. Dilectio autem hæc foras omnino scelera mittit, quid pulchrius? quid elegatius? Quæ per infinita sæculorū sæcula, homines in celo cōuerfari, sine vlla vel macula leui, quid dicā graui? Et quidē quādo ex huiusmodi gloria nullus alius fructus decerperetur, hic sufficeret, ad cumulū gaudiorū omnium, & ob id solū pluris expetenda, quā quæuis gloria mūdi: Hic *septies in die cadit iustus*, ibi nec in æternitate cuncta semel cadet. Non ibi serpenti datur locus, non ibi regulus venena diffundit. Loquens Isaias de felici tempore Ecclesiæ Christi ait: *Non nocebunt* (aspis scilicet, & regulus) *& non occidēt in vniuerso monte sancto meo, quia repleta est terra scientia Domini.* De sanctis Christi loquitur, qui scientia, & cogitatione Dei repleti, facile tentationes dæmonum superaturi erant. Id autem perfectius in sancto monte celorum reperietur. Non ibi aspidēs, nō reguli nocebunt, neque tētationibus eorū locus erit. In Ecclesia mili-

tanti

tanti, licet aliquando non noceant sanctis viris, tentionibus tamē eos vexant, & in peccata venialia incidere sepe faciunt. At ibi nullum vnquam peccatum veniale committēt sancti, quia repleta est terra illa viuentium, scientia Dei, charitate Dei, visione Dei. Vnde nullo modo ab eius sancta voluntate, beati nec transuersum vnguem recedere possunt. O vere desiderabilis gloria ijs! qui peccati malitiam plene cognouerunt, gloria vero mundi via est, tentationibus hostium patens, & vena quædam iniquitatibus referta.

SED ut aditus omnes intercludantur, concedamus gloriæ mūdi, posse, inpermixtam esse angustijs, pænis, & peccatis. Duo quidē supersunt, quæ ab illa separari nullo modo possunt, quæq; illius dignitati & pretio derogant vehementer. Paruitas scilicet, atq; breuitas. Parua, & exigua est in se gloria mundi, exile bonū, & parui pendendi valoris: nam licet gloria sit, est tamen gloria mundi, in mundo autem quid magnificum, quid excelsum poterit reperiri? nihil, ut satis dictum est in principio discursus. De breuitate nunc dicamus, breuis certe, ac momentanea hæc est gloria, vix enim se prodit, & manifestat, cum subito disparet, & euanescit, deniq; tempore circumscribitur, & ad æternitatem non transcendit. Tempore inquam, & per exiguo, nam tempus vitæ hominis superare non potest. *At dies hominis breues sunt.* Ait Iob. *Experientiam consule.* gloria enim hominis in hac vita, simul cum ipsa vita terminatur. Optime hoc meditatur David dicens. *Diues cum interierit non sumet omnia neque descendet cum eo gloria eius.* Descendent quidem cum diuite glorioso, peccata quæ in medio gloriæ suæ perpetravit, cum eo descendēt, superbia, gula, luxuria, ludus, auaritia, inuidia, ira, vanitas, accidia, & obliuio Dei: at tamen nō descendet cum eo gloria mundi, propter quam peccata multa commisit. Quia propter gloria hæc nō tā sua, quā gloria mūdi appellanda videtur. Peccata quidem ipsius esse dicemus, quia descendūt cū eo, & semper ipsum comitantur, tanquam propria suppelex, at gloria cū mundo remanet, mūdi ergo nō diuitis est dicenda. Quod nec reticuit David, dum dicit: *Ne simueris cum diues factus fuerit homo, & cū multiplicata fuerit gloria domus eius.* Cur (inquit sanctus Chrysostomus) nō ait gloria eius, sed gloria domus eius. Quia omnes illæ diuitiæ quibus affuebat, & perfruebatur, pomaria peristromata, vasa aurea, & argentea, possessiones, & redditus in domo remanēt, ad hæredes profluūt. Vnde subdit sanctus Chrysostomus. *Homini gloria, virtus ipsa est, quæ recedet cū possessore suo, gloria igitur*

Q 9 2 & felicitas

Mat. 4.

Isai. I. I.
num. 9.Psal. 48.
nu. 18.Psal. 48.
nu. 5.

Chrys. ibi.

Sap. 5. nu.
8.

& felicitas mundana, momentanea, & aliena est. Non animaduertunt hoc mortales ante mortem, post mortem vero, velint nolint, in perpetuum animaduertent. Audi eos qui iam obierunt, ex illis quid in libro Sapientiae dicant: *Nos natr continuo desuimus esse. Quid continuo? nonne alij viginti annos, alij vero triginta, alij vero quadraginta, & plures feliciter contigerunt? cur ergo dicitis, continuo desuimus esse, qui tot annis bona terrae comeditis, & bonis mundi repleti fuistis? Ipsi explicant verba sua: Transferunt (aiunt) omnia illa tanquam umbra, & tanquam nuncius praecurrens, & tanquam nauis, quae pertransit fluctuantem aquam, cuius cum praeterierit non est vestigium inuenire, neque semitam carinae illius in fluctibus, aut ansam qua pertransuolat in aere, cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius, &c. Sic et nos nati continuo desuimus esse, & virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere, in malignitate autem nostra consumpti sumus. Talia dixerunt in inferno hi, qui peccauerunt.* Haec sunt verba sacri textus, haec quoque in tormentis fateri coguntur damnati, & adeo in se aperta, ut explicatione non indigeant. Poena quippe aperuit oculos, quos clauferat culpa, & experientia illos eloquentiores Demosthene fecit. Ipsi breuitatem gloriae suae aptissimis exemplis exposuerunt. O utinam in alieno capite periculum faciamus, & in alieno periculo, mortuorum scilicet, viuentes sapiant.

3. Reg. 9.
num. 12.

QUID ergo reliquum est, fratres, nisi ut ad humani generis hostem conuersi cum illo expostulemus, & obijciamus illi suam gloriam futilem, & inanem dicentes. Haec gloria est, o perfide, quam nobis tanto pretio vendis? Cum Rex Salomon, Regi Hiram perfoluere vellet, cedros, aurum, & ea, quae acceperat ad constructionem templi, dedit illi viginti oppida in terra Galileae: & egressus Hiram de Tyro, ut videret oppida, non placuerunt ei, & dixit: *Haecine sunt ciuitates, quas dedisti mihi frater?* O utinam egrederentur mundi amatores, ut viderent, quae sit gloria, quae pro tantis seruitijs, & adoratione sui offert illis Diabolus, & videntes eius inanitatem dicerent: *Haecine gloria est, o perfide, quam nobis tanto pretio vendis? Huius vanae gloriae gratia tot pericula subire, tot dimicationes suscipere, tot difficultates praecipis superare? Haec, quae cum morte nostra moritur, & infideliter deserit eos, qui fideliter eam sunt prosequuti? O misera felicitas! Abi cum tua felicitate seductor. Sic paruipedi gloria ista digna est, quae vero, & prosecutione, & sollicitudine magna procuranda est a nobis, gloria caelestis est. Haec enim non parua, & breuis, sed ingens, & aeterna est.* O Israel

Baruch. 3

(ait

(ait Propheta Baruch) *quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius, magnus est, & non habet finem.* De caelestis patria loquitur Propheta, & cum admiratione magna, haec duo de illa praedicat, & magnitudine & aeternitate: *Quam magna* (inquit) *acsi diceret, dici non potest eius magnitudo, & non habet finem.* De magnitudine diximus iam in principio, de duratione videamus: *Non habet finem*, ait Baruch, id est nullis temporum terminis circumscribitur, quia ut Beatus Iohannes asserit, ibi morti est omnis aditus interclusus. Quod si mors ultra non erit, vita nunquam extinguetur, erit igitur sempiterna. O beatum regnum caelorum! Regnum Dei fratres, non est instar regni mundi, in quo, & reges, & regum familiares intereunt, verbes corrunt, ciuitates dissipantur, & regna euertuntur: *Regnum iuuum* (ait David) *regnum omnium saeculorum, & dominatio tua in omni generatione & generationem.* Transibunt saeculorum saecula, at regnum hoc non transibit. Caelum & terra transibunt, at regnum caelorum in aeternum permanebit. Non moritur rex, neque illi qui habitant in regno eius: *O beati qui habitant in domo tua Domine in saecula saeculorum laudabunt te!* Hic laudant te, & benedicunt te in templo tuo serui tui Domine, sed non in saecula saeculorum, ibi tamen ira. Duo timenda sunt his qui regibus huius mundi adherent, vel quod finiatur Rex, vel quod finiatur ipsi, vtrumque spei gloriae suae filium abscindit. At in regno Dei, nihil horum timendum est, nec finiatur Deus, nec regni incolae finientur. Quid igitur consequens est? dicat ipsemet Psalmista: *Nolite considerare in principibus, in quibus non est*

Apoc. 21.
num. 4.Psal. 44.
num. 13.Psal. 145
num. 3.

2. Cor. 4.

salus, exiit spiritus eius, & reuertetur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. In quo igitur nobis fiducia est collocanda? subdit: *Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in Domino Deo ipsius, qui custodit veritatem in saeculum.* Itaque non fallit, nec fallaces diuitiae eius, sicut fallaces sunt diuitiae saeculi. Promittit Deus regnum caelorum, gloriam ingentem, & promissum adimplebit, custodit veritatem in saeculum saeculi, in aeternum, & ultra. O terque quaterque beati serui tui Domine, in perpetuas aeternitates renabunt in regno tuo.

ralia sunt, qua non videntur aeterna. Non permittit Paulus ut temporalia hæc mentem, & cogitatum nostrum subeant, quanto minus permittet omnes cogitationes, verba, opera, & conatus in hæc temporalia conferre. Surlum corda fratres, ad aeterna illa, & ingentia bona. Si temporales essetis, non esset mirum si temporalibus contenti essetis? at aeterni estis, aeterna sectamini, assequemini certe illa operibus sanctis, & gratia Domini Dei, Amen.

Discursus secundus, de causis, propter quas homines gloriam mundi, caelesti gloria anteponunt, & remedijs earum.

Thema. *Transfiguratus est ante eos, &c. Matth. 17.*

Cant. 5.
num. 8.

IN Canticis Canticorum, domo egreditur sacra Sponsa, Christi ut diuinum Sponsam requirat, quæ ut illi inueniat, nullum locum omittit, omnes latebras lustrat diligenter. Cui autem rogaretur, quis, qualisque sponsus suus esset, respondit: *Dilectus meus candidus & rubicundus electus ex millibus.* Iam non mirum, si adeo solícite quærat sponsa tam egregium sponsum, tantaque pulchritudine decoratum, quod maxime mirandum est, quomodo non omnes illius pulchritudine allesti, eum similiter quærant hodie, in monte Thabor cuius etis eius pulchritudo manifestatur, in qua pariter demonstratur, quali etiam gloria, & pulchritudine decorandi sint, qui illum cum sponsa diligenter perquirunt. Quis non Babylonicam gloriam libenter repudiabit, ut hanc diuinam, & caelestem consequatur.

3. Reg. 11
num. 19.

Commorabatur in Aegypto nobilis quidam vir Hebraeus, qui tantum gratia valuerat apud Regem Aegypti, ut illum multis honoribus cumulauerit, & fororé Reginæ in matrimonium illi dederit. His tamē minime fatiatus clarissimus vir à Rege contendit, ut sibi potestatem faceret discedendi in Hierusalē. Remorabatur Rex profectioe illius, & dicebat: *Qua re indiges apud me, ut quæras in terram tuam? Et ille respondit, nulla, sed oro te, ut dimittas me.* Audierat vir ille mortuum fuisse Dauidem regem Hierosolymis, & quia ipse sanguinem regium cognatione attingebat, sperabat futurum, ut

bus

ad regiam ascenderet dignitatem, & hac spe ductus ea omnia, quibus in Aegypto fruebatur, libenti animo deserebat, licet rem incertam adiret, & vitæ periculis valde obnoxiam, eo solum quod regalē gloriam sibi proponebat. Nunc Christus Dominus nos, non ad regiam, sed ad Deificam inuitat dignitatem & gloriam. Res hæc non incerta, sed certa est, si nos eius sequimur ductum, nemo enim est qui eius possit obistere voluntati, si illi nostram accommodauerimus. Quis ergo erit ita vecors, & mente captus qui velit adhuc in Aegypto remanere, & in domo Pharaonis commorari? Si Adad (sic appellabatur homo ille) propter adeo incertam dignitatem, certas Aegypti diuitias, & Pharaonis gratiam deseruit, cur nos incertum diuitiarum mundi, & gratiam Pharaonis tartarei, propter dignitatem certam, & gloriam paradisi non deseremus? qui ad regiam dignitatem spectamus. Ipsius enim Dei genus fumus.

OB I C I E S forsan bellum tibi cruentum parari, omnes enim qui pie volunt viuere in Christo Iesu, bella, & tribulationes patiuntur. Nam illis bellum indictum est cum mundo, cum diabolo, & cum carne sua, at bellum huiusmodi atrox, & crudele diu tolerari non potest, mihi præsertim infirmo, & imbecillo, & impari tanto prælio. Similis mihi videris frater Israelitis illis, quibus exploratores terræ promissionis dixerunt in deserto, terram illam promissam valde optimam esse, ibi tamen commorari gigantes, cum quibus bellum temerarium ineundum esset: *Terra (inquiunt) quam lustrauimus deuorat habitatores suos, populus quem aspeximus proceræ stature est: ibi vidimus monstra quedam, de genere giganteo, quibus comparati, quasi locustæ videbamur.* Quibus verbis exanimati valde filii Israel dixerunt, reuertamur in Aegyptum. Placebat quidem illis promissionis terra, sed bella displicebant. Sic tibi accidit modo, placet quidem tibi caelestis gloria, at bella inimicorum times. Monstra de genere giganteo videntur tibi diabolus, mundus, caro, & ideo animo cadis, existimans tibi non suppetere vires ad resistendum incurfionibus illorum. Heu frater, ignoras valde virtutem diuini operis, & caelestis auxiliij, quæ præsto sunt his qui forti, & constanti animo Christum sequi decernunt. Memento quæso qualiter Israelitæ illi gigantes illos vicerunt, quam facile muros Hierico prostrauerunt. Dominus pugnabat pro illis, in tantum, ut lapidibus e caelo missis obrueret hostes populi sui, & solū tubarum clangore, menia fortissima dissiparet. Quid ni? An Deus impossibilia iubet? vel eos deserit, qui iussu, vel amore sui bella suscipiunt periculosa? Abfit.

psal. 90. Absit. Nam qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur. Dicit Domino sceptor meus es tu, & refugium meum. Dominus meus sperabo in eum. Equidem sic in Domino sperans, super aspidem, & basiliscum mundum, scilicet, intuitu interficiente, ambulabis, & conculcabis leonem rugientem tartareum, & draconem insinuosum carnis. Dominus (ait David) protector vita mea, a quo trepidabo? si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum, si exurgat aduersum me praelium, in hoc ego sperabo. Aquo (inquit) trepidabo? Hieronymus, a nullo, neq; a Diabolo, neq; ab alio persecutore, dum Deum habeo defensorem, & addit David in hoc ego sperabo, idest, in ipso praelio, in quo inimici fiducia suam collocarunt. Quasi dicat, & si nullum remedium pro me humanitas appareat, diuinitus spero inimicorum tela, in ipsorum ora fore detorquenda, vt idem Hieronymus exponit. Sic sperat David, sic etiam & sanctissimus Iob. *Pone me (inquit Deo) iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me.* Pugnant aduersus Iob Sabæi, & Chaldæi, & elementa ipsa, nam ventus domum euertit, & filios occidit, & ignis absumpsit pecora, pugnat Satham vehementer, pugnant famuli, & amici, & ipsamet sua vxor, & ipse tot oppugnatus inimicis, clamabat. *Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me.* Merito quidem, quis enim sperauit in Domino, & confusus est? Quis ve a Domino adiutus, licet imbecillis esset, non cunctos inimicos superauit? Imbecilles erant, ex martyribus quam plurimi, pueri quippe, & puellæ teneræ, & delicatæ fuerunt, & tamen mirabile dictu, & cogitatu est, quam excelsas, victorias fuerunt assequuti: caue ne tibi, diuinoq; honori talem notam inturas, vt Deo militans aliquem hostem verearis, ecce quemadmodum in hodierno euangelio, assumpsit Christus discipulos suos, & duxit eos in montem excelsum. Excelsus erat mons, & per abrupta incedendum erat, at Deo duce, & assumente, quis non sequeretur, quis timebit itinervis asperitatem?

EST & aliud quod maximos animos addat, ad hoc praelium fortiter ineundum, oculos scilicet si in præmium belli attollas? Quod enim maximè vires diminuit, & audaciam deprimit, est belli tantum difficultates inspicere, & intra ipsas considerationem coarctare. Ultra progrediendum est considerationi tuæ, vsq; ad brachium nempe, hoc enim fiet, vt nullum periculum timeas, nullam aduersitatem formides, si et opem diuinam & coronam attendas. Exemplum tibi accommodatissimum cape, cum immanis ille gi-

gas Goliath singulos milites, ac duces Israel vocaret ad singulare certamen, & nemo id aggredi auderet, Rex Saul præconis voce ei, qui cum gigante congrederetur, magna promissit dicens, *Virum qui percusserit gigante, dabit Rex diuitijs magnis, & filiam suam dabit ei, & domum patris eius faciet absque tributo in Israel.* quo audito David ingente spe erectus, in arenam cum gigante descendit. Erat autem David adhuc adolescens, & minime armis affuefactus, gigas autem erat immaniter valentissimus, ita vt vel solo aspectu horrorem incuteret cunctis, accessit David inermis, solos enim quinq; lapides, & fundam secum tulit, arma pastoribus nota. *At gigas cassim aream super caput deferebat, & lorica hamata induebatur, pondusque lorica eius quinque milia scilorum æris erat, & cretas areas habebat in cruribus, & clypeus æreus regebat humeros eius, hastile autem hasta eius erat quasi liciatorum textentium. Ferrum vero hasta sexcentos scilos habebat ferri.* Ecce monstrum, cum quo manus conferere voluit David inermis. Temerarium hoc quidem esse videbatur, at non temerè, sed prudenter, prospere, feliciterque, & incepit, & perfecit, nam secundo praelio vsus est, exitumque felicem sortitus est. Nam fundam circuducens lapidis vnus ictu in fronte percussus gigas in terram concidit cui gladio proprio caput David præcidit. *Fœlix David, nunc rogo, quomodo non horruit David coram gigante illo fortissimo, & sibi adeo imparc? Quomodo ausus fuit facinus tam periculosum aggredi? Audi quid in congressu asserat ipse David, Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo, ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum Dei agminum Israel, Et dabit te Dominus in manum meam, & percussit te, & auferam caput tuum a te &c.* Sicut prædixit ita & factum est. Quid ni vinceret, qui pro Domino debellabat? Cui dominus ideo ferebat opem. Hoc primum animosiorum reddidit illum. Secundo ante quam bellum aggrederetur percontatus fuit. *Quid dabitur viro, qui percusserit Philistæum hunc.* Renunciatum est illi præmium, & statim cum gigante illo confingere decreuit. Hæc ergo duo sunt quæ nobis animum addere debent, ad bellum cum hoste nostro ineundum, & auxilium Dei, & præmium cæli sempiternum. Non tibi promittitur generum te regis fore, sed Dei filium, non domum tuam a tributis liberam futuram, sed te liberum fore ab omnibus prorsus miserijs. Non tibi diuitiæ regni Saul, nec huius sæculi offeruntur, sed regni cælorum, & sæculi sempiterni. Huiusmodi diuitijs dabit Deus,

virum qui percusserit Philisteam tartareum. Si ergo David nō dubitavit bellum illud inire, quid tu dubitas, quid formidas? Ibi anceps victoria, & certissimum periculum exiguumque brabium videbatur. Hic victoria a deo certa est, vt supposita diuina gratia, que tibi non deerit, in tua sit voluntate, sita victoriabrabium autem illud est, quod neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hōinis ascendit. Qui ergo fieri potest, vt vires nō resumes ad omnes inferni furias debellandas.

PRAECEPTUM Dominus Abrahamo, vt ex patria sua egredere
Genf. 12. tur: *egredere (inquit) de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrauero tibi.* Abijt dicto obediēs, & mirum quos labores in itinere illo perpeffus est. Hic spoliabatur coniuge, ibi torquebatur fame, & vbique tanquam hostis, ac peregrinus, incommoda patiebatur, voluit Dominus illius animum incitare, & cordis vires augere, & vocans eum ait: *Surge, & perambula terram in longitudine, & latitudine sua, quia tibi daturus sum eam.* Ani
Genf. 13. maduerte qua ratione animetur Abraham, vt laboribus non fran-
19. gatur, intuitu scilicet, & consideratione illius terræ, quam daturus illi erat. Imo non illi, sed posteris eius, nec mox, sed post quadringentos annos. Si ergo tam exiguum præmium post multos annos tribuendum sufficiens erat ad animum addendum Abraham, ad tolerandos arduos labores illos. Cur & tu intuens, non terrā sed cælum tibi promissum in præmium, vires non resumes, non ad labores peregrinationis Abraham ferendos, sed vt domi mandata Dei custodias, & aliqua in earum obseruatione, incomoda feras.

DENIQUE spei defectum, in hac tua pusillanimitate, frater latere formido, vbi enim spes fuerit, ibi cuncta difficilia, leuia reputantur. Agricola patienter spectat vicissitudines temporum, hyemis algores, & æstatis ardores pro nihilo faciens, profcindit assidue
1. Cor. 9. terram aratro, iterat atq; terciat, occat, sarrit, runcat, seminat, metit,
10. terit, ventilat, & nulli laborum parcit. Nec ideo conqueritur, sed potius canēdo, sæpe sudores transcurrit. Quid ita spes in causa est: sperat fruges, fructum laborum futuras, aliās non coleret terram. *Debet enim (ait Apostolus) in spe qui arat arare, & qui triturat in spe fructus percipiendi.* Quid præterea, non perfert mercator dum pactiones facit, & rationes versat, dum domum suam, & quietem in ea deferens, & vxorem, & filios, merces in exteris nationes exportat, & terras, mariaque transcendit. Impiger (inquit Poeta) extremos currit mercator ad Indos. Per mare pauperiem fugiens, per saxa,

per

perignes. Cur tot pericula, & mala subit? spes lucri caeteris adhibet, & premit, & claudit oculos negotiatoris ne videat labores illos. Miles etiam qui versatur in bello, quos non superat labores? armis onustus incedit, excubias agit, stat in specula, vigilat, & sæpe humi iacet, vix vitæ alimenta consequitur, & vitam semper in discrimen adducit. Cur ergo se acerbissimæ vitæ addicit? quia spem habet stipendium assequendi, & vel gratiam Regis promerendi, vel spolia detrahendi, vel honores maximos comparandi. Magna itaque operatur spes cum adest, quod si operari renuit spes, non est, sed abest, & tu ægrè fers penitentiam operam dare, & aliquid pro Christo ferre: non vt aurum, argentum vè compares: non vt triticum in horrea congeras: non vt militum stipendia consequaris, vel alicuius Regis gratiam compares, sed vt Dei gratiam, gloriamque cælestem simul assequaris, si hic hæres, & cordis alas deponis, quantum ego capio, spes tibi deest. Illa inquam viuax, & feruida, quæ ad magna & ardua homines vehementer stimulare solet. Pete illam a Domino Deo tuo, & dic: Domine adauge mihi spem. Quod si peccata tua spem adimere tentant, memento misericordiam Domini saluatoris, qui non venit vocare iustos, sed peccatores. Pœuitemiam age, spera in Domino, & fac in posterum bonitatem, & pasceris in delictis, & diuitiis gloriæ suæ. Amen.

CONCIO SECUNDA

*Discursus primus, in quo ostenditur dignitatem
 cælestis gloriæ, vices addere ad superan-
 dam quamlibet difficultatem
 vitæ Christianæ.*

Them. Transfiguratus est ante eos, &c. Math. 17.

HÆC Christi Domini transfiguratio, fratres charissimi, exemplar est illius gloriæ, quam prædestinati omnes habituri sunt in cælo, & species quædam illius panis cælestis, ex quo vestimenta gloriæ ipsis conficiuntur, & quædam degustatio illius vini, quo beati reficiuntur in cella vinaria Dei, & aliqualis
 Rr 2 ostensio

ostensio diuitiarū, quas sancti possessum sunt in patria. Est & quidam sermo Christi quasi nobis diceret qui sequitur me, & mihi ministrat, non frustra, nec gratis id prestabit: nam ubi ego sum illic & minister meus erit, & hac quam in me videtis gloriam, fruatur & ipse.

Ester 6.

VOLVIT rex Assuerus ostendere, qua gloria decorandus ille esset, quē ipse rex vellet honorare. Præcepit igitur, vt Mardochæus veste regia indueretur, & diademate coronaretur, & equū regium conscenderet, & vt Princeps Amam illum præcederet, clamans: *Sic honorabitur ille, quem Rex voluerit honorare.* Id ipsum hodie in euangelio efficit Rex supremus, in transfiguratione Christi. Id ipsum euangelium nostrum clamat sic: Sicut in Christo videtis honorabitur in cælis ille, quem Deus ibi voluerit honorare. Gloria quippe Christi exemplar est, vt asserit Paulus ad Romanos dicens: *Quos præsciuit & prædestinavit conformes fieri imagini filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Quem locum sic explicat sanctus Hieroni: *Quos Deus præuidit conformes futuros Christo in vita voluit, vt fierent pariter conformes in gloria.* Hæc ille. Vnde rectè subdit: *Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Solent parentes ex eodem panno vestes conficere omnibus filiis hoc solo excepto, quod maioribus maior panni mensura contingat pro mensura corporis cuiusque. Et similiter ex eadem re familiari ac diuitiis parentum hæreditas cunctis fratribus demandatur, præter quam quod primogenitis præcipua solet designari pars. Christus nos suos fratres vocare, & efficere dignatus est. Ex quo consequens fuit, vt gloria eadem nos indueret Deus, & cohæredes in eadem hæreditate efficeret cum Christo primogenito suo, licet multo maior sit primogeniti Christi gloria.

Roman 8

29.

Hierc. ibi.

II

Ad Phil.

3.20.

QVID clarius in huius cōfirmationē, afferemus quā q̄ asserit Diuus Paulus ad Philipenses. *Saluatorem* (inquit) *expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ.* Videbis modō iustos macie torridos, pallidos, & abiectos, sed veniet tempus, cum ad similitudinem Christi transfigurentur.

Christost.

ibidem.

MIRABILE hoc, nam vt Diuus Chrysostomus ait. Illi ne corpori configurantur, quod sedet ad dexteram Patris? Hoc nostrum corpus conforme illi quod adoratur ab Angelis, illi cui assistunt incorporeæ potestates. Sic & meritō Chrysostomus admiratur. Hoc igitur iustos certiores facere voluit Christus

Christus Dominus in transfigurationis suæ exemplo; sed ad quē finem, nunc videamus.

DIUUS Chrysostomus, intentionem Christi in ostensione sua gloria; & transfiguratione sua sic aperit, quoniam multa de periculis, multa de morte, multa de passione sua, & de cæde discipulorum loquutus est Christus, & aspera quam plura, & ardua illis iniunxit, gloriam suam in presenti vita, quantum capere possint, ipsis vult ostendere, ne post hæc doleant. Hæc ille. Vnde quia in præcedenti capite dixerat Christus: *Qui vult venire post me, abneget se metipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Addit. *Amen dico vobis, sunt quidam de his stantibus, qui non gustabunt mortem donec videant filium hominis, venturum in regno suo.* Nec moratus Dominus, post sex dies transfiguratus est ante aliquos Apostolos, quibus facta fuerat illa promissio, vt ea ratione eos habiles redderet ad quoslibet labores perferendos, spe tantæ coronæ. Vnde rectè Beda super hunc locum dixit: Pia prouisione factum est, vt contemplatione semper manentis gaudij ad breue tempus delibata fortius aduersa tolerarent. Tanto igitur præmio ante oculos nostros proposito, quis non se eriget ad labores pœnitentiæ, & totius vitæ, & perfectionis christianæ perferendos. De quodam Ethnico Rege narrant profanæ historiar, quod cum vellet animos addere militibus suis, ne belli difficultatibus debilitati, & laboribus fracti, animis caderent, quo id facilius assequeretur, spolia quædam opima, ab hostibus detracta, illis ob oculos proposuit, dicens. Hæc sunt o milites, spolia, pro quibus pugnatis. Id ipsum Christus efficit hodie, scit enim quantis laboribus, & difficultatibus obnoxium sit bellum, quod cum mundo, Diabolo, & carne gerimus, quamque difficilis, lubrica, & periculis plena sit via quæ ducit ad vitam. Ne igitur pusillo corde simus, præmium gloriæ cœlestis nobis coram proponit, quasi dicat. Militia est vita vestra super terram, verum est. *Regnum calorū vim patitur & violenti rapiunt illud.* sed ne animo concidatis, laboribus deterriti, dabit enim Deus his quoque finem & optimū finem. Aspicite in me, videte splendorem, & pulchritudinem hanc, hæc sunt o milites spolia pro quibus pugnatis.

Christ. ho.
17. in
Matth.

Beda.

Apoc. 21.

Ostēderat Dñs Ioa. Apost. labores iustorū maximos, nec mora ostēditerā illi ciuitatē sanctā hierusalē omnē pulchritudinē facile super

rantem, denique habentem in se claritatem Dei. Vtrumque copulauit Dominus, vt cum iustus se inter cruces cruciatum sentiat, oculos in sanctam Hierusalem conuertat, & vires resumendo dicat, *Non sunt condigna passionibus huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis.* Sanctus Patriarcha Iacob in ultimo vitæ constitutus ermino accessit iussit liberos suos, & benedixit eis, & diuino spiritu afflatus vniciue illorum futura prædixit. Cūque ad Isacar sermonem conuerteret, *Isacar (ait) asinus fortis accubans inter terminos, vidit requiem quod esset bona, & terra quod optima, & supposuit humerum suum ad portandum, factusque est tributis seruiens.* Prædixit hoc Iacob, quia prophético spiritu cognouit possessionem contingere Isacaro inter mare mediterraneum & Iordanem, quæ terra vberissima est, & vberimos edit fructus, & ob eam causam Isacar ad colendam illam humerum supposuit libenter, quanuis necessarium esset tributa persolvere, & agriculturæ labores ferre, Attende rationem propter quam supposuit laboribus humeros suos, quia vidit terram quod optima. Si ergo propter fructus terre terrenos, & temporales, hic agriculturæ labores assiduos sustinere decreuit, quid mirum si iustus, & prudens homo propter fructus cælestes, & æternos temporalibus Christianæ vitæ laboribus humeros supponere, & patienter eos ferre non formidet?

Matth. 5. II. QUID inquam patienter ferre plus asserit, quando Christus apud Matheum. *Beati (inquit) estis cum male dixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes, propter me. Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in celis.* Ecce non solum patienter, sed lætanter nos Christus ferre tribulationes petit, qui præmium gloriæ propter illas speramus.

Aug. super ps. 93. DENIQUE non solum patienter, & lætanter, sed cum gratiarum actione labores ferre par est, illos, qui post eos cælesti beatitudine sperant frui. Non oneri, sed honori, & beneficio maximo dandum esset, voluisse Deum optimum maximum, propter tolerantiam exilem nostram æternum illud gloriæ pondus offerre nobis. Quod optime considerans sanctus Augustinus, sic ait. Venale est quod habeo, dicit tibi Deus, eme illud. Requiem venalem habeo, eme illam, dicit ei quantum valet. Audi, pretium ipsius labor est, quanto labore digna est, sed noli timere, misericors enim est Deus, si haberes æternum laborem, nunquam peruenires, ad æternam requiem, ergo vt aliquando peruenias ad id, quod emis, non

non in æternum laborandum est, non quia non valet tanti, sed vt possideatur quod emitur, digna quidem erat emi labore perpetuo, sed necesse est, vt ematur temporali labore, decies centena annorum millia, habent finem, quod tibi dabo, non habet finem, Qualis misericordia Dei? Nec dicet tibi, decies cetera millia annorum labora, non dicit decies mille annos labora, nec quingentos, sed cum viuis in paucis annis labore inde iam requies erit, & finem non habebit. Et insuper audi Dauidem dicentem, *Psalm. 53. Secundam multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ letificauerunt animam meam,* paucos annos laboras, & in ipsis paucis non deerit tibi consolatio, Ecce quantum pretium damus, quodam modo vnã filiquam ad capiendos thesauros sempiternos. Hæc Augustinus. Et quidem si ad gloriam istam consequendam, omnes labores, quod monachi, & anachoritæ in desertis, & antris, & omnes cruciatus, quos martyres in tormentis pertulerunt ferre necessarium esset, ita vt lapides sancti Stephani, & sagittas Sebastiani, & crucem beati Andreæ, & detractionem pellis beati Bartholomei, & craticulam beati Laurentij, & reliqua martyrum tormenta perferre deberemus, vt ad cælestem beatitudinem perueniremus, libenti animo, & grato omnia suscipienda à nobis essent. Imo ait Augustinus, si oporteret ipsam Gehennam paruo tempore tolerari, vt Christum videre digni esse possemus in gloria venientem, & sanctorum eius numero sociari: nonne dignum erat pati omne quod triste est, vt tantæ gloriæ participes haberemur? hæc ille. Vide igitur quomodo non solum patienter crucem nostram tolerare, & sequi Dominum deberemus, sed etiam immortales illi gratias agere, cum pro tam exiguo labore, & momentaneo, maximū, & æternū bonū gloriæ nobis præstare velit.

Aug. ser. 2. de omnibus sanctis. Hæc igitur consideratione æternæ felicitatis se excitabant, sancti viri non solum, vt à diuinis præceptis nec transuersum quidem vnguem deflecterent, sed etiam, vt consilia euangelica amplecterentur, & omnes virtutis, & perfectionis difficultates superarent. Quorum vnus Dauid, sic de se ipso fatebatur dicens, *Psalm. 118. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem.* Deficit cor humanum ob assiduas & maximas difficultates, quæ passim illi occurrunt in via mandatorum Dei, Dauid autem, vt cor suum in officio contineret, sibi ante oculos proponit maximum illud præmium, quod in celo habet iustificationum Domini obseruator. *Inclinaui (ait) cor meum,* de corde suo loquitur tanquam

tanquam de homine aliquo rebelli, & pertinaci, qui non vult concedere quod petis ab illo, ac tandem flebitur precibus, & promissis. Sic ait inclinavi cor meum rebelle, vt custodiret non semel, fed in æternum iustificationes tuas, retributionem æternam illi proponendo, quam repromisit Deus diligentibus legem suam. Vnde sanctus Ambrosius ibidem ait, qui retributionem bonorum operum sperat à Christo, inclinat cor suum, vt faciat iustitias Christi. Isaias propheta perpeffurus erat maximos labores, si ea, quæ Dominus ab eo exigebat, exequeretur, ac tandem ferra secandus erat, tormenti genere atrocissimo, cuius animum, cum Deus corrobore rare vellet, gloriam suam illi manifestauit, vt ipse narrat in capite 6. quavis confirmatus est, vt statim omni periculo animo libenti se obiecerit, & atrocissimam illam mortem tolerauerit. Sed quid singulos sanctos enumero? Apostolus Paulus tribulationes enarrat multas, & graues quas Apostoli passi fuerunt in Euangelij propagatione, & animi constantiam, quam semper exhibuerunt dicens: *In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur.* &c. Maximus certe labor semper, & vbiq; in omnibus tribulari, sed non minus fuit in tot, tantisque tribulationibus Apostolorum corda non angustari. Est enim humanum cor laboris impatiens, & facile de primitur angustia in leui etiam tribulatione. Quid igitur sic Apostolorum cordibus vires præstabat? Dicit ibidem ipse Paulus. *Id enim quod in presenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis, propter hoc* (inquit) *non desicimus* Trutinam sic accepit Paulus, vt in manu vna tribulationes, in altera vero tribulationum præmiū collocaret, quod tantum illas superare cognouit, vt momentaneam & leuem tribulationem esse dicat, gloriam vero, quæ ferentibus illam æquo animo datur, pondus vocat, & pondus æternum. Hoc ergo Apostolis animos addebat in suis tribulationibus, quod leuib; ponderosa temporalibus æterna responderent.

M A X I M I etiam sanctorum confessorum labores extiterunt, illorum maxime qui deserta petebant, & in antris angustissimis degebant, vbi penitentia, & mortificationi carnis, & cordis in tantum operam dabant, vt mirum plane fuerit, quomodo tam graui pondera humanis humeris potuerint sustinere. Lege illorum vitas, & animaduertes illos, in ieiunijs multis, in vigilijs assiduis, in orationibus frequentissimis, in frigore, & nuditate, in cilicio, & sacco, in silentio, & solitudine, in ieiunio, & planctu, denique in accer-

rimis

rimis contentionibus de monum, per totum vite spatium illas traxisse, vnde animi constantia tanta, nisi ex consideratione gloriæ cæli? Hæc communis illorum vox: *Quod momentaneum est, & leue &c.* Vel hæc: *Non sunt condigna passiones &c.* Quid autem de martyribus dicam? Dicit Ecclesia: *Traduntur igni martyres, & bestiarum dentibus, armata sauit vngulis portoris infamæ manus, nudata pendunt viscera, sanguis sacratus funditur.* Horret animus dum talia referuntur. Quomodo autem tenera, & delicata hominum, maximeque puellarum caro ferre valuit huiusmodi cruciatus, quos vt in martyrum factis legimus, ita æquo animo perferebant, vt in corporibus alienis, aut emortuis, non in proprijs, & viuis eos pati viderentur: *Permanent* (inquit) *immobiles vitæ perennis gratia.* Viscera videbant martyres suis oculis in humum diffusa, latera vngulis dilaniata, & alacres in proposito permanebant, vitæ quidem perennis gratia. Væ nobis miseris peccatoribus, qui vix vnus diei ieiunium leuissimum ferre valemus, quomodo inter huiusmodi sanctos Apostolos, Confessores, & Martyres volumus collocari? Super omnia hæc tamen maioris confusionis nobis est causa, passio Domini saluatoris. Non erat Christo Domino necessaria cruciatuum perpeffio, vt sibi gloriam compararet. Nam præterquam quod filio Dei, gratia vniõnis ad id sufficeret, vnica tantum eius oratione, ab æterno Patre, eam de iustitia consequeretur, sed tamen proter nos homines, & propter nostram salutem tot se tormentis obiecit, flagella, spinas, clauos, acerbissimamque mortem subiit. Siergo filius Dei, vt tibi gloriam compararet, æquo libentique animo illa est passus, cur tu pro te nõ aliquid patieris, vt id ipsum consequaris? Causam huius in sequenti discursu indagemus.

Discursus secundus, in quo ostenditur necessaria esse crucem Christi ad comparandam sempiternam felicitatem.

Thema. *Duxit illos in montem excelsum.* Mat. 17.

VIDIMVS in precedenti discursu gloriæ considerationem animos nobis addere adferendam Christi crucem, nunc videmus

S's dcamus

deamus quam necessarium sit tollere crucem Christi ad gloriam consequendam, *Duxit* (inquit) *illos in montem excelsum*. Et. Sicuti transfiguratio Christi mysterium in se claudit, sic & locus in quo exhibita est, à mysterio non vacat. Poterat quidem Dominus in cœuallibus, vel in locis campestribus, & planis transfigurari, cur igitur montium iuga petiit? ubi accessus arduus, & iter asperum est. Non casu quidem, nec fortuito, id factum est, voluit Christus Dominus accliu, & ardua via iter agendum esse, & desudandum, vt ad celeste præmium perueniamus. Facilis descensus auerni, sed reuocare grauium, superasque euadere ad auras, hoc opus, hic labor est. Hanc enim legem Christus condidit in Ecclesia sua, qua cauetur, vt gloria impetris nemo fruatur, qui prius montem non ascenderit, & arduam ad eius cacumen viam non arripuerit.

Rom 8.7.
17.
A V D I Apostolum: *S. filij* (inquit) *& heredes. heredes quidem Dei. coheredes autem Christi, si tamen compatimur, vt & cõcolorificemur.* Quasi dicat, certissimum est, Deum velle nos heredes illius esse, & Christi coheredes, & configurari corpori claritatis filij sui. Hac tamen lege, vt eadem via incedamus, qua Christus incesit, vt eodem modo eam mereamur qua Christus promeritus est. Si enim oportuit pati Christum, quæ passus est, & ita intrare in gloriam suam, cū sit filius Dei naturalis, nos in alienam gloriam cum serui inutiles firmus sine villo labore, luxui ac voluptatibus vacantes, ingredi cogitamus? Filius obsequentissimus, in quo sibi Pater benecõplacuit, (vt in hodierno Euangelio vox de cœlo testatur) percreuantem crucem cœlo adit, nos vero inobedientes, & contumaces, indulgendo nobis, & corporibus deseruendo, sicut Epicurei eandem, quam Christus gloriam consequi arbitramur. Fidelis sermo: *si compatimur & conregnabimus.*

Exod. 24.
num. 10.
sup. Do-
minic. 1.
quadrag.
Dist. 4.
C O E L V M illud, supra quod se Deus filijs Israel in deserto manifestauit, erat quasi opus lapidis saphirini, & quasi cœlum cum serenum est: in Hebræo habetur quasi opus lateris saphirini (vt alibi latius obseruauimus) sed quid cõmercij est inter lateres, & cœlū, vt ex lateribus cœlū constare dicatur. Iohannes in Apocalypsi cœlum vidit præciosissimis lapidibus cõpactum. adamatibus, smaragdibus, pyropis, & alijs huiusmodi, at lateribus, quis vnquã tale cœlū vidit? Lateres agricolis inferuiunt, & ex illis casulas suas ædificant, quibus vix se à temporū inclementijs defendunt, & lateribus cõpactū cœlum suū demonstrat Deus. Quid hoc meminisse oportet laterū, quorum opere Pharaõ opprimebat filios Israel, hoc enim erat

erat quod ipsos vehementer angebat, & ne forte iam à Pharaone liberatos, à laboribus liberos, se crederent esse, cœlū lateribus copulauit, vt laboribus cœlū constratum esse cognoscerent, ac si diceret, ne remittatis nuncium lateribus, quia in illis cœlū continetur, ne vale dicatis laboribus, ne simul vale dicatis & cœlo, quia cœlū sine labore nullus hominū consequetur. Nos etiã, fratres, respicit hæc parabola, quia non liberauit Dominus à cruce Ecclesiam suã, sed à peccatis, crux autem in Ecclesia Christi maxime commendatur. Lex itaque vniuersalis est: *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.*

H O C ipsum prætulit iter illud, quo filij Israel in promissionis terram pergebant, in quo iam aqua deficiebat, & tantū amaram inueniebant, iã cibus deerat, iã per aspera, & deuia incedendū erat: iã ab hostibus tergo, iam à latere oppugnabantur, iã deniq; multis periculis & laboribus vexabantur, sic pergebant illi in terrã promissionis, sic & nos pergere debemus in cœlū. Terra enim illa promissionis cœli typum gessit, sicut ergo terra illa cœlestem patriam figurauit, sic & iter illud iter cœleste figurauit. *Denique, regnum calorū* (ait Christus) *vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Violentum idem est, quod contra naturam, natura nostra corrupta delicias, & diuitias, dignitates, & honores appetit. Vim igitur illi inferas necesse est, si capere cœlum velis. Voluptates carni negare, opes contemnere, & honores mundi fugere toto cœlo, vt cœlum consequaris, nã violenti rapiunt illud.

E T quia experientia testis fidelis est, supposita fide nostra nãm ipsa nobis hac in repatrocinator, oculos scilicet in cœlū erige, & attende quinam sint qui habitant illud, & neminem inuenies qui ascenderit in illud per aliã viam. Infantes ibi sunt, qui sine cruce gloriã sunt adepti, at nequaquam sine beneficio crucis, & maxime grauis, Crux enim Christi pars pensilis, & scalarum loco deseruiit, vt cœlum conscendere huiusmodi possint. Reliquos vero, quãtis laboribus, & cruciatibus salui facti sunt, vidit, & narrat Apostolus Iohannes: *Vidi* (inquam) *illam turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat beatorum: qui vestibus albis induti erant, & palmas in manibus gestabant, & accedens ad eos cœlicola quidam, dixit Iohanni: Hi qui amicti sunt stolis abbas, qui sunt? & vnde venerunt? Respondit illi Iohannes, Domine mi tu scis. Et dixit ille, hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Expende singula, & primū, palmæ quas manibus por-*

Ss 2 cãbant,

Acto. 14.
num. 22.

Mat. 17.
num. 12.

Apoc. 7.
n. 9.

Aug. ser.
de sanctis.
Gre hom.
17. in Exe
cbiel.

tabant, victoriam indicabant, quia palma (vt sanctus Augustinus, & sanctus Gregorius asserunt) in ligno quoddam victoriæ erat. Vbi victoria, ibi bellum, vbi bellum, ibi labor & dolor. Si ergo omnes palmas portabant, omnes victores extiterunt. Si victores, ergo bellatores, si bellatores, non in otio, sed in sudore, sed in periculo, sed in tribulatione palmas sunt adepti. *Non enim coronabimur, nisi qui legitime certauerit.* Vnde apte subdit, *Venerunt de tribulatione magna.* Quasi dicat, non qualibet tribulatione, sed magna, victoriam re portarunt, qua via beati gloriam celestis sunt consequuti. Tu vero frater, genio indulges, & sine labore, & dimicatione vlla in cælum te posse conscendere arbitraris. Nō te pudet manibus (vt aiunt) illotis inter illos præstantissimos viros velle confedere. Quorum alij in crucem sublati sunt, alij sagittis transfixi, alij lapidibus obruti, alij mucrone iugulati, alij in craticulis concremati, alij alijs generibus tormentorum vitam cum morte commutarunt, vt Christum ducem sequerentur. Tu inter huiusmodi locū postulas, qui ne penitentiam peccatis dignā primoribus labijs degustasti, nec Domini calicē de libasti, sed semper de voluptatibus, & delicijs cogitasti. Væ nobis, qui sanctorū gloriā appetimus, & eorū mores non imitamur. Il-

Hier. in re
gula, mo-
nac. de tri
balat. &
appro. per
fect.

los enim (vt Hieronymus ait) pericula nō separant à charitate Christi, nōs vero separant voluptates. Illi catenas baiulāt innocētēs, nōs aurū circumferimus criminosi. Illi in carceribus vincti, nos in triclinijs delicati. Illi in neruo positi, Deū puro corde laudātes, nōs forte in ipsa Ecclesia de forēlibus calūnijs cogitamus, & cū omnibus legis equaliter data sit gratia, alij de vitijs, alij de virtutibus meditātur. Hęc Hieronymus. Si ergo via, quā tenemus, opposita est vię iustorum, quid mirū, si eas termini oppositi excipiant. Viam, quæ ducit ad vitā, arctam vocat Christus, eam vero, quæ ducit ad perditionē latam. Quasi dicat, per cruces & tribulationes eundū est tibi in cælū, nā per delicias, voluptatesque ad inferos. Si tu ergo viā crucis deseris, & viam voluptatis sectaris, quid mirum si aliquando ad inferos, & nunquā peruenies ad cælos? Quid mirū, si qui ad occidentalē plagam properat, ad orientalē non perueniat, cum illæ oppositæ sint inter se.

Mat. 7.
num. 13.

SE D obijcies fortasse, te infirmū, & imbecillum esse, nec posse humeris crucem portare. Bene, sed misericors Deus tantummodo præcipit vt crucē illā portes, ad quam ille vires suppeditauerit. Vereor tamen ne nimius amor tui leuem crucē, gratiæ, & tuis humeris imparem reddat. Hic enim amor cruci Christi maxime aduersatur,

vt, ne illius verbis fidē adhibeas, maiora enim homo præstare potest, quā ipse arbitratur. Sancti qui verbera, ludibriaque experti sunt & vincula, carceres, & dira tormenta perpeffi, homines erant, similes nobis passibiles, & sibus, & carne compacti, & multi eorum infirmi, & imbecilles. Vnde & quidam illorum dicebant: *Nec fortis, Tob. 6. nu. do lapidum fortitudo mea, nec caro mea anem est, ecce non est auxilium 12. mihi in me.* Et tamen illi asperiora vnico die pertulerunt, quā tu integro anno, & neque morbi, aut egritudinis causa, ita sibi indulgebant per integrū annū, ac tu indulges tibi sanus & valens vnico die.

VNDE refumas vires, necesse est, & vt id facilius præstes oculos in altum erige, & aspice montem Thabor, celesti lumine circumfusum. Intuere Christum Dominum gloriose transfiguratum, tibi pro laboribus tuis similem gloriam promittentē, & dicito dignum, & iustū est, aliquid pro tanto bono in momentanea vita pati. Cū Patriarcha Ioseph esset in Aegypto, in summo dignitatis gradu collocatus, ad fratres suos ait: *Nunc iate patri meo vniuersam gloriam meam, festinate, & adducite eum ad me.* Optabat nimis Ioseph, vt Iacob ad fruendum gloria illa sua descenderet in Aegyptum, & ideo gloriæ suę magnitudinem illi notam faciebat. Desiderat Christus nos omnes fratres, participes suę maximæ gloriæ fieri, & ideo illius magnitudinem hodie pro oculis nobis proponit. Abijt illico Iacob ad filium, & illa potitus est, eamus, & nos ad Christum, sequamur illum quocunque erit, siue per flagella, siue per spinas, siue per opprobria, siue per crucē, & ad celestem illius beatitudinem perueniemus, nec virium defectum timeamus, dabit facultatē, qui postulat voluntatem. Non enim vocat, & deserit. Nō patietur nos tentari supra id quod possumus, sed faciet cum tentatione & labore prouentum gratiæ & gloriæ, Amen.

Gene. 45.
num. 9.

CONCIO TERTIA.

Discursus primus, quam inexplicabilis sit gloria beatorum.

Them. *Transfiguratus est ante eos, & resplenduit facies eius sicut sol, &c. Math. 17.*

VNDE QVAQVE gloriosus est Christus Dominus in monte Thabor. Gloriosus in quantum Deus, gloriosus in quantum homo, gloriosus in anima, gloriosus in corpore, ita denique

vt & vestimenta eius suo modo gloriosa esse videantur. Omnia in Christo modo micant, fulgent, & resurgent. Gloria enim ita plenus est, vt hac, illac exeat, atque profluat. Hoc symbolū est redundantiae & superfluentiae felicitatis aeternae. Non sicut huiusmodi gloria, in qua semper aliquid imo & plurimum desideratur.

Psal. 35. **9.** **EXPRIMERE** desiderans sanctus Dauid gloriae diuinae vbertatem, dicit: *Inebriabuntur ab vbertate domus tua, & torrente voluptatis tuae potabis eos quoniam apud te est fons vitae.* Ab vltimis verbis expositionem exordiamur. *Apud te* (inquit) *est fons vitae.* Omnium honorū quibus perfruimur in vita maxime & precipuum ipsa met vita est, & haec omnibus datur, ad pondus, & mensurā exiguam alij enim viginti aut multo minus, alij triginta, alij quadraginta aut quinquaginta, denique vel septuaginta, aut octoginta annorum vita conceditur, & non amplius. Nam quod amplius est, non est vita, sed labor, & dolor. O misera vita, licet nullam aliam haberet miseriam praeter hanc, misera dicenda esset: non est itaque in hoc mundo fons vitae, sed riuuulus quidam, statim deficiens, semper fluit, & breui exhauritur: at in caelo est fons vitae, fons perennis qui ex ipso Deo erumpit. Audi consonam vocem cuiusdam caelicolae factam Apostolo Ioanni, *Agnus deducet eos* (beatos scilicet) *ad vitae fontes aquarum.* Graeca lectio habet, ad viuentes fontes aquarum. Viuos appellat, seu vitae, quia ex illis vita nunquam deficit, semper enim vitam emittunt. Vita denique nulla vnquam morte terminandam. In caelo enim verum comprobatur, id quod asserit Isaias: *Pracipitabis mortem in sempiternum.* Nostra vita, est vita mortalis, haec autem est vita vitalis perennis, & sempiterna. O preclara vita, quid aliud desiderari potest, nisi vt foelix & fortunata sit. Habet autem & hoc: Audi Dauidem in loco iam proposito. *Inebriabuntur ab vbertate domus tua, & torrente voluptatis tuae potabis eos.* Voluptates quibus in hac vita homines perfruuntur, in vasculis breuibus, & per angustis delibantur & breui exhauriuntur, atque adeo sitim non extinguunt. Interdum vel vnicum gaudij haustum mille mærores comitantur. In caelo enim non calice, sed torrente voluptas propinatur. Attende obsecro bonitatem Dei nostri, labores, & lachrymas, ad pondus & mensuram elargitur, vasculum enim porrigit: *Potesis* (inquit Apostolis Ioanni, & Iacobo) *hibere calicem, &c.* Calicem ait, non torrentem, *potum*, ait Dauid, *dabis nobis in lachrymis, in mensura.* Lachrymas dat Deus ad mensuram, cum vero de iustorum gaudio agitur, torrente, inquit voluptatis tuae potabis eos. Secus illis accidit

Apoca. 7.
17.
Esai. 25.

Psal. 9. 6.

dit qui mundi inseruiunt, gaudium illis ad pondus tribuit mundus. labores autem sine mensura.

C V M voluisset Dominus populum suum signare sanguine. *Fasciculum* (ait) *hissopi tange in sanguine, & aspergue ex eo super ianua tua.* Voluptates autem non per asperionem hissopi, sed per inundationem quandam elargitur. Sic habetur in Deuteronomio: *Inundationem maris quasi lac saggem.* Loquitur Scriptura de iustis quibus quasi inmensitatem quandam gaudij videtur illis. Deus communicare. Vnde merito hic Propheta, de beatis loquens: *Dicit torrente voluptatis tuae potabis eos.* Quid mirum, si toto flumine satisfaciendum sit nostrae siti? Imo quid mirum, si beati voluptate tanta inebriantur? *Inebriabuntur* (inquit) *ab vbertate.* Quid est inebriantur? Ebrietas defectum ob nimietatem designat, nam illum ebriū dicimus, qui adeo immoderate potauit, vt mente capiatur. Itane beati caelesti gloria capiuntur, vt a seipsis, alieni sint, & mente captos nūcupemus absit. Audiamus hac in re sanctum Augustinum: Nescio (inquit) quid magnum promittit nobis, vult illud dicere, & non dicit, non potest ad id animus, non capiamus. Audeo dicere fratres mei, etiam de sanctis linguis, & cordibus, per quae veritas nobis est annunciata, nec dici potest, quid annunciabant, nec cogitari. Res enim magna est, & ineffabilis, & ipsi ex parte videbant in aenigmate. Sic dicit Apostolus: *Videmus nunc ex parte in aenigmate, tunc autem facie ad faciem.* Ecce in aenigmate videntes, sic eructabant, quales erimus, cum viderimus facie ad faciem. Quod ipsi par turiebant corde, & lingua parare non poterant, vt caperent homines. Quae enim necessitas fuerat, vt diceret: *Inebriabuntur ab vbertate domus tuae.* Quasi uerbum, vnde loqueretur de rebus humanis, quod diceret, & quia vidit homines ingurgitantes se inebriate, accipere autem vinum immoderate, & mentem perdere, vidit, quid diceret, quia cum accepta fuerit illa ineffabilis laetitia, perit quodam modo humana mens, & fit diuina, & inebriatur ab vbertate domus Dei, quomodo potui, dixi, & quomodo possum, video, & quomodo video, dicere non possum. Haec Augustinus. Sed quid nimirum si sanctus Augustinus, huius felicitatis magnitudinem explicare nesciat. Et Dauid etiam verba non inueniat, quibus vbertatem illam explicet nobis, cum Diuo Paulo, qui vsque ad tertium caelum raptus est, vt eam intueretur, verba non suppetant ad illam declarandam: *Scio* (inquit) *huiusmodi humanum raptum vsque ad tertium caelum, & audiuit arcana verba, quae non licet homini loqui.* Au-

Exod. 12.
num. 23.
Deut. 32.
num. 19.

Aug. ibi.

1. Cor. 13.

2. Cor.
14.

diuit

diuit (inquit) id est, vidit. In sacra enim scriptura, pro eodem sumi solent, videre, & audire. In Exodo: *Populus ait: videbam voces.* Hoc est, at diebat, sic modo audiuit arcana, id est, vidit. Nam ut ait sanctus Augustinus Paulus in hoc raptu, essentiam diuinam vidit, & gloriam de qua loquimur modo vidit ergo quæ non licet homini loqui, hoc est non suppetunt homini verba, quibus id valeat explicare. Sic exponit Procopius, dicens: *Non licet homini loqui* (ait Paulus) non quod tacere in mandatis haberet, sed quod efferre pro dignitate non posset. Hæc ille. Explicare ergo Paulus nequit, quia vidit, quia inexplicabile fuit, ad id ingens, & excellens est bonum felicitatis beatorum, &c.

CONSONANT explanationi huic verba eiusdem Pauli ad Corinthios, dicens: *Oculus non vidit, neque auris audivit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus his qui diligunt illum.* Id ipsum ferè dixerat Esaias, dicens: *Oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti expectantibus tuis.* Ut intelligas verumque testamentum, nouum, & vetus, in hac conclusione conuenire. Bonum hoc cœlestis supra sensus nostros versari. Explicari ergo verbis non potest gloria beatorum, quia humana verba transcendit. Adde etiam mentem, & cogitationem: *quia neque in cor hominis* (inquit) *ascendit.* Unde cum diuino beneficio fiet, ut in cœlum conscendas, & illa gloria iam fruaris maxima quadam alacritate perfusus in hæc verba erumpes: *O gloria singularis! O premium Deo dignum, nunquam cogitaram tantam esse huius beatitudinis præstantiam, quotidie ipsam concionatores prædicabant, & verbis amplificabāt, rei tamen veritas omnia excedit.* Id ipsum igitur ego nunc fateor, excedit proorsus verba, & captum nostrum. Unde rectè Augustinus, super illa Apostoli verba, inquit, hoc nosse primitus, & corde christiano tenere debentus: non ad præsentia bona nos factos esse, sed nescire ad quid aliud, quod Deus iam promisit, & homo non concipit, de hoc enim dictum est. *Quod oculus non videt, &c.* Ergo quia hoc bonum tam magnum, tam præclarum, tam quæ ineffabile non inuenit hominem præceptorem, tenuit Deum promissorem. Hæc Augustinus. Quænam igitur ait gloria illa, quam nec sapientissimus Augustinus, nec Isaias diuino, & prophetico spiritu afflatus, nec Paulus qui raptus in terciū cœlum illam fuit intuitus, potuerunt explicare.

S C I O quidem beatum Ioannem in Apocalypsi descripsisse nobis cœlestis beatitudinis excellentiam in descriptione illa ciuitatis Hieru-

Hierusalem. Vidisse (ait) ciuitatem sanctam Hierusalem habentem claritatem Dei, & lumen eius (inquit) simile lapidi precioso, tanquam lapidis iaspidis, sicut crystallū, & ciuitas in quadro posita est, & longitudo eius tanta est, quanta & latitudo, & Angelus mensus est murum eius, centum quadraginta quatuor cubitorum, mensura hominis, quæ est Angeli, & erat structura muri ex lapide iaspide, ipsa vero ciuitas aurum mundum, simile vitro mundo, & fundamenta muri ciuitatis, omni lapide precioso ornata, & duodecim porta, duodecim margarita sunt, per singulas, & singulae portæ erant ex singulis margaritis, & platea ciuitatis aurum mundum, & ciuitas non eget sole, neque luna, ut luceant in ea: nam claritas Dei illuminauit eam, & portæ eius non claudentur per diem, nox enim non erit illi. Hæc Iohānes: Et quidem præclara est ciuitas hæc cuius fundamenta sunt lapides pretiosi, in nostris enim ædificiis, fundamenta haud constant lapidibus preciosis, sed rudibus, & impolitis. Quæ ergo cætera erunt, ubi fundamenta sunt margaritæ, & adamantes? *Ciuitas* (inquit) *est aurum mundum.* Spectaculum esset quidem iucundissimum, videre ciuitatem aliquam, cuius parietes, tecta, vici, & plateæ, & omnia nihil aliud haberent, præter mundissimum & perlucidum aurum, ubi semper dies sine nocte. Mirum si ex omnibus mundi plagis vniuersi mortales non properarent, & current ad huiusmodi pulchritudinem intuentiam. Si enim Roma, & aliæ ciuitates ex nostris, admiratos detinent spectatores suos, omnesque illas videre desiderant, cum ex lateribus luto, lapidibusque vilibus constent. Quid esset videre ciuitatem illam, ex lapidibus preciosissimis, auroque mundissimo compaginatam. Attamen si rem lucidius consideremus, potius mirandum est, quo modo Angelus Ioanni, Ioannes, verò per lapides nobis & metallum pretium, & pulchritudine ciuitatis cœlestis voluerint explicare. Hæc enim in terra gignuntur, & inter diuitias nostras computamus. Quæ autem conuētiō cœli ad terram, quæ paritas inter diuitias beatorum, & nostras. Quæ propter si recte perpendimus, necessario dicendū erit ideo voluisse Angelū Ioanni auro, margaritis, & luce ciuitatis gloriā exprimere, quia cū homine loquebatur, qui alias diuitias non agnoscebat, sicut euangelista Matthæus. Ideo claritatem vultus Christi, & albedinem vestimentorum eius solis splendore, & niuis candore comparauit, quia illa nos alia nescimus, quibus aptius possent comparari. Sic & Angelus auro & margaritis excellentiam beatitudinis exposuit, quia alia nesciebat Iohannes, quibus illa, quæ illi ostendebantur,

*Matth. 17.
nu. 1.*

Tt cognoscere

cognoscere posset, eademque ratione Iohannes nobis sub ipsismet speciebus ciuitatem illam excelsum describit, quia non potuit alia preciosiora inuenire, quibus eam nobis proponere posset. Cōtigitque illi perinde, ac rustico cuiquam inter aspera montium educato, qui semel curiam Regiam videns, & magnalia eius consideras postea reuersus ad suos, volens illis visa narrare, vestes illas argento, auroque contextas, nesciens exponere, diceret: meliores sunt illae vestes, quā optima nostra indumenta. Et de aedificijs illis sumptuosissimis diceret, excedunt domos optimas nostras, hanc & illam, &c. quid enim faceret homo ille in villulis, & pagis nutritus, nisi per ea, quae solum ibi nouit, ignota proponere. Quo etiam alio modo poterant reliqui percipere dicta, nisi per sibi nota, exponerentur. sic ergo modo beatus Iohannes, quia in hoc mundi pugno natus erat & nutritus, nobis in eodem educatis per aurum, & margaritas, & lucem, quae optima sunt apud nos, ea exponere voluit, quae sine vlla comparatione sublimiora sunt. Magni facimus nos ista, quia nunquam nouimus altiora, & illa altioris ordinis sunt generisque diuini, quae, quantaquē sint, solus intuitus explicabit, faxit Deus vt illam videre mereamur, Amen.

Discursus secundus, quā ingens sit gloria beatorum, aliquibus argumentis prosequitur, &c.

Thema. *Domine bonum est nos hic esse, &c. Mat. 17.*

VERBA haec protulit sanctus Petrus, claritatem gloriosam admiratus Christi Domini transfigurati: *Nesciens* (ait sanctus Lucas) *quid diceret.* Vterque Euāgelista nescientē dicit Petrum quia immemor redemptionis, cum Christo ibi perpetuo permanere volebat. Nesciebat ergo Petrus quid diceret, quia stupefactum cum detinebat splendor gloriae Christi. Nam sicuti maximus solis splendor, oculorum aciem perstringit, propter excellentiam suam, sic etiam adeo excellens fuit splendor gloriae corporalis Christi, & mentis

menti Petri obtutum ita perstrinxit, vt loquens, veluti a se ipso alienatus nesciret, quid proferret. Quod si ex vno radio gloriae corporalis, tam excellens processit splendor, qualis erit splendor ille gloriae essentialis animarum in caelis. Postulabat quidem euangelium hodiernum, vt de magnitudine gloriae huius aliquid diceremus, sed ille splendor qui Petri oculos obcecauit, quomodo non etiam excecabat & nostros? Ita quidem, sed sicuti solem, veluti ex obliquo respicere datum est oculis corporalibus, ita etiam gloriam hanc splendidissimam, quasi indirectē datum est respicere oculis intellectualibus, & sacris testimonijs, & posteriori iusticijs argumentis loqui de ipsa: sic igitur ipsam inspiciamus. Tanta igitur est gloriae affluentia, vt omne hominis desiderium, quantumuis insatiabile sit: ita expleat, vt nihil appetitui nostro, appetendū relinquat. Hinc sanctus Dauid satietatem sibi promisit futuram in caelo dicens: *satiabor cum apparuerit gloria tua.* Ac si diceret, quamquā regia dignitate prefulgeam, honoribus condecoratus sim, diuitijs affluentiam, & omnium rerum abundantia fruam, satietatem tamen in caelum reseruo mihi, tunc enim plenē satiabor, cum apparuerit gloria tua: Hic fame pereor, in caelo satiabor: cuius satietatis causam in alio psalmo explicans, ait: *Adimplebis me laetitia cum vultu tuo delectationes in dextera tua vsque in finem.* Translatio altera sic reddit, satietas diuitiarum est cum vultu tuo. Et sanctus Hieronymus ibidem ex hebraeo vertit, ostendes mihi plenitudinem laetitiarum ante vultum tuum, decores in dextera tua aeternos. Si ergo ibi est plenitudo laetitiarum: quid mirum, si Dauid affirmet, satiabor cum apparuerit gloria tua. In hoc mundo nulla est laetitiae plenitudo, sed vacuitas potius, *Aspexi terram* (ait Hieremias propheta) *& ecce vacua erat, & inibi.* Hoc dicebat: quia Chaldaeī omnia depopulaturi erāt. Sic & nos omni ex parte dicere possumus terram laetitiae vacuum esse, & peccatum eas diripiisse. Quod si vestigium gaudij superfuit caducum & momentaneum est, de illo quippe dictum est: *Gaudium dolore miscbitur, & extrema gaudij luctus occupat.* Quomodo ergo plenitudo laetitiae in mundo poterit reperiri? In caelo autem gaudium semper in eodem statu permanet, & absque vilo fine perseuerat, ibi satietas & affluentia, & plenitudo gaudij est. Ideo subdit Dauid: *Delectationes in dextera tua vsque in finem.* In dextera Dei dicuntur esse delectationes illae: quia non sinistrae, sed faelices, & praestantes sunt, vt quae nullum finem recognoscunt. Ideo dicit, vsque in finem, aeternitatis

Psal. 6.

*Psal. 5. in fine.
Hieronymus
ibidem.*

Hieremias

nitatis scilicet, quæ nullum nouit finem. Visio enim beatifica quæ Deus clare videtur, ita post multa annorum millia lætos conferuat beatos, ac in ipso beatitudinis principio. Quid vero tam pulchrum est in orbe, cuius intuitus cito non fastidium generet? Regina illa Sabba, quæ audire, ac videre. Salomonem adiit, in magnam fuit admirationem raptam, cum primum sapientiam Salomonis audiuit, domum, ornatum, & ordinem aspexit. Sed si per annum integrum sine intermissione illum audiret, & illa videret, quantumuis ille sapiens, & illa pulcherrima essent, tædio affecta sæpe, & auditum, & visum reuocaret, & ad alia audienda videnda quæ mutaret, hoc enim proprium honorum mundi est, nauseam commouere. In cælo autem, delectationes vsque in finem, sine fine protrahentur maxima cum animi, & voluptate, & auiditate. A deo enim recens apparebit gloria, innumerabilibus transfactis sæculis, sicut in primo fruitionis puncto. Vnde merito Sanctus Gregorius ait: Quando ad vitæ fontem venerimus, erit nobis delectabiliter impressa sitis simul atque satietas, sed longe aberit à siti necessitas, longe à satietate fastidium, quia sitientes satiabimur, & satiati sitiemus. Hæc sapienter Gregorius: In hac misera vita nusquam hæc duo coniunguntur, nam si fames, aut sitis adfit, necessitas torquet, ac cruciat, si abundantia & satietas, vexat & affligit fastidium & nausea. At in cælo bene conueniunt, & in vna sede morantur, nam ibi erit sitis expleta, & satietas auidæ, fames exaturata, & saturatio familiaris, desiderium completum & complementum desiderio plenum. O beatitudo beatissima, o sclicitas sclicitissima, satiabor plene cum apparuerit gloria tuâ, &c.

LIBET prosequi, quæ de beatitudine hæc, sacra refert scriptura, Christus Dominus in Euangelio Lucae electis suis loquitur, dicens: *Mensuram bonam & confertam, & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum.* Quæ verba dulciter & sapienter explicat Beatus Bernardus, dicens: Fructum talem expectamus nostri amoris, qualem ipse, quem amamus promisit, dicens, mensuram bonam & confertam, &c. Mensura ista, vt audio, erit sine mensura. Sed vellem scire cuius rei erit illa mensura, vel potius illa immensitas, quæ repromittitur, oculus enim non vidit Deus, absquæ te, quæ præparasti diligentibus te. Dic ergo tu, qui præparas, quid præparas? Credimus, confidimus, replebimur


Grego. in mor.

Luc. 6.
num. 38.
Bern ser.
I I. sup.
Cant. 1.

plebimur in bonis domus tuæ, sed quibus, quæso, bonis, vel qualibus forte frumento, vino, oleo, auro, atque argento, lapidibusve preciosis? Sed hæc nouimus, & vidimus videmusque, & fastidimus, id quærimus, quod oculus non vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascendit. Hoc placet, hoc delectat, inquirere, quodcumque est illud. *Erunt* (inquit) *omnes docibiles Dei, & ipse erit omnia in omnibus*, vt audio, plenitudinem, quam expectamus, à Deo non erit nisi de Deo. Quis vero comprehendat, quam magna multitudo dulcedinis in isto breui sermone sit comprehensa? *Erit Deus omnia in omnibus*, vt in corpore taceam, in anima tua intueor, rationem, voluntatem, memoriam. Quantum cuique horum in præsentis sæculo desit. Sentit omnis, qui ambulat in spiritu, quare hoc, nisi quia Deus nondum est omnia in omnibus. Hinc est, quod ratio sapientissime in iudicijs fallitur, & voluntas multiplici perturbatione iactatur, & memoria multiplici obliuione confunditur. Triplici huic vanitati nobilis creatura subiecta est, non volens, in seipsum. Nam qui replet in bonis desiderium animæ, ipse rationi futurus est plenitudo lucis, ipse voluntati multitudo pacis, ipse memoriæ continuatio æternitatis. O veritas, charitas, & æternitas! o beata & beatificans Trinitas! Ad te mea misera trinitas miserabiliter suspirat, quoniam à te infeliciter exulat. Veruntamen quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc cōfitebor illi. Cum videlicet error à ratione, dolor à voluntate, & timor recesserit à memoria, & successerit illa quam speramus, mira serenitas, plena suauitas, æterna securitas. Primum illud faciet veritas Deus, secundum charitas, Deus, tertium summa potestas Deus, vt sit Deus omnia, in omnibus. Quid simile filij huius sæculi experiuntur, de carnis illecebris, de mundi spectaculis, de pompis Sathanæ? Cum tamen hoc totum sit, vnde vita præsens eludit miseros amatores suos, dicente Iohanne: *Quidquid in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & seculi ambitio.* Hactenus Bernardus. Qui sicut ab aliquibus rebus similitudinem duxit, ad ostendendum, quæ admodum in cælis sit Deus in omnibus omnia, poterat eam ducere ab omnibus rebus, quæ sunt, & esse possunt. Quid enim boni desiderabitur in illo, qui totius boni fons, & origo est? O vos scelices, & fortunatos qui in cælis estis, vbi omnium rerum talis affluentia est, vbi Deus est vobis omnibus omnia.

1. Ioh. 2

T 3 HAEC



HAE quidem sufficere videbantur, ut gloriæ beatorum æstimātionem quandam insignem conciperemus. Sed quia in hac re non satiatur auris auditu, quid de illa Doctores sacri sentiant attingamus, & ne singulorum omnia, nec omnium singula referamus, cōmunis omnium Theologorum schola sic cum Boetio, & D. Thoma, beatitudinem describit. Beatitudo est, status omnium bonorū aggregatione perfectus. Status, inquit, omnium bonorum, similis status non alibi reperitur, nec in terra suauiter viuentium. Vbi nec omnia bona sunt, nec status. Audies quidem status Comitum, Marchionum, Ducum, Principum, Regum, Imperatorum, &c. At status sunt, nomine tenus, re autem vera non sunt, quia hi omnes homines sunt, at homo teste Iob: *Quasi flos egreditur, & conteritur, & nunquam in eodem statu permanet.* Si ergo nunquam homo in eodē statu permanet, quomodo dici possunt status Principum, status Regum, cum Principes, & Reges homines sint? Sed esto, status sint, at omnium bonorum nequaquam. Videbis hunc quidē bona uti valetudinē, sed diuitias non habet: ille diuitias habet, sed infirma est semper valetudine: ille valetudinem, & diuitias habet, sed honorem, & mundi dignitates desiderat: alius hæc omnia, forte habet, sed tristitias cordis patitur, nec diem perfecte lætum agere potest: alter nec lætitia caret, sed mortis memoria, & metu solet angī. Denique sint reges, sint quantumuis scēlices mortales, hæc infelicitas ab eis abesse nequit, quod mortales sunt. Vbi vero mors, & mors quæ non tarda est, qualis esse potest status omnium bonorum aggregatione perfectus. Huiusmodi ergo statum, sibi cælum reseruauit, ibi conuenerunt in unum bona cuncta, ibi gloria, & diuitiæ, salus & gaudium, honor & securitas, nullus merus mortis, sed omnium bonorum summa. Vbi nunquam molestum aliquid superuenit, ubi semper scēlicitas perseuerat, ubi quidquid desideratur habetur, ubi mors nunquam aufaret, quod habetur, quia mors non erit ultra. Denique aggregatione bonorum perfectus, id est, ut exponit sanctus Thomas, status boni perfecti. Ibi enim non tantum sunt omnia bona, sed in gradu perfecto. Hic diuitiæ, honores, gaudia, potentia, delitiæ, &c. sunt in gradu adeo imperfecto, ut dici possint bona secundum quid. At in cælo, & omnia bona sunt, & in gradu ita perfecto, ut simpliciter, & absolute, & plenis, ut aiunt buccis dici possint, & debeant bona perfecti perfectissimaque, perfectissima diuitiæ, perfectissimaque delitiæ; perfectissima bona cuncta.

EIA

EIA ergo fratres (Apostoli verbis utar) *Dponentes omne pendu; & circumstant nos peccatum, per patientiam curramus, ad propositū nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei, & consummatorē. Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem confusione contempta, atque in dextera Dei sedet.* Ecce quo pacto hodie sibi propositam fuit gaudium, in transfiguratione sua, at illi vale dicens, arripuit crucem, ut & nobis gloriam compararet, qui iam solutis vinculis mortalitatis ex mortuis resurgens scēlitter sedet in dextera Dei Patris. Curramus nos, sequamur illum, ne vos crux, & tormenta deterreant, nam confedere, & esse cum Christo in cœlis, vestrorum laborum clausula scēlix erit, &c.

Discursus tertius, terminum crucis Christi esse gloriam, gloria vero mundi crucem.

Thema. *Duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Mat. 17.*

TA M E T S I mons ille excelsus, & seorsum esset, atque adeo difficilem viam Christo & Discipulis eius exhiberet, scēlicem tamen exitum transfigurationis habuit. Hic finis est laborū, quos iusti patiuntur in hac vita, secus autem improbis euenit, quorum vias planas, & deliciis refertas excipiunt tormenta sempiterna.

V I D I T Apostolus Iohannes duas mulieres, longe inter se diuersas, quarum altera sponsa agni dicebatur, altera vero meretrix quædam erat. Agni sponsa vitam in solitudine transigebat doloribus & laboribus circumallata: meretrix vero purpura & bysso induta lapidibusque pretiosis redimita, deliciisque affluens, prope flumina & fontes commorabatur, cui Reges, Principesque terræ inseruiebant. Hærebat Iohannes, hæc prospiciens, harumque scēminarum finem expectabat. Et vidit meretricem omni suo ornatu spoliari, contra quam in supremo cœli tribunali, hæc sententia lata fuit: *Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum, & statim in stagnum ignis ardentis meretrix illa turbata est, ubi sicuti sicca tæda ardebit in sæcula sæculorum.* O mi feræ

Ad. Hebr. 12. n. 1.

Apoç. 12.

Boe. 3. de
conf. prof.

2.

S. Thom.

1. 2. q. 3.

art. 2. ad

3.

Iob. 14.

num. 1.

S. Thom.
supt.

seræ voluptates, & infelices deliciae! quæ tanti steterunt illi, sed quid de agni sponsa factum fuit? Vidit Iohannes, illam sacco & filicio exutam esse, & bysso ac purpura exornatam in pulcherrimâ urbem delatam esse. In qua diademate coronata, tanquam regina fuit, & regnabit in æternum, & ultra. Quæ nam vero est meretrix illi? Babylon: quæ vero agni sponsa? Hierusalem. Et ut apertius loquamur; Meretrix anima peccatoris, & mundani hominis est: sponsa vero agni anima iusti est, quæ Christo principi nupsit. Peccator autem, & iustus, diuerso quidem modo in mundo conuersantur, peccator sibi indulget, voluptatibus vacat, & mundi bonis frui querit semper. Iustus autem penitentia operam dat, cilicium induit, in ediam patitur, lachrymas profundit, & laboribus exercetur. Sed omnia tempus habent, & suis spatijs trãseunt vniuersa sub sole. Denique in morte omnia commutantur, nam peccator omnibus diuitijs & delicijs spoliatus, in miseras detruditur sempiternas, mittitur in stagnum ignis æterni. Iustus autem à lachrymis cessat, lætitia perfunditur, & ducitur in felicitatem æternam, & audit verba dulcissima illa: *Serue bone & fidelis intra in gaudium Domini.* Ecce longe diuersam sanctorum & peccatorum sortem, videamus primum peccatorum sortem, deinde iustorum.

EPVLANTVR laute mundi sectatores, sed quære à Hieremia quem exitum habeant, opipara conuiuia, & respondebit in per
Hier. 9. num. 15. sona Domini: *Ecce ego cibabo populum istum absyntio, & porum dabo ei aquam fellis.* Nunc vestiuntur mollibus & elegantibus vestibus. Sed interroga Isaiâ, quid has lautitias excipiat, & respondebit: *Pro eo quod exalta sunt filie Sion, & ambulauerunt extenso collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & composito gradu incedebant, decabulat verecundem Dominus stratarum Sion, & Dominus crinem earum denudabit. In die illa auferet Dominus ornamentum, et erit pro suauis odore fetor, et pro zona funiculus, et pro crispante crine calurium, et pro fascia corporali cilicium.* Nunc iniusti per spatiosam, & speciosam viam incedunt, sed quære à sapiente, quisnam sit terminus huius viæ: *Via* (inquit) *peccantium complanata est lapidibus, et in fine illorum inferi et tenebra et pœna.* Complana (inquit) veluti lapillulis perpolitus, ut suauiter incedentes, curâ explicent, & ornate & pompaticè gradiantur, sed finis est præcipitium sempiternum. Nunc denique videbis impios in excelsò dignitarum constitutos, sed interroga Davidem, & dicet: *Vidi impium super exaltatum et eleuatum sicut cedros libani transiit, et ecce non erat, quasi sui, et non est inuentus locus eius.*

Et

Et Esaias: *Descende, sede in puluere filia Babylon, sede in terra, non est solum filia Chaldaeorum.* Loquitur cum Babylonia, quæ tanquã Regina in folio excelsò sedebat, quæ ad puluerẽ vsque deijcitur, quia tandem filijs Babylonis omnia commutantur in peius. Gloria scilicet in dedecus, satietas in famem, pulchritudo in deformitatem, diuitiæ in paupertatem, voluptas in tormentum sempiternum. Quapropter merito David bona peccantium bonis somniantium comparauit. Somniat æger se sitim explere in crystallino quodam fonte, & cum expurgiscitur se inuenit sitientem. Somniat alius pluerè diuitias, & se manibus plenis colligere illas, sed illico cuncta euanescent, & in sua remanet paupertate. Sic peccatoribus accidet: *Dormierant* (inquit) *somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum, in manibus suis.* Parum id est, inuenerunt vltimam & consummatam miseriam damnationis suæ. Hæc pars &, fors est malorum.

AT bonorum fors, quam felix sit videamus. Videbis iustum, macie torridum, ieiunijs consumptum, & tritis lacerisque vestibus indutum, in angulis lachrymantem. Paululum expecta, vultus deformis, diuino splendore clarescet, vestis sordida, & tenuis, in splendidam vestem, niue candidiorem commutabitur, corpus ieiunijs & inedia maceratum, & assidua penitentia pallidum, ipsam solis lucem claritate sua facile superabit, & in angulos proiecti, cum principibus collocabuntur, cum principibus populi Dei, ut inter Angelos solium gloriæ teneant.

IN paucis enim vexati (ait Sapiens de iustis) in multis bene disponuntur, quoniam Deus tentauit eos, & inuenit eos dignos se: Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum. Fulgebunt iusti, & tanquam scintilla in arundinetis discurrent: iudicabunt gentes & nationes, & dominabuntur populis, et regnabit Dominus illorum in perpetuum. In paucis (inquit) vexati in multis bene disponuntur. Pauca enim & intentione & duratione sunt temporalia incommoda, multa vero & pretio & duratione sunt æterna, quia & illa terrea & temporalia sunt, hæc vero cœlestia & æterna, vexati sunt quidem iusti in mundo, sed in melius, sicut aurum quod igne ab scoria purgatur, & postea in regio diademate collocatur, sic iustus tribulationibus & penitentijs à peccatorum scoria purgatur, & in Christi diademate collocabitur in cœlo. Denique labor eorum holocaustum est suauissimi odoris Domini, cuius talem mercedem in cœlis accipient iusti, ut fulgeat:

VY

Fulgeat

*Esai. 47. num. 1.**Psal. 73. num. 6.**Sap. 3. na 5.*

Fulgebunt (ait) *iusti*, sed non explicat quo splendore: nam in explicita bilis est, neque est in vniuerso quicquam, cui conferri possint, præstantiori enim splendore fulgebunt, quàm luna & stellæ & sol in vnum collecta, discurrunt in cœlesti Hierusalem, sicut micantes scintillæ in arundineto, qui hoc in mundo absconditi erant, dominabantur populis tunc, quos nunc, nec in feruos mundani recipere volunt. Denique iudicabunt super sedes duodecim nationes, quia cunctis nationibus iudicabuntur, & aspèrnanbuntur. *Tunc enim gladij anticipes erunt in manibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis, ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manibus ferreis, vt faciant in eis iudicium conscriptum.* Gloria hæc est omnibus sanctis Dei. Mirabile quidem spectaculum erit, cum ante horum pauperum & abiectorum hominũ tribunalia, sistantur Principes, & Reges, & Imperatores mundi manibus ferreis, & duris compedibus constricti, vt illi de his iudiciũ cum Christo ferant. O nunquã ab eis excogitata vicissitudo! Quales erit tunc mundanorum hominum dolor? Quis animi sensus? Quæ verba facient? Dicat Spiritus Dei, in eodem sapientiæ libro: *Videntes* (inquit) *turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitane in spirata salutis, dicentes intra se, penitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum et in similitudinem improperij, nos insensati vitam illorum existimabamus insaniam, et spem illorum sine honore: Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos fors illorum est.* En tibi iustorum euentum & pariter peccatorum.

EXPRESIT vtrumq̃, optime sanctus ille Patriarcha Iacob, cũ filios Ioseph benedicens, manus commutauit, & dexterã super minorem, sinistram super maiorem imposuit, quamquã à Ioseph ad oppositum vrgebatur. In hoc mundo, eius sectatores maiores vocantur, & benedictione omnium bonorum, dexteramq̃; felicitatis sibi vsurpare procurant, primum deniq̃; locum obtinent, in diuitijs & delicijs, & alijs bonis sæculi huius. Iusti autem veluti minores filij, vltimũ tenent locum, & bonis vite huius orbatii sunt, imo plurimis incommodis affecti. Audi Paulum: *Alij autem ludibrii* (inquit) *et verbera experti, in super et vincula, et carceres, lapidati sunt, sciti sunt tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, circumierunt in metris, et in pellibus caprinis egentes angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus* Ecce Sanctorum sortẽ. Non sic loquitur scriptura de impijs sed sic: *Querum filij sicut nouella plantationes in iuuentute sua filia*

psal. 14.
num. 6.

Sap. 5.
num. 1.

Gen. 48.
num. 13.

Ad Hebr.
II. n. 36.

haec eorum corda sit circumornata, vt simulirndo templi, promptuarum plena, eruantur in hoc in illud. Quos eorum fetose abundantes in agris suis boues eorum crasse. Non est ruina maceria, neque transitus neque numerus in plateis eorum. Et in psalmo, 72. de eisdem loquens Psalmita, ait: *In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Ecce ipsi per casores, & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias.* Vide quã diuersæ sint fortes bonorum &, malorum in sæculo isto. Sed venit tempus cum in modum crucis commutet Deus manus, & dexteram, quam super malos imposuisse videbatur, super iustos collocabit, sinistram verò quæ iustis hãc obtingere videtur, constituet super iniquos, & benedictionem iustis impartietur, dicens: *Venite benedicti, &c.* Maledicens verò iniquos, dicit: *Ite maledicti, &c.* Hi fines bonorum & malorum erunt.

QVOD vt Christus Dominus exẽplo confirmaret duos illos homines in mediũ attulit, quorum alter diues erat, qui purpura & bysso induebatur, & epulabatur splendide quotidie, denique luxu & voluptati vacabat, cunctaque eius desiderio respondere videbatur. Alter vero pauper quidã erat medicus: non purpura & bysso indutus, sed pãnosus, & vlceribus plenus erat; qui mendicanti & fame oppresso, etiam mica quæ cadebant de mensa diuitis negabantur. Ad tantam miser ille deuenerat miseriam, felix & fortunatus diues ab omnibus iudicabatur, pauper verò cunctis infelicissimus apparebat. Sed finem attende: moritur diues, moritur & pauper; quia mors nemini parcat, diuitis animam arripiunt demones, & sepeliunt eam in inferno, & in cruciatibus sempiternis, pauperis vero animam ducunt Angeli secum, & in sinu Abrahamæ deponunt, vt inde ad æternam beatitudinem transferatur: diues qui prius epulabatur splendide quotidie, postea tanta siti torquebatur, vt aquæ guttulam postularet, quæ tam en nunquam illi concessa fuit, & qui prius bysso & purpura vestitus incedebat postea purpureo & sulphureo igne agebatur: pauper verò qui mica desiderabat, iam epulis Angelicis nutritur, iam sedet ad mensam Dei, & vlceribus plenus, resplendet plus quam sol. O admirabilis commutatio! nonne vides hãc manus Iacob commutatas? non vides animam meretricem in stagnum ignis proiectam? animam verò sponfam agni paupertate sua exutam, gloriæ vestimentis indutam, in cœlestem Hierusalem esse delatam? Intuere igitur qualis sit bonorum, malorumque finis.

NON Cergo frater mi, inter hos medios clericos, inter has duas

Vv 2 fortes

Psal. 143.

12.

Psal. 72.

Luce. 13.

9.

fortes, optio tibi datur, vel hic delicias, & in æternitate tormenta. Vel hic labores, & in æternitate delicias habere, ad quod volueris porrigere manum, cunctis eligendi datur optio. Sed quia stultorum infinitus est numerus, stulte satis innumeri eligunt temporalia bona, & omittunt sempiterna. Quænam est tantæ insipientiæ causa? Audi Sapientem, de sapiente & insipiente, sapienter loquentem: *Sæpens oculus ait in capite eius. Stultus in tenebris ambulat.* Sapientem dicit habere oculos in capite, stultus ergo ubi habet oculos suos? In pedibus quidem. Si quis oculos haberet in pedibus, prope nihil videret, nisi quæ prope valde sunt. At in capite oculi, quæ plurimum distant, circumspiciunt, & cognoscunt. En tibi causam propter quam iusti æterna, iniusti temporalia sectentur, nã iniusti sunt veluti quidam cæcutientes, qui nõ vident, nisi ea quæ prope sunt, sic mandani, defectum visus patiuntur, non vident æterna, quæ lóge distant, sed temporalia quæ prope sunt. Quod in Prouerbijs sic adaptauit Salomon: *Stultorum in finibus terræ.* Non vitra fines procedunt, sed in finibus terræ sistunt. Iusti vero quia in capite ferunt oculos, ad ea quæ in cælis sunt protrahunt eos. Hinc stulti peccatores non cogitantes supplicia alterius vitæ, delicias huius sectantur, iusti vero, quæ æterna sunt, considerantes, quæ tempore consumuntur parui pendunt.

E X T A T inter gesta sanctæ Catharinæ huius rei optimum exemplum. Duæ coronæ illi de cælo delapsæ sunt, quarum altera spinis acerbis erat contexta, altera vero rosis, floribusque pulcherrimis redimita. Et dictum est illi, elige, optio tibi datur. Hac tamẽ lege, vt si floream elegeris in hac vita, spineam sis habitura in altera vita, si vero hęc spineam elegeris coronam, aliam præclarissimã in vita altera sis habitura. Illico prudentissima virgo, vtraque manu spineam coronam arripuit, quam superponens capiti suo, dixit: Eligo istam, oculos sapiens hęc, in capite habuit. Erat enim vna ex numero prudentum, vnde æternitatem etiam cruciatibus emptam cum gloria temporanea minime comparandam esse duxit. Melius est exiguo tempore cruciari quã æterno, melius voluptatibus sæculi, & temporalibus priuari, quã cælestibus & æternis. Tu ergo si sapi frater, spinas & sentes cum hac fœmina sancta eliges, vt cum Christo gloriam possideas per æterna sæcula sæculorum. Amẽ.

CON-

CONCIO QVARTA.

Discursus primus ostendit, quam pauci sint qui saluentur, &c.

Thema. *Assumpsit Iesus Petrum, Iacobum, & Iohannem. Mat. 17*

CVM Christus Dominus duodecim Apostolos haberet, pluresque Discipulos, qui libenter eum audiebant. Multos denique, qui eum sequebantur, cur tres tantummodo secum tulit, vt transfigurationis suæ gloria fruerentur? cur reliqui tanto bono priuantur? Sanctus Ambrosius, ideo tantum hos secum assumpsisse, ait: quia non omnes, qui eum in carne viderunt, eum in gloria visuri sunt, sed electi. Multi (inquit) viderunt eum in carne, & in cruce, sed non nisi electi eum vident in gloria. Ita Ambrosius. In eo igitur quod Dominus paucos secum detulit ad intuendam gloriam transfigurationis suæ, per paucos ostendit esse eos, qui cœlestem gloriam sunt adepturi. Quam quidem veritatem, cum illa, rem maximi momenti attingat, multis in locis, sacræ paginæ confirmarunt. Et 1. Esdræ, olim dictum est ab Angelo quodam (licet liber ille non inter sacros libros numeretur, Sanctus Ambrosius tamen magnam ei adhibet fidem:) *Hoc seculum fecit altissimus propter multos, futurum autem propter paucos. Dicam autem coram te similitudinẽ Esdræ. Quomodo autem interrogabis terram, et dicit tibi, quoniam dabit terram multam magis vnde fiat fictile. parum autem puluerem vnde aurum fit, sic et ætus presentis seculi multi quidem creati sunt, pauci autem saluabuntur.* Hanc ibi similitudinem attende, sicut ex vniuersa massa terræ, minima est pars, quæ in aurum conuertatur, sic, inquit, ex vniuersa massa generis humani, minima est illa aurea pars, quæ salua fiat. Semper ex optimis pauciora videmus, ex metallis minor argenti, & adhuc multo minor auri, quam cæterorum metallorũ copia inuenitur. Ex cælestibus stellis, planetæ, quæ præstantiores sunt, non nisi septem sunt, cum aliarum stellarum tantus sit numerus: idem dicendum est de cæteris rebus præclaris. Sic etiam cum beati sint prætiosissimæ gemmæ, & inter omnia præstantiores pauci futuri sint.

HANC etiam veritatem sub aliquibus figuris, & typis in scrip-

Exod. 12.
num. 37.
Num. 14
num. 30.

terra sacra velaram inuenimus. Ex Aegypto egressa sunt feræ sexcenta hominum millia, qui omnes in terram promissionis iter faciebant. Et ex vniuersa illa multitudo, duos tantum homines sciimus certo in illam ingresses fuisse. Sic etiam multi quidem vocati sunt, vt in terram illam promissionis caelestem proficiscantur. At tamen paucissimi sunt, qui ad eam perueniant, sed in peccatis suis morientes inferos petunt.

Iud. 7.

DE Duce Gedeon sic narrat etiã iudicũ historia: *gressus est ad gerendum bellum cum hostibus, exercitumq; tantum conflauit, vt triginta duo hominũ millia, militiæ nomina dederint. Attamẽ delectũ ex illis fieri iussit Deus, & ex vniuersa illa multitudo trecentos, dumtaxat, viros selegit, qui gloriosissimam quandam victoriã reporeauerunt. Sic in bello quod gerimus cum humani generis hostibus, multi militiæ nomina dant, sed ex his paucissimi sunt, qui manus eorum hostibus conserant, & victoriã consequantur. Terga verũ hũ, qui delicias lambunt, non sunt ex electis, vnde nec coronam vitæ accipient, quia non coronatur in caelis, nisi qui legitime certauerit in terris.*

Ios. 6. num.
22.
Gen. 7. 11.
1.
I. Petri. 3.
num. 21.
Luc. 8.
Gen. 19.

ITEMQUE in ciuitate Hierico, omnes domus vastatae sunt, sola domus Rabb reseruata fuit. In Sodomis sola familia Lothi exstet. In diuino vniuersali sola familia Noe, in qua octo animæ repara fuerunt, & hæc sola domus liberata fuit, reliqui omnes aquis obuolui perierunt. Et horum octo meminit sanctus Petrus, cum de illis ageret, qui sacri baptismatis virtute salui facti sunt. Ex toto denique illo semine, quod optimus fator seminauit, sola vna pars fructus attulit. Et hic ex tot hominibus, qui Christum sequebantur, eos solum ad montem sanctum gloriosumque Thabor ascenderunt. His omnibus admonemur, quam plurimos damnari, paucos vero sempiterna felicitate donari.

Mat. 20
num. 6.

SEDE ne ligaris & veluti ambagibus, tantam rem cõprobemus audẽ, quid manifestis verbis & notis Christus asserat: *intrate (inquit) per angustam portam, quia lata porta & spaciofa via est qua ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam: Quam angusta porta & arcta via est, qua ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eã. Quid adhuc egemus testibus, cum apertissimis verbis id testetur ille, qui ante mundi constitutionẽ prædestinatos, & præcitos omnes suis nominibus vocat. Qui nec decipere, nec decipi potest. Hic qui citra veritatem, rem augere nequit, hic nõ plures saluari, dicit, sed paucos ad salutem peruenire, & plurimos perire affirmat.*

SED

SED qua de causa Dominus Deus permittit maiorem hominũ partem, sic perire? Ad eius enim bonitatem & misericordiam expectare videbatur, vt vel omnes, vel fere omnes seruarietur. Sanguinique Christi, & meritis eius, & amoris eius erga nos, dandũ erat, vt pauciores essent, qui damnarentur. Proposuit dubium istud Esdras Domino cum illi dictum fuit, paucos esse qui saluentur, & dixit: *Non irascaris super nos, sed parce populo tuo, & miserere hereditariæ tuæ, tu autem creaturæ tuæ misereris. Respondit illi Dominus, & dixit: Quæ sunt presentia presentibus, & quæ futura futuris. Multum enim tibi restat, vt possis diligere creaturam meam super me, nolite ergo adijcere de multitudine eorum, qui pereunt, nam et ipsi accipientes libertatem, spreuerunt altissimum, et leges eius contempserunt, et vias eius dereliquerunt. Ex his ergo verbis deducitur ratio, cur sint adeo multi, qui damnentur: Non ex defectu bonitatis diuinæ provenit, sed ex abundantia iniquitatis, & malitiæ nostræ: Deus enim ab initio reliquit hominem in manu consilij sui, et posuit ante eum bonum et malum vitam et mortem (ait Sapiens) vt eligat. At si homines eligunt mortem & perditionem, quid mirum, si moriantur, & pereant? Deus bonitati suæ perfectissime satisfecit, & quæ ad misericordiam eius attinent exactissime compleuit. Ita vt per Esaiam illi dicere liceat: *iudicate inter me & vineam meam, quid est quod debui ultra facere & non feci.* Præstat ille quidem rationem. Quid ultra facere pro nobis debuit? Ipse nos statim post creationem nostram gratia sua donauit, & iustitia originali ditauit, & in felicissimo quodam statu constituit. Homo vero suis se manibus interemit, & ingratus in Deum benefactorem optimum deliquit. Merebatur illico in gehennam mitti, & sic dimitti. At Deus bonitate sua hominem iterum viuificauit, & sanguine suo redemit, ipse ad nos descendit indutus natura nostra, ipse nos instituit, & viam salutis edocuit. Laboribus, denique eximij Patri suo pro nobis de rigore iustitiæ satisfecit, sacramenta instituit, quibus non solum a peccato originali, sed a quibuscunque peccatis, quotiescunque velimus liberari possumus. Ipse ad pœnitentiam inuitat, & clamat, iam intra conscientiam, inspirationibus animum pulsat, iam per prædicatores suos, & prophetas, & scripturam sacram, iam per varios casus, per mille denique modos vocat, hortatur, promittit, minatur, demulcet, terret, nullum denique nõ lapidem mouet, vt a morte ad vitam nos reducat. Quid ergo ultra debuit facere & nõ fecit? Si homo veluti equus, & malus quibus nõ*

4. Esd. 8.
num. 45.

Ecd. 19.
num. 14.

Esai. 5.

est

est intellectus, non rationi, sed appetitui obtemperat, quid mirum si pereat, & damnetur. De se ipso conqueratur, & quando in ignem æternum mittatur & ardeat, dicat hoc, ego promerui.

CVM igitur peccata hominis suæ damnationis in causa sint, facile quidem erit mundi statum intuenti multitudinem damnatorum deducere. Sicut deduxit Origenes, explicans illa verba Domini. *Multi sunt vocati, pauci vero electi.* Vbi ait si consideret quis multitudinem eorum, qui in ecclesiis cōgregantur, & discusserit quanti sint qui conuersantur disciplinate, & reformantur nouitate, sensus sui, quanti vero negligentissime conuersantes, configurantur huic sæculo, videbit esse verum sermonem Dei dicentis: *Multi sunt vocati, pauci vero electi.* Hæc ille.

EXEMPLVM huius rei accipe. Si quis xenodochium aliquod ingrederetur, in quo videret multos infirmos grauissimis, & periculosissimis morbis affectos, & lethalibus, vulneribus faucios, medicinæ remedia respuentes, & nociua quærentes, merito dicere posset, ex his paucissimi liberabuntur a morte, sic cum in hoc mundo, veluti in miserabili quodam xenodochio, videamus grauissimis & periculosissimis morbis peccatorum animas laborare, lethalibus vitiis vulneratos, medicinā, medicosque respuentes: quia nec conciones audire, nec viros sanctos consulere, nec sacramenta recipere volunt. Quod si aliquando confiteantur, vel debita non restitunt, vel proximo læso non satisfaciunt, vel inimico non parcunt, nonne hæc videntes dicere iure poterimus: *Multi sunt vocati, pauci vero electi?*

HAC ratione motus sanctus Chrysostrmus, cum ad populum Anthiochenum verba faceret, hæc dicere ausus fuit: Quot (inquit) esse existimatis in hac ciuitate nostra, qui salui fiant? Infestum quidem est, quod dicturus sum, dicam tamen: non inuenientur inter tot millia, centum qui saluentur. Quin & de his dubito, & rationem assignās, subdit. Quāta enim quæso in iuuenibus malitia, quantus in senibus torpor, filiorum nemo curam gerit, nemo zelum habet, vt senem respiciēs imitetur, & exemplaria iam deleta sunt. Hæc Chrysostrmus. Quod ergo ille de ciuitate sua tunc asseruit, de vniuerso mundo asserere potuit, si quidem totus in maligno positus est. Imo si tunc quando Anthiochia moribus, vita & doctrina, sancti Ioannis Chrysostrmi florebat, & cum vberes præfererat fructus ecclesie Christi, vt pote proxima aureis illis Apostolorum temporibus, & cum Christi Domini sanguis ferè madebat adhuc. Si tunc, in-

Origen. ho
mil. 20 in
Mattheū.

Chryso. ho
mil. 4. ad
populum.

quam, dubitat Chrysostrmus, an in maxima illa ciuitate Anthiochia, plena populo, possent in tot millibus, centum inueniri, qui salui fierent? quid de nostris temporibus infelicitibus iudicandum erit? O res omni lamentatione digna & dolore plena! quæ pia corda, & pungit, & acriter vulnerat.

LAMENTABATUR quondam Micheas Propheta dicens. *Va mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemia, non est botrus ad comedendum, perijt sanctus de terra, & rectus in hominibus non est.* Lamentabatur propheta, quia missus erat à Deo vt fructus faceret, in populo suo, & nullum fere videbat fructum, & ait accidisse illi, quod accidit ijs, qui vindemiam faciunt, & tamen vel nihil, vel fere solum acerbas vuas inueniunt, sed magis quidem dolendum est, cum in Christiani populi vtilitatem, Christus Dominus multum per omnem modum elaborauerit, & non solum conciones, vt Micheas habuerit, sed insuper, & sanguinem, & vitam profuderit, & tamen paucissimi sint, qui tantis expensis confectis, fructum decerpant. Res lacrymis sanguineis dignissima, est.

CHRISTVS itaque plantauit vineā hanc, manu sua, rigauit sanguine suo, vt vberes perciperet fructus, & tandem alij colligunt fructum eius. Sed qui sunt illi? Respondit sanctus Dauid. *Vindemiant eā omnes qui prætergrediuntur viam, & exterminauit eam aper de Sylua & singulari: feras depastus est eā.* Qui sunt isti qui prætergrediuntur viam? nisi cogitationes iniquæ, hæ enim medium cordis penetrant, & inde arripiunt animæ fructum, vbi nullus custos vigilat, & obseruat. Quis autem aper, & feras sunt? nisi vt Hieronymus asserit, hostes infernales? Hi enim tanquam feræ, & leones rugientes, circunt quærentes quem deuorēt. Dolendum quidem est Christum laborasse nimium & Dæmōnes hostes eius auferre fructus laboris illius. Quod si tantum inter Ethnicos id accideret, minus miserandum videretur. At inter Christianos, nomine, & fide, & sanguine Christi insignitos? inter hos Christus fructum quærit, & non inuenit quandoque vel paruum racemū, sed vel labruscam, vel folia fructu destituta.

RES sane calamitosa, & quæ dementiam nostram valde manifestat, hæc est, non enim damnum hoc super caput Christi, sed super nostrum cadet. Nos perdimus, vel lucratur, qui perdimus, vel lucratur vitam æternam. Ad Christum

X x ex

Mich. 7.
num. 1.

Psal. 79.
num. 13.

Hier. ibi.

ex hoc nihil beatitudinis vel accedit, vel recedit, & tamen Christus vult saluare nos, & nolimus nos. Scio equidem nullum esse hominum qui non velit; & desideret valde saluum fieri, omnes enim volumus felices, & beatos esse. Dicam tamen de homine iniquo, quod de eo Spiritus sanctus dixit in Prouerbijis. *Vult; & non vult piger.* Mira sententia, & quæ difficultatem, & oppositionem præ se ferre videtur. Si enim vult, quomodo non vult quod si non vult, quomodo vult? Diuus Hieronimus præclare hunc locum commentatur, dicens. Recte pigri vocabulo denotatur, qui vult regnare cum Domino non tamen pati pro eo, delectant præmia cum pollicentur, deterrent vero certamina cum iubent. *Hæc ille.* Vult ergo peccator, & non vult, quia vult victoriam sine prælio, coronam, sine certamine, præmium sine seruitio, gloriam sine merito. Vis o peccator in cælum conscendere? volo. Vis alienam pecuniam restituere? non possum imo nolo rectius dixisses. Vis saluari volo. Vis à delictis cessare? occasionem peccandi defferere? Non modo. Vis ad vitam ingredi? volo. Vis famam restituere palinodiam recantando? non audeo. Vis cum Christo regnare? volo. Vis inimico parcere? nolo. Ecce quomodo vult, & non vult piger. Similis illi Prophetæ Balaam, qui dicebat. *Et oritur anima mea morte iustorum, & spiritum non sanctum meam horum similia.* Iniquus erat, & morte iustorum decedere volebat, vitam peccatorum, & mortem iustorum quærebat, sic multi volunt viuere, vt peccatores, & mori vt iusti, vult, & non vult, vult, mortem bonam, sed non vult vitam bonam. Non igitur ascendes in cælum, quia vita bona itur ad astra.

S E D vt ad eos qui salutis suæ studiosi sunt, mea se conuertat oratio. *Cum metu o fratres, & tremore vestram salutem operamini.* Apostoli verba sunt ad Philipenses. Quis enim non vehementi tremore concutitur, sic audiens, per paucos esse qui saluentur. Si ex omnibus filijs Adæ, vnicum tantum esse damnandum sciremus, si recte saperemus, nullus nostrum esset, qui non paueret, & diceret. Nunquid ego sum? Sicuti dixerunt Apostoli omnes, cum ad illos Christus dixit, vnus vestrum me traditurus est. Vnum dixit, & omnes trepidabant, & singuli dicebant nunquid ego sum? Pavor inuasit omnes, omnes perturbati sunt, quia horribile, & formidandum erat, quod nunciabatur eis. Horribile, & formidandum etiam est valdè, vnum aliquem hominem

COR-

condemnari. Similiter ergo intra innumerabilem sobolem Adæ singuli timore magno dicere debemus; Nunquid ego sum infelicissimus ille, qui damnandus est? Quanto ergo magis cum ex veritatis ore audiamus; pauci saluantur, sed non in timore sistendum, sed manus operi adiungamus, operemur salutem nostram, de peccatis præteritis penitendo, futura cauendo, & mandata Dei fideliter obseruando. Si enim vis frater ad vitam ingredi, serua mandata, ne sis velut piger, qui vult ad vitam ingredi, & non vult seruare mandata. Serua ergo mandata, & ipsa seruabunt, & reseruabunt te in vitam æternam, Amen.

Discursus secundus docet, Deum opem ferre iustis in laboribus suis, & i deo in eo sperandum semper esse.

Thema.

Ecce nubes lucida obumbravit eos, &c. Mat. 17.

L O Q V E B A T V R Christus Dominus coram Discipulis suis, de excessu, quem facturus erat in Hierusalem, de passione scilicet, cruce, & morte sua, quam passurus erat ibi. Durus quidem est hic sermo auribus carnis. Cum ergo Pater æternus, huius doctrinæ doctorem vellet filium suum constituere, ne homines illa deterrerentur: *Ecce nubes lucida obumbravit Discipulos Christi.* Nubes in diuinis litteris auxiliij, & opis diuinæ symbolum sunt. Indicauit ergo Dominus protecturam se Discipulos Christi, qui crucis doctrinam libenter ab eius ore capere vellent.

I D ipsum ostenderat olim Deus, cum filios Israel educeret ex Aegypto, & in terram duceret promissionis. Erat via illa deserta inuisa, & inaquosa, in qua innumeris laboribus vexati fuerunt Israelitæ. Iam enim Reges gentium prælijs insequabantur eos, iam viæ in illis denegabant, iam aqua, iam panis illis deficiebant, & tandem per abrupta deserti plurima incommoda patiebantur. Sed ne deficerent in via, Dominus præcebat eos, per diem in columna nubis, per noctem in columna ignis, vt esset dux vtroque tempo-

Exo. 13
num. 2. 2

X x z re.

re. Nubes illa, & ignis ille, & columnæ illæ auxilium Dei in populum ostendebant, & protectionem magnam præferebant. Nubes enim viatores ab ardoribus solis defendit, ignis vero in nocte, à gelu, & frigiditate liberat. Columna firmamentum denotat. Quasi ergo diceret Deus, ego vobis, & protectionem, & fortitudinem præstabo, quod, & præstitit, nam in eorum defensionem, & iter per medium mare aperuit, & ibi Pharaonem, & exercitum eius, undis obruit, & pro eis contra reges, & exercitus terre pugnavit, & cum aqua deficiebat, è saxo aquam præclarissimam educebat. Cum vero panis deerat, Angelorum esca, & manna missa de celo eos nutrebat. Sic Deus protegit suos, & tuetur, & providet illis in omni laboribus, & necessitatibus suis.

Apoc. 12.

4. & 14.

HO C Domini præsidium erga iustos expressit in Apocalypsi. Apostolus Iohā. *Vidit enim mulierem sanctam parturientem puerum, qui recturus erat gentes: Et ecce draco magnus rufus habens capita septem, & cornua decem, & cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cæli, & misit eas in terram, & draco stetit ante mulierem, quæ erat paritura, ut cum peperisset, filium eius deuoraret, sed raptus est filius eius ad Deum; & mulier fugit in solitudinem, draco autem persequutus est mulierem. Sed mulieri data sunt alæ duæ aquilæ magnæ, ut volaret in desertum in locum suum.* Immanis quidem erat bellua illa monstrum illud crudeliter insequatur matrem, & filium, sed in vanum laboravit, quia Deus protexit utrumque. Mulierem illam Ecclesiam Dei significare asserit sanctus Gregorius. Hanc ab initio persequitur dæmon infernalis draco, iustis enim semper bellum infert. Sed illi Deus alas præbet, non columbæ, quæ meticulosa est, sed aquilæ, quæ agilitate, & robore, cæteras aues facile antecellit. Vbi duplex Dei auxilium considera in duplici alâ, nam & intellectu splendore illustrat, & voluntate fortitudine munit. Anima vero intellectu illustrata, & voluntate roborata volat, & se à quocumque inimico defendit.

Greg. 33.

inoy. 7.

SE D quid sibi vult, quod Iohannes addit, & adiuvit terra mulierem? Nunquid terra auxilium præbet iustis? Quid nisi? Ita quidem cum opus est terra, & cælum, & quidquid in eis est: iusto opem ferunt. Terra pro Moysè pugnavit, cum aperuit os suum, & inimicos eius absorpsit. Aqua pro Israele, quando iter in medio mari præstitit illi, & inimicos eius operuit. Ventus, dum flante vento vehementi, & yrente tota nocte, mare

Num. 16.

Exod. 14

vertit

vertit in siccum. Ignis, dum pueros custodiuit in fornace Babylonica, & inimicos combussit. Sol, cælumque, dum stetit ad vocem Iosue contra hostes suos pugnantis. Leones, dum Danieli parcentes, inimicos eius deuorauerunt. Viri pro Eliseo certauerunt, dum pueros occiderunt, qui Eliseum affecerunt iniuria. Denique uniuersus orbis in hoc imitatur Deum suum, nam sicut ipse, iustis in necessitatibus fauet, ita & orbis pro eis pugnat contra insensatos, & contra Demones, & contra hœciva. Quodnam ergo maius providentiæ genus, excogitari, & fingi potest, aut quo vallo, & aggere melius possunt, iusti muniri?

Dan. 3.

Dan. 6.

4. Reg. 2.

num. 4.

ET quanquam in hominum oculis iusti aliquando derelicti esse videantur, vere derelicti non sunt. Videntur cruce nostras (ait Bernardus) sed non consolationes nostras. Vides crucem corporis exterioris, sed non præsidium cordis interioris. Audi Davidem: *Abcondes eos in abscondito faciei tue à conturbatione hominum. Proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum.* Perpendamus hic, cum sancto Augustino, Prophetæ verba: Non dixit abscondes eos in cælo sursum, vel in paradiso, deorsum. Non dixit, abscondes eos in sinu Abrahamæ, sed in abscondito faciei tue. Quid? Habet ne Deus recessus, & angulos in facie sua? Nonne ipse amictus est lumine sicut vestimento? Immo nonne ipse totus lux est? Quomodo ergo absconditio in luce poterit esse? Dicit Ambrosius exponens illa verba, Psalmi 30. *Ne proicias me à facie tua.* Ait faciem Domini esse conspectum eius, in hoc ergo conspectu, suos abscondit Dominus, quia se illis peculiari quadam ratione præsentem ostendit, in laboris tempore, ut illum equo animo tolerant. Deum enim ita propitium sibi contemplantur, ut hæc solum: Domini præsentia contra omnia pericula satis muniri videantur. Et quando illis à laboribus, in quibus versantur, non extrahit, patientiam præbet, qua veluti armati hostium telis petiti non succumbunt, in quo maior Dei misericordia refulcet, quam si illos à tribulationibus omnino liberaret. (ut sanctus Gregorius ait.) Maiores enim ex patientia, quam ex pace percipiunt fructus.

Bernard.

Psal. 30.

Aug. ibi.

Ambros.

sup. ps. 50

Greg.

SI C cum sancto Abrahamo se etiam gessit, nam cum ille maximos in peregrinatione sua labores pateretur, illico eum Dominus solabat. Si peregrinatione defatigabatur, terram vberissimam promissionis, quam semini suo daturus erat ostende-

bar Si vero timor aliquis inuadebat cum: *ego ero protector tuus, & merces tua magna nimis*, dicebat illi. Similiter cum Reges barbari vxorem eius tollebant, Deus increpabat illos, quousque liberam, & intacta redderent vxorem viro. Denique ne inter exteras nationes inopiam pateretur, diuitijs cumulauit illum. Vnde cū Rex quidam spolia quædam illi offerret, nec filium subtegminis recipe re voluit: *Ne dicas (ait) ego dixi tui Abraham*. Senferat sanctus Patriarcha, Deum protectorem suum esse, & ideo ab eo solummodo dirari volebat. Ita consultis rebus iustorum Deus, sic illis vitæ necessaria præstat, sic protegit, & in laboribus, periculisquæ defendit: in eum sperare discant, timere desinant. Et quamuis crucem etiam plumbeam, plumam esse supposita diuina ope, arbitrentur.

Gene. 14

psal. 76.
num. 24.

Simile.

HINC sanctus Dauid protectoris nomen Domino tribuit, dicens: *Sicut enim iustorum a Domino & protector eorum in tempore tribulationis*. Et subdit: *Iustus, cum ceciderit, non collidetur quia Dominus supponit manum suam*. Vbi Augustinus, cum ceciderit, scilicet, in aliquam tribulationem, & exhonorationem, contumeliam, afflictionem, damna, & cætera, quæ abundant in vita ista generi humano, in his non collidetur, quia Dominus supponit manum suam. Ita Augustinus. Videtur quidem sæpe iustum periclitari, & iam iam omnino perire. Sed tunc, quando omnia iam desperata videntur, nec remedium superesse humanum, tunc Deus mire succurrit. Videas quædam sursum vitrum aliquod proiecientem, vt perite cum cadit manu colligat, qui vitrum cadens, intuetur, & peritiam proiecientis ignorat, existimabit quidem vitrum in mille frustra fractum iri: At qui projicit, cum prope terram vitrum accedere videt, brachium admouet, & supponit manum suam, & vitrum in columæ capit. Sic Deus optimus maximus iustum sæpe à se projicere videtur, & qui iustum inter aduersa positum intuetur, existimabit forsam, in frustra frangendum esse. At Dominus supponit manum suam, vt cum ceciderit non collidatur. Sic Abrahamo euenit, cum à Domino tætatus fuit in filij sui sacrificio. Sic Dauidi cum in modum coronæ à Saul cogebatur. Sic Susanna, cum sententiæ mortis damnata, ad supplicium duceretur. Sic Danieli, cum in lacum leonum proieceretur. Sic tribus pueris, cum in fornacem ignis missi fuerunt. Sic Petro cum in mare pene mergeretur. Sic Paulo, cum in profundo maris fuit. Sic alijs in numeris sanctis contigit assidue, qui cum cecidissent in tribu-

tribu-

tribulationes multas & malas, Dominus supposuit manum suam & non sunt collisi.

E T ne omnes coaceruatim pertranseamus. Quid acciderit sancto Iob attende. Humani generis hostis omnia tormenta bellica inferni in illum explosit. Sabæorum, & Chaldæorum exercitus in eum armavit. Igne, & tempestatibus oppugnauit, arma bœum, & camelorum, greges arictum, & ouium ademit. Liberos, ac seruos interfecit, domum euertit, illumque vulnere pessimo sauciavit. At efficere non potuit hac oppugnatione vehementi, vt in aliquod peccatum prolaberetur, aut saltem aliquam impatienciæ notam incurreret. Denique in omnibus his (ait scriptura sacra) *non peccauit Iob labijs suis*. Ita quidem: Nam Dominus supposuit manum suam. *erat enim vir iustus simplex, rectus & timens Deum*. Opem illi tulit, vt non caderet in peccatū, & patientiā donauit, qua ab ipsis tribulationibus eriperetur. Deinde vero pro rebus familiaribus, quæ amisit, accepit duplicia de manu Domini, & filios totidem, imo filias pulchriores. Sic illi Dominus supposuit manum suam. O admirabilis prouidentia Dei erga iustos! *vere mirabilis est Deus in sanctis suis*. Mirabile, & amabile id quod sanctus Dauid in psalmo 90 ait: *psal. 90. Angelis suis Deus mandauit de te (viro scilicet iusto) vt custodiant te in omnibus vijs tuis: in manibus pertabunt te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum*. Ac si diceret, si ceciderit, non collidetur, nam Angeli supponunt manus suas. Sed mirabilius, & amabilius multo est, quod audiuius: *Dominus supponit manum suam*. Benedicta sit talis manus & prouidentia talis. Hinc omnibus qui Deo placere contendunt maxima occasio nascitur sperandi in Deum, quantumuis periculis & tentationibus maximis circumdatos, & obrutos se conspiciant. Ne animo cadas frater, cum in similes tribulationes incideris: *spera in Domino, & fac bonitatem, & persevera in diuitijs eius*. Quia Dominus supponet manum suam, vt non collidaris.

SIC se habuit Dauid in tribulationibus suis, & ideo dicebat: *Deus refugium nostrum, & virtus adiutor in tribulationibus, qua inueniunt nos nimis, propter ea non timebimus dum turbabitur terra, & transfereuntur montes: in cor maris*. Ac si dicat, poterit vniuersus terrarum orbis everti, poterunt montes, qui in medio terræ sunt, in altum mare deturbari. Poterunt denique terræ, mariaque turbari, ego vero non turbabor, non timebo, quoniam tu refugium nostrum, & virtus nostra es, tu supponis manum tuam, vt non collidamur. *psal. 117. passus enim euerfus sum, vt caderem, & Dominus suscepit me*. Sic etiam

bcatu

beatus Paul. qui de se ita ad Cor. scripsit: *Nolumus vos ignorare fratres de tribulatione nostra qua facta est in Asia, quonia supra modum graua ti sumus supra virtutem, ita vt tederet nos viuere, sed ipsi in nobis in erip- sis responsum mortis habuimus.* Hic primo animaduerte ad quantam calamitatem deuenerit Paulus, qui cum esset laborum patientissi- mus, & sublimi quadam animi constantia, & fortitudine præditus, ita vt in tribulationibus gloriaretur. In tantas angustias redactus est. vt illum viuere tederet. Sed nunquid Deus oblitus est Pauli, vel Paulus oblitus est in Domino sperare? nihil minus. Deus (in- quit ibidem) *de tantis periculis nos eripuit, & eruit, in quem speramus: quoniam, & adhuc eripiet.* Ecce manum Domini suppositam, ne collideretur iustus, qui in tales calamitates incidat: Ecce spem iusti in medio tedio vite, quo vehementer tentabatur.

Iob. 13. num. 15. S I M I L I T E R sanctus Iob in suis tribulationibus se gef- sit, cum enim tot calamitatibus se circumdatum videret, & in super- auicos suos, & vxorem propriam exprobrantes sibi, in hanc salu- berriam vocem erupit: *Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo.* Iam sanctus iste nullum refugium humanum esse prospiciebat, nihil nisi mortem superesse sibi, considerabat, at spem nunquam omi- sit. Amisit cuncta, sed spem in Deum nunquam amisit. Spem in re- bus humanis amiserat, superius dicens, desperaui, at spem in Deo suo nunquam. Semper enim sperauit Deum sibi propitium futurum, atque ideo in quocunque euentu, fecelicem exitum se habiturum esse.

psal. 90. num. 1. H I N C sanctus Dauid ait: *Qui habitat in adiutorio altissimi in protectione Dei caeli commorabitur. Dicit Domino susceptor meus es tu, Deus meus sperabo in eum, &c.* Id quod primo dicit, qui habitat in adiutorio altissimi, periphra- sis iusti est. Nam si interroges, quid iustus sit? Responderi potest, iustus est qui habitat in adiutorio al- tissimi. Ibi habitat veluti in arce munitissima, ab spiritus pusillani- mitate, & tempestate munitus: *Nam turris fortissima nomen Domini, ad eam currit iustus, & exaltabitur.* Quis enim poterit nocere ha- bitanti in adiutorio altissimi? O iuste altissimum posuisti re- fugium tuum, non accedet ad te malum! Non enim est protectio diuina ad instar protectionis humanæ, quamuis principum, & re- gum sit. Hi enim sæpissime deficiunt, vel quia non possunt inte- gre illud prestare, vel quia nolunt. At Dominus, & vult, & valet, iu- stis opem plenissime ferre. Vnde merito dicit ille: *In protectione Dei caeli commorabitur.* Id est, securus, & saluus erit. Et ita Deo di-

c ere

cere poterit: *Susceptor meus es tu.* Quod exponens sanctus Bernar- dus, ait: Possunt omnia dicere creator meus es tu, possunt & ani- malia dicere, pastor meus es tu, possunt omnes homines dicere, re- demptor meus es tu, at susceptor meus es tu, is tantum dicere po- test qui habitat in adiutorio altissimi. Vnde & addit, *Deus meus es tu.* Cur non Deus noster? Quia in creatione, in redemptione, cate- risquè communibus beneficijs, est Deus omnium. Sed in tentatio- nibus suis, tanquam proprium eum habent, singuli electorum, sic enim paratus est suscipere cadentem, & eripere fugientem, vt vi- deri possit, relictis omnibus alijs, ei soli operam dare. Hæc Ber- nardus.

S V B D I T vero Psalmus: *Sperabo in eum.* Hoc elicit iustus ex- perimèto edoctus, & diuinā bonitatem cognoscens. Si enim Deus ita protector est iustorum, equum est, firma quadam spe, semper sperare in eum, quantumcunque intrent aque, vsque ad animam meam, vnde merito prosequitur Dauid, dicens: *Non timebis a timo- re nocturno, a sagitta volante in te, a negotio perambulante in tenebris, ab incurso, & demorio meridiano.* Hoc est, nihil timendum superst- isto, neque apertas, neque occultas Dæmonum tentationes, non sa- gitta, nec aliud, quod nocumentum afferre posse videatur, sed spe- rare absque timore vllo potest.

NECESSARIA valde spes ista est, si enim illa defuerit, diui- num auxilium etiam tibi deerit. Dubitauit Petrus, & cepit in mari mergi, quia dubitauit, & ab spe firma defecit: *Sperantem autem in Do- mino misericordia circumdabit: quoniam in me sperauit (ait Dominus) liberabo eum, protegam eum, quoniam cognouit nomē meū. Clamauit ad me & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione eripiam eum, & glorificabo eum.* Magna sunt hæc, & speranti in Domino promittun- tur: *Spera in Domino, & ipse faciet.* In hac enim vita protector erit, & in æterna glorificator, Amen.

psal. 90. num. 14.

Yy

CON-

CONCIO QUINTA.

Discursus primus, in quo agitur de maximo illo Christi Dñi beneficio, in nos collato, cū animi gloriā repræsint, ne in corpus semper diffunderetur, ut sic pati posset, & mortē subire pro nobis.

Thema. *Transfiguratus est ante eos, &c. Mat. 17.*

Gloria cœlestis, qua anima illustratur, in corpus illi cōiūctum connaturali quadā ratione diffunditur, ut Diuus Augustinus, & Diuus Thomas testātur. Vnde si anima cœlestis luminis claritate, circumfusa sit, & corpori coniungatur, ut fiet in nouissimo die, cū homines à mortuis resurgant, statim in corpus splendor ille dimanat. Ut nubi obscuræ accidit, cum obeuntis solis radijs percutitur, quæ adeo illustratur, & splendet, ut solis lucem, & claritatem referre quodammodo videatur. Sic anima corpore circumdata, illud diuini luminis splendore circumfundet, & illustrabit. Vnde à primo temporis puncto, quo Christi Domini corpus sacrosanctum in purissimæ virginis utero conceptum est, huius gloriæ splendor illi debebatur, quo perfunditur hodie in admirabili sua transfiguratione. Præcipue cū corpus illud sanctissimum, verbo esset vnitum, ynione hypostatica. Ex qua ynione, connaturali quadā ratione (ut ait Damasc.) sequebatur, ut animæ gloria in corpus diffunderetur. Cur ergo Dominus noluit à primo cōceptionis suæ puncto, corpus gloria illustrari? Cur in transfiguratione statim gloriā retraxit? Diuus Thomas rationē reddit, dicens: A principio conceptionis Christi, gloriā animæ non redundasse ad corpus, ex quadā dispensatione diuina factū est, ut in corpore passibili nostræ redēptionis, expleret mysteria. Itaque ut tormenta perferre posset doloribus affici, verberibus contundi, spinis traici, clauis, transigi, in crucem denique rapi, & mortem atrocissimam subire, gloriā repræsint & arcuit, ne in corpus diffunderetur.

Maximum beneficiū est hoc, qualibet actione gratiarum dignissimum. Quia non solū Dñi filius, propter nos homines, & propter nostram salutem passus est, sed ingens miraculum edidit, ut pati posset, gloriā intra animam continuit, quæ tanta est, ut cum eius guttam Petrus degustaret, præ nimia dulcedine, & suauitate extra se raptus videretur, & hac se ipsum Dominus priuat, ut dolores perferat. Poterat Christus Dominus illo die, quo conceptus est gloriā

gloriā, per aliquod breue tempus suspendere, & præces ad Deū suadere, quo & nobis salutem impetraret, & gloriā nobis ex toto rigore iustitiæ (ut Theologi dicūt) mereretur. Quia opus illud infiniti valoris erat, eo quod esset suppositi infiniti. Sed ut redēptionis genus illucrius, & præstantius esset, & ut nobis exemplū patientiæ relinqueret, voluit gloria corporis expoliari. illi sit honor, & gloria in sæcula sæculorū.

MIRANTVR valde sancti cū Regem Dauidem, regalibus vestibus exutū contemplantur accinctū ephod lineo, saltantem totis viribus corā arca Domini. Sed maiori admiratione dignū est, quod hodie Christus Dominus efficit. Qui cum se cœlestis gloriæ vestibus ornatū animaduertat, hunc speciosissimum ornatum deponit de monte descendit, & crucem amplectitur ignominiosam, in qua hominum amore, captus dolores maximos, & cruciatus acerbissimos perpeffus est.

OSTENDIT sponsā amorem eximium, quo sponsum prosequatur, cum stratum lectū mollium, atq. subactū, in quo requiescebat, deseruit, & domo egressa est, ut illum quæreret, ex quo & multas difficultates superauit, maximosq. labores perpeffa est. Sed quid mirū, cū sine illo nō posset vitā ducere, neq. nisi in illius oculis, vultuq. acquiescere. Illud vero magis mirandū est, quod Christus splendore illo, quo in monte Thabor circumfusus erat, spoliatus descendat, ut quærat sponsam suam. Cur o Domine vestem deponis, qua omni voluptate perfunderis; cū nullius adminiculo indigeas? Fratres meos quæro, ut illis beneficiam, nullum laborem recusabo. O singularem Domini beneficentiā! o admirabilem charitatem. Deseruerūt Apostoli vilem supellectilē, & scisa retia, ut Christi sequerentur & tanti id Christus fecit, ut diceret: *amē dico vobis; quia vos qui secuti estis me, in regeneratione, cū sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis, & vos super sedes duodecim, iudicātes duodecim tribus Israel.* Et ut appareret apertius, quāti sēper Dñs æstimet simile obsequiū, promissū premiū extēdit ad omnes dicens. *Er omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meū, centuplum accipiet, & vitā æternam p̄sidebit.* Animaduertite, quāti faciat Christus harū rerū contemptū. Quanti igitur fieri debet a nobis, id quod Christus Dñs, reliquit, ut nostræ salutis, & exēplo consulere. Deseruit ille gloriā sui corporis, quæ tanta quidē est, ut si omnes mūdi thesauri, omnes voluptates, omnes delicię in vnū collectę, cū illa cōferā

aut in certamen contentionemque veniant, quasi nihil in comparatione illius repuerentur. Et si ille, cum Deus sit, tati facit res parui ponderis, & momenti, quas illius causa relinquitur. Nos, cum homines simus, quanti faciamus oportet maximam sui corporis gloriam, quam nostri causa Deus Dominus reliquit. Deseruerunt Apostoli tuguriola, & retia, sed illorum intererat, ea deserere, & Christo Domino adherere, a quo quicquid boni rationem habet proficiscitur: Christus autem quid utilitatis decerpit? deseruit tamen Christus gloriam suam, & id nostra maxime interfuit, cum inde ad nos omne bonum proficiscatur. Animaduertite, an rationi consentaneum sit, ut maximum hoc beneficium, maxima quadam grati animi significatione prosequamur. Mentis illæ cœcitate, quæ diuinæ maiestatis solum circumstant, illum laudent, & pro tanto beneficio gratias agant, & quoquomodo possint rependant.

Et ne solum grati animi significationem præbeamus, hinc etiam colligere possumus, quæ ratione deliciae nobis deserenda sunt ut diuino amori inseruiamus, cum Christus Dominus maximam felicitatem deserat, ut nostri amori vacet, & nostri utilitati operâdet. Cuiuslibet beneficij memor est Deus, & gratiam cumulatissime refert. Obtulit illi Abrahamus filium suum, & ut officium illud illustri gratia excipiat, offert illi Deus filium suum. Christus Dominus se ipsum offert nobis in sacrificium, & ob id gloriam corporis modo deponit, quæ gratiarum actio tanta in nobis erit, quæ tanti beneficij magnitudinem, aliqua ex parte æquare possit? Leuis omnis gratia est, pro tanti beneficij magnitudine. Par pari referre non possumus. Quid ergo nobis faciendum est? Dicam. Exoptat maxime Deus, ut inani mundi pompæ, gloriæ, & felicitati nunciū remittamus. Ut à peccandi consuetudine inueterata abducamur, & animos nostros reuocemus, quod rationi valde consentaneum est. Præsertim cum id nobis valde perniciosum sit, si illi morē nō geramus, & curemus, ne id, quod præstari à nobis facile potest, requirat, & exigat. Relinquamus ergo saltē peccata amore illius, qui pro nobis reliquit tantam gloriam.

Discursus

Discursus secundus ostendit, animam in oratione transfigurari.

Thema. *Transfiguratus est ante eos, &c. Mat. 17.*

ADEO fuit admiranda Christi Domini transfiguratio, ut sancti Euangelistæ minutatim eius circumstantias exprimere curauerint. Inter quas opportunitas est, in qua facta fuit. De qua diuus Lucas ait: *Facta est in illa oratione species eius altera, &c.* Voluit itaque Dominus in oratione transfigurari, quantum absque illa potuisset, ut ostenderet nobis hominem suo modo, etiam in oratione transfigurari, & in virum alterum commutari. Dum Christus transfiguratur in oratione, splendet vultus eius sicut sol, sic etiam in oratione animus splendore perfunditur, & lucet velut sol. Lucet inquam non materiali luminis splendore, sed spirituali, & diuino, virtutis, & sanctitatis. Splendet denique in ea Deus, qui lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ.

Id significabat splendor ille celestis, quo Moyses circumfusus è monte descendit, qui quidem tantus erat, ut ad colloquendum cum Moysè, faciem eius velare opus esset, quia lucis vehementia, oculorum aciem intuentium perstringebat. Sed vnde tantus splendor erupit? *Ex consortio* (inquit scriptura) *sermonis Domini*. Sic consortium hoc, & diuina communicatio hominē illustrat, & non solum in facie, & in exteriori hominis aspectu, & compositione re lucet, sed in omnibus operibus, & vita ipsa mirum in modum splendet. Totus homo lucet, lucent verba, lucet silentium, lucet visus, lucet vestis, lucet incessus, lucet mensa, lucent denique omnia. Nam in verbis circumspectio, in silentio prudentia, in vultu modestia, in operibus peragendis candor, & sanctitas emicant, & perfurgent.

Id sanctus Chrysostomus, eloquentia, qua solet attingit, dicens: Necessè est, ut qui cum Deo familiaritatem habet, superior euadat morti, & omnibus, quæ corruptioni sunt obnoxia. Et sicut fieri nequit, ut qui solis radijs fruitur, non effugiat tenebras, ita fieri nequit, quin ille, qui cum Deo consuetudinem agit, desinat esse mortalis. siquidem ipsa dignitatis sublimitas nos ad immortalitatem transfert. Etenim si qui cum Cæsare miscent sermonem, familiari-

Y y 3 terque

Exo. 34.
num. 35.

Chry lib.
1. de oratione
de Deo.

terquē cum eo cōuerfantur, non possunt esse pauperes. Multo minus fieri potest, vt qui Deum deprecantur, cum eo familiariter colloquentes, animis habeant mortales. Nam mors animæ est impietas, & vita pugnans cum lege diuina. Ex quo sequitur animæ vitæ esse Dei cultum, ac vitam eo cultu dignam: Vitam autem puram, & Dei cultu dignam miris modis oratio conciliat, & conciliatam auget, & sicut thesaurum recondit animis nostris. Hactenus Chrysolomus. Hæc orationis transmutatio est, quæ hominem cœlestē ac diuinum reddit, & à praua viuendi consuetudine, ad bonam viuendi normam reuocat. Qui enim prius carnē ducebatur, iam spiritu ducitur, qui peccatis inferuiebat, iam præclaris operibus exercetur. Id ex consortio diuino ipsi communicatur. Et ideo præclare sanctus Chrysolomus ait: Fieri nequit, vt qui solis radijs fruatur, non effugiat tenebras.

*Psal. 33.
num. 6.
Theodo.*

HINC Dauid admonet: *Accedite ad eum, & illuminamini.* Vbi Theodoretus, qui cum fide ad eum accedit, arcane lucis radios suscipit. Sicut Moyses in monte. Hæc ille. Vnde accedere ad orationem nihil aliud est, quam accedere ad Deum, ad illum enim nõ accedimus corporis gressibus, sed animi affectibus, & suspirijs, & attenta mentis consideratione. Qui his gressibus ad iustitiæ solem appropinquauerit, fieri nequit, quin illius splendore illustretur.

RATIO autem huius est, quia homo facile fingitur, ad normam eorum, quibuscum agit, & versatur, si illi perdit, & scelerati sunt, improbos mores ebibit. Si probi, & honesti, optimos mores induit. Hinc est quod diuinos mores imitatur, is qui cum Deo crebro in oratione agit. Ideo sancti illi viri, qui degebant in solitudine, cœlestem vitam agebant, nec homines, sed Angeli diuini apparebant. Angeli inquam videbantur humani, vel homines Angelici, quia conuersatio illorum in cælis erat. Cum Angelis loquebantur, Deum laudabant, psalmos canebant, sempiterna considerabāt, de diuinis rebus colloquia miscebant, ac semper præclaris operibus se exercebant. Idque ideo, quia oratione, & meditatione assidua Deum conueniebant, & cum eo familiariter agebant, & in Angelos transfigurati videbantur.

HINC colliges ergo causam, cur pauci sint, qui transfigurantur in Deum, quia cum Deo colloquia nunquam habent. Cernes illos in belluas transformatos, ac si in Circis manus incidissent, & diabolica quadam methamorphosi in feras conuersos, voraces vt lupos & strutiones, feros vt leones, & pardos, cruentos vt tigres, & vrsos

vrsos raptis catulis, tardos vt bobes, & iumeta. Callidos, vt vulpes, & canes. Superbos vt elephantes, & paucos. Auaros, & rapaces, vt talpas, & vultures. Luxuriosos sicut equos & mulos, quibus non est intellectus.

ACCIDIT enim illis, quod olim Nabuchodonosor, cui datum fuit cor belluæ, & veluti bellua, inter belluas commorabatur, & sicuti bos scænum comedebat, sic isti, & cor, & victum, & vitam belluarum gerunt. Vnde tanta in malum ruina? quia cum sceleratis, & belluinis hominibus conuersantur: *Qui tetigerit picem* (ait Spiritus sanctus) *inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo induet superbiam.* Quid mirum si inquinatur, qui picem manibus versat? quid mirum si scedatur, qui inter carbones agit? Quid ergo mirum si inter superbos superbus, inter auaros auarus, inter lasciuos lasciuus, & inter pessimos pessimus, quis euadat?

Simile.

SI ergo belluinos mores exuere cupis, & diuinos induere, age, belluas istas in humana effigie latitantes, deuota. Accede ad Deum, & illuminaberis, & diuinos indues mores, quibus, & hic gratiam, & in cælo gloriam æternam consequaris, Amen.

Feria 4. post Dominicā secundā quadragesimæ.

CONCIO PRIMA.

Discursus primus, in quo maximum Christi passionis beneficium expenditur.

Thema. *Ecce ascendimus Hierosolymam, & Filius homines tradetur.*
Matth. 20. num. 17.

SAEPE numero Seruator noster in sermonem adducebat ea, quæ nostri causa perpeffurus erat: quo circa rationi cōsentaneū erit, eius in hac re animū, & consiliū inquirere, ad hoc enim ab ipso Christo incitatur, qui ait: *Ecce ascendimus Hierosolymam &c.* Ecce, inquit, id est, cōsiderate, & attēto animo inspicite. Videamus ergo, quid nobis cōsiderandū, quid attēto animo inspicandum sit.

ET quidem illud à sanctis patribus in nostræ reparationis beneficio præcipuè perpēditur, cur scilicet humani generis vindex tanto nos labore, tantisque tormentis redemerit. Neq̄, mirū esset omnes homines, & diuinas etiā mētes Dei causa vehemēter cruciari, acerbissimisq̄, doloribus torqueri. At, quis vnquā putaret, vel cogitatione perciperet ipsum Dei filium plures labores immanissimosq̄

simosque cruciatus hominum causa subiturum? Cum voluit Euangelicus ille vates hanc Christi Domini passionem minutatim predicere. Vaticinium his verbis exorditur. *Quis credidit auribus nostris, & brachium Domini cui reuelatum est?* Id est, quis credet, & intelliget? Ac si diceret, quis sibi persuadebit, aut animo, & cogitatione concipiet, nisi caelesti lumine illustretur, aeternum, & immortalē Deum contumelijs lacerandum, virgis caedendum, cruci affigendum, ac morte turpissima, hominum causa, damnandum fore? Neque, miror sane exiltimasse prophetam, difficile ab hominibus hanc veritatem nondum miraculis comprobata teneri, cum post multa etiam miracula in eius confirmationem edita, eadem creditu difficilis iudicata fuerit: *Predicamus* (inquit Apostolus) *Christum crucifixum, iudeis quidem scandalum gentibus autem stultitiam.* Sed cur scandalum cur stultitia? Quia, vt beatus Gregorius asserit, stultum hominibus visum est, vt pro hominibus auctor vitae moreretur, & inde contra eum scandalum sumpsit, vnde ei amplius debitor fieri debuit. Diuus item Hieronymus ait, scandalum est Iudaeis, audire, Christum mortui posuisse, quem illi tanquam immortalem expectant. Gentibus autem stultitia, quia secundum mundanam sapientiam eis stultum videtur, credere crucifixum Christum. Hec ille: *Vidit oium Esauus ipsa a Deum super solium excelsum, & eleuatum. & ea qua sub ipsis erant replebant templum, seraphim stabant super illud: sex ala var, & sex ala alteri, duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus velabant.* Quis ergo putaret eundem nunc cruci affigi, qui tunc se lebat super solium excelsum, & eleuatum? & inter duos pendere latrones, qui seraphicis mentibus stipatus erat? Hoc igitur Iudaeis scandalum extitit, gentibus vero stultitia. Nullus enim eorum sua poterat cogitatione complecti, aeternum aeterni Patris filium, diuinarum humanarumque rerum moderatorem, & totius vniuersitatis effectorem Deum, ignominiosissimam, & acerbissimam mortem subiturum, illius hominis causa, quem ipse de nihilo finxerat. Ad hoc enim constanti, & certo animo asserendum su pernaturali lumine opus est, ex quo huius beneficii magnitudo percipietur, cum illud hominum, vel Angelorum mente concipi non possit, neque illorum omnium cogitationem subire, nunquam potuerit.

MAGNA quadam admiratione captus Hieremias, lamentabatur maxime, eo quod flagella, & calamitates vsque ad portas Hierosolymae deuenissent. Videbatur enim illi admiratione dignum, Dei

Esai. 53.
num. 1.

1. Corin.
1. 23.

Greg. 11.
m. 6. f.
per Ex. 17.

Hieroni-
mus ibi -
dem.

Esai. 6. n.
1.

Trenor. 1.
num. 4.

Dei ciuitatem vexari, sed multo dignius admiratione est, ipsum Deum flagellis caelum esse, & virgarum plagis deformatum.

AVGENT. quidem verbis priscorum historiae egregium illud factum cuiusdam serui, qui cum cognouisset, milites quosdam in Reatinam villam venisse, vt domium suum Panopionem interficerent, commutata cum eo veste, permutato etiam annulo, illum postico clam emisit, se autem in cubiculum, ac lectulum recepit, & vt Panopionem occidi se passus est. Admiratur ergo historiographi, & commemorando augent, quo pacto cum hic seruus ante oculos habuit, subitum militum accursum, conuulsa ianuae claustra, minacem vocem, truces vultus, fulgentia arma. Et mortem sibi imminentem aspexit, quo inquam pacto non clamauit, se seruum Panopionis esse, non vero ipsum Panopionem, vt hac ratione vitam tueretur suam, & atrocissimam mortem effugeret. Plurimum sane hic seruus pro suo domino fecit, sed multo magis Christus Dominus hominum causa laborauit. Si enim seruus ille vestem sui domini suscepit, Dominus ac Deus noster sui serui formam accepit, habitu inuentus vt homo, si ille vulneribus confossus interijt, Christus Dominus grauius vulneribus, immanissimisque cruciatibus, ac doloribus affectus occubuit. Si seruus in quoda domus receptaculo interemptus est, Dominus quidem Iesus publice, & in omnium oculis crucifixus est, morteque multatus. Ille denique vitam serui pro defendenda sui domini vita tradidit, Christum vero Dei, ac supremi Domini vitam amisit, vt seruorum salutem, in columitatemque tueretur. Quod si seruus ille dissimulatione usus est, nec voluit se manifestum reddere, sed mortem libenter oppetiit, suus vt Dominus saluus euaderet. Dissimulauit etiam seruator noster diuinitatem suam, neque voluit mortem subterfugere, dicendo se Deum esse, quia si cognouissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent, sed mira quadam taciturnitate, summaque moderatione occultauit, vt hac ratione reus haberetur, & acerbissimam mortem pro hominum salute, vitaque tuenda subiret. Quae ergo maior fidelitas? quae amicitia fidelior? quae charitas ardentior ea, quae in huiusmodi facto elucet? & qua nos grati animi beneuolentia illud prosequemur? Quod si Panopius ille tanti fecisse, fertur, sui serui erga se officium, vt magnificentum ei sepulchrum struxerit, in eoque epitaphium collocauerit, in quo se illi gratum, ac beneficii memorem ostendebat, quanto potiori

Vale. Mad.
li. 6. c. 8.

iure beneficij à Deo in nos collati memoriam perpetuo conseruabimus, & gratissima quadam animi recordatione, sempiternaque beneuolentia colemus? Praesertim cum nullum aliud à Deo in nos beneficium illustrius extet, & in nullo alio praestato cruciatus, flagella, dolores, aut labores aliquos ille subierit. Totam enim hanc rerum vniuersitatem vnico duntaxat verbo effinxit, quia ipse dixit, & facta sunt, illaque sine vilo labore, aut felicitudine tuetur, & conseruat. Plura quidem, ac maxima beneficia contulit Deus in Israelitas, eos siquidem à dira Pharaonis seruitute vindicauit, & in iucundissimam, charissimam suae patriae libertatem asseruit, ac tum illis in Iordanis flumine aperuit, quo sicco pede pergerent, & Pharaonis milites, à tergo eos insequentes in aquas demersit, caeleste illis cibum, aquamque suauissimam in vasta solitudine suppeditauit, & eos in sanctissima sua lege sacris, ac ceremonijs instituit. Sed neque in his omnibus beneficijs faciendis aliquam ille operam, aut laborem posuit. At in nostrae reparationis beneficij praestando, plurimum certe elaborauit, fatigationem, & lassitudinem subiit, & tandem opprobrijs affectus, flagellis cesus, spinis redimitus, lpu-
tis illicus, in crucem actus extremum vitae spiritum edidit. Quanta verò gratiam huiusmodi beneficium exigat, in sequenti discursu, diuino iuuante numine explicabimus.

*Discursus secundus, de gratia, quae à nobis Deo
optimo maximo referenda est, eo quod
tot ille labores, nostri causa
pertulerit.*

Thema. *Ecce ascendimus Hierosolymam, & Filius hominis
trahetur, &c. Matth. 20.*

ITA debita est gratificatio pro beneficijs immortalis Deo, ut etiam flagella ab eo in nos profecta, grato sint animo accipienda. Quod quidem regius ille vates edocuit, cum ait: *Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum. Sicut enim tuam confortauit seruas portarum tuarum, benedixit filijs tuis in te, qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te, qui emittit eloquium suum terra, velociter cur-*

*Psal. 117
v. 1.*

rit sermo eius. Recte pro huiusmodi beneficijs gratiae aguntur. Sed audi, quid subiungat propheta. *Qui dat niuem sicut lanam, nebulam sicut cinerem spargit, Mittit crystallum suum sicut buccellas, anso faciem frigoris eius, quis sustinebit?* At cur pro niue, & pro nebula agendae sunt gratiae? quae utilitas in vtrisque? quod si & in his aliquid emolumentum reperiatur, quare subditur: *Mittit crystallum suum sicut buccellas?* An pro lapidibus his, quibus fruges, vineae, reliquique arborum fructus perduntur, gratiae habendae sunt? Ita sane, quia praepotens Deus ea omnia praestat, & quae ille vere pater, vere misericors praestat, quamuis lapides, & flagella sint, grato sunt animo recipienda ut amore, suscipiatur quod amore conferatur. Quod si ille pro calamitatibus, ac supplicijs ab ipso illatis, gratiarum actionem requirit, quam gratiam exigit pro supplicijs, ac flagellis ab ipso met nostri causa perpensis? Pro maximo nostrae reparationis beneficio? pro acerbissima illa morte, quam subiit, ut collapsum hominum genus restauraret, & in libertatem assereret?

*Cantic. 2^o
num. 13^o*

FASCICVLVS myrrha (inquit sponsa) *dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur.* Myrrha quidem amarum quoddam aroma est, & ut beatus Bernardus ait, acerbissimam Christi passionem, & dolores significat. Atque idcirco cum sponsa Christum Dominum doloribus, & tormentis affectum, animo consideraret: *Fasciculus* (inquit) *myrrha dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur.* Non retro in scapulis, sed inter vbera praeculis, & in corde, & sicut perpulchrum, & preciosissimum emblema à collo meo pendeat. In quae verba venuste, ac luculenter scribit Bernardus, & ad sponsae imitationem suos alumnos excitat in hunc modum. Tu quoque si sapienter imitaberis sponsae prudentiam, atque hunc myrrhae tam charam fasciculum, de principali tui pectoris, nec ad horam patieris auelli. Amara illa omnia, quae pro te pertulit, semper in memoria retines, & assidue meditatione reuoluens, quo possis dicere, & tu: *Fasciculus myrrha dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur.* Plura alia huiusmodi apud eundem Bernardum inuenies. Hunc igitur sponsae fasciculum ex omnibus Christi laboribus compositum, aptemus nobis, illudque cordi nostro applicemus, & gratos nos ipsi Deo, tantique beneficii memores praebemus, huiusque fasciculi memoria semper in nostro animo cum grata recordatione versetur.

*Bern. ser.
43. in Cantic.*

*Bernardus
ibidem.*

ASSIDUAM recordationem mandatorum Dei pollicebatur sibi sanctus David, dicens: *In aeternum non obliuiscar iustificationes suas, quia in ipsis viuificasti me.* Attende causam huius aeternae memo-

*Psal. 118.
num. 23.*

rie, quia in ipso (inquit) uiuificasti me. Considerabat rex sanctus legis nocturnam, & meditationem illum docuisse, normam qua omnia peccata vitaret, ex quo anime vita pendet, quomodo ergo nos obliuisci poterimus passionis Christi Domini, ex qua vita anime nostrae salus, gratia, & gloria dependet, lex viam vite docet, at Christi passio vitam ipsam prestat, & omnes qui saluantur, passioni Christi id acceptum ferunt, cur ergo etiam non dicimus nos, in eternum non obliuiscemur passionis tue Christe, quia in ipsa uiuificasti nos: *Vid. & audiui* (ait Apostolus Iohannes) *voce Angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniarum & erat numerus eorum millia millium decem centium voce magna: Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem, & omnem creaturam, quae in caelo est, & super terram, & sub terra, & quae sunt in mari. Omnes audiui dicentes: Sedes in throno, & agno benedictio, & honor, & gloria, & potestas in secula seculorum.* Magnae quidem, & egregiae erant eiusmodi laudes, quae omnes ea ratione Christo Domino deferebantur, quia ille tanquam agnus nobis occisus est. Si ergo diuinae illius mentes, has immortalis Deo gratias pro morte ab ipso suscepta persoluebant, cum illae non fuerint ea morte redemptae, quas eidem nos agemus, qui redempti sumus ab omnibus peccatis nostris, & ob eam mortem ad iucundissimam vitam reuocati: Si ite reliquae omnes creaturae, quae rationis expertes sunt, maximas etiam Deo gratias habent pro beneficio ab illo in nos collato, rationi consentaneum est, ut nos, qui tanto beneficio fruimur, tantam Deo gratiam habeamus, quam maximam nos animus capere possit.

CVM summus, ac sempiternus Deus Pharaonem Israelitas insequentem, ac persequentem, eiusque milites in sanguinei fluminis aquas demeruit, ipsisque Israelitis tutum iter parauit: Cecinit Moyses, & filij Israel carmen hoc Domino, & dixerunt: *Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est, equum, et ascensorem proiecit in mare, Dominus quasi vir pugnator omnipotens nomen eius, curius Pharaonis, & exercituum eius proiecit in mare.* Merito sane optimoque iure Israelitae, gratis animis laudabant Deum, cuius illi ope, atque auxilio Pharaonis manus effugerunt. Qui quidem in animum induxerat, spolia illis detrahere, mortemque crudelissimam inferre. Dicebat enim. *Persequar, & comprehendam diuidam spolia, implebitur anima mea, euaginabo gladium meum interficiet eos manus mea.* Quapropter magno beneficio eos Dominus affecit, cum ab huius hostis furore incolumes seruauit. Sed longe maius, & praestantius Dei in nos beneficium

Exod. 15. numer. 1. no, gloriose enim magnificatus est, equum, et ascensorem proiecit in mare, Dominus quasi vir pugnator omnipotens nomen eius, curius Pharaonis, & exercituum eius proiecit in mare.

Exod. 15. numer. 9.

Persequar, & comprehendam diuidam spolia, implebitur anima mea, euaginabo gladium meum interficiet eos manus mea. Quapropter magno beneficio eos Dominus affecit, cum ab huius hostis furore incolumes seruauit. Sed longe maius, & praestantius Dei in nos beneficium

ficium extat. Illos enim e Pharaonis manibus liberauit, nos vero e potestate daemones eripuit. Illorum hostes in aquam submersit, & ipsis aditum ad terram promissionis aperuit, inimicos autem nostros, peccata nimirum nostra in suo pretiosissimo sanguine obruit, & nos ad terram illam caelestem eduxit. Illis perituram corporis vitam, nobis autem aeternam animi salutem comparauit. Illos denique, immortalis Deus nullo suo labore defendit, ut autem nos saluos efficeret, vitam ipse, sanguinemque, profudit. Quod si Israelitae ob illud beneficium sibi praestitum immortales immortalis Deo gratias egerunt, qua grati animi benivolentia, beneficium nobis a Deo datum, quod omnem gratiam vincit ac superat, excipiemus, & quo ad eius fieri possit remunerabimus? *Iud. 8. num. 22.*

CVM fortissimus Gedeon eisdem Israelitas e Madianitarum seruitute vindicauit, dixerunt omnes viri Israel ad Gedeonem: *Dominare nostri tu, & filius tuus, & filius filij tui quia liberauisti nos de manu Madian.* Eadem nos verba faciamus duci nostro Iesu, dominare tu seruator, & assertor noster Christe, dominare inquam nostri, qui liberauisti nos de manu daemones, & in charissimam libertatem asseruisti. *2. Paral. 35, nu. 23.*

TESTANTVR sacrae litterae, Regem illum Iosiam vitam in acie profudisse, cum fortiter aduersus Ethnicum quendam Regem dimicaret, & Dei populi propugnationem defensionemque, susciperet. Cuius quidem mors tantum omnium animis dolore incussit: *Ut vniversus Iuda (sacrae scripturae verba sunt haec) & Hierusalem luxerint eum.* Ieremias maxime, cuius omnes cantatores, atque cantatrices usque in praesentem diem lamentationes super Iosiam replicant, & quasi lex obtinuit in Israel. Ex quo perspiciemus, quam fecerint Israelitae Regem illum, eo quod ipsorum causa in praelio fortiter occubuit, & quam tunc cum ratione coniunctum, ut nos maxime aestimemus Deum, ac Regem nostrum Iesum, qui nostri causa occidit in cruce. Quod si nos haud animi dolore distrumpimur, nec grauius eius mortem deploramus, curemus saltem nullum in eum crimen committere, qui in nos tantum beneficium contulit: *Quomodo possum hoc malum facere?* (dixit honestissimus ille Ioseph) *& peccare in Dominum meum?* Et ratione huius si delitatis praemiserat, cum dixit: *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat, quid habeat in domo sua.* Haec vobis ratio ante oculos obuersetur, cum aliqua se offerat peccandi occasio. Deus enim se nobis multis modis tradidit, se nascens dedit in socium, conuescens in edulium, se moriens dat in pretium, se regnans dat in praemium. Ne ergo obsecro per Deum immortalem, in eum peccemus Dominum, qui tot nobis beneficia praestitit, qui tot donauit numera, qui gratiam denique, aeternamque beatitudinem largietur.

CONCIO SECUNDA.

Discursus primus declarat, in Christi morte, & passione, Christianam disciplinam addisci posse.

Thema. *Ecce ascendimus Hierosolymam, & Filius hominis tradetur. Matth. 20.*

SAEPE Christiana Ecclesia in hoc quadragesimali tempore Christi Domini mortem, ac dolores in fidelium memoria reuocat. In principio scilicet quadragesimæ, & in medio, & in fine illius. De qua etiã re humani generis assertor frequentem cum discipulis suis sermonem habuit, decebat enim eum magistrum, qui vir dolum, & sciens infirmitates nominatus est, hoc de passione Christi argumentum. Non semel, aut iterum, sed sæpius suis alumnis tradere. At quam utilis sit huiusmodi schola, quamquæ ad hominum institutionem necessaria breuiter explicari oportet.

QVAELIBET scientia utitur quibusdam primis principijs, in quibus omnes illius scientiæ conclusiones continentur, atque ideo præceptores, in his principijs discipulos edocendis operam, & studium præcipue ponunt, eaque illis sæpe relegunt, ac repetunt. Quia paruus error in huiusmodi principijs maximus est in tota facultate. Sic etiã passio Christi est quasi primum, ac præcipuum principium in Christiana disciplina, altissimaquæ morum scientia, in quo omnis nostra institutio perfectissime continetur. Christiana enim religio, quæ ad nos rectis moribus imbuendos ordinatur, nihil aliud docet quam vitæ integritatem, morumque sanctitudinem. Magnam animi submissionem, ardentissimam in Deum & proximos charitatem, obedientiam perfectam, inuictam animi magnitudinem, ac tolerantiam, aliasque huiusmodi virtutes. Quæ omnes in acerbissima seruatoris nostri morte excellentiori quadã ratione edocentur. Quapropter qui velit animi submissionem addiscere, oculos suos in Iesum crucifixum conijciat: *Qui humiliavit semetipsum usque ad mortem, mortem autem crucis. Et in eam deuenit*

Ad Phil. 2.

nit abiectionem, ut inter duos pendens latrones, opprobrijs, & contumelijs obiectus, ignominiosam, atquæ infamem crucem subierit. Qui charitatem complecti, ardentissimum Christi crucifixi amorê cõsideret: Qui hominũ causa grauissima illa tormenta libetè sustulit. Qui obedientiã arripere intueatur Christũ in crucem actũ. Qui, ut Diuus Bernardus ait, perdidit vitam, ne perderet obedientiã: Qui animi fortitudinem, ac tolerantiam perdiscere, inspiciat, & attentâ cogitatione perpendat, quam patienter, æquo animo, ac serena fronte seruator noster cruciatus, & mortem perferat, & pro persecutoribus roget. Qui denique quamcunquæ aliam virtutem consequi velit, in Christo crucifixo, eam elucere perspiciet, & ab eo discere, ac percipere poterit. A quò enim alio didicere sanctissimi viri eam, qua imbuti sunt, sanctitatem, nisi ab hoc sapientissimo magistro, ac præceptore Iesu? Quo alio duce, ac magistro ad cœlestium rerum cognitionem, & scientiam peruenerunt? *Non iudicauit* (inquit doctor ille gentium Paulus) *me scire aliquid inter vos nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.* Et quidem quamuis hic Apostolus præclara eruditione, atque doctrina ornatus esset, & cœlestium rerum cognitione instructus, ex nullo alio suam doctrinam hausisse fatetur nisi ex Christo crucifixo. O præclarum, ac diuinum sane præceptorem! a quo vnus horæ spatio plus scientiæ, & cognitionis desumi potest, quam ab omnibus libris, ac magistris toto vitæ tempore desumatur. Ab hoc quidem fortissimi Christi martyres inuictam in perferendis tormentis tolerantiam perceperunt. Apostoli ardentissimum salutis animorum curandæ studium. Monachi obseruantiam erga prælatos, reliquique omnes ab hoc vno perfectissimo exemplari virtutem, & sanctitatem petierunt.

AT, quid causæ sit rogo, cur tam pauci huic scientiæ studeant? Plenæ quidem sunt Academiæ præceptoribus, & discipulis, qui iuri canonico, & civili, alijsquæ huiusmodi facultatibus diligentissime operam, sed paucissimi reperiuntur, qui se in hanc Christi crucifixi disciplinam tradant, vel in ea progressum faciant. Arbitrantur enim homines, reliquas facultates plus sibi utilitatis, allaturas, magisque sibi conducere ad vitam honestè, honorificequæ tuendam, quam diuinam hanc, de qua loquimur doctrinam, & cognitionem. Sed errant sanè, ac vehementer errant, hæc enim doctrina non solum nobilior est reliquis omnibus, sed etiã utilior. In ea quidem verum ius canonicum, & civile continetur, quo rectè in regno illo foro, supremoquæ Dei tribunali nostræ salutis negotia tuebimur.

Bernard.

I. Cor. 2.
num. 2.

tuebimur. Hæc est vera ars medendi animis, & quæ non mortalia corpora, sed immortales animos sanat. Hæc est suprema Astrologia, in qua cœlestes motus, diuiniquè cœcurfus dignoscuntur. Hæc denique est sacra Theologia, quæ nos in diuinarum rerum cognitionem ducit, & ad cœlestes dignitates euehit. Cum ergo præclara hæc disciplina tam utilis sit, ac necessaria, merito Christi Domini passio, & mors, à qua illa defumitur, sæpius repetitur.

Discursus secundus, de vinculo, quo obstricti sumus Deo, non solum ex eo, quod tot labores pertulerit, sed etiam, quia eos libenti animo, nostri causa subierit.

Thema. *Ecce ascendimus Hierosolymam, & Filius hominis tradetur, &c. Mat. 20.*

Mat. 12.
num. 34. **A** Natura insitum est, vt de ea re, quæ nobis grata est, frequenter sermonem habeamus. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Quapropter sæpe de re militari loquitur, cui bella placent, & qui amat litterarum studia, non raro de libris, ac sapientiæ cultoribus agit: *Qui tenet aratrum (ait sapiens) & qui gloriatur in iaculo, stimulo bobes agitat, & conuersatur in operibus eorum, et enarratio eius in filiis taurorum.* Hinc factum est, vt seruator noster Iesus toties de morte, ac cruce, quam subiturus erat, sermonem instituerit, quia illius desiderio, & amore flagrabat.

Heb. 10.
num. 1. Quamobrem in lege veteri cruenta sacrificia sæpe Deo immolabantur. Lex enim illa: *Umbra erat futurorum*, vt ait Apostolus, & sacrificia illa representabant cruentum hoc crucis sacrificium. Quo quidem facto, cessarunt reliqua omnia, quæ erant figura huius. Instituit ergo Deus sanguinolenta illa sacrificia, quæ sibi maximè placebant, eo quod gratissimum sibi sacrificium in cruce immolandum significabant. Quibus ille oblectabatur. Ad eum modum, quo homo, qui ab alio sibi amicitia coniunctissimo abest, eiusquè videnti desiderio tenetur, solet illius effigie, aut simulachro oblectari, donec illius conspectum & vultum intueatur. Sic etià optabat maxime immortalis Deus, humanam naturam suscipere, & in crucis ara hominum causa immolari. Cum autem sciret, nondum aduen-

tasse

tasse tempus, in quo cruentum illud sacrificium offerendum erat, delectabatur interim huius sacrificij simulachris, quæ ab ipso mundi primordio esse voluit. Quo circa in sacris sacri Ioannis, vaticinationibus dicitur Christus: *Agnus occisus ab origine mundi.* Quæ verba licet aliqui alia via interpretentur. Diuus tamen Ambrosius super illud locum: *ideo, inquit, dicitur Christus agnus occisus ab origine mundi, quia eius mors in Sactis Patribus ab exordio generis humani præfigurata est in primo homine dormiente, & Eua ex eius costâ facta, in Abel, Isaac, Ioseph, & pluribus sacrificiorum ritibus.* Beatus etià Augustinus sic ait: *Christus fuit in Abel occisus, & in Prophetis ex honoratus.* Itaq, ab eo die, quo vniuersum cœditum est, vique ad illum, in quo Deus optimus maximus humanam induit naturam, voluit ipse figuris, & imaginibus suam mortem exprimi. At quæ etiam post humanitatem ab eo assumptam, celebre illud agni paschalis sacrificium celebrari iussit, quod quidem ipse seruator noster singulis annis cum suis discipulis celebravit, & cū suæ mortis simulachrum esse cerneret, non dubito, quin illo vehemèter delectaretur.

OB eadem etiam causam cum sanctissimum illius corpus in monte Thabor lumine, & splendore circumfusum esset, de acerbissima sua morte egit, quæ adeo illi grata erat, vt eo tempore, quo se lætissimum, & gloriosum præbuit, de ea, vt potè iucundissima, atque optatissima, sermonem habuerit.

DECLARAVIT quidè Christus hoc suum desiderium, cum ait: *Baptismo habeo baptizari, et quomodo coartor, vsque dum perficiatur.* In hoc baptismo doctores, Christi mortem, ac passionem intelligendam esse censent, à qua baptismus, & alia sacramenta Ecclesie, valorem, & dignitatem hauriunt. *Et quomodo (inquit) coartor vsque dum perficiatur?* A deo enim illius desiderij igniculo ardebat, vt quasi angustijs quibusdam premeretur eius animus, quousque suæ mortis tempus accederet. Quapropter illud appellat horam suam: *Sciens (inquit Euangelista) quia venit hora eius, vt transiret ex hoc mundo ad Patrem.* Vocat inquam horam suam, quia in ea sui desiderij compos euasit.

SATIS profecto explicatur hoc seruatoris nostri desiderium hæc cupiditas, & voluntas moriendi in illis psalmi verbis, in quibus regius vates sub Christi nomine loquitur in hunc modum: *In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui, et legem tuam in medio cordis mei.* Quem locum de Christo in-

Aaa

telligendum

Apo. 1. 3.

Ambrosio. ibidem.

Augustin.

Luc. 12. nu. 50.

Jo. 1. 3.

Ps. 39. nu. 11.

Aug. ibid.

Hier. ibi

telligentiam esse docet Beatus Paulus in epistola ad Hebræos, ubi hunc locum adducit, ac si in eo æternus Dei filius loqueretur. Ait ergo: *In capite libri scriptum est de me.* Diuus Augustinus exponit: In principio Psalmorum scriptum est de me, in quo agitur de Christo, & dicitur de eo, habere voluntatem in lege Domini. Diuus Hieronymus explicat: In principio Geneseos, in quo statim fit mentio Filij Dei. Alij interpretatur hinc de libro prædestinationis. De quo in alio psalmo scribitur. Deleantur de libro viventium, & cū iustis non scribantur. In quo libro scripti sunt omnes prædestinati, sed in capite omnium positus est Christus, tanquam eorum caput, & primogenitus in multis fratribus, & tanquam per quem alij sunt prædestinati. Alij denique sic exponunt: In capite libri, id est in summa legis diuinę: nam Hebræa non habent, in capite, sed in volumine libri. Et erit sensus, in summa, seu in ipsis scripturis sacris, quod de me dicitur, seu quod de me exigitur est, ut faciam voluntatem tuam, & hoc Deus meus, pater mi, ego volui, ita ut huiusmodi legem habeam in medio cordis mei. At, perpendamus, si placeat, quæ nam sit hæc lex, quæ ita Christi animo adhæret, & in eius corde sculpta, ac fixa manet. Et quidem illa est, quam in sacra sacri Iohannis historia habetur, in qua loquens Christus Dominus, de morte sua, ait: *Hoc mandatum accepi à Patre meo.* Hæc igitur est lex, hoc præceptum feruatori nostræ impositum, ut scilicet, mortem, ac crucem nostri causa subeat. Hanc legem, inquit, ipse, habeo in medio cordis mei, quia illius amore flagro & vehementer desidero pro humani generis salute vitam, sanguinemque profundero.

Ioan. 10. nu. 8.

Mat. 16. nu. 23.

Hier. ibi.

H. O. C. amore, & desiderio captus idem Iesus, grauius reprehendit Beatum Petrum, cum sibi de hac morte loquenti obiecit: *Abstine à te Domine, non erit tibi hoc. Conuersus enim Christus ad Petrum, dixit ei: uade post me satana.* Scandalum est mihi, quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed quæ hominum. Cur Dñe Satanā discipulū dilectū appellas? quo alio nomine multasti diabolū in deserto, nisi huiusmodi? Quid sibi vult asperum istud cognomen Satanæ? Diuus Hieronymus ita explicat: Satanus interpretatur aduersarius, siue contrarius, & quia contraria (Christus Petrum alloquitur) loqueris voluntati meæ, debes aduersarius appellari, ita. hic. Libenter ergo nostri causa mortem subire voluit, cum Petrum, quem paulo ante beatum propter egregiam eius confessionem appellauerat, nunc Satanam vocat, eo quod veller se interponere, quo

quo minus mortem ipse Christus perferret.

Q. V. O. circa cum eodem moriendi desiderio teneretur, in hodierno ad Hierosolymam ascensu, quem etiam beatus Marcus scribit, præcedebat, inquit, discipulos suos Iesus, & stupebant, & sequentes timebant. Sed cur stupebant? cur timebant? ex hoc (ait quædam glossa) quod ita prompte, & hilariteribat ad passionis locum, & sequentes timebant, quia nondum erant perfecti vsque ad tolerantiam martyrii. Hæc Lyra. Christus vero præcedebat, id est, ad mortem imperterritus præibat, ut exponit interlinealis. A natura enim rebus omnibus tributum est, ut festinanter ad id quod optamus, ac diligimus, properemus, lento vero gradu, incedamus, cum ad rem odio a nobis habitam accedimus. Ad puniendum Adamū lēto gradu, & deambulans ad aurā paradisi, incedebat Deus. Lēto gradu, quia ad puniendum tendebat, ut sic ostenderet non ex animo pœnam homini, & mortē inferre. At modo properanter ad locum passionis properat, quia ad patiendum pro homine petit, ut sic quam equo animo pro ipso patiat, manifestet. Plurimum igitur Christo Domino debemus, eo quod acerbissimos cruciatūs, mortemque crudelissimā nostri causa, pertulerit, sed maxime huiusmodi obligationem auget voluntas, & illa animi inductio, qua ea omnia tolerauit. Cui quidē aliqua ex parte satisfacimus, si nos libenter etiā animo, & voluntate ea, quæ ad Dei cultum, & religionem pertinent, exequamur: *Hilarem enim datorem diligit Deus.* Quapropter cum Deus, optimus, maximus ab Israelitis peteret primitias suo tabernaculo offerendas, sic ait: *Omnia voluntarius, et pro tuo animo offerat eis Domino, aurum, et argentum, et omnes pilos caprarum, &c.* Id est, quæcunque offeratis, siue preciosum aurum, siue caprarum pilos, qui nullo pretio æstimantur læta fronte, ac libenter animo donate. Quicunque etiam labores, vel res aduersæ, libenter Dei causa ferendæ sunt. Quod sanctissimus ille Eleazarus fecisse fertur. Is enim cum inter acerbissimam verberam animam iam iam efflaret: *Domine* (inquit) *qui habes sanctam scientiam, manifeste tu sis, quia cum a morte possem liberari, duos corporis sustineo dolores, secundum animam vero propter timorem tuum libenter hæc patior.* Sciebat videlicet Eleazarus quia esset Deo grati, labores eius causa, equo animo tolerati. Nos ergo si nodū ad sanguinē restitimus, placate saltē, & moderate feramus ea, quæ nobis secus ac volebamus acciderint, & quos nobis Deus labores imposuerit, læto vultu, atque animo eius gratia excipiamus, cum ipse nostri causa, grauiora multo, ac difficiliora

Lyra ibi.

2. Cor. 9. numer. 7.

Exod. 35. nu. 7.

2. Mac. 6. nu. 30.

nostri causa libentissime sustinuerit, Hac enim ratione par pari aliqua ex parte referemus, & gratiam ab ipso Deo, gloriâque sempiternam comparabimus, &c.

CONCIO TERTIA.

Discursus primus, in quo ex dignitate Christi, qui cruciatus, & mortem subiit, nostra redemptionis dignitas, & magnitudo perpenditur.

Thema. Filius hominis tradetur. Matth. 20.

QV ANVIS humani generis vindex, ac redemptor Christus humiliter, ac demisse de se loquens, se filium hominis hic, & alibi nuncupet, nostra tamen interst animaduertere, quis sit iste filius hominis, qui nostra causa flagellandus, crucifigendus, & occidendus est, beneficij enim dignitas, & magnitudo, non solum à bono, quod nobis confertur, sed etiam ab eo, qui illud confert, desumenda est. Nam eo beneficium excellentius est, quò ab excellentiori persona præstatur. Atque idcirco Aman maximi fecit conuiuium illud à Rege Assuero sibi comparatum. Non tam propter epulas in eo laute, & splendide appositas, quam ex eo quod rex illud celebrauerit. Sanctissima etiam Elizabeth plurimi æstimauit, se ab augustissima Dei matre saluari, ac præcipue personæ inuisentis dignitatem considerans. Et vnde (inquit) hoc mihi, vt veniat mater Domini Dei ad me? Quapropter, vt inæstimabile nostræ reparationis beneficium, quacumq; ratione possimus, æstimemus, operæ pretium erit illius præstantiam, & dignitatem, qui tantam in nos gratiam contulit, considerare: Filius hominis (inquit Evangelicè) tradetur principibus sacerdotum, &c. At, quis est hic filius hominis? Quæ dicunt homines, esse filiū hominis? Percontemur beatum Petrum, quem illum esse dicat: Tu (inquit Petrus, cum hoc filio hominis loquens) tu inquam es Christus filius Dei viui. Ecce vobis, quis & qualis sit, qui verbera, spinas, irrisiones, probra, contumelias, dolo-

res,

res, ac mortē nostri causa perpeffus est. Est enim æternus æterni Dei filius. Ore admiratione dignissimā quid mirandū magis, quā præstantissimum Dei filium abiecti hominis morte mulctari? Ascendit quidem ille super Cherubin, & volauit, volauit super pennas ventorum. Qui sic ascendit, ipse est, qui descendit in inferiores partes terræ, vt nos ad caelestia regna vocaret. Cum enim in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed metipsum exinaniuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus. vt homo.

VIDIT hunc ipsum Euangelicus ille vates: Super solum excelsum, & eleuatum, et plena erat domus à maiestate eius, Seraphin stabāt super illud, et ea, quæ sub ipso erant, replebant templum. Laudabant eum Seraphin dicentes, sanctus, sanctus, sanctus. Dominus Deus exercituum plena est omnis terra gloria eius. Ecce quam excelsus, sublimis, & magnificus sit ille.

EVNDEM se vidisse testatur diuina legis scriptor Iohannes, sedentem in cœlesti throno, stipatum vigintiquatuor senioribus, adorantibus eum, & mittentibus coronas suas ante thronum eius: Et de throno procedebant fulgura, & voces, et tonitrua, et in conspectu sedis tanquam mare vitreum simile crystallo. Hic ergo supremus Princeps, & totius vniuersitatis Dominus, ac demolitor Deus hic inquam est filius hominis, qui ascendit modo hierosolymam, vt tradatur gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum. Et hunc, quem prophetæ in editissimo, ac gloriosissimo suæ maiestatis loco sedentem conspexerunt, nos infami cruci affixum contuebimur. Et qui tunc Seraphicis mentibus, cœlestibusque senioribus stipatus erat, nunc inter duos flagitiosissimos latrones pedit. Et quem Angeli encomijs efferebant, Iudæi contumelios, & conuicijs lacerabūt. Et idē dedecore, & ignominia afficeretur in terra, qui gloria, & maiestate honorabatur in cœlo. Illius denique pedes durissimis clauis trajcientur, qui cœlestium seniorum coronas conculcabant. Tantam ergo abiecticnem, ad quam immortalis Deus nostri causa deuenit, tantum beneficium, tam incredibile in homines charitatem, qua ratione digne æstimabimus? aut qua gratia assequemur?

NON equidem miror, præpotentem Deum, à Diuo Iohanne regali corona ornatum, hostesque de bellantem, visum fuisse, ab Esaia vero sedentem in curru, vt Babylonem euerteret, in nube

Aaa 3 autem

psal. 17.
num. 11.
Phil. 2.
num. 6.

Esaï. 6.
num. 1.

Apoc. 4.
no 3.

Esther. 5.
num. 12.

Luce 1. n.
43.

Mat. 16.
num. 16.

autem, ut Aegyptum depopularetur. In maximam tamen admirationem rapior, cum eundem intueor pedibus iter facientem, versus Hierosolimam urbem, ut in ea illudatur, flagelletur, & crucifigatur: *Deus* (inquit) *Abachub, ab Austro venit, & sanctus de monte Pharan, operuit calos gloria eius, & laudis eius plena est terra. In fremitu concalcabis terram, & in furore obstupescies gentes. Percussisti caput de domo impij, deulasti fundamentum eius usque ad collum, vitam fecisti in mari equis tuis, in lato aquarum multarum, &c.* Et quidem hæc omnia rectè Deo optimo maximo conveniunt, & aliqua ex parte illius explicant magnitudinem. Nunc vero ubi est gloria operiens ccelos? ubi est laus adimplens terram? ubi est fremitus concalcantis aridam? ubi furor obstupesciens gentes? ubi caput percussum in domo impij? ubi denique via equorum Dei? Nihil horum hodierna die audio. Sed: *Ego ascendimus Hierosolimam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, &c.* O summam, & incredibilem summi Dei abiectionem! O beneficium nullis unquam sæculis auditum!

SANE si Deus ipse cælitum aliquem mitteret, qui tot, tantosque cruciatus, nostri causa subiret, quot, quantosque idemmet Deus perpeffus est; magno profecto grati animi vinculo ei devincti essemus, qua ergo grati animi memoria eidem gratiam referemus, cum ipsemet ad ea, hominum gratia perferenda, in terras advenit, ad redimendum hominum genus, ut explicat Divus Hieronymus. Ego, ego, inquit, reiteratio hæc emphasim habet. Quam tunc aliquis vitur, cum illustrius, aut præclarum aliquod facinus præstitit. Cuius rei exempla sacræ litteræ suppeditant, ut apud eundem Esaiam: *Ego, ego locutus sum* (inquit Deus) *et vocavi eum, adduxi eum, et directæ sũt viæ eius.* Loquitur Deus de liberatione Hebræorum per Cyrum de potestate Chaldæorum, & ut auge-ret facinus hoc, ait: *Ego, ego &c.* Eodem etiam modo, & potiori ratione loquitur in præfenti, cum de egregio illo factò, quo collapsum humanum genus restauravit, sermonem facit: *Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me.* Eadem loquendi phrasi usus est in eodem Esaiâ, dicens: *Ego, ego ipse consolabor vos.* Vbi Sanctus Hieronymus etiam interpretans hunc locum

Abac. 3.
num. 3.

Esai. 43.
num. 25.

Hier. ibi.

Esai. 48.
num. 15.

Esai. 51.
num. 12.

cum de adventu Christi in carne ad liberationem nostram, dicit: ego, ego, nequaquam per prophetas, sed ipse vos consolabor. Ita Hieronymus. Utrobique ergo geminat vocem, quasi quid magnum præstans, gloriatur enim hac de re.

ADMIRATUR maxime Tobias, secum ipse considerans, Angelum missum fuisse à Deo, qui filium suum duceret, & comitaretur in ea, quam susceperat via, licet ipse Angelus, nulli se labori, aut periculo obiecerit. Maiori ergo admiratione dignum est ipsum Dei filium humanitate indutum, ad terras descendisse, plurimosque, ac maximos labores sustinuisse, ut nos ad cælum salvos, & incolumes educeret.

MAGNUM sane fuit beneficium illud, quo Deus affecit Israelitas, cum eis Moysen ducem, ac præceptorem dedit, qui eos à Pharaonis servitute vindicaret, & ad terram promissionis duceret. Quod tanti fecerunt Israelite, ut necesse fuerit (auctore Divo Augustino) demortuum Moysen occultari, ne ab eis divinis honoribus coleretur, eo quod se ducem, illis in vasta illa solitudine præbuerat. Quanti ergo nos æstimabimus, venisse Deum ad donandam nobis libertatem, & cælestem terram promissionis acquirendam, idque tanto suo labore præstitisse, quantus excogitari potest maximus. Et quid aliud nobis dicendum resta? nisi id quod olim ipse Moyses Dei populo dixit: *Quis similis tui popule, qui saluaris in Domino, sicutum auxilij tui, et gladius gloriae tuae.* Scilicet est Dominus, eadem verba potiore iure Christiano populo proponam, qui saluatur in Domino, & saluatur à Domino, quia salvator est ipsemet Dominus. Ipse sicutum, in quo nostrorum hostium tela recepta sunt. *Ille enim vulneratus est propter scelera nostra.* Est denique gladius gloriae nostræ, cum in gladio suo acquisita sit gloria, & beatitudo nostra.

Aug. lib. 1
de mirab.
S. Scrip. 6.
35.

Deut. 35
num. 29.

Discursus

gita deo...
- In...
- In...
- In...

Discursus secundus, in quo ex Christi morte,
ac tormentis peccatum maxime detestandum esse concludimus.

Thema. *Ecce ascendimus Hierosolymam, & Filius hominis tradetur.* Matth. 20.

SI quis fortè requirat, cur cum Christus Dominus vnica dantaxat sui sanguinis guttula hominum genus saluare posset; illud tanto suo labore redemerit, consideret ipse secum, seruatorem nostrum non solum voluisse eterno Patri pro hominum flagitijs cumulatissime satisfacere, sed etiam à nobis impetrare, ne nostris eum offensis læderemus. Cum ergo ipse Deus planè cognosceret, homines procliuēs esse ad peccatum, ægrequē, ac difficile à peccandi consuetudine dimoueri, non modo flagitijs iam commissis curationem attulit, verum etiam remedium adhibere voluit, ne in posterum illi nouas culpas susciperent. Quamobrē grauissima tormenta, mortemquē acerbissimam pertulit, vt hac ratione peccata, quæ tantos illi cruciatus intulerunt, maximè detestemur.

P R A E C L A R V M fanè remedium ad flagitia reijcienda; & quidem efficacius, quam damnatorum supplicia. Non enim supplicium, quod damnatis infertur, adeo graue, & acerbum est, ac illud, quo Christus in sua passione propter hominum scelera multatur. Quia damnati digni sunt his, & alijs grauioribus pœnis innocentissimus vero Iesus nullam vnquam suscepit culpam, ob quā tam grauitè, & atrocitè puniretur. Et quidem supplicia illa ab homine petuntur, & ab homine qui meritas sui peccati pœnas luit, hæc vero ab ipso Deo optimo & maximo, & qui nullius culpe participes est, aut esse potest. Quo circa hæc multo grauiora sunt, & in illis peccati fœditas, & grauitas plus, quam in quibuscunque alijs pœnis, aut supplicijs elucet. Ex quo fit, vt nihil aliud æque bene peccati malignam exprimat, ac seruatoris nostri mors, cruciatuquē grauisissimi.

N O V E R A T fanè hoc sanctissimus Bernardus, cum aiebat, Ex consideratione remedij, periculi mei æstimo quantitatem. Filius altissimi iubetur occidi, vt vulneribus meis pretioso sanguinis balsamo medeatur. Agnosce homo, quam graua sint vulnera illa

Ber. serm.
3. in Nat.
Dominici.

illa, pro quibus necesse est, Dominum Christum vulnerari. Hęc ille. Non ex consideratione pœnarū, inquit, sed ex cōsideratione remedij æstimo periculi quantitatem. Agnosce, ait grauitatem vulnerum, non quidem ex consideratione suppliciorum, quibus dānati plectūtur, sed ex vulneribus saluatoris. Quis ergo non detestabitur peccata, quæ Dei sanguine, ac vita curantur?

A D E O se iratum ostendit Deus Hierosolymitanis, vt illos propter eorum flagitia Babylonis in seruitutem dederit. Intuebatur enim Babylon huiusmodi supplicium. Neque ipsa ad pietatem, religionēquē, remigrabat. Quapropter immortalis Deus ira in eam incitatus, ait. *Iratus sum super populum meum, & contaminatus sum hereditatem meam, & dedi eos in manu tua, & c. Nō posuisti hoc in corde tuo. Veniet super te malum, & nescies ortum vius, irruet super te calamitas quam non poteris expiare.* Ac si diceret, nonne satius tibi esset, in alieno capite periculum facere? Nonne poteras huiusmodi argumentum conficere? Si Deus tam grauitè animaduertit in populum sibi charissimum propter eorum culpas, qua ratione nostra scelera inulta, aut impunita dimittet? Hoc idem in eodem propheta scriptum est, cum ipse Dominus inquit: *Super humum populi mei spina. & vepres ascendent, quāro magis super omnes domus gaudij ciuitatis exultantis?* Sensus est (ait Diuus Hieronymus) si terram Iudeam, quæ repromissionis terra est, spinæ repleuerūt, & vepres, quanto magis alias ciuitates, quæ plenæ sunt gaudio? Hęc ille. Sed in nos ipsos huiusmodi argumēta retorqueamus. Quis audebit culpas suscipere, cuius pœnas æternus Dei filius tam grauitè, & acerbè perfoluit? Si Voluit optimus Deus, vt Babylon Hierosolymæ periculo saperet, & reliquæ ciuitates in alieno capite periculū facerent, potiori iure sanctissimi sui filij cruciatus, & flagella nobis opponet, vt illorum cogitatione respiscamus tādē, & e miserimis flagitorum sordibus emergamus.

C V M Christus Iesus ad supplicium crucis trahebatur, & fœminas præ commiseratione plorantes vidit, conuersus ad illas dixit: *Filia Hierusalem nolite flere super me sed super vosipsas flere, & super filios vestros quia si in viridi ligno hæc sunt, in arido quid fiet?* Id est, si æternus, ac supremus Deus ita vindictam sumit de peccato in dilecto filio, qui longe abest a culpa, quam seuerum vindicem, & vltorem se præbebit, in vilissimos seruos, qui peccata, ac crimina perpetrarunt?

P R A E C E P I T olim Deus, vt cruentum illud sacrificium,
B b b quod

Esai. 47.
nu. 6.

Esai. 23.
nu. 13.

Hieronymus
ibidem.

Luc. 23.
nu. 28.

NUM. 19. quod pro expiatione populi fiebat, in conspectu omnium immo-
 laretur, cunctisque videntibus combureretur, ut hac ratione illi,
 qui aderant sacrificio cruentato, & animal illud occisum, & sangui-
 nolentum cernebant, immunditiam detestarentur, pro cuius expia-
 tione cruentum illud sacrificium adhibebatur. Sed aliud efficacius
 remedium, ad odio habendum peccatum, hodierna die nobis pro-
 ponitur à Christo, sic loquenti: *Ecce ascendimus Hierosolymam, & fi-
 lius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis, & condemnabitur
 eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, &
 crucifigendum.* Ac si dicat: attento animo inspicite, me ipsum tan-
 quam sanguinolentum quoddam sacrificium ad expiandas vestri
 animi maculas oblatum. Neque vero exiguum erit illud damnū,
 quod huiusmodi sacrificio refarciendum est, peccatumque, cuius
 causa hoc cruentum offertur sacrificium detestamini.

IN sacra Regum historia fertur regem quendam Moab ita ini-
 micorum copijs circumuentum fuisse, ut arripuerit filium suū pri-
 mogenitum, qui regnaturus erat pro eo, & obtulerit holocaustū
 super murum, & statim recessisse hostes ab ipso. Refert quidem
 Iosephus: eos, qui obsidebant Regem illum, misericordiam ei tri-
 buisse, & humana passione oppressos, obsidionem soluisse, & sin-
 gulos ad propria remeasse. Sic præpotens Deus, cum quasi obse-
 sione quadā à flagitiosis, hominibus teneretur, qui aduersum eum
 suis flagitijs, ac sceleribus dimicabant, filium suum primogenitū
 arripuit, & obrulit in holocaustum. *Propter scelus* (inquit) *populi mei
 percussit eum.* Utinam & nos illius misericordia teneamur, & ab ar-
 mis contra Deū susceptis desistamus. Illi quidem sui hostis filium
 immolatum viderunt, nos vero nostri Dei vnigenitum, ac primo-
 genitum sacrificatum cernimus. Illi magnam Regis crudelitatem,
 nos summam summi Dei clementiam & benignitatem animadu-
 timus. Illi iustum bellum contra Regem Moab inierant, nos autem
 contra Regem cæli, & terrę iniuste arma suscepimus. Illi denique
 misericordia tandem commoti, iustum bellum dimiserunt, cur er-
 go nos in iniusta contra Deum pugna persistemus?

IMMITTEBAT Deus quondā turbines, ignes, fulgura,
 eluionesque terrarum, ut his supplicijs homines perterriti, à vi-
 tijs auocarentur, & Deum ira seuerum, & acrem maxime reuererē-
 tur. At seueriorem se, & acriorem præbet Deus in filij sui morte:
 quem proposuit pro peccatione per fidem in sanguine ipsius ad osten-
 sionem in iustitia sua, ut fatetur Apostolus. Quauis enim passio Chri-
 sti,

sti, opus sit diuinæ misericordiæ, in ea tamen infinita Dei iustitia
 miro quodammodo micat, ac splendet: *Ad ostensionem* (ait) *iustitiæ.*
 Quia tunc suam iustitiam Deus ostentauit. Præbuit sanè se iustum
 ac seuerum, cum omnem terram aquarum eluionibus obruit, cū
 Sodomam, & reliquas vrbes vehementissimo quodam igne com-
 buisit. In Christi tamen morte, ac passione, in qua præcipue eluxit
 iustitia, maximam seueritatem prætulit, eamque mirum in modū
 ostentauit, neque alibi vnquam peccatum (ut ita loquar) adeo pu-
 nitum est.

AD abducendos Israelitas à peccatis solitus est Deus Aegyp-
 tios, aliasque exteras nationes grauius propter eorum scelera pu-
 nire, ut hac ratione Israelitę alieno periculo saperent. Quibus cū
 ita se gerebat maximus Deus, ac reges cum dilectissimis sibi libe-
 ris. Solet enim Rex seuerus in flagitiosos seruos animaduertere, eo
 animo, ut princeps, ac filius eius, qui eiusmodi flagitijs obnoxius
 est, timeat, & in alieno capite periculum faciat. At inaudito quo-
 dam consilio vsus est Deus, ut nos à vitijs auocaret. Patitur enim
 filium suum flagellis, & verberibus acriter cedi, ob ea crimina, que
 nos ipsi commissimus. Quod si filius respicere solet, & se ad me-
 liorem vitæ rationem recipit, cum seruum castigatum cernit, cur
 seruus non respiciet, & sese colliget cum filium flagellari, & cru-
 cifigi videt, propter crimina sua.

CV M vidit Deus populum suum multis sceleribus, ac flagitijs
 deditum, passus est Hierosolymam à Chaldeis deuastari, eiusque
 templum violari, atque eueri, ut populus tanti supplicij timore
 perterritus à turpi, & voluptuosa vita discederet, & ad pietatē, ac
 religionem remigraret. Sed iam in ipsa Hierosolyma acerbius, gra-
 uiusque supplicium eterno Dei filio inferitur, & augustissimū Dei
 templum, in quo diuini numinis thesauri reconditi sunt, deicitur
 ac deturbatur, idque factum est propter maxima hominum flagi-
 tia. Si ergo par erat Israelitas peccata vitare, videntes flagella, ad
 Dei vsque templum protendi, quid nos facere oportet, videntes fla-
 gella pro peccatis nostris, ad Dei vsque filium descendere.

Conquestus est Deus de Ephraim, & Iuda, eo quod nefaria sce-
 lera perpetrarent, & ait: *Propter hoc dolui in prophetis, occidi eos in
 verbis oris mei.* Vbi Septuaginta legunt: Propter hoc demessui
 Prophetas vestros. In quem locum ita loquitur Theophylactus: *Theoph.*
 Non intermissi, vos congruenti prouidentia dignari, adeo ut & pro-
 phetis meis, quos vobis adhortatores misi, causa mortis extiterim,

hoc enim denotat occidi, Et quoniam dedi ipsis verbum oris mei ut variarentur, videor eos occidisse. Hæc ille. Magnum profecto hoc in illos extitit beneficium, Deus siquidem prophetas suos vexari, & occidi finit, ut perditis illis hominibus remedium, ac salutem afferret. Sed maius quidem est ipsum Dei filium cruciari, atque occidi, ut flagitiosi homines sancti saluique fiant.

Ier. 6. n.
29.

S E D pro dolor: *Defectu suffiatorium* (inquit Ieremias) *in igne consumptum est plumbum. frustra conflavit conflator, malitia enim eorum non sunt consumpta, argentum reprobum vocate eos.* Ne obsecro per Deum immortalem, auditores optimi, ita vestris sceleribus additi sitis, ut iure vobis hæc Ieremię verba aptari possint, sed huiusmodi remedio, quod Christi morte, ac cruciatibus comparatum est, animi maculas expiate, vestraque malitia hoc igne consumatur, ne argentum reprobum vocemini, sed aurum electum, quod diuino conspectu valeat esse dignum.

CONCIO QVARTA.

Discursus primus, aduersus eos parentes, qui peritura duntaxat bona liberis suis comparant.

Thema. *Dic, ut sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram in regno tuo, Mat. 20.*

Hier. ibi.

Chryf. bo.
66 in
Mar.

VERBA hæc mater illa filiorum Zebedæi anxia, & de suorum liberorum commodis sollicita proposuit, cum à Seruatore nostro sublimes regni sedes postulauit. Sed cuius nam regni? Diuus Hieronymus in eum locum respondet: Auiditate scemina præsentia petit, immemor futurorum. Et Beatus Chryso-
stomus ait: Quod nihil spirituale quærebant, nec de cœlesti regno quicquam cogitabant, perspicuum est. Ex quo fit, temporalia, & caduca esse, que huiusmodi mater à Christo Domino precibus postulabat.

HAEC igitur bona sunt, quæ magna molestia, ac sollicitudine parentes suis liberis acquirunt, erga diuina vero, atque æterna bona

na eos afficere nihil omnino curant. Quod egregiè Diuus Chry-
sostomus scribit: Alij, inquit, filijs suis malitiam comparant, alij honores, alij diuitias, nemo filijs suis comparat Deum. Perditionem eorum magno pretio comparant, salutem vero illorum nec dono accipere volunt. Hæc ille. Quo circa omni studio illi contendunt, ut liberi ordinatè saltare, ac pulsare sciât, & inter se se exercitatio nis gratia digradientur, aliaque eiusmodi addiscant, nihil vero laborant, an illi honeste instituantur, an preces ad Deum, eiusque sanctissimam matrem fundant, an sacro, sacrisque concionibus interfint, vel alijs optimis moribus imbuantur.

H O C Deus optimus maximus videtur animaduertisse, cum Ieremiam in hunc modum alloquutus est: *Tu noli orare pro populo hoc, neque assumes pro eis laudem & orationem & nõ obstitas mihi qui non exaudiam te.* (Cur ergo, Deus immortalis, te ita seuerum & inexorabilem ostendis?) *Non ne vide:* (ait Dominus) *quod isti faciunt in ciuitate Iuda, & in plateis Hierusalem? Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem, ut faciant placen-
tias regine cœli & libent Djs alienis, & me ad iram undiam prouocent.* Videtur sane in his Ieremię verbis, quasi egregijs picturę coloribus expressum esse id, quod in nostro sermone conferimus. Homines enim colunt, ac suspiciunt honores, diuitias, voluptates, quibus quidem quasi diuinum honorem exhibent, in quorum cultu, atq; obsequio tam parentes, quàm liberi operam, studiumque ponunt. Matres enim fucce, ac pigmento filias suas artificiosè decorant, ut nitidior, ac color non naturali venustate, aut sanguine diffusus, sed fucce illitus in earum facie splendeat, easque rubentibus cinnorū capillis, genisque fuccatis perpolitè ornât. Patres etiã pretiosum cultum, quo filij eleganter orientur, libenter donant. Quæ omnia cum liberi ardentè exoptent, ipsique parentes suppeditent, succenditur quidam ignis, qui eorum cupiditates inflammat. Et certè huiusmodi parentes, qui effrænatas, & vanas filiorum cupiditates, quas deberent extinguere, succendunt, non tam suorum filiorum patres, quàm hostes, crudelesque inimici dicendi sunt.

TANQVAM aliquid crudele, & inhumanum regius vates commemorat, nonnullos ex Israelitis dæmoni liberos suos obulisse: *Immolauerunt* (inquit) *filios suos, & filias suas dæmonijs, & effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quis sacrificauerunt sculptilibus Chanaan.* Crudeles profecto illi parentes erant, omnique diritate, atque immanitate teterrimi. Sed

psal. 105
nu. 37.

crudeliores, & immaniores sunt hi patres, qui filios suos mudo imolant. Illi enim adimebant filijs suis vitam corporis, hi vero vitam animæ, quia huiusmodi indulgentiæ occasionem præbent suis liberis peccandi, & gratiæ, in qua vita animi sita est, amittendæ. Et quidem sæpe contingit, ut istiusmodi parentes filiis suis orbentur. Et quemadmodum principes, solent filios suos abducere, ab eorum pædagogorum institutione, qui illos pravis artibus imbuunt, ita omnium auctor, ac parens Deus, naturales patres tanquam filiorum pædagogos constituit, qui quidem si eos bonis moribus non instituunt, & præclara, atque honesta educatione erudiant, priuantur hoc educandi munere, & à filiorum tutela reiciuntur. Quod facile ex scriptura sacra comprobari potest, sed præcipuè in duobus illis iudicibus, ac moderatoribus Israelis, quorum alteri triginta filij, & totidem filiæ erant, alteri vero quadraginta, neuter tamen successorem reliquit in Israel. Atque ita gubernandi munus, quod in ea familia diuturnum, atque etiam perpetuum putabatur, in ipsis primis gubernatoribus defecit. Solet enim Deus optimus maximus, parentes liberis suis orbare, ut hoc supplicij genere improbam eorum educationem carpat, & in ipsos pædagogos animaduertat, ac vindicet.

HELII, in educandis liberis negligenti, & in eisdem obiurgandis remisso, obiectum est à Deo per prophetam: *Pars magna domus tuæ morietur, cum ad virilem aetatem venerit. Hoc autem erit tibi signum, quod venturum est duobus filijs Ophni, & Phinees, in vno die morientur ambo.* Explicans vero huius supplicij causam: *Predixi, (ait) & complebo, eo quod nouerat indigne agere filios, & non corripuerit eos.* Et quamuis ipse Heli filios in hunc modum obiurgauerat: *Quare facitis res huiusmodi, quas ego audio res pessimas ab omni populo nolite filij mei. Non est enim bona fama, quam ego audio, ut transgredi faciat is populum Domini: Si peccauerit vir in virum, placari ei poterit Deus, si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo?* Quamuis inquam Heli hoc modo filios obiurgauerit, quia tamen non illos grauius reprehendit, & in eos seuerè, atque acerbè animaduertit. grauisimum de illis, & de ipso supplicium sumptum est. Nam vno die occisus fuit vterque filius, & pater misere cadens de sella retrorsum, fractis ceruicibus mortuus est, & a domo eius in posterum nunquam recessit plaga. Caueant igitur parentes, quorum tanta est in filios indulgentia, ut nec molliter eos obiurgare, nec dum punire audeant, ne grauius à Deo puniantur,

simile.

Ind. 12.
num. 9.

I. Reg. 2.
num. 34.
I. Reg. 3.
num. 13.

I. Reg. 2.
num. 23.

puniantur, & liberis simul orbentur.

DILIGEBAT quidem Dominus Dauidem, at quoniam negligenter Amnonem, & Absalonem educauit, alterum suspendi, alterum vero vulneribus confodi, passus est. Si ergo Dauidis filios, quem Deus tanto amore prosequeretur, tam acriter, & acerbè puniuit, quo supplicio eorum liberos afficiet, qui sibi eque grati non extant?

QVOD si velitis filijs vestris sceleriter, ac magna animi iucunditate perfrui, rectis, atque honestis moribus eos imbuite. Sanctissimi illi Machabæi diuino cultu, verique Dei honoribus distenti, aliquantulum suorum clientum cultum, honoremque negligebant. *Erat enim (sacra scriptura testante) pro vxoribus, & filijs, itemque pro fratribus, & cognatis minor sollicitudo, maximus vero, & primus pro sanctitate, timor erat templi.* Quocirca magna in parentes, & filios beneficia a Deo collata sunt, qui illorum familiam clarissimam, & illustrissimam reddidit.

ET quis est, qui ignoret sanctissimi Tobix curam, atque studium in filio suo educando, recteque instituendo. Hæc enim illi documenta dabat: *Omnibus diebus vita tua in mente habeto Deum, & caue, ne aliquando peccato consentias, & prætermittas præcepta Domini tui. Ex substantia tua fac elemosynas, si multum tibi fuerit, abundantè tribue, si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri sibi de Attrede tibi fili mi ab omni fornicatione. &c.* His & alijs huiusmodi monitis, & exhortationibus educabat Tobias filium suum.

QVID de sanctissimo viro Iob dicam? cuius tanta cura filiorum erat, ut non solum mores instituere, sed occulta cordium eorum, & cogitationum abdita, mundissima esse curaret, cumque huiusmodi genus educationis, potius ad Deum, quam ad se pertinere, videret, ad sacrificia confugiebat, ut hoc a Dño impetraret. Audi verba sacra: *Consurgens diluculo offerebat holocausta per singulos (scilicet dies) Dicebat enim, ne forte peccauerint filij mei & benedixerint Deo in cordibus suis.* Ne forte, inquit, de peccatis occultis curam habet, & de his sub dubio, ne forte peccauerint in aliqua cogitatione aduersus Deum. O præclara parentis erga filios cura! o educatio admiranda! o vtinam vel eorum quæ ad exteriora opera perent filiorum, sic gererent curam parentes sæculi nostri!

DE sancta illa Regis Galliæ Ludouici matre, narrat historia eius, aliquando dixisse filio, vtinam, o fili prius te mortuum, quam in peccatum aliquod mortale lapsum videam. Mater erat

2. Mach.
15. nume-
18.

Iob. 4.
num. 6.

Iob. 1. 5.

erat & filius ille ni fallor vnicus, & regno illo per necessarius, & tamē prius mortuū quam peccatorem illum videre optabat. Hæc quidem est parentum Christianorum digna educatio, hanc imitari patres & matres, vt cum filijs vestris fructu optimæ educationis fruamini in cælis, Amen.

Discursus secundus, de bonorum temporalium breuitate, ac vtilitate.

Thema. Nescitis quid petatis Matth. 20.

AVDIVIMVS in proximo discursu, quid mater illa Iacobi, & Iohānis à Christo Domino petierit. Audiamus modo, quod illi responsum ab eodem Christo redditum fuerit: *Nescitis* (inquit) *quid petatis*. Vtinam ego in altissimo, atque editissimo loco constitutus, possem hæc verba magna vocis contentione omnibus illis proponere, qui terrena, ac peritura bona nimis exquirunt. O vos inscios, & ignaros homines, qui apud Regum & Pontificis curiā summos honores, & dignitates aucupamini, nescitis quid petatis. Qui in Academijs primas cathedras, primarioque honores appetitis, nescitis quid petatis. Qui præcipua Reipu. munera magno studio, summaque diligentia exquiritis, nescitis quid petatis. Neque mirum est, hæc verba vobis obijci, cum ea Seruator noster discipulis suis dignitatem appetentibus obiecerit. Sed vt clarè cognoscamus, iure illa proponi posse omnibus his, qui istiusmodi dignitates affectant, inquiremus, qua de causa Christus Iesus ea discipulis proposuerit. Et quidem iccirco factum esse arbitror, quia existimabant illi se aliquid petere, cum nihil peterent. Accessit mater filiorum Zebedæi petens aliquid, & tandem nihil petebat, quia caduca, & peritura bona postulabat, quæ quidem nihil sunt.

*V*IDI (inquit Sapiens) *cuncta, quæ sub sole fiunt, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus. Quamuis enim in hac rerum vniuersitate amplissimæ facultates, diuitiæ, dignitates, plurimique honores, & dominatus inueniantur, quia tamen ista omnia exigua, ac pene nulla bona sunt, sapienter à sapiente dictum est, esse vana, & nihil. Apud sapientes enim parum pro nihilo reputatur. Vanum vero illud*

illud dicitur, quod aere dumtaxat plenum est. Atque iccirco explicans Diuus Hieronymus illa sapientis verba: *Vanitas vanitatum & Hieronymus ibidem. omni vanitas*. Pro vanitas, inquit, vanitatum, secundum quosdam interpretes, possumus dicere vaporem fumi, & auram tenuem, quæ cito soluuuntur, vnde vniuersitas caduca ostenditur, Hæc ille. Cuncta igitur, imperia, dignitates, honores, dominatus, ac munera, quæ tam auide, & ardentè ab hominibus expetuntur, nihil aliud sunt, quam vapor fumi, & aura tenuis. Quæ quidem licet in hac vita specie quadam boni, ad se hominum animos alliciant, nullum tamen ex eis commodum reportatur. Quod plane fatentur hi, qui eiusmodi bonis abundarūt. *Quid* (inquiūt) *profuit nobis superbia: & diuitiarum tactantia. quid contulit nobis?* Talia dixerunt in inferno hi, qui peccauerunt. Nequè vero dicunt, quid modo nobis prodest, sed quid nobis profuit, videlicet, quia tunc nihil illis prodesse, perspicuum erat. Hæc dicunt Alexandri, Cæsares, Pompeij, reliquique Romani imperatores, qui suorum criminum pœnas apud inferos acerbissime soluunt. Quibus sua imperia, & bona, adeo exigua videntur, vt ea nullius fuisse momenti, nulliusque vtilitatis sero tandem cognoscant. *Quid* (inquiunt) *nobis profuit superbia?* Id est nihil profuit, quia omnia illa bona nihil erant. Sed deimus ea aliquid esse, fuerūt ne diuturna? *Transferri* (aiunt) *omnia illa tanquā vmbra, et tanquā nuncius præcurrens, & tanquā nauis, quæ pertransit fluctuantem aquam, cuius, cum præterierit, non est vestigium inuenire, neque, semitam carinæ illius in fluctibus, aut auis, quæ transuolat in aere, cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius, sed tantum sonitus alarum, verberans leuem ventum & scindens per viam itineris aerem commotis alis transuolauit. Et post hoc nullum signum inuenitur itineris illius. Sic & nos nati continuo desuimus esse.* Pèrpende singula hæc Salomonis verba, & manifeste perspicies stultos omnino, atque ignaros esse omnes illos, qui petunt, & quasi arcessunt huiusmodi peritura bona: *Transferunt* (inquiunt) *omnia illa sicut vmbra* Illa enim potius sūt vmbra bonorum, quam vera bona. Vmbra vero corporis similitudinem gerit, sed non est verum corpus, ita etiam terrena bona speciem bonorum præferunt, non tamen sunt vera bona, sed quedā quasi vmbra, & similitudo bonorum. Et sicut nuncius præcurrens, qui quidē læta, ac iucunda nuncia afferre solet, quasi præteriens tamen, sic etiam illa bona, nō tam bona, quā bonorum nunciij, qui citissime euanescent, dicenda sunt: *Et tanquā nauis, quæ pertransit fluctuantem aquam, &c.* Celeri enim cursu, & quasi vno ictu omnia mū-

di bona, omnesque fortunæ currunt, ac pereunt. *Vidi impium* (inquit regius vates) *siper exaltatum, & elevatum sicut cedros libani, & transiit, & ecce non erat, quasi euin, & non est inuentus locus eius. Ecce auis, cuius non est inuenta via. Hæc* (dixerunt impij) *fuit vita nostra. E: denique sic, nos nati continuo desuimus esse.* Tam breuiter enim suæ vitæ curriculum transactum esse iudicant, vt primum suæ vitæ diē coniungi, & vt ita dicam, cum supremo continuari, fateantur. Quā obrem ea omnia somniata bona in sacris litteris nuncupantur. *Dormierunt* (inquit Dauid) *somnum suum, & nihil inuenerunt onnes viri diuitiarum in manibus suis.* Vbi Hieronimus sic ait. Vere hæc vita somnus est, & diuitiæ, quando enim videmur eas tenere, statim amittimus. Esaias vero eadem metaphora vtitur, cum iuxta Diui Hieronymi explicationē de diuitijs a Romanis in Ierosolymæ excidio partis, sermonem habet, *sicut somniat* (inquit) *esuriens, & comedit* (scilicet in somnis) *cum fuerit expergefactus vacua est anima eius, & sicut somniat sitiens, & bibit, postquam euigilauerit lassus, adhuc sicut, & anima eius vacua est, sic erit multitudo omnium gentium, quæ dimicauerunt contra montem Sion.* Fingite animo egenum quendam hominem, fame, siti que eneectum, somniatē se diuitijs asluere, & victu, potuque uissimo frui. At quamprimum a somno ille, excitatus est, cum formæ earū rerū, quæ sibi in quiete obiectæ erāt, re ipsa nullę essent, pecunijs, cibisque vacuus, dolet, maximeque tristatur. Eodem sane modo se habent huius vitę bona, videtur enim in somnis, & licet re vera bona non sint, boni speciem offerunt dormientibus, cū vero post hoc vitæ curriculum excitati simus, ea vana prorsus, & nugatoria esse comperiemus.

PRETEREA non solum illa Apostolorum petitio reiciitur, quia illi arbitrantur se aliquid petere, nihil petebant, sed quia in hoc regno dignitates permanentes postulabant. *Dic vt sedeant,* (loquitur mater, filiorum nomine) *hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram in regno tuo.* *Dic vt sedeant,* ait, non sedendo, sed cursim transeūdo ijs bonis terrenis frui datur. Non enim mundi honores, & dignitates constantes esse possunt, sed fluxę, & instabiles. Nunc etenim hominē in amplissimo dignitatis loco positū, & postmodū de pristino statu ad infimū ordinē deiectum, contuebimur, Hodie Daniel tantū gratia valuit apud Darium, vt cōstitutus sit ab illo caput, ac princeps super centum viginti Satrapas, & cras ab eo in leonum lacum mittetur: Hodie doctor ille gētū Paulus, adeo apud Lystrios æstimatione sanctitatis, sapientiæ, & virtutis

Psal. 36.
num. 35.Psal. 75.
num. 6.Esai. 29.
num. 8.

Simile

Dan. 6.
I. & I 6.

tis floruit, vt voluerint Lystrēses ciues diuinū ei honorē deferre, cras tamen ab eisdem idem conuiciatus, lapidibusque petetur. Hodie princeps Aman exaltatus est à Rege Assuerus, qui posuit solium eius super omnes principes, quos habebat, & cuncti serui regis, qui in foribus palatij versabantur, flectebant genua, & adorabāt Amā. Sic enim ait Scriptura) *præcepit eis imperator.* Sed cras ex tā sublimi statu, feliciq; fortuna deiectus, ipsius regis iussu suspendetur Aman in patibulo, quod parauerat Mardocheo. Ac demū humani generis vindex, ac Redemptor Iesus, dominico quodā die Hierosolymā gloriosissimē triūphans ingreditur, & lætis acclamationibus a Iudæis excipitur, à quibus quatuor post dies ignominiosissimē actus est in crucē, Quod egregie, ac luculetur D. Bernard. expēdit. In eadē, inquit, ciuitate, à plebe eadē, & eodē tēpore, nunc, qui de processione gloria, & diuinis est laudibus honoratus, postmodū vero interrogatus cōtumelijs, & tormēto, & cū sceleratis deputatus. Hic est trāsitoria lætitię finis, hic fructus glorię tēporalis. Hæc ille. Et in secūda cōcione addit: Ab eodē populo, in eodē loco, & ipso tēpore, paucissimis diebus interpolitis primō cū tāto triūpho susceptus, postea crucifixus est. O quæ dissimile est, tolle, tolle, crucifige eū: & benedictus, qui venit in nomine Dñi, Hosanna in excelsis. Quā dissimile, Rex Israel, & nō habemus Regē nisi Cæsare: quam dissimiles rami virētes, & crux: flores, & spine: cui prius sternebatur vestimenta aliēna, ecce suis exuitur, & fors mittitur super ea. Et absolues concionē, inquit (Quis ergo sperare iam debeat in incerto glorię temporalis? cū videat in ipso quoq; qui peccatū nō fecit, creatore tēporum, & cōditore vniuersitatis post exaltationem tantā, tantā nihilominus humiliationē sequi. Hactenus Bernardus.

CV M ergo nihil sit in mundo firmū, stabile, & perseuerans, immerito, atq; improprie dicimus aliquē in alicuius status hæreditatē peruenire. Non enim status esse potest, qui non est constans, sed mobilis, ac facile labēs. Vt testatur sapientissimus Salomō, cum ait: *Vidi nihil permanere sub sole.* Beatus etiam Iob: *Homo quatuordecim annis ætate, breui viuens tempore, repletur multis miserijs.* Quod si quis non multis miserijs, sed plurimis bonis repletus sit, saltem breui viuet tempore, neque diu poterit eiusmodi bonis perfrui. Quo circa aptē subiungit Iob: *Quasi flos exceditur, & conteritur, & nunquam in eodem statu permanet.* Rectē hominem cum flore comparauit, quia vt Esaias etiam clamat: *Omnis caro fenum, & omnis gloria eius, quasi flos agri, exiccatum est fenum,*

Ccc 2 & ce

Acto. 14.
num. 12.
18.Hester. 3.
num. 1.Hester. 7.
num. 10.Bern. ser.
I. in Domi
nica pal
marum.Bern. ser.
2. supra.Ecol. 2. n.
21.Iob. 14.
num. 1.Esai. 40.
num. 6.

& cecidit flos & nunquam in eodem statu permanet. (ait) Quomodo status erunt immutabiles?

VOS igitur, qui caduca hæc, & peritura bona tãto studio queritis, tantaq; ambitione petitis, nescitis quid queritis, nescitis quid peratis. Querite regnum Dei, & iustitiam eius, hæc enim diuturna sunt: Non conemplantibus (inquit Apostolus) qua videntur, sed qua non videntur qua enim videntur, temporalia sunt, qua autem non videntur, æterna. Hæc verè diuitiæ à Beato Gregorio appellantur: Si fratres, inquit, charissimi, diuites esse cupitis, veras diuitias amate: si culmen veri honoris queritis, ad cœlestè regnũ tedite: si gloriam, dignitatẽq; diligitis in illa superna Angelorũ curia adscribi festinate. Ita Gregor. At diuitiæ huius sæculi (asserente Diuo Chrystomo) in vita cruciant, in morte deserunt, & in diuino tribunali diuites ipsos accusant, lignum enim de pariete contra diuitem clamabit. Animi vero diuitiæ in vita lætificant, in morte comitatur, & in Dei tribunali homines defendunt, illisque æterna beatitudo comparatur.

CONCIO QUINTA.

Discursus primus, in quo explicatur, ambitionis vitium, quasi infixum esse hominum animis.

Thema. Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram, & alius ad sinistram in regno tuo. Math. 20.

HVIVS MODI petitio non tam ex consilio matris, quã ex filiorum studio, & cupiditate prodijt. Quapropter alius diuinae legis scriptor, Marcus nimirum: Accedunt (inquit) ad eum Iacobus, & Iohannes dicentes: Magister volumus, vt quodcunque petierimus, facias nobis & dixerunt, da nobis, vt vnus ad dexteram tuã, & alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua. Atque idcirco Beatus Hieronymus: Preces, inquit, matris ex filiorum descendebant voluntate. At quo pacto ambitio in Apostolorum animos cadere potuit, qui ita humilitatis virtute instructi erant. Qui pluries eximie sub

missionis

missionis exemplum à Christo Domino petierat? & in humillimi Iesu disciplinam & scholam tandiu se tradiderant? Sanè ex hoc clare perspicietis huius vitij vim, ac potentiam, cum omnes etiã sanctissimos viros inuadat, & nullus fere sit etiam in tuto, securoquẽ loco constitutus, quem aliquando non petat, ac superet. Securi quidem videbantur esse primi illi humani generis parentes, cũ in amœnissimo paradiso versantes, cœlestibus donis muniti, iustitiæquẽ originali instructi erant, victi tamẽ, atquẽ infeliciter superati sunt ab immanissimo hoc, & fortissimo humani generis hoste, à superbia nimirum, & ambitione. Hac enim tanquam fortissimis quibusdam armis aggressus est illos dæmon: *eritus* (inquit) *sicut Dii scientes bonum & malum*. Et vero verbis serpentis mulier non crederet, vt ait Diuus Augustinus, nisi iam inesset eius menti amor propriæ potestatis. Quod explicans angelicus Doctor, ait: Non est sic intellegendum, quasi superbia præcesserit suasionem serpentis, sed quia statim post suasionem serpentis, inuasit mentem eius elatio. Idem vero, quod Diuus Augustinus de peccato Eue dixerat, fatetur etiã de culpa Adami: Adam, inquit, & Eua rapere voluerunt diuinitatẽ & perdidit scilicet felicitatem. Idem asserit Beatus Thomas quæstione citata, vbi ait: Quantum ad genus peccati, vtriusquẽ peccatum (Adæ scilicet, & Eue) æquale dicitur, quia vtriusquẽ peccatũ fuit superbia: explicans autem discrimen inter vtriusquẽ peccatum, subiungit. Mulier credidit verũ esse, quod serpens suavit, scilicet, quod Deus prohibuerit ligni esum, ne ad eius similitudinem peruenirẽt, & ita dum per esum ligni vetiti Dei similitudinem consequi voluit, superbia eius ad hoc se erexit, quod contra Dei voluntatem aliquid voluit obtinere. Sed vir non credidit hoc esse verum, unde non voluit, consequi diuinam similitudinem contra Dei voluntatem, sed in hoc superbiuit, quod voluit eam consequi per se ipsum. Hactenus Diuus Thomas. Itaque primum parentum peccatum fuit superbia, seu ambitio, qua appetierunt diuinitatem. Hac enim via illos humani generis hostis inuasit, & tandem miserè superauit, quanuis illi tanta sapientia essent præditi, vt Spiritus sanctus asserat: *Disciplina intellectus repleuit illos Deus*. Nequẽ enim solum tribuit illis sapientiam, sed repleuit eos sapientia intellectus. At volũtati quid præstitit: *Vestiant* (inquit) *in virtute*. Quod à nonnullis sic exponitur. Deus condidit Adam in perfecto robore secundum corpus, & in perfecta virtute secundum animam. Ambitio igitur vicit hunc hominem adeo sanctum, fortem, ac sapien-

tem,

2. Cor. 4.
num 18.
Greg. ho.
13. in Eua
gel.

Chryst.

Gen. 3. n.

5.

Aug. libr.

11. super

Genes. ad

lit. c. 30.

D. Thom.

2. 2. quæst.

164. a. 2

ad 4.

Aug. sup.

psal. 68.

D. Thom.

sup.

Eccle. 17

num. 5.

Eccle. 17

num. 5.

tem, illumque ad infelicitissimū statum deiecit. Licet in tuto loco paradisi existere videretur. Sed quid Adami ruinam commemorando augeo?

In tutiori quidē loco supremus ille Angelus, in editissimo, scilicet celo collocatus erat, & ab his hostibus, qui nobis insidias machinantur longe remotus, diuinarum rerum cognitione valde illustratus, & celestibus cumulatū auxilijs, grauit̄ tamen cecidit, & ex altissimo dignitatis gradu præcipitatus est. At quomodo cecidisti de celo Lucifer, qui mane oriebaris? Quod fecisti scelus? quod commisisti flagitium? cuius causa ad tantam infelicitatem ac miseriam deuenisti? Ambitio sanē, nimiaque diuini honoris cupiditas, tantam illi calamitatem, ac perniciem intulit. Vt enim D. Thomas

D. Tho. 1.

p. q. 63. 4.

3. Aug. li.

de q. q. ve-

ter. test.

q. 113.

ait: Angelus absque dubio peccauit, appetendo esse, vt Deus. Beatus item Augustinus: Diabolus elatione inflatus, voluit dici Deus. Sub cuius nomine dicitur apud Esaiam (D. Thoma interprete) *ascendam in celum, & similis ero altissimo.*

MAIOREM tamen in modum quodammodo admiror, cū Christi discipulos ambitioni studeōtes intueor, quam cum primos naturæ parentes in paradiso, diuinas mentes in celo eodē vitio notatos audio. Quis enim locus aptior, quæ societas cōuenientior ad mundi honores despiciendos; quæ Seruatoris nostri sodalitiū: Qui quidem non solum verbis, sed exēplis præcipuē pluries, veram animi submissionem discipulos suos edocebat: *D. scite* (inquit) *ā me, quia miris sum, & humilis corde.* Non solum, quia humilitatē doceo verbis, sed quia humilis sum, quia humiliter, & demisse de me sentio, quia me omnibus abijcio, & eximiæ humilitatis exemplum præbeo. Neque tamen his omnibus permouebantur Apostoli ad honorum, & dignitatum despiciendam. Sed adhuc honoris cupidi regni Dei dexteram, & sinistram petebant.

QVOD si nec primi parētes iustitia originali in paradiso muniti, nec Angeli in celis, nec Apostoli in collegio Christi hac ambitione caruerunt, quæ ratione nos tuti, ac securi erimus, non in iustitia, sed in peccato originali cōcepti, nati, in alijsque culpis educati?

Ind. 9. n.

5.

SED, ò detestandam hominum labem, ex qua tot in omnium animos maculæ redundarunt. Ex hac enim ambitione plures inuidiæ cædes, homicidia, fratricidia, & patricidia profecta sunt. Nonne Abimelech, dominandi cupiditate permotus, septuaginta fratres suos super lapidem vnū occidit? Miramur sanē, cum legimus,

Cain

Cain vita priuasse Abelem fratrem suum, sed multo magis admirari possumus illius crudelitatem, qui septuaginta fratres, simul interemit. Detestanda profecto est illorum decem fratrum maleuolentia, qui fratrem suum Iosephū Ismaelitis vendiderunt, ne ei subijcerentur. Sed detestabilius est, vnum duntaxat fratrem mortem septuaginta fratribus intulisse, ne sibi dominatum affectanti, impedimento essent.

NONNE Absalon patrem suum, à quo tenerè diligebatur, armis insecutus est, mortemquē illi machinatus. Quod quidē præ nimia regnandi cupiditate excogitauit: *Nuncium enim misit* (sacra scriptura testante) *ad vniuersas tribus Israel, dicens, statim vt audieritis clangorem buccinae, dicite, regnabit Absalon in Hebron.* Vt autem huius cupiditatis compos euaderet, patrem suum, eiusque sectatores perdere curauit.

2. Reg. 15
num. 10.

DENIQUE, nonne Achitophel vidēs, quod non fuisset executioni mandatum consilium suum, quod Absaloni dederat, suspēdio interijt? Existimauit videlicet aliquam sui honoris iacturā factam fuisse, eo quod Absalon eius consilio repudiatū, Achisai sententiam fecutus est, & hac ratione Achitophel cædem sibi, mortēque parauit. Ecce quomodo nec fratribus, nec parentibus, nec sibi ipsis superbi, & ambitiosi parcere solēt. Has omnes, & alias huiusmodi cædes nimia honoris cupiditas edidit, pluresque alias strages effecit, vt ex discursu sequenti constabit.

2. Reg 17

Discursus secundus, in quo ambitio multarum seditionum causam esse probatur.

Thema. *Audientes decem indignati sunt de duobus fratribus.* Mat. 20

HVIVSMODI discipulorum indignatio, & dissensio orta est ex nimia duorum fratrum cupiditate, studioquē, dominandi, proprium enim est huius vitij ob leuē quādā occasionem omnia perturbare. Quæadmodū enim cū in mari subito procella exoritur omnia perturbatione quadam commouentur, vndæ incipiunt efferverescere, mare vehementius agitatur, consurgunt rupium instar vndarum moles, quæ nauim huc, illuc fluctuantem videntur obruere. Nautæ solliciti, & perturbati, vela contrahunt, alij malum ascendunt, alij per angusta nauis cursant, alij sentinā exhauriūt, alij nauis armamenta reficiunt, alij denique anchorā in mare iaciūt vt celerrimū eius cursum retardēt. Et cū mare estu magis ferueat, modo nauis fluctibus, quasi in celū tollitur, modo in maris profundū

Simile ap-
tum.

depri-

deprimitur, & aliquæ illius partes nimio vndarum impetu concussæ, laxatis compagibus dissoluuntur, merces proijciuntur in aquas industria languescit, & omnes de salute fere desperantes, perturbatis animis voto se astringunt, supplices manus in cælum tendunt & Iesu nomē implorant, ad illumque tanquam ad sacram anchoram confugiunt. Orant item, atque obsecrant diuos omnes, vt suis precibus turbulētissima procella fedetur, marequē tranquillum reddatur. Ac denique, nauis fluctibus completa obruitur, pluresquē vectores naufragi, maris fluctibus demerguntur. Quid tantam procellam, & tēpestatem, tot æstus, ac motus, excitauit? nihil aliud nisi ventus, & aer, exiguus quidam flatus huius tantæ tragediæ causa fuit. Sic etiam contingit cum quis honorificum aliquod munus nimis appetit, vt enim illud consequatur, nullum non lapidem mouet huc, illucquē vagatur, inquieto animo, ac turbato corde concitatus, quasi mare feruens agitur, ipsamquē plebem perturbat, & aliquando vrbibus seditiones ac perturbationes affert. Quæ omnia à leui quodam vento, inanis scilicet gloriæ cupiditate exoriuntur.

A P T V M quidem est exemplum illud Aman, cuius vanitatis causa ingens procella, ac tumultus in Assueri curia totoquē illius regno excitatus est. Cum regio edicto omnes Hebræi, qui in Assueri oppidis, vel ciuitatibus versabantur capitis dānati sunt. Vt enim sacræ litteræ testantur: *Signata sunt littera Regis annule, & missa sunt per cursores Regis ad vniuersas prouincias, vt occiderent, atque deleerēt omnes Iudæos à puero vsque ad senem paruulos, et mulieres vno die, et bona eorum diriperent.* Et quidem in omnibus prouincijs, oppidis, ac locis, ad quæ crudele Regis dogma pertinerat, planctus ingens erat apud Iudæos, ieiunium, vlulatus, & fletus. At quid hanc tempestatem commouit? quid hos tumultus excitauit? quid tantam intulit seditionem? Certe nihil aliud, quā innanis quædam gloriæ cupiditas, qua Aman ita ardebat, vt ex eo solum quod primarius quidam Hebræus non se illi supplicem præbuerit, tot omnibus Hebræis, strages inferre voluerit, tantamquē in toto illo regno tempestatem commouerit.

Q V I D dicam de seditione illa in Israele orta, cum Saul ira accensus Dauidem persecutus est, & per præruptos montes, per auia & deserta loca illum acriter, ac vehementissimè oppugnauit? Qui quidem tanta in illū indignatione succensus est, vt vel ex eo, quod in ciuitate Nobe sacerdos quidam Dauidem hospicio exceperit, plus-

Hester. 3.
num. 13.

Hester. 4.
num. 3

Hester. 3.
num. 3.

I. Re. 22.
num. 17.

plusquam octoginta sacerdotes Saul interfecerit, ipsamque vrbem Nobe deuastauerit. Percussit enim viros, & mulieres, paruulos, & lactentes, bobemquē, & asinum, & ouem in ore gladij. Hæc vero calamitas, ac tempestas à leuissimo etiam vento excitata est. Cum enim Dauid gigantem illum immanissimum superasset, & ferret caput eius in Hierusalem, egressæ sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israel, cantantes, chorosquē, ducentes in occursum Saul regis, in tympanis lætitiæ, & in sistris, & præcinebant mulieres ludetes, atque dicentes: *Percussit Saul mille, & Dauid decem millia. Iratus fuit Saul nimis, & displicuit in oculis eius sermo iste.* Ira igitur inflamatus est Saul, eo quod plus honoris Dauidi, quā sibi ab Israelitis tribueretur.

Q V O D si similia huius rei exempla ab exteris gentibus petamus, plura quidē suppetet. Nā magnus ille Alexander Græcus Imperator, præ nimia regnandi cupiditate omnē fere terrarū orbem perturbauit, Cæsar item & Pompeius eadem cupiditate ducti, vniuersum Romanum Imperium labefactarunt. Et quidem si Regum ac Pontificum curias, si mundi Respublicas, & Acadēmijs lustremus, reperiemus sanè plures in eis perturbationes, ac seditiones ab hac vrbis ambitione commotas fuisse & commoueri.

Q V A P R O P T E R merito Sapiens dixit: *Inter superbos semper iurgia sunt.* Alio item in loco ait: *Effusio sanguinis in rixa superiorū.* Quibus quidē id, quod canibus euenisse scimus, sæpe numero cōtingit. Canes enim se se identidem pungunt, ac mordent, sanguinequē, aspergunt, vt quilibet, os sibi proiectum absumat. Ita etiam superbi, honorisquē, cupidi sese ipsos mordent, & carpunt, vt vnusquisquē dignitatem, quam aucupantur obtineat. Plurimique (quod maxime dolendum, ac lamentandum est) plurimi inquam primarij viri, doctores, ac magistri pro his, quos affectant, honoribus consequēdis, perturbantur, & perturbant, nimisquē cōcertationibus cōmouentur, & commouent omnia, & maiorum decreta impudenter violant, magnosquē tumultus, ac motus vento quodam elati concitant. Reprimite quæso, auditores effrenatam hanc honoris cupiditatem, quæ tot neces, inuidias, rixas, seditiones, contentionesquē excitat, & cælestem, atquē æternum honorem appetit, in quosumma pax, ac tranquillitas, summaquē beatitudo sita est.

I. Reg. 18.
num. 6.

Prou. 18.
num. 10.
Ecc. 2. 7.
num. 17.
Similo.

Feria sexta post secundam Dominicam
 Quadragesima.

CONCIO PRIMA.

Discursus primus explicat, magnam gratiam
 nobis factam esse à Deo, cum in sua
 nos vinea constituit.

Thema. Homo erat pater familias, qui plantauit vineam.
 Matth. 21. num! 33.

SAEPE Deus optimus maximus in sacris litteris vtitur hac vineæ metaphora, scilicet in Psalmo 79. in Cantico cap. 6. apud Esaiam, Ieremiam, & Ezechielem cap. 5. & 2. & 17. Vt autem certo cognosceremus, quid vellet significare nomine vineæ, per Esaiam loquitur in hunc modum: *Vinea Domini exercituum Domus Israel est, et viri iuda germen eius delectabile.* Olim ergo populus Dei, nunc vero Christiana Ecclesia vinea Domini dicitur, cuius nos vites sumus. Cum autem nullus extra vineam hanc sempiternam animi salutem comparare possit, magnum sane Dei in nos beneficium extat, eo quod nos huius vineæ vites effecerit. Hoc enim illi soli, & eius gratiæ tribuendum est, & ideo hic asserit: *Homo erat pater familias, qui plantauit vineam.* Vnde per Hieremiam inquit: *Ego plantaui te vineam electam.* Ego inquit, non homo, non angelus, aut creatura alia. Nec tu forte fortuna nata fuisti. Deus ergo seuit nos, & populus Christianus, plantatio eius est ad glorificandum Deum.

AT vero eo beneficium est maius, quo ille, cui confertur indignior. Hoc ponderauit regius ille vates, cum gratum se immortalis Deo ostendens, propter regiam dignitatem sibi delatam: *Elegi* (inquit) *Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium, de post forantes accepit eum, pascebat iacob seruum suum, & Israel hereditatem suam.* Planè fatetur Dauid tenuitatem & paupertatem suam, ut plus diuinum beneficium eluceat. Pastor, inquit, erā, ac vilis pecuarius, cum præpotens Deus me ad regiam dignitatem

Esai. 5. n.
7.

Iere. 2. n.
21.

psal. 77.

nitatem euegit: non eram in prælio contra Dei hostes fortiter dimicās, neque in templo preces ad Deum fundēs, ut alter ille Samuel, sed in agro oues pascens, ibique me Deus optimus maximus, multis alijs fortissimis, ac præstantissimis viris relictis, regem destinauit. Huiusmodi beneficium gratis à Deo in discipulos suos collatum. Christus Dominus Apostolis commendauit: *Non vos (ait) me elegistis, sed ego elegi vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat.* Ac si diceret, magnificite vos nullis vestris meritis ad Apostolatū vocatos esse, & hanc gratiam gratuito vobis factam gratō animo colite. Atque, iccirco ipse Seruator noster eterno suo Patri pro hoc in discipulos beneficio gratiam habet in hunc modum: *Confiteor tibi Pater Domine cæli, & terra, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis: ita Pater, quoniam sic placitum fuit ante te.* Causa quidem vocationis, & electionis Apostolorum ea fuit, quia sic placitum fuit ante Deum. Sic etiam nostræ vocationis beneficium per quam in vinea Domini constituimur, eo gratissima memoria dignius est, quo magis gratuito nobis collatum. Quod præclare expendit Apostolus, cum ait: *Gratias agentes Deo, & Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis sue.* In partem (inquit) sortis sanctorum. Id est, in notitiam sui, ait interlinealis. Agit ergo in hoc loco D. Paulus de vocatione nostra ad fidem. In hac dignitate nos nos fecit ipse, id est, non ex meritis nostris, ut exponit D. Thomas. Quapropter rectè dixit in partem sortis, quia vocatio ad fidem, Christianamque religionem quasi fortitione videtur capta. Cum vero ducuntur fortes, nulla reddi potest ratio, cur huic potius, quam illi forte aliquid obueniat. At vero non in omnibus vocatio nostra fortibus comparari potest, fortes enim non solum non obueniunt ex meritis, sed neque ex electione eius, in quo fortes continentur. At vero nostræ vocationis fortes ex diuina voluntate proueniunt, ut fatetur regius vates, cum ait: *In manibus tuis fortes mea.* Seruator etiam noster: *Ita Pater, quoniam sic placitum fuit ante te.*

CVIUS rei exemplum quotidie præ manibus nobis est, cōtingit enim principem in domo regia, abiectum vero hominem in tugurio nasci, ille quidem quā primū in lucē suscipitur, stragulis sericis inuoluitur, & inaurato cubat lectulo. delicateque nutritur, & cum illi prudentiæ, ac consilij lumē oboritur, se famulis stipatum videt à quibus ad nutum obtemperatur, & singulari veneratione colitur. Et

Ddd 2 tandem

Iohan. 15
nume. 16.

Mat. 11.
num. 25.

1. Col.

D. Th. 1. 2.
Simile.

psal. 30.
num. 16.

Simile ap-
tum.

tandem orbis imperium, atque regnum tener. Alius vero abiecti hominis filius, ubi primum in hanc lucem prodit, in paleis iacet, vilius panis conuoluitur, & tenuissimo victu postea enutritur, & per totum vitæ tempus laboribus, atque ærumnis premitur. At cur ille princeps natus sit, & in summa indulgentia, atque honore educatus, hic vero, ex quo lucis vsura frui cepit, magna indigentia, ac penuria vexetur, diuine diuitaxat voluntati tribuendum est. Ita etiam excogitandum est, eodem die, quo nos ingressi sumus in hanc vitam, plures alios in lucem editos esse, quorum plures inter barbaras, atque ethnicas gentes nati fidei lumine carent, & ad inferos prope cursu descendunt: nos vero apud Christianos orti sumus, & cœlestis lauacri aqua conpersi, veritatis lumē aspiciamus, Christi quē Domini meritis, ac sacramentis fruimur, & ad cœlestem beatitudinem contendimus. Hoc autem ideo factū est, quia sic placitum fuit ante Deum, cuius iudicia incomprehensibilia sunt, eiusquē viæ inuestigabiles. Huiusmodi tamen beneficij memoria in nostro animo cum grata recordatione versari debet, pro eoq; immortales sunt nobis gratiæ agendæ immortalī Deo. Qui quidem diligentissimē hanc suam vineam, cuius nos vites sumus, excolit, eamquē in optimo terræ situ frugiferis vitibus abundanti feuit: *Ego plantavi vineam electam, omne semē verum.* Hebræus legit foreth quod genus est vitis optimæ, vt explicat Hieronymus. Apud Esaiā etiam: *Facta est (ait Dominus) vinea dilecto meo in cornu filio olei.* Vbi Septuaginta legunt: In loco pingui, siue vberi. Vt autem hanc vineā in hunc mundum fereret, prius infēcundas & inueteratas arbores euellit. In hac enim vinea plantanda, inquit D. Chrysostomus, habuit se Deus, sicut vinitor studiosus, qui primum omnes in circuitu infructuosas fyluas excidit, & sic postea plantat, ne forte arbores lasciuientes dum huc, & illuc per longa spatia ramos suos exporrigunt, adhuc tenerum effocent malleolum. Hæc ille. Neque solum infēcundas arbores extirpauit, sed etiam lapides elegit ex ea, sepem circumdedit ei, & ædificauit turrin in medio eius. In hac sepe Angelorum custodiam significari, tenet D. Tho. Hiero. & Basilius. Nam *immittet se Angelus* (inquit Basilius) *in circuitu timētium Dominum*. Quemadmodum enim erat mons equorum, & curruū igneorum, id est Angelorum, in circuitu Elisæi, sic modo in circuitu Ecclesiæ nostræ innumerī cœlites astant. Diuus item Ambrosius, & Origines dicūt, hanc sepem esse quādam protectionē diuinam, qua Deus custodit vineam: *Dominus enim in circuitu populi sui.*

Ierē. 2. n.

21.

Hierony.

Esai. 5. n.

1.

Chryso. in

imperfe-

cto super

hunc locū

D. Tho. &

Hier. hic.

D. Bas. ho

mil. 5. in

exam.

4. Reg. 6.

Ambro. in

e. 20. Lu.

Ori. ho. 19

in matth.

sui. Quod si Dominus non custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam. Beatus Hilarius ait: Sepes hæc est sanctificatio Patrum, & nobilitas, vt Abraham, Isaac, &c. intra quam tanquam in septo peculiaris custodiæ, Deus Iudæos inclusit. Alia etiam in hoc septo significari possunt, vt explicat D. Thom. & Basilius in locis modo citatis.

Hila. can. 22.

IN explicando vero, quid turris huius vineæ significet, est etiam inter doctores opinionum dissensio. Nam D. Hieronymus, S. Thomas, & Origines censent in turri augustissimum Hierosolymæ templū indicari. At B. Ambrosius & Hilarius diuinæ legis celsitudinem, alij Dei cognitionē, alij denique altitudinem fidei Christianæ in ea turri significari affirmant. De torculari autem non vnus omnium, sed varius est sensus. Torcular enim, inquit D. Hieronymus, est altare Dei. Beatus Ambrosius illud psalmis accomodat, qui inscribitur de torcularibus diuinæ prouidentia. Diuus Thomas Martyribus, qui pro Christo vitam, sanguinemquē fuderunt. D. Hilarius prophetis, in quos mustum Spiritus sancti defluxit. Origenes denique, torcular est (inquit) locus libationum. Coloni vero sunt factores. Tandem omnia hæc sunt beneficia à summo Deo in vineam suam collata, quorum nos etiam, vt pote illius vites, participes sanē sumus, atque iccirco pro illis meritam ipsi gratiam debemus persolvere. Vt autem speciatim hoc gratificationis vinculū recognoscamus, agendum est præcipuē de illo beneficio, quo nos immortalis Deus affecit, cum turrin, & torcular in hac sua vinea collocauit. De quibus, iam iam aggredimur pertractare.

Hieron. & Thom. hic Orig. sup. Ambros. & Hila. sup.

Discursus secundus explicat labores, quibus à Deo afficimur, pro beneficio esse habendos.

Thema

Et fodit in ea torcular, Matth. 21.

IN hoc torculari plura Dei beneficia suæ vineæ tributa sancti Patres significari asserunt, nequē exiguū est illud, quod ei deferretur, cum laboribus quasi in torculari quodam comprimitur, vt

Ddd 3

suauif-

suauissimum ex ea vinum eliciatur, quod quidem in beneficij, gratiæ, ac beneuolentiæ loco habendum est.

GENE. 9. CVM immortalis Deus sanxit fœdus, cum Noe nunquam de aquarum eluione terram dissipandi: *At cum (inquit) meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me, & inter terram.* Mirum profectò signū, iris enim procelloso tempore, & magnis imbribus ple-
num. 11. no apparere solet, atque iccirco Aristoteles censet, iridem fieri ex nube iam rorida, nondum tamen in pluuiam effusa. Et ibidem sub-
simile. iungit Philosophus: Iris, ait, perfectissimè representatur in nigerrima nube. Quod cum ita se habeat, iris procellam potius, & diluuiū quam pacem, & serenitatem significat. Quæ ergo ratione in signum pacis, ac fœderis constituitur? Et quidem cum præpotēs Deus pacis, & belli, turbinis, ac serenitatis Dominus sit, illud signum pacis, & serenitatis statuere potest, quod natura sua dissensiones, tempestatesquæ portendebat. Eodem igitur modo labores, quibus iusti à Deo premuntur, odium sanè, & maleuolentiam videbantur significare, sunt tamen certissima diuini amoris, ac beneuolentiæ signa.

PHIL. 1. n. **29.** **AUG. li. de de p. ad. sanctorū.** **4.** **IC CIRCO** Apostolus hortans Pphilippenses, vt æ quo animo ferant improborum hominum persecutiones: *In nullo (inquit) terreamini ab aduersarijs, quæ illis est causa perditionis, vobis autem saluti, & hoc à Deo, quia vobis donatum est pro Christo, non solum, vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini.* Non solum, inquit, permittitur à Deo, vt labores Christi causa patiamini, sed donatū, donum ergo est. Quapropter B. Augustinus ait: Vtrumque ad gratiam pertinet, & fides credentium, & tolerantia patientium, quia vtrumque dixit esse donatum. Vbi expendendum est, quanti fecerit, quantumquæ commendauerit Apostolus laborum tolerantiam quando illam cum fide copulauerit. Magnum sanè & illustre Dei in nos donum, ac beneficium extitit, cum nobis Christi fidem, sine qua salui esse non possumus donauit, sed magnum etiam existimauit Apostolus, nobis datum esse, vt pro Christo patiamur. Huiusmodi enim dono nostri animi salutem tutam reddimus. Vt autem pluris æstimemus crucem, ac labores, subiunxit Apostolus: *Donatum est pro Christo* Id est, pro merito Christi (vt interpretatur glossa ordinaria) qui Patri obediuit, hæc inter alias gratias data est vobis. Ita quæ labores, quibus iusti homines vexantur, sunt præmissa ac remuneratio laborum Christi Iesu. Ex quo huius doni præstantia

tia, & magnitudo facile perspicitur. Solent Reges eorum filios beneficijs afficere, qui strenue dimicarunt, & in ipso prælio fortiter occubuerunt, illo squæ cruce, seu in signi D. Iacobi ornare pro obsequijs ab eorum parentibus Regum gratia præstitis. Sic etiā Deus optimus maximus pro officijs, ac laboribus à Patre nostro Iesu susceptis, cum vitam in acie Deo obediendi causa profudit, nos laboribus, & ærumnis quasi quibusdam insignibus, & purpureis, vt ita dicam, crucibus afficit.

QVAMOBREM cum immortalis Deus vellet ostendere, quæ sibi gratiosus futurus esset Paulus: *Vas electionis (inquit) est mihi iste: vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filijs Israel.* Et subiungit: *Ego enim ostendā illi, quæ oportet eū pro nomine meo pati.* Animaduertite, obsecro, quo pacto ostendat Deus Paulum esse vas electum, & egregium sui nominis concionatorem: *Ego enim (ait) ostendam illi, quanta oportet eū pro nomine meo pati.* Id est, ex eo quod illum multis laboribus afficiam, cognoscetis, quanti ego illum faciam. Pati ergo pro Domino diuinum donum est, quod iustis, Deoque gratis confertur.

IC CIRCO cum Angelus Tobie explicaret ipsius cæcitatē causam: *Quia acceptus (inquit) eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te.* Quia acceptus, ait, etenim acceptis, & gratis Deo crux & tribulatio datur & tēratio permittitur, quia scilicet accepti & grati sunt illi, gratis enim, & acceptis dona conferimus.

VNDE cum Petrus vellet Christum in horto ab hostium manibus liberare, & gladio militem vulneraret, dixit Christus: *Mitte gladium tuum in vaginam: Calicem quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam illum?* Ponderandum est verbum illud, Calicem quem dedit Pater. Donum vocat acerbissimam passionem, & atrocissimam mortem suam, & tu supplicium, miseriam, & calamitatem nuncupabis? Præclarum igitur donum est tribulatio, cū ex ea certū diuini amoris experimentum sumatur.

EST quidem a deo eximium Dei donum, pro eius nomine pati, vt eximie sanctitatis viris pro præclaris eorum rebus gestis illud tribuatur. Quapropter cum Deus gregem suum Beato Petro committeret, eiquæ diceret: *Pasce oues meas.* Subiunxit: *Amen dico tibi, cum esses iamior, cingebas te, & ambulabas, vbi volebas, cum autem senueris, extends manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis, hoc autem dixit significans, quæ morte clarificaturus esset Deum.* Sed cur post pastorale munus Petro delatum, in quo obeundo plurimum

Simile.

Act. 9. num. 15.

Tobie. 12. num. 13.

Iohan. 18. num. 11.

Iohan. 21. num. 17.

Disimile. plurimum ille elaboravit, quasi præmij loco ei proponitur, ab alio esse cingendum, & ducendum, quo ipse non vellet, nisi quia eiufmodi remuneratio est maximum quoddam donum, quo studiosi homines afficiuntur. Officia eorum, qui apud terrenos reges gratia valent, remunerari solent diuitijs, honoribus, alijsquæ regijs donis, ac muneribus. Illi vero, qui in Christi Domini curia versantur, quod plura præpotenti Deo obsequia præstant, pluribus laboribus, maiori quæ dedecore, atque egestate premuntur. Non quidem ex eo quod hæc magna in se sint, atque pretiosa, sed quia Dei causa perferuntur. Vt enim D. Chryostomus asserit, cum de laboribus Christi causa perpeffis sermonem instituit, etiam si nullam mercedem haberet res ista, hoc tamé solum magnum est præmiu, hoc multa retributio, quod ista mala propter dilectum feruntur. Quo circa hac via sancti omnes peccierunt celum, & quo illi sanctiores erant, eo pluribus, ac maioribus laboribus vexabantur.

Chryf. su per epist. ad Eph. 4. hom. 8. TANTVM denique donum est pro Christo pati, vt excellentius sit, quam illud, quod gratia miraculorum dicitur, ideoquæ explicans D. Chryostomus locum illum Pauli ad Philipenses cap. 1. scilicet: *Vobis donatu est pro Christo, vt pro illo patiamini.* In quæ locum aliqua nos attulimus. Sanctus explicans inquam illa verba. Pro Christo, inquit, pati, gratuitum donum est, ac maioris admirationis, quam sit re vera mortuos suscitare, & signa miranda patrare, nam illic quidem debitor sum, hic vero debitorem habeo Christum. Et statim aliam rationem addit Chryostomus, dicens: Miracula facere à Deo solo est, pati pro Christo etiam à nobis. Cui ego aliam subiungo: Miracula enim edere, nullam molestiam illi affert, difficile quidem graue, & molestum est. Quamobrem præstantiori dono afficitur, qui laborem tolerantia, quam qui miraculorum gratia decoratur.

Chryf. ibi. hom. 4. RECTE hoc cognoscebant Apostoli: *cum ibant gaudentes à conspectu concily, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Non dixit B. Lucas (inquit D. Chryostomus) quod non dolebant, sed quod dolentes gaudebant. Itaque non solum non fundebant lachrymas, & querellas, sed gaudebāt potius vehementer quæ lætabantur. Non ex eo, quod miracula in ipsis tormentis constituti, patrabant, sed quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati.

Acto. 5. n. 41. PERPERAM sane faciunt ij, qui impatienter, & iniquo animo labores

labores sustinent, & si aliquando eis premantur, lachrymis se, ac tristitiæ dedunt. Qui quidem si scirent hoc donum Dei, non dubito, quin illud lætis, ac gratis animis exciperent. Si enim homo tenuissimus, atque egentissimus gemmis, atque vnionibus lapidaretur ea lege, vt suæ essent omnes illæ quibus peteretur, nonne magna animi iucunditate huiusmodi lapides exciperet, cum ab eis ictu pene nullo, maximo tamen commodo afficeretur. Sic etiam nos, qui magna celestium opum penuria premimur, læta fronte debemus labores tolerare, hi enim leue, & exiguum corpori vulnus inferunt, æternum tamen gloriæ pondus in animis operantur.

CONCIO SECUNDA.

Discursus primus, de magno illo beneficio, quo nos Deus affecit, cum nobis Euangelium, sacramq, legem dedit.

Thema. Et sepem circumdedit ei. Matth. 21.

NECESSVM quidem est, vineam circūsepieri, ne illius fructus qui ad os, manusque pendent, ab iter agentibus delibentur, aut à rusticis animantibus absumentur. Atque idcirco nos pater familias, qui ædificauit vineam, sepem circumdedit ei. In ea autem sepe diuinam legem significari diximus in proxima concione, discursu primo, qua quidem animi nostri circunvallantur, & præmuniuntur.

MAGNUM profecto ab immortalī Deo beneficium suscepimus, non solum cum nos suæ vineæ vites effecit, sed etiam cum nos, quasi obsepuit diuina sua lege. Cuius beneficiij memor extitit regius ille vates, cum Dei in Israel merita comemorans, ait: *Qui annuntiat verbum suum Iacob iustitias, & iudicia sua Israel. Non fecit taliter omni nationi. & iudicia sua non manifestauit eis.* Mentionem facit eo loco propheta de lege illa indicta Israelitis in monte Sinai, & hac ratione gratum se præbet Deo, qui non fecit taliter omni nationi. Potiori quidē iure gloriamur nos, & immortales immortalī Deo gratias agemus, qui nobis sacrum suum Euangeliu

psal. 147.
Ece nullis

Luc. 10. nullis alijs gentibus, nec etiam Israelitis concessum, descripsit: *Beati oculi* (loquitur Christus cum suis discipulis) *qui viderunt, qua vos videtis: Dico enim vobis, quod multi propheta, & reges voluerunt videre, qua vos videtis, & non viderunt, & audire qua auditis, & non audierunt.*

num. 24. Sacer Mattheus ait: *Multi propheta, & iusti voluerunt videre, & c.* Ac si diceret, quod negatum est Abraham, & Jacobi Deo gratissimis, id nobis concessum est. Dedit olim præpotens Deus legem populo suo, eique diuina aliqua arcana, suiq; animi consilia per sanctissimos vates aperiebat. At Christiano populo abditiora, & occultiora consilia non medijs prophetis, sed æterno suo filio interprete patefecit: *Multifariam* (inquit Apostolus) *multisque modis olim loquens Deus Patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in Filio: quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit & secula.*

Hebr. 1. Quod si Deus illustri beneficio affectit Israelitas, cum eis suæ legis concionatores Esaiam, Ieremiam, aliosque prophetas misit, illam quæ per Moysen in monte Sinai promulgauit. Illustriori profecto nos cumulauit beneficio, quibus æternum suum filium, concionatorem, ac legislatorem dedit. Moyses quidem legem timoris, in lapideis tabulis scriptam, illis indixit, Christus vero legem amoris, in animo, & corde positam, nobis sanxit. Neque enim in illis, sed in nobis impleta est promissio illa facta apud Ieremiam: *Dabo* (inquit) *legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam.*

Iere. 31. 33. Certè non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifesta uit eis. Manifestauit quidem aliqua, sed non tot, & tanta ac nobis, scripsit ea in tabulis lapideis, sed non in cordibus. In quibus Spiritus sanctus quasi scribit ea, quæ Christus Dominus docuerat. Quia propter discipulis ipse dixit: *Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quaecunque dixerero vobis.*

Iohan. 14. num. 16. Paracletus autem quis est, nisi diuinus ipse amor. Amor ergo suum nostrum constituit præceptorem. Amor ergo quid, nisi amoris legem, intra cordis intima edocebit. Hac igitur ratione Deus optimus legem suam nobis dedit, quam quidem Spiritus sanctus in hominum animis miro quodam modo impressit.

HINC perspicietis, quam sit cum ratione coniunctum, vt nos magnificamus legem hanc, qua humani generis assertor vineam suam sepiuit. Plurimi ducebant Lacedæmones, Athenienses, ac Romani leges suas, eo quod Lacedæmones à Lycurgo, Athenienses à Solone, Romani denique à Numapompilio eas accepissent.

Sed

Sed nullo pluris Etangelica lex nobis facienda est, quippe quæ ab æterno Dei filio illa lata est, & ab Spiritu sancto in cordibus descripta.

CVM sanctissimus Dauid obiecit Israeli beneficia ab immortali Deo ei tributa illud præcipuè proposuit: *Suscitauit* (ait) *testimonium in Iacob, & legem posuit in Israel.* Neque mirum est, Dauidem tanti æstimasse diuinam legem, cum ea ab ipso Deo maximi fiat, vt clare perspicui potest ex his, quæ in illius promulgatione edita sunt: *Tunc enim cæperunt audire tonitrua* (sacra scriptura testante) *& micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangorque buccina vehementius perstrébat, & timuit populus, qui erat in castris.* Et vt honorificentius lex illa coleretur, eam Deus ipse digito suo voluit scribere. Nam vt sacrae litteræ referunt. Dedit Dominus Moysi duas tabulas testimoni lapideas scriptas digito Dei, quo autè ex magna veneratione prospicerentur ab omnibus, iussit eas in augustissima arca testamenti custodiri. In quibus omnibus significare voluit Deus, quam esset lex illa religiose colenda. Cum autem nostra præstantior sit, atque excellentior, præstantiori etiam, atque excellentiori cultu suspicienda est.

NE QUIE SOLUM ex his, quæ in hac ratiocinatione diximus, cõficitur, quanti sit, facièda diuina lex, & quæ grato animo legislator colendus, sed etiã rectè cõcluditur vinculu, quo obstringimur, ad eius obseruantiam, & obedientiam, hanc præpotens Deus ab Israelitis efflagitauit, postquam legem eis tulit: *Serua* (inquit) *legem meam quasi pupillam oculi tui. Liga eam in digitis tuis, scribe illam in tabulis cordis tui.* Cum verbis augere volumus amorem, & studium nostru erga aliquam rem, eam tanquam pupillam oculi, nostri amare, & obseruare, dicimus. Quod si volumus illius memoriam iniquã amittere, annulo, vel aliqua huiusmodi re, quæ eius nobis memoriã excitet, digitos circumdamus. Si autem ea res magnimomenti, magnique valoris sit, plurimiquè interit, vt memoria non effluat, eam in charta, vel ephemeride scribimus. Hoc igitur amore, hoc studio hac obseruantia, ac diligentia vult maximus Deus suam legem à nobis diligi, coli, atque obseruari: *Serua* (inquit) *legem meam quasi pupillam oculi tui.* Ecce explicatur amor quo diuinam legem amplecti debemus: *Liga eam in digitis tuis.* Illius memoria nobis in his verbis commendatur. Et denique vt sciamus, quam sit hæc memoria necessaria, quantique ponderis, ac momenti, subiunxit: *Scribe illam in tabulis cordis tui.*

psal. 77.
num. 5.Exod. 19.
num. 16.Exod. 31.
num. 18.Prouer. 7.
num. 2.
simile.

NE QVE mirandum est, ita nobis diuinam legem commendarī, cū eius obseruatio plurimū referat, & in ea salus nostra sita sit ac collocata, ex illius autem violatione dānatio nostra proueniat: *Deus ab initio constituit hominem (asserit Ecclesiasticus) & reliquit eum in manu consilij sui, adiecit mandata, & praecepta sua si uolueris mā data seruare, conseruabunt te.* Diuina quidem lex est quoddam septimum eos duntaxat praeuiniens, qui praeuiniunt uolunt. Et ideo, Si uolueris (ait) mandata seruare, conseruabunt te. Alioquin a firunculis, & animantibus euerteris: Nam qui dissipat sepem, mordebit eum coluber.

TANTVM denique interest diuinæ legis obseruatio: ut scilicet tuius esset uolatoribus eam nunquā accepisse. Quia, ut scribit Apostolus: *Quicumque sine lege peccauerunt, sine lege peribunt, & quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.* Quēmodū enim iij, qui regijs muneribus funguntur, cum suorum munerum rationē reddunt, legibus ab ipso rege statutis damnantur, uel absoluuntur, sic etiam per legem à Deo nobis indictam: saluandi, uel condemnandi sumus, quia ut subdit Apostolus: *Factores legis iustificabuntur.*

CVIVS rei praeclarum documentum apud Zachariam reperio: *Leuani (inquit ille) oculos, & uidi, & ecce uolumen uolans, & dixit ad me (scilicet Angelus) quid tu uides? & dixi ego uideo uolumen uolans. Longitudo eius uiginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorū.* Magnus sane liber, sed quid ille sit, audiamus: *Hec est (inquit Angelus) maledictio, quae egreditur super faciem omnis terra.* Et explicans D. Gregorius, quid sit uolumen hoc, de quo loquimur. Quid, inquit, aliud est uolumen uolans nisi scriptura sacra. Quasi diceret, nihil est aliud quam scriptura sacra, & lex diuina. Cur ergo quod B. Gregorius scripturam sacram appellat, Angelus maledictionem uocat? Quo pacto res sacra potest esse maledictio? Sanè ab ipso Angelo id uidetur explicari, cum ait: *Hec est maledictio, quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur & omnis iurans, ex hoc similiter iudicabitur.* Ecce uobis difficultatem enodatam, nomen enim causae tribuitur effectui. Recolite memoriā sententiam illam in nouissimo die contra sceleratos homines ferebam: *Itē maledicti in ignem aeternum.* Hæc est maledictio, quae quidem in sacra historia à D. Mattheo scripta reperitur. Iam ergo maledictio reperitur in hoc sacrae scripturae uolumine. Quapropter uolumen hoc, quod uiris optimis benedictionem affert, maledictionem impijs inferet, qui quidem

Eccl. 15. nun 16.

Eccl. 10. num. 8.

Rom. 2. n. 12.

Simile.

Zach. 5. Visio nota da.

Greg. 15. mor. 6.

Mat.

dem secundum maledictionem in eo libro scriptam damnationi addicentur, quia quæ in eo praecepta sunt, non praestiterunt.

Discursus secundus explicat, aliud beneficium, quod Deus in Ecclesiam contulit, cum eam sacra scriptura ornauit.

Thema. *Aedificauit turrim. Mat. 21.*

INTER reliqua beneficia, quæ celestis Pater familias uineæ suæ, Ecclesiae nimirum fecit, illud extat, quod scilicet in ea, aedificauit turrim. In hac uero turri D. Thomas, Ambrosius, & alij sacrae scripturam significari censent, ex qua tanquam ex altissima turri multa tam huius, quā futuræ uitæ, tam æterna, quā peritura, tam denique diuina, quā humana prospiciuntur. Ex eaquē abdita, & recondita diuini pectoris arcana, atquē consilia nobis patefcunt. Quæ quidem scriptura tanquam singulare quoddam beneficium hominibus tributum, nobis in hodierno Euangelio proponitur. Eius autem dignitas, atquē praestantia ex eo percipi potest, quod sapientissimus Deus illius auctor extiterit. Magni aestimatur Aristotelis philosophia, quia Aristotelis fuit, plurimū tribuimus Tullianæ eloquentiæ, eo quod Tullius Cicero eloquentiæ facillē princeps eam instituerit: Multū ualet apud nos Virgiliana poesis, ex eo quod à Virgilio poeta maximo scripta fuit. Cuiuscunq, denique scripturae dignitatem ex scriptoris dignitate perpendimus, & quo auctor, & scriptor illustrior, aut excellentior fuerit, eo pluris scripturam facimus. Et quidem scripturae sacrae auctor, & institutor Deus ipse fuit, cui tribuendum est quodcunq, à Moysē, Salomone, & Dauide, & alijs sacris scriptoribus scriptum est. Atque iccirco planè fateretur Dauid: *Lingua mea calamus scribae uelociter scribens.* At cuius scribentis? Christi (ait D. Hieronymus) uel Spiritus sancti, ut asserit B. Chrysostomus. Linguae igitur scriptorum sacri uoluminis nihil aliud erant, quā Spiritus sancti calami, calamus uero dictamen scribentis sequitur, neque aliquid aliud scribit, quam quod a dirigente dicitur. Atque ita sacrorum scriptorum linguæ

S. Thom. hic. Ambr. super. c. 20. Luc.

Psal. 44. num. 2. Hieron. & Chr. ibi

immortalis Dei dictamen, consiliaque loquebantur, si ergo volu-
men scriptum ex auctore æstimandum est, quanti faciemus nos di-
uinam scripturam, cuius auctor extitit Deus.

HINC fit, scientias omnes, ac reliquas facultates hac vna sa-
cra scriptura longo interuallo superari. Quapropter sapientissimus
Salomon ceteras omnes scientias humanas huius ancillas appellat.

prover. 9. S. uentia (inquit) edificauit sibi domum. &c. iussit ancillas suas vocari
num. 1. ad arce. D. Thomas ancillas has diuinæ sapiētiae dicit esse Diale-
D Tho. 1 ticam, Philosophiam, Astrologiam, ac reliquas huiusmodi faculta-
p. q. 1. ar. tates. Et subiungit. Vt ut sacra doctrina alijs scientijs tanquam in-
5. ferioribus, & ancillis, sicut Architectonicæ vtuntur subministra-
tibus, & ciuiles militari, & hoc ipsum, quod vtitur eis, non est pro-
pter defectum, vel insufficientiam eius, sed propter defectum in-
tellectus nostri, qui ex his, quæ per naturalem rationem cognos-
cuntur, facilius manuducitur in ea, quæ supra rationem sunt. Hec
ille.

AT non solum huius scientiæ præstantia ex illius auctore co-
gnoscitur, sed etiam ex rebus ipsis, de quibus illa agit: *Audite* (inquit
prover. 8. ipsa diuina sapientia) *quoniam de rebus magnis locutura sum.* Loqui-
uu. 5. tur enim præcipud de Deo optimo maximo, eiusque naturam, vim
& proprietates, quo ad eius fieri potest, inquirere, & concipere ni-
titur. Quod, si multum omnes, Astrologiæ deferunt, quia de cele-
stibus orbibus, ac motibus agit, quanto pluris æstimanda est sacra
Theologia, quæ de cælorum, astrorumque effectore artificiosè, &
luculenter tractat? Si Methaphisica maximè effertur, eo quod de re-
bus agit à sensibus, & corpore se iunctis, de substantijs separatis, at-
que etiam de Deo, quatenus ratione naturali cognosci potest, ex-
cellentior quidem, & dignior hæc scientia habenda est, quippe quæ
de diuinis illis mentibus, & omnibus earum ordinibus, denique eo-
rum Domino, ac Principe Deo, vt naturale lumen excedente, dis-
putat. Sciētia ista, inquit angelicus Doctor, principaliter est de his
quæ altitudine sua transcendent rationem, aliæ vero scientiæ con-
siderant ea tantum, quæ subduntur rationi. Et in articulo sexto eius-
dem quæstionis ait: Sacra doctrina proprijsimè determinat de Deo
secundum quod est altissima causa, quia non solum, quantum ad il-
lud, quod est per creaturas cognoscibile (quod Philosophi cognos-
uerunt, vt dicitur ad Romanos 1. *Quod notum est Dei, manifestum*
est illis.) Sed etiam quantum ad id, quod notum est sibi soli de se
ipso, & alijs per reuelationem communicatum, vnde sacra doctri-
na

na maxime dicitur sapientia. Hactenus D. Thomas. Et quauis in sa-
cra scriptura disputentur aliqua extra Deum, omnia tamen, inquit
idem sanctus in proximo articulo septimo, pertractantur sub ratio-
ne Dei, vel quia sunt ipse Deus, vel quia habent ordinem ad Deum,
vt ad principium, & finem. Editissima igitur, & excelsa turris est
doctrina ista sacra, maximique faciēda, cū ex ea summus, atque im-
mensus Deus humanæ mentis oculis prospiciatur.

CVM vellet Deus optimus maximus Moyfi exponere gratiam
à se in illum collatam, eum in hunc modum alloquitur: *Ego Domi-*
nus, qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob in Deo omnipotenti, et nomen
meum Adonai non indicaui eis. Ac si diceret, nomen meum, quod ti-
bi manifestaui, illis nequaquam indicare volui. Dixerat enim Deus
Moyfi: *Ego sum: qui sum.* Quo nomine, vt B. Damasceni verbis vtar
importatur quoddam pelagus substantiæ infinitæ, significat enim
necessitatem, & stabilitatem essendi, & plenitudinem ipsius esse.
Obijcit ergo Deus Moyfi tāquam præcipuum quoddam beneficiū
aliqua ei patefacta esse, quæ Abrahamo, alijsque Patriarchis mini-
mè innotuerunt. Sed potiori iure id nobis opponet, cum omnia,
quæ audiuit à patre suo, nota fecerit discipulis suis. Atque iccirco
ait: *Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus*
eius, vos autem dixi amicos, quia omnia, quæ audiui a Patre meo, nota fe-
ci vobis. Gerebat se olim Deus cum viris etiam sanctissimis, tan-
quam cum seruis, Moysen enim, & Iob seruos suos vocat, &
Dauid quauis Rex esset & vates: *Ego* (inquit) *seruus tuus, & filius an-*
cilla tue. Iā vero honorifico nos cognomine appellat: *Vos enim,* ait
dixi amicos. Quia abditissima sanctissimæ triadis mysteria, alia-
quæ recondita cæli arcana nobis aperta sunt. Et hoc quidem be-
neficiū æterna, grataque memoria dignissimum est.

DEINDE ex modo ipso, quo res in sacra scriptura diuini-
tus proponuntur, illius dignitas ostenditur. Ea enim (teste Diuo
Gregorio) omnes scientias ipso locutionis suæ more transcen-
dit, quia vno, eodemque sermone dum narrat gestum, pro-
dit mysterium, & sic scit præterita dicere, vt eo ipso moue-
rit futura prædicare. Huic videtur subscripsisse angelicus Do-
ctor, cum ait: Auctor sacre scripturæ est Deus, in cuius pote-
state est, vt non solum voces ad significandum accommodet,
(quod etiam homo facere potest) sed etiam res ipsas. Et ideo
cum in omnibus scientiis voces significant, hoc habet proprium
ista scientia, quod ipsæ res significatæ per voces, significant
aliquid

Exodi. 6.
num. 3.

Damas.

Iohan. 15
num. 15.

Nam. 12.
Iob. 1.

psal. 115.
num. 16.

Grego. 2.
mor 1.

D Thom.
1 p. q. 1.
a 10.

aliquid. Quamobrem, cum Deus iubebat animal immolari, in ea oblatione, non solum intendebat suum cultum, sed etiam cruentum illud sui filij sacrificium significari nitebatur. Cum etiam de vrbe Hierosolyma verba faciebat, ea, quæ ad celestem illam ciuitatem attinent, portendebat.

D E N I Q V E si commodum nostrum spectemus, in hac vna diuina scientia salus nostra sita est, quatenus in ea beatitudo nostra, & ea, quæ ad illam consequendam pertinēt, nobis proponuntur. Quapropter doctor gentium Paulus: *Omnis (inquit) scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendū, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonū instructus.* Quam D. Pauli sententiam verbis auget B. Gregorius in hunc modum: Scriptura sacra mentis oculis quasi quoddam speculum opponitur, vt interna nostra facies in ipsa videatur. Ibi etenim fœda, ibi pulchra nostra cognoscimus. Ibi sentimus quantum proficimus, ibi à profectu quam longe distamus. Narrat autem gesta Sæctorum, & ad imitationem corda prouocat infirmorum, dumquē illorum victicia facta commemorat, contra vitiorum prælia debilia nostra confirmat. Fitque verbis illius, vt eo mens minus inter certamina trepidet, quo ante se positos tot virorum fortium triumphos videt. Nonnunquam vero, non solum nobis eorum virtutes asserit, sed etiam casus innotescit, vt in victoria fortium, quod imitatio arripere, & rursus videamus in lapsibus, quod debeamus time re. Ecce enim Iob describitur tentatione auctus, sed David tentatione prostratus, vt & maiorum uirtus spem nostram foueat, & maiorum casus ad cautelam nos humilitatis accingat, & audientis animus illinc spei fiducia, hinc humilitatis timore eruditus, nec temeritate superbiat, quia formidine premitur, nec pressus timore desperet, quia ad spei fiduciã virtutis exemplo roboratur. Ex quibus D. Gregorij verbis aperte constat, quantæ utilitatis, & dignitatis sit scriptura sacra, cum in ea ad omne munus rectè, honestèque præstandum instituiamur, & quilibet suis malis remedium inueniat, in ea enim mæstus solatium, cæcus lumen, depressus spem, ceterique omnes remedia ad salutem comparandam reperiunt.

H O C demonstratum est Ezechieli prophetæ in rotis illis, quas ipse vidit, ita vt esset rota in medio rotæ. *Statura (inquit) erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectu.* B. Gregorius in hunc locū has duas rotas dicit esse duas partes sacræ scripturæ, noui scilicet, & vetus testamentum: *Et erat quasi rota in medio rotæ. Quia in litera veteris testamenti*

testamenti latuit testamentum nouum per allegoriam. In his rotis dicitur esse statura, & altitudo, & horribilis aspectus. Sciendū est, ait ibidem Gregorius, quia stare ad vitam congruit, vnde per Paulum dicitur: *Qui stat, videat, ne cadat.* Qui etiam discipulis dixit: *Sic stete in Domino charissimi.* Altitudo vero est celestis regni promissio. Horribilis autem aspectus, terror Gehennæ, quæ sine fine reprobos cruciat. Scriptura igitur sacra staturam habet, quia mores ad standum dirigit, vt auditorum mentes ad terrenam concupiscentiam non curuentur. Altitudinem habet, quia in cœlesti patria æternæ vitæ gaudia promittit. Horribilem quoque aspectum habet, quia omnibus reprobis Gehennæ supplicia minatur. Ostendit igitur staturam suam in ædificatione morum, ostendit altitudinem in promissione præmiorum, ostendit horribilem aspectum in terroribus suppliciorum. Recta est in præceptis, alta in promissionibus, terribilis in minis. Hactenus Diuus Gregorius. Cui nihil addendum censeo ad sacrarum litterarum dignitatem augendam, & illustrandam, ex eo enim earum præstantia, & excellentia, qua reliquis omnibus antecellit, facile perspicitur. Quapropter optimum, & vtilissimum est, inquit B. Damascenus, diuinas inuestigare scripturas. Sicut enim lignū secus decursus aquarum plantatum, ita & anima sacris scripturis irrigatur, & fructum temporaneum tribuit, fructuosisque actibus decoratur. Hac metaphora vsus fuit Spiritus Sæctus in 1. Psal. loquēs de viro sancto, ait: *Beatus vir qui nō abiit in cōsi io impiorū, &c. Sed in lege Domini, voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.* Et subdit utilitatem huius meditationis, dicens: *Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. quod fructum suum dabit in tempore suo.* Qui enim meditatur ea quæ lege diuina cauentur in tempore suo fructum producit, patientiæ, obedientiæ, humilitatis, charitatis, aliarumque virtutum.

H A E C igitur est fortissima, atque editissima huius vineę turris, in quam nobis ascendendum est, est enim ex omni parte præclara ad aspectum, ex eaque arma depromemus ad propugnandos, & deuincendos hostes. Ideo etenim Sponsus suæ Spōsæ collum, turri Dauidicæ cōparauit: *Quæ edificata, inquit, est cum propugnaculis. Mille clypei p̄deunt ex ea, omnis armatura fortium.* Venuiste quidem turris hæc turrim hanc, de qua loquimur exprimit. Est enim scriptura sacra tanquam quoddam armamentarium, ex quo

F ff fortissima

1. Cor. 10
Philip. 4

Damas.
4 fidei.
Simile

Canti. 4
nume. 4
Simile

fortissima arma defumuntur ab his, qui humani generis hostem debellare conantur. Huiusmodi armis dimicavit Seruator noster Iesus, cum Dæmonem ter in solitudine illa deuicit, semper enim sacræ scripturæ verbis ad debellandū & profligandum aduersarium vsus est. Ad quid enim militi arma, si nunquam illis armatur. Videbis Christianum in medio quidem hostium infernalium constitutum, qui nec meminit quidem Euangelij, nec verbi vnus omnium sacrarum scripturarum quo se defendere possit à tentationibus inimicorum. Quid ergo mirum, si hic vincatur inermis? His ergo armis nobis vtendum est, si Dæmonem vincere, & gloriosam de vitijs omnibus victoriam reportare volumus, & tandem, superatis hostibus, urbem illam celestem intrare.

CONCIO TERTIA.

Discursus primus, in quo exponitur, Deum sepe auferre hominibus temporalia, ut progressus faciant, in his quæ æterna & spiritualia sunt.

Thema

Homo quidam plantauit vineam.

QUI vineam plantat, ea quæ necessaria sunt, vt vites fructum vberem reddant, præstare debet. Inter quæ merito putatio palmitum connumeratur. Vnusquisque autem existens eorū qui Christianam religionem profitentur, vitis est huius vineæ, quæ Ecclesiam esse diximus, vt ergo iucundum, & suauem fructum afferat, putari debet. Alio qui enim acerbos fructus feret, vel pāpinos dum axat, palmitisque foliaque producet, hoc est, temporales, solū fructus Deo minime gratos feremus, nisi à celesti agricola amputemur.

OS. 10. num. 1. QVAPROPTER conquestus est olim Deus de Israelitis, & per Oseam illis obicit: *Vitis frondosa Israel fructus adaquatus est ei, secundum multitudinem fructus sui multiplicauit altaria, iuxta vbertatem terræ sue exhuberant simulachris.* Frondosa, inquit, id est, siluens, & luxurians palmitibus. Idcirco D. Hieronymus in hunc locum

cum

cum ait: Vites quæ putatæ non fuerint à vitatore, in flagella, frondeque luxuriant, & humorem, quem debuerant in vina mutare, vana frondium, & foliorum ambitione disperdunt. Istiusmodi vitis damnosa est agricolis, talis fuit Israel crescens in multitudine populorum, & non reddens fructus agricolæ Deo debitos. Hæc ille. Abundabat Israel diuitijs, voluptatibus, oblectationibus, aliisque huiusmodi bonis; antea enim miserè in Aegypto iacebat oppressa, at postquam hæc vinea ex Aegypto in terram promissionis translata est, terrenis bonis affluit, neque alium fructum, quam frondes, labruscasque reddidit. Talis fructus adæquatus est ei, post plures enim frondes, ac pampinos labruscæ, alijque fructus acerbis gignuntur. Quod quidem Moyse sub alia metaphora indicauerat: *Incrassatus* (inquit) *est dilectus, & recalcitram.* Pluribus se flagitijs, ac delicijs tradidit, ideoque omnibus denudatur frondibus, priuatur enim diuitijs, honore, patria, charissimæ libertate, & in Assyriorum, & Chaldæorum seruitutem datur. Et hac quidem ratione abijciebant sese Israelitæ, preces ad immortalem Deum fundebant, lachrymis se, & gemitibus dabant, voluntarias pro sceleribus pœnas suscipiebant, & animum à vitijs auocabant. Ex quo efficitur, plurimū referre, si bona temporalia à nobis auferantur. Quotidiano enim experimento cognouimus, hominem his bonis affluentem, vitiosum esse, ac deprauatum, multisque affectum vitijs at si labore aliquo, aduersis que rebus vexetur, ad se se redit, & flagitiosa vita relicta, piam, & religiosam sectatur.

Deut. 32.

HOC etiam a Seruatore nostro dictum est apud Iohannem: *Ego* (inquit) *sum vitis vera, & Pater meus agricola est. omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, & omnem, qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat.* Duplex supplicium designatur palmiti: primum est, vt si inutilis omnino sit, omnino etiam a vite abscindatur. Sunt quidem nonnulli homines, qui nulla ratione, nec minis, nec præmijs a turpitudine vitæ abduci possunt, & hi vita priuantur, & in æternos ignes conijciuntur. Secundum vero minus est, & ipsi palmiti perutile, si enim palmes fructum aliquem afferat, non a vite rescinditur, aut è medio tollitur, sed circunciditur, & putatur aliquantulum, vt copiosorem, & suauem fructum emittat. Et D. Thomas explicans illa S. Iohannis verba: *Homo, inquit, bene dispositus, & Deo coniunctus, si suum affectum ad diuersa inclinet, virtus eius minoratur, & magis inefficax fit, ad operandum*

Ioh. 15. num. 2.

D. Tho. ibi c. 1.

Ff 2 randum

randum bene, & inde est, quod Deus, vt bene fructificet, frequenter præscindit, huiusmodi impedimenta, & purgat, immittens tribulationes, & tentationes, quibus fortior fiat ad operandum, & ideo dixit, purgabit eum.

QVOD si à me quæras, quo pacto huiusmodi vites à Deo putentur, certe non aliter, quam abscindendo, & circumcidendo ea, quæ tibi impedimento sunt, ne fructus Deo grates reddas. Contingit enim tantam esse alicuius in filium indulgentiam, vt amorem Deo debitum, ad filium omnino transferat, studiumque & diligentiam quam in Deo colendo, suaque salute curanda deberet ponere, in filio indulgendo, atque inseruendo collocet, & is quidem, Deo ita disponente, dilectissimo sibi filio orbat, vt hac ratione omnem suum amorem, & curam in Deum amore, officijsque prosequendum conijciat. Cû quis etiam diuitijs affluit, & omne suæ vitæ tempus in eas augendas, & tuendas impendit, spoliatur illis, vt animo libero, atque expedito Deo optimo maximo, suæque saluti vacare possit. Hoc igitur modo cœlestis hic agricola suæ vineæ vites putat, & à noxijs, & superuacaneis purgat.

FATEOR equidem, hoc non sine aliquo nostro incommodo, & dolore fieri, tamen quia ad nostram salutem plurimum id refert, magnæ sunt nobis de illo, immortalis Deo gratiæ agendæ. Cum putatur vitis, quasi flere, lachrymulasq̄, fundere videtur, at cum autumnino tempore suauissimis vis abundat, certe si rationis particeps esset, putatori gratias ageret, vehementerq̄, lætaretur, eo quod ab illo putata, & lachrymas effundere coacta sit. Sic etiam nos labores & res aduersas à Deo optimo illatas, læto, atque grato animo debemus excipere, cum ea in nostrum commodum, vtilitatēque cedant. Et sane cum in cœlesti beatitudine ea de causa bonis cœlestibus affluamus: maxima quadam læticia affecti, gratos nos Deo, à quo laboribus vexati sumus, præbebimus. Illaque Israelitarum verba vsurpabimus: *Lætissimus pro diebus, quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala.* In quæ psalmi verba luculenter loquitur D. Bernardus in hunc modum, Opportunè post tristitiam gaudium subijit, post laborem quies, post naufragium portus. Placet cunctis securitas, sed ei magis, qui timuit, iucunda omnibus lux, sed euadenti de potestate tenebrarum iucundior, transiisse de morte ad vitam duplicat. Vitæ gratiam.

Discursus

*Discursus secundus, in quo ostenditur
Deum suis beneficijs eos priuare,
qui illis abutuntur.*

Thema. *Auferetur à vobis regnum Dei & dabitur genti facienti fructus eius. Matth. 21.*

QVEMADMODVM præpotēs Deus magnificus est, & liberalis in homines, ita etiam expetit, vt gratiæ sibi ab hominibus referantur, adeo vt propter exigua etiam bona gratificationē requirat. Idcirco cû celebre illud, ac miraculosum conuiuium celebravit, præcepit discipulis suis: *Colligite fragmenta, ne pereant.* Quod quidem videbatur summam Dei liberalitatem dedecere. At D. Bernardus explicans hunc locum, ait: *Iubemur colligere fragmenta, ne pereant, id est, nec minima beneficia obliuisci.* Nunquid enim non perijt, quod datur ingrato? *Diligenter* (inquit Sapiens) *considera quæ apponuntur tibi, vt nulla videlicet Dei dona debita gratiarum actio ne frustreretur.* Non grandia, non mediocria, non puilla. Hæc ille. Cum vero munificentissimus Deus hominem gratum agnoscit, non uis illum beneficijs cumulat, eum autem, qui ingratus est, ac beneficiorum immemor, etiam datis priuat, & hac ratione in illum animaduertit. Peremptoria res est, ait D. Bernardus ingratitude, hostis gratiæ, inimica salutis, vias enim obstruit gratiæ, & vbi fuerit illa, iam gratia accessum non inuenit, locum non habet. Et in sermone illo super Cantica: *Ingratitude, inquit, inimica est animæ, exinanitio meritorum, virtutum dispersio, beneficiorum perditio.* Ingratitude est ventus vrens, siccans sibi fontem pietatis, rorem misericordiæ, fluentia gratiæ. Ita Bernar.

QVOD quidem multis exemplis, ipsoque experimento comprobari potest. Decorauit sanè præpotēs Deus regia dignitate Saulem, ea tamen illū vt pote ingratus paucos post dies priuauit. Constituit etiam Ieroboam priuatus decem tribuū, aliosq̄, alijs beneficijs affectus, quæ ab eisdem propter ingratos eorū animos abstulit. Collocavit præterea Sodomitas in optimo terræ situ: *Erat enim terra illa,* ait scriptura, *sicut paradysus Dei.* Sed quia illi huius beneficiij immemores, libidini inseruiebant, à vehementissimo quodam igne consumpti sunt. Decem deinde nationes suis orbauit ciuitatibus, eo quod duri, & ingrati animi erant, & eas in Israelitarū ditionē transtulit, vt hi debitas Deo gratias persoluerent: *Dedit illis regiones gentium,* (testatur Propheta) *& labores populorū possederunt, vt custodiāt iustitiam.*

Eff 3. *ratione: 2. 45.*

simile.

psal. 89.
nu. 15.
Ber. serm.
68. super
Cant.

Iohan. 6.
Ber. serm.
51. in Cant.

Ber. serm.
de septem
miseric.
sermo. 51
in Cant.

Gen. 13
num. 10.

psal. 30.

414 FERIA 6. post 2. Dominic. quadragesimæ.

carities eius, & legem eius requirant. At quoniam Israel ingratus etiã extitit, illum animo incitatus alloquitur in hunc modum: *Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, & Deum absque me nefcis, & saluator non est præter me, ego cognoui te in deserto, in terra solitudinis.* Tam descriptum est beneficium Israelitis à Deo factum. Sed audite, quã malè gratiam, bene de se merito referant: *iuxta pascua sua* (ait Dominus) *adimpleti sunt, & saturati sunt eleuauerunt cor suũ, & obliui sunt mei.* Deus tamen ira inflãmatus: *Ego, inquit, ero eis quasi leona, sicut pardus in via Assyriorum, occurram eis, quasi vrsã, raptis caulis, & dirumpam interiora iecoris eorum, & consumã eos ibi quasi leo, bestia agri scindet eos.* At cur, clementissime Deus, ita te iratum, & acerbum ostendis? *Quia obliui sunt mei,* dicit Dominus, beneficiorũ inmemores extiterunt, & de referenda mihi gratia nihil laborarunt, ea causa illis succenseo, & terram promissionis interdica, omnibusque bonis à me in illos profectis, eos spoliabo. Quod quidẽ re ipsa præstitit Deus: *posuit enim flumina in desertum, & exitus aquarum in sinu, terram fructiferam in saluginem à malitia inhabitantium in ea.* Plurima sanè bona illis contulit, quibus ipsi priuati sunt, quia eis abutebantur. Arcam nimirum fœderis, augustissimũ templum, religiosissima sacrificia sanctissimosque Prophetas è medio illorum abstulit, eo quod nullum ex ijs emolumentum illi percipiebant, & ingrati erant. Neque solum prouincias, & regna, sed totum etiam terrarum orbem præpotens Deus euertit, & aquarum obruit eluuiione, propterea quod homines acceptis ab eo beneficijs abuterentur. Quod si ciuitates, regna, omnisque hominum vniuersitas, bonis omnibus ob ingratum animum orbantur, mirum non est, eo supplicio plecti, qui eandem ingrati animi culpam suscepit, neque enim mirandum est eum incommoda ualitudine uti, qui corporis vires ad flagitia perpetranda conferebat, & diuitijs priuari, qui omnes suas pecunias in res futiles, ac vanas infumebat, illumque honoris, famæ, dignitatisque munere à Deo donato spoliari, & ex fœlici fortuna, sublimique loco in infimum statum, atque ordinem deuenire, qui tumens, ac superbia elatus, nec Deum, nec homines verebatur: *Ego* (inquit Dominus per Oseam) *ego dedi ei frumentum & vinum, & oleum, & argentum multiplicauit ei, & aurum, quæ fecerunt B. al, Iccirco conuertit, & sumam frumentum meum, in tempore suo, & vinum meum in tempore suo et liberabo lanam meam, et linũ meum.* *Ego, inquit, dedi ei (Israellem alloquitur Deus) quia omnia bona etiam illa, quæ dicuntur bona fortunæ, & ab hominibus*

Osea 13.
nu. 4.

psal. 105
num. 34.

Osea 2.
nu. 8.

Concio tertia.

415

minibus videntur industria, & labore parta omnia inquam bona ab immortalis Deo donata sunt, ideoque iure, sua esse dicit: *Sumam,* (ait) *frumentum meum, vinum meum, et liberabo lanam meam.* Liberari illis competit, qui capti sunt, is enim qui in vinculis, & carcere detinetur, vel qui in seruitute versatur, liberari dicitur, cum à vinculis, vel seruitute in libertatem asseritur. Cur ergo Dominus ait: *Ego liberabo lanam meam, et linum meum?* An hæc bona cum ab illis hominibus possidebantur, in seruitute erant? Erant sanè, & quasi dira tyrannide præmebantur. Valetudo enim, diuitiæ, honores, atque huiusmodi bona, quasi in durissima seruitute sunt, cum à flagitiosis hominibus vanè consumuntur, si quidem in Domini sui, Dei nimirum, cultum, & obsequium minimè impenduntur, atque iccirco merito Deus optimus maximus ait: *Liberabo lanam meam, et linum meum.*

simile.

F E R T V R in sacris litteris Dauidè penuria quadam oppressum panes, aut aliquid eiusmodi à Nabale Carmelo petijisse, eã duntaxat ei rationem obijciens, quod illius gregem studiose custodisset. Reiecit quidem petitionem Nabal, qua de causa adeo iratus est Dauid, vt decreuerit Nabalem, eiusque familiã de medio tollere, ac funditus euertere? Quanto potiore iure indignabitur præpotens Deus, & supplicium de illis sumet, qui diuinorum beneficiorũ inmemores, nolunt Deo debitum obsequium præstare. Et cum ille non modo vigilantissimè nos custodierit, sed etiam suo pretiosissimo sanguine redemerit, nullam ei gratiam referamus, neque fructus, quos ille iure petit, ipsi reddamus.

1. Reg. 25

Q V I S (inquit Apostolus) *plantauit vineam, et de fructu eius non edit? quis pascit gregem et de lacte gregis non manducat?* Ac si diceret, nullus, id enim iuri repugnat. Deus igitur plantauit vineam Ecclesiæ suæ: *Ego* (inquit per Ieremiam) *plantauit te vineam electam, & omne semen verum.* Iustum ergo, & rationi consentaneum est, vt ipse suæ vineæ fructibus perfruatur, & ingrati animi vitium erit, eos illi denegare.

1. Cor. 9.
nu. 7.
Ierc. 2. n.
21.

P R A E C E P T V M est olim in Deuteronomio, vt antequam Israelitæ ad bellum incundum proficiscerentur, hoc illis præconio declararetur: *Quis est homo, qui plantauit vineam, et nec dum fecit eam esse commune, de qua resci omnibus licea (id est, nondum ea fructus est) vadat, et reuertatur in domum suam, ne forte moriatur in bello, et alius homo eius fungatur officio.* Iudicauit maximus Deus cum ratione coniunctum esse, vt qui nouellam vitem seuit, & colat, illius fructibus

Deut. 20.
11. 6.

fructibus potiretur. Quapropter maximè est rationi consonum, vè qui vineam hanc plantauit, & multo suo sudore, ac labore excoluit proprioque sanguine irrigauit, huius vineæ fructus degustet, maximumque ingrati animi crimen committet, qui huiusmodi fructus immortalis Deo denegauerit. Quos si ei reddideris, alijs maioribus, & præstantioribus abundabis. Et sicut frugifera vitis cresces, & cælestibus gratiæ, gloriæque fructibus in beatitudine perfrueris.

CONCIO QVARTA.

Discursus primus, in quo ostenditur, nullum esse tempus, in quo Deus à nobis fructus non exigat.

Thema. Cum autem tempus fructuum appropinquasset. Mat. 21.

INQVIRENDVM nobis est, quo tempore fructus Deo reddi-
turi sumus, videtur enim aliquod tēpus designatum esse, in quo
ille fructus à nobis exigat. Quod vt rectè sciamus, recolēda sunt
memoria ea, quæ sacræ legis scriptor in hoc eodem capite enarrat:

Mat. 21. Videns, inquit, Iesus arborem vnam secus viam, venit ad eam, & nihil in
num. 19. venit in ea, nisi folia tantū, & ait illi, nunquam ex te fructus nascatur in
sempiternum, & arfacta est continuo ficulnea. Videntes discipuli, mira-
ti sunt, dicentes, quomodo continuo aruit? At illud in hac re maximam

Mat. 21. admirationem efficit, quod D. Marcus refert, cum ait: non erat tem-
nu 13. pus ficorum. Si ergo non erat tempus ficorum, cur in ficulneam exe-
Beda. crationem conijcit, eo quod ficus non ferat? Beda in hunc locum
ait: Quanuis Christus Dñs maledixerit ficulneæ, eamque aridam
reddidit, cum hominibus sui populi loquitur, quos execratur, &
damnat, quia cum fructum ab eis exigat, eum illi non reddunt. Hęc
ille. Ex quo fit, tunc esse opportunum tempus ad fructus præben-
dos, cum à Deo exiguntur.

PRAECIPIEBAT Deus Israelitis, vt præcipua bona sibi liba-
rentur: *Primitias*, inquit, *tuis non tardabis reddere, primogenitum filio-*
Ecc. 22. *rum tuorum dabis mihi.* Omnibus notum est, omnia quæ in lege ve-
nu. 19. teri

teri iubebantur Hebræis, in lege noua, spiritualiter esse nobis ac-
commodanda. Primitias, ergo Deus à nobis exigat, & sine mora
reddendas. Primam enim, & præcipuam nostrorum operū, nostri
quæ animi partem, primoque nostræ vitæ annos sibi dicari iubet,
ijs enim primitijs ille gaudet. Nequè solū vitæ primitias, sed etiā
reliquū nostræ vitæ tempus sibi consecrari vult. Quod exhorta-
tus est Ecclesiasticus, cum ait: *Serua timorem Dei, & in illo veterasce.*
Serua, dixit, id est, non solū præpropere florere incipias, vt Amig-
dalus, quæ præmaturè florefcit, cito tamen, adueniente gelu, obri-
gescit, sed, *serua timorem*, & in eo vsque ad senectam, & mortem ip-
sam permane, id enim sibi vult, & *in illo veterasce.* Sunt nonnulli
qui quamprimum rationis lumen aspiciunt, studiosam viuendi
viam amplectuntur, eam tamen in iuuentute deferunt, & turpem
flagitiosamque sequuntur, & hi quidem primitias Deo offerunt,
sed in illius cultu, & obsequio minime perseverant. Alij vero no-
lunt huiusmodi primitias reddere, sed ad senectutem conuersio-
nem suam rejciunt, & equidem immortalis Deus vtriusque æta-
tis sacrificiū diligit, omni quippe vitæ tempore colendus, & sus-
cipiendus est. Non est enim tempus aliquod præfixū ad reddendū
illi fructus, sed omni ætate, & in omni vitæ tempore debemus ei
fructus offerre.

CVPIEBAT vehementer Sponsa vtroque fructus, præmatu-
ros scilicet, & serotinos, diuino suo Sponso reddere, quo circa eū
in hunc modum alloquitur: *Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, &*
moremur in villis, mane surgamus ad vineas, videamus si foruit vinea si
flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica. In floribus apud
sacras litteras studiosa desideria indicantur, in fructibus vero recta
opera, quæ ex studiofis desiderijs proficiunt, sicut fructus ex flo-
re nascitur: inquit ergo celestis Sponsa: egrediamur, diuine Spo-
se, in vineam animi mei, vt experiamur, an ille præclaris desi-
derijs floreat, studiofisquæ operibus abundet, non enim solum recta desi-
deria, sed opera etiam honesta, & sancta esse desiderat. At cur sub-
iunxit: *Videamus, si floruerunt mala punica?* Sane in pomarijs ma-
lus punica est, quæ præpostere suaues ex se fructus emittit. Ad-
didit ergo Sponsa verba illa, quia non modo præpropere, sed
etiam præposteros fructus Sponso suo præbere vult. Neque so-
lum primos suæ vitæ annos, verum etiam vltimos illius obsequio
dicandos censet. Quamobrem subdit etiam, vt potè, qui rectè
sponsi naturam, & ingenium nouerat: *Omnia poma noua, &*

Ggg vetera

Ecc. 2. nu.
6.
Simile.

Cant. 7.

psal. 33.
num. 6.
Aug. ibi.

vetera, dilecte mi. seruauit tibi. Non noua tantum, nec vetera duntaxat, sed noua, & vetera simul. Poma noua, vitæ initia sunt, vetera autem supremos vitæ dies significant, à principio igitur vsque ad finem vitæ se diuino tradidit obsequio. Eadem ratione se regius ille vates diuinis laudibus dedit: *Benedicam, ait, Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Semper, inquit, & in omni tempore. Semper, id est, in iuuentute, in virili ætate, & in senio, & senectâ Dei laudibus, obsequijsque vacabo, in omni tempore, id est, quocumque modo res accidant, in omni successu rerum, vt ibi explicat B. Augustinus: Cum bona temporalia, & peritura tribuit, & cum ea tollit, quia se non tollit, semper benedicendus est Deus. Non solum tempore abundantia, sed paupertatis, non solum tempore salutis, sed infirmitatis, non solum tempore prosperitatis, sed tribulationis, non solum tempore vitæ, sed tiam tempore mortis, dum vitâ agis, dum animam exhalas, benedic Deo, & morere in pace, & in idipsum. Et quidem qui hæc perfecit, omnia poma noua, & vetera Deo maximo seruabit.*

H I N C perspici potest, quanta sit eorum stultitia, qui quadragesimali duntaxat tempore virtuti, & pietati dicendum censent, reliquo verò vitæ tempore libidini obsequuntur, delicijsque, ac voluptatibus inferunt. Et cum paschali die peccata per confessionem deleant, nouis deinceps flagitijs, ac sceleribus inquinantur, & in circuitu peccatorum singulis annis deambulant. Hi quidem non benedicunt Dominum in omni tempore, sed maiorem illius partem sibi, & demoni, minorem vero Deo, virtutisque concedunt.

E T quidam arbitrantur hi, satis superque Deo tributum esse, si quadragesimali tempore concionibus sacris, ieiunijs, confessioni, sui que animi saluti studeant, quauis reliquis diebus sibi indulgant suis cupiditatibus pareant, sui que corporis commodis vacent. Ac si Deo, & non sibi ex suis ieiunijs, præclarisque operibus emolumentum accrescat. Audite, quæso, egregium Salomonis documentum: *Mane, inquit, semina semen tuum, & vesperæ non cesset manus tua, qui a nesci, quid magis oriatur, hoc, aut illud, & si vtrūque simul, melius erit, Quid sibi vult, mane semina? & huiusmodi semen quid significat? Clarissimum ecclesiæ lumen Hieronymus, sic interpretatur hunc locum: In adolescentia, in senectâ æquus tibi labor sit, ne dicas, dum potui laboravi, debeo in senectute quietescere, nescis enim vtrum in iuuentute, an in ætate longæua placeas Deo, nec prodest adolescentiæ frugalitas, si senectâ ducatur in luxu, in quacunque enim*

Eccle. II.
num. 6.

Hier. ibi.

enim die errauerit iustus, veteres iustitiæ eius à morte cum liberare non poterit. Hæc ille. Ecce quid significet seminare mane, ac vesperæ ipsum seminandi verbum tui te admonet emolumentum. Cui enim agricola seminat? terræ ne, an sibi? Semen est ieiunium, oratio, & quodcunque opus bonum: semen sunt lachrymæ, quia sancti *cunctes ibant, & flebant, mittentes semina sua.* Si hæc semina terræ tui animi mandas, non Deo, sed tibi seminas, ipse enim bonorum tuorum non eget. Si vero voluptatibus tuis inferuis, & in caducis, & perituris bonis acquirendis operam, studiumque ponis: & bonis his, & voluptatibus priuaberis. Neque ea seminatio, sed dissipatio dicenda est.

N E des, inquit Salomon, *alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, ne forte impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena, & gemas in nouissimis, quando consumpseris carnes tuas, & corpus tuum, & dicas: cur deestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum, nec audiui vocem docentium me, & magistris non inclinaui aurem meam.* At quid significet: *annos crudeli dare.* Exponit B. Hieronymus in ea verba dicens: Cuiuscunque sceleri, quisque subijcitur, in hoc profecto dominatui malignorum spirituum mancipatur. Diuus etiam Gregorius ea Salomonis verba in hunc modum interpretatur. Qui namque alieni à nobis sunt, nisi maligni spiritus, qui à cælestis sunt patria sorte separati? Quis vero noster honor est, nisi quia in luteis corporibus conditi, ad conditoris tamen nostri sumus imaginem, & similitudinem creati? Vel quis alius crudelis est, nisi ille Angelus apostata, qui & semetipsum pœna mortis superbiendo perculit, & inferre mortem humano generi etiam perditus non pepercit. Honorem itaque suum alienis dat, qui ad Dei imaginem, & similitudinem conditus, vitæ suæ tempora malignorum spirituum voluntatibus administrat. Annos etiam suos crudeli tradit, qui ad voluntatem male malignantis aduersarij accepta viuendi spatia expendit. Vnde bene subditur: *Ne forte impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena.* Quisquis enim per acceptam valetudinem corporis, per tributam sibi sapientiam mentis non exercendis virtutibus, sed perpetrandis vitijs elaborat nequaquam suis viribus domum suam, sed extraneorum habitacula, id est, immundorum spirituum facta multiplicat, nimirum vel luxuriando, vel superbiendo agens, vt etiam se addito perditorum numerus crescat. Bene autem subditur: *Et gemas in nouissimis, quando consumpseris carnes tuas, & corpus tuum.* Plerumque enim accepta salus carnis

Simile.

psal. 125.
num. 7.

Prouer. 5.
nu. 9.

Hier. ibi.

Grego. in
pastor 3.
p adm. 15

per uia expenditur, sed cum repente subtrahitur; Cum molestiis caro attemur, cum iam egredi anima vrgetur, diu male habita quasi ad bene uiendum salus amissa requiritur, & tunc gemunt homines, quod Deo seruire noluerunt, quando damna negligentia suae recuperare seruiendo nequaquam possunt. Vnde alias dicitur: Cum occideret eos, tunc requirebant eum. Haftenus Gregorius. Ex quo satis constat, quis nam sit illè crudelis, cui haud annos nostros dari Salomon hortatur. Est enim humani generis hostis, à quo nullum præmium accipies, etsi omne vitæ tempus in eo colendo, & obsequendo consumas. Ne des igitur annos tuos crudeli, & quadragesimales duntaxat dies Deo, sed omne tēpus, omnes dies, omnemque ætatem ad Dei cultum, & obsequium confer.

Discursus secundus explicat supplicium, quod de vinea Domini sumitur, eo quod Deo debitos fructus non reddat.

Thema Malos male perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis qui reddent ei fructum temporibus suis. Matth. 21.

INTERROGAVIT Seruator noster à principibus sacerdotū, quibus hanc vineæ parabolam, & iniuriam ab agricolis illatam proposuit: Cum uenerit Dominus vinea, quid faciet agricolis illis? Et responderunt ei; Malos male perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis. Protulerunt quidē illi contra se sententiā, iustum quē, sibi supplicium iure decreuerunt, quod humani generis vindex merito illis inflixit. Grauitè enim, & acerbè Deus in illū animaduertit, qui debitos sibi bonorū operum fructus non reddit.

MANIFESTE hoc declaratum est apud Esaiā, ubi cū Deus optimus maximus beneficia, quibus suā vineā affecerat recitasset subiugit: Expectaui, ut faceret uuis, & fecit labruscas, & nunc ostendā uobis quid faciam vinea mea. Auferam sepem eius, & erit in direptionem, diruā maueri em eius, & erit in conculcationē, & ponam eam desertam. Grauiissima sanè uerba sunt hæc, & magnā Dei feueritatē significātia. Quē admodū, inquit D. Basilius, uinearū custos cū uidet vineā nullos habere fructus, suū tuguriolū in ea positū euertit, & vineam deseruit. Sic summus Deus deseruit populū suū, & augustissimū templū in eo sibi dicarum, deuastari passus est, & eodem modo se nobiscū geret.

Esai. 5. n.
4.

Basil. ibi.
Simile.

geret, si nos etiā illius populi ingratitude inuenimur. Hæc Basil. AC ne per plura uagemur, & id argumentis, & cōiecturis probemus. Cogitate animo, oculisquē, intuemini, quæ in hac re gesta sunt, & nostra etiā tēpeltate infeliciter euenerunt. Vbi est Græcorū religio, quæ adeo Athanasij, Basilij, & Chrysoptomi tempore floruit? Quo pacto Constantinopolis, quæ apud illos erat Christiani imperij caput, ethnici modo imperij princeps existit? Quid actum est de sanctissimis illis tēplis in Asia cōstructis, de quibus tanta sacer Euangelista Iohannes scripsit? Vbi est singularis illa in Deū pietas quæ in Africa, uiuente Ecclesiæ lumine Augustino, mirifice uigebat? Preterierē iā, ac periēre omnia illa, & Christus Dñs eā terrē partē, in qua suā uineā plātauerat, dereliquit. Quod si ad infortiūssima nostra tēpora deueniamus. Qua ratione emarcuit sanctitas, & religio, quæ in Anglia, Belgia, Germania, Franciaquē, florebat? & in Lutherana hæresi huiusmodi prouinciæ misere, magna ex parte iacēt? Quo pacto ubi tot sanctissimi uiri Christianæ fidei nobis exēplū præbebant, tot perditissimi hæretici uersantur? Id certe ea ratione euenisse arbitror, quia cū uinea illa debitū Deo fructū nō redderet, eā uinearū custos Deus reliquit. Qui quidē misit seruos suos, ad agricolas illos, ut acciperēt fructus eius, quos cū ipsi nō exhiberēt, grauitè eos cælestis paterfamilias puniuit: Et uineā locauit alijs agricolis, qui in oriētali, & occidentali India ueriores, & suauiores fructus ferūt. Eodē ergo modo se præpotens Deus cū uite geret, ac cū uinea. Quapropter si nos qui huius uineæ uites sumus, nullum ei fructū præstemus, euellemur etiā e terra, & ab illo deseremur, & tandem in æternos ignes uelut inutiles palmites detrudemur.

AD hoc ipsum significandū proposuit Seruator noster illā similitudinē ficulneæ, quā Dñs eius succidi iubebat: Venit enim (scribit Euangelista) querere fructū in illa, & non inuenit. & dixit ad cultorē uineæ: ecce anni tres sunt, ex quo uenio, querens fructū in ficulnea hac, & non inuenio, succide ergo illā, ut quid enim terram occupat. Animaduertite obsecro (ad nos enim respicit hæc parabola, quo pacto Dñs uineæ dinumerauerit annos, in quibus ficulnea infecunda extiterat. Quod si ex eo solū, quod tribus annis illa fructum nō tulit, ira accensus eā succidi iubet, Cur nō pertimescitis uos, qui nullū per plures annos fructū immortalī Deo redditis? An ignoratis omnes dies in quibus flagitijs adhæsistis numeratos esse a Deo, qui adeo egre ac moleste fert homines infrugiferos, ut nō dubitet eos uelut arbores steriles e medio tollere, & in ignē æternum conijcere?

Luc. 18.
num 6.

Dan. 4. 7.

NE QVE vero satis est, si multis occupationibus distentus, fructus afferas perituros. Vidit quondam Nabuchodonosor Baby Ionis rex ingentem quãdam arborem: *Videbam, inquit, & ecce arbor in medio terra, & altitudo eius nimia, magna arbor, & fortis, & proceritas eius contingens cœlum, aspectus illius erat vsque ad terminos vniuersa terra: Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, & esca vniuersorum in ea. Subter eam habitabant animalia, & bestia, & in ramis eius conuersabantur volucres cœli, et ex ea vescabatur omnis caro.* Ingens sane, & frugifera est hæc arbor, cum in ea terre, aerisque animalia domicilium haberet, ipsaque omnibus his cibũ suppeditaret. At quid de huiusmodi arbore factũ est? *Et ecce, inquit scriptura, vigil, & sanctus de cœlo descendit, clamauit fortiter, & ait: succidite arborem, & praecidite ramos eius, excutite folia eius, et dispergite fructus eius.* Sed cur perpulchra hæc, & frugifera arbor succiditur? Ex eo profecto, quod fructus fert non Deo, sed bestiis, & animantibus accommodatos. *Ex ea, dicitur, vescabatur omnis caro.* Et quidem Deus optimus maximus spirituales, ac diuinos fructus à te exigit, tu vero carnales, vt ita loquar, & bestiarũ fructus, quibus scilicet bestię delectantur reddis, qui ei grati esse nulla ratione possunt. Laboras, & vehementer defatigaris in diuitijs, aliisque caducis bonis acquirẽdis, quibus ne quaquã delectatur Deus, quippe qui vitæ integritatẽ, sanctitatẽque requirit, quare et si vberrimos, & copiosissimos illius generis fructus præbeas, nihili à Deo fient, sed tanquam steriles, & infœcũda arbor ab eo excideris, in ignemque mitteris.

Ezec. 17. num. 1.

ACCERSIUIT Dominus Ezechielem, illique præcepit, vt Iudeæ Regi, & omnibus ijs, qui Hierosolymam incolebant, huiusmodi parabolam proponeret: *Aquila grandis magnarum alarũ longo membrorum ductu, plena plumis, & varietate, venit ad Libanum, et tulit medullam cedri, summitatem frondiũ eius assumpsit, et transportauit eã in terram Chanaã.* At, quid Deus optime, propheta faciet, aut quid loquetur, si huiusmodi ænigma illi non percipiant? *Dic, ait Dominus, ecce venit rex Babylonis in Hierusalem, et assumet regem, et principes eius, et adducet eos ad semetipsum in Babylonẽ.* His quidem verbis manifestum redditur ænigma ab Ezechiele propositum. Sed cur rex Hierusalem captus ad Babylonẽ ducatur, ex nomine ipso, quo Hierosolyma in hoc ænigmate vocatur, perspicitur, nominatur enim Libanus. Libanus autem mōs quidem est, in quo cedri gignuntur; at vero cedri sunt quædam arbores, quæ licet pulchritudinis speciem præferant, steriles omnino sunt, & infœcũdæ. Erat quidem

dem Hierosolyma instar montis Libani, infœcundis cedris abundans, Rex enim, & alij primarij viri nullũ fructũ Deo gratum ferebant. Qua de causa repudiãuit, ac reiecit illos præpotens Deus, & passus est, vt Nabuchodonosor medullam, id est, eos qui tanquam omnium optimi, & præstãtissimi in altissimo Hierosolymæ loco locati erant, in terram deijceret, & in diram seruitutem daret. Quo circa vnusquisque sibi persuadeat, se reijciendũ esse à Deo, si fructus ei non reddat, etiam si ex eorũ sit ordine, qui in magno sanctitatis gradu positi sunt.

VERSABA TVR olim in augustissimo Hierosolymæ templo summus quidam sacerdos, iners tamen, ac negligens, cui Deus hoc mandatum per Esaiam detulit: *Quid tu hic, aut quasi quis hic? quia excidisti hic tibi sepulchrum, excidisti in excelsis memoria e diligenter, in petra tabernaculum tibi: ecce Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, et quasi amicum sic subleuabit te, coronans coronabit te tribulatione, quasi pilam mittet te in terram latam, et spaciosam, ibi morieris.* Et quidẽ re ipsa præstitit Deus, quod minatus fuit summo illi sacerdoti. Traditus enim est in seruitutem, & ex altissimo dignitatis loco deiectus, inter hostes inhumaniter concidit. At cur tantum ei supplicium intulit Deus? *Quid tu (obiecit ei) hic, aut quasi quis hic?* Ac si diceret, quid agis, aut quæ à te negocia in sacris ædibus geruntur? quem fructum in optima terra collocatus reddis? Nul lum profecto, sed tuo honori, & exultationi studens, tuæ nobilitatis monumenta erigis. Quamobrem asportabo te in alium locũ, & euellam te tanquam infœcundam arborem. *Ecce vobis summũ sacerdotem, vt inquit D. Hieronymus, e medio sublaturũ, quia fructum non ferebat.* Grauer etiam auditores, in nos ipsos Deus animaduertet, si nullum ei fructum, cum ab eo exactum fuerit præbeamus.

HABITATORIBVS Chanaam abstulit Deus terram, quã possidebant, quia ingratos, & acerbos fructus ferebant. Niniuitis eadem de causa graue supplicium minatur. Nec non Aethyopiæ, Aegypto, aliisque barbaris nationibus. Quod si eos, qui veritatis lumen non aspexerunt, & terram cœlestibus imbribus non adeo irrigatam colebant, acerbè reprehedit, & punit Deus, eo quod vel nullos, vel malos fructus reddunt. Quo supplicio eos afficiet, qui in vinea sua plantati, illorum sterilitatem imitantur. Hebræis tradidit Deus terram promissionis, quam ab alijs barbaris abstulerat, hac tamen lege vt sanctitatis fructus ferrent. *Audi Psalmo 104.*

Esa. 22. num. 15.

Dedit

Dedit illis regiones gentium, & labores populorum possederunt, ut custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant. Ecce finem, non ut comedant, bibant, & ditescant, sed ut iustificationes Dei custodiant, Quod quia non præstiterunt, eos a vinea sua auulsit, & extra proiecit. Si ergo ab Hebræis, quia in prisca illa Domini vinea constituti erant, fructus exigit, & acerbissimas pœnas repetit, si non eos ferat. Quid nobis fiet qui in Ecclesiæ Christianæ hortis consiti sumus, si steriles inueniamur? Si, ut D. Basilius asserit, illæ arbores succiduntur, à Deo, qui in syluis infecundæ sunt, quid illis faciet, quæ in fecunda, ac frugifera terra positæ, fructum nulla ratione præstant? Timendum ergo nobis est, maximèque verendum huiusmodi supplicium. Quo dum declinare velimus, fructus Christiano homine dignos, Deo optimo maximo reddamus, sic enim ex amantissimis ecclesiæ hortis in cœlestem æternarum deliciarum paradysum transferemur, & à terra in cœlum ab statu gratiæ ad perpetuum statum gloriæ commigrabimur.

CONCIO QUINTA.

Discursus primus, in quo ostenditur, gravissimum nobis supplicium à Deo inferri, cum spiritualibus bonis priuamur.

Thema. *Auferetur à vobis regnum Dei. Matth. 21.*

SANCTISSIMVS Ecclesiæ doctor Hieronymus in hoc regno Dei, sacram scripturam intelligendam censet. Diuus autem Augustinus libro contra aduersarios legis, hoc regnum Dei regnum vitæ æternæ esse dicit. Alij regimen ecclesiæ, omnes denique in eo bona spiritualia indicari fatentur, videlicet, sacras litteras, diuinam legem, sacramenta, aliæque huiusmodi beneficia ab illo totius bonitatis principio profecta: *Auferetur igitur à vobis* (Christus Iudæos alloquitur) *regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* At exiguum profecto Deus bone, supplicium illis minitatur, apud eos enim parum sunt hæc bona, & tanquam nihili habentur, si diuitiarum amissionem

salutis honoris vitæ minareri, plus certe hi timerent. Hec enim sunt quæ diligunt & circa ea versatur timor, circa quæ versatur amor, Et quidem improbi ac flagitiosi homines nullius momenti esse putant eiusmodi bona spiritualia, quare de illorum iactura, nihil laborant, dummodo ea, quæ ad corporis ornatum, & valetudinem pertinent salua persistant, horum enim iacturam grauius illi, & acerbè ferunt. Atquè iccirco cum Rex Saul Amalec incolumem conseruauit contra Dei iussu, delatum est ei a Samuele hoc domini mandatum. *Pro eo quod abieci sermonem domini, abiecit te dominus, ne sis rex.* Sed quid responderit Saul, audiamus, *Peccavi* (inquit) *sed nunc honora me coram senioribus populi mei.* *Peccavi*, dixit hoc tamen non de dolore animi propter inobedientiam concepto, si enim ita esset, condonaretur quidem illi peccatum, sicut Dauidi condonatum est, cum dolens ac penitens dixit, *peccavi.* Quæ de re ergo, aut qua de causa verbum illud, *peccavi*, à Saule prolatum est, *Honora* (inquit) *me coram senioribus populi mei.* Honoris igitur amissionem deplorat Saul, & ex eo dolet, quod imperio, ac regno priuetur, non vero ex eo, quod gratiæ donorumque cœlestium iacturam faciat. Hoc est commune mundanorum hominum vitium, ut plurius æstiment ea, quæ ad terrenum, & periturum quàm quæ ad cœlestem, & æternum regnum spectant. Quod satis probat illorum opera, & studium in terrenis bonis procurandis, delicia vero, & inertia in cœlestibus inquirendis. Quot illi sumptus faciunt in amplissimis domibus ædificandis, in celebrandis conuiujs in tanto victu. Denique Preciosoque corporis cultu, ac supellectile paranda, cum in elemosynis elargiendis moderatissimi, ac parcissimi sint? Quam longum tempus in mundanis oblectationibus consumunt, in diuinis vero rebus vacandis, quam breue, & exiguum. Grauius etiam illi ferunt rerum temporalium damna, & in illis resarciendis desunt. Gratiæ autem aliorumque spiritualium rerum amissionem nihil ducunt, neque de ijs recuperandis aliquomodo laborant, sed ac si nullum eis incommodum accidisset. *Peccauimus* (inquit) *& quid nobis accidit triste.*

QVOD si res diligenter suis momentis examinarentur, & ut par est, æqua trutina penderentur, aliter quidem de his rebus iudicarem, & multo plurius spiritualia, quam temporalia bona ducemus. Lamentabatur quondam vates ille Ieremias Ierusalem excidium, sed templi præcipuè sacrarumque rerum vastationem maximè deplorabat. *Obluioni* (inquit) *tradidit dominus in Sion festiuitatem.*

Hhh te.

Basil.

Hierony.
August.

Thre. 2. num. 6. *cenā & Sabbathum. Repulit dominus altare suum, maledixit sanctificationi in sacra. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij. Non amissionem auri, sed charitatis, ut auri nomine designata lamentatur.*

Daniel. 9. num. 17. **SANCTISSIMVS** Item Daniel, cum in seruitute erat, ex eo præcipuè dolebat, ac tristabatur, quod Augustissimum Dei templū, & altare, vbi diuini cultus in mortali Deo exhibebatur, & sanctissimum eius nomen inuocabatur, euersum esset. Quapropter illud maxime a præpotenti Deo petebat. *Exaudi Deus noster orationem serui tui, & precos eius, & ostendā faciem tuā super sanctuarium tuū, quod desertum est. Vide desolationem nostram in ciuitate super quam inuocatum est nomen tuum.* Graui certe dolore afficiebatur, cum videbat tot cōfines suos duro seruitutis iugo vexari, sed grauius eius animus premebatur, cum intuebatur penitus euersa ea, quæ ad diuinum cultum sacramque religionem attinebant.

Psal. 73. num. 9. **REGIVS** etiam vates Ierosolymæ depopulationem lugēs, spiritualium rerum iacturam maxime lamentatur. *Incenderunt inquit igni sanctuarium tuum in terra, polluerunt tabernaculum nominis tui. Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul, quiescere faciamus omnes dies festos Dei a terra: signa nostra non vidimus, iam non est propheta, & nos non cognoscet amplius.* Ac si diceret: Deplorent alij maiorū euersionem, domūū vastationem, facultatum direptionē, hominū q3 seruitutem, ego vero fletibus me, ac lachrymis dabo; propterea quod incenderūt igne sanctuarium tuum, & polluerunt tabernaculum nominis tui. Nam postquam Babylonij expugnauerunt templū Dei, sacra fecerunt in eō idolis suis, & diuinis eos honoribus prosequēbantur, victoriam illis tribuentes. Præterea, dixerunt in corde suo, id est, hæcerat illorum cura, hoc studium, ut Deus optimus nullis deinceps honoribus coleretur, & ea ratione templū funditus euerterunt, cessauerūt signa, & visiones illustres prophetarum felicia nobis auspicia prædicentium, atque impetrantiū. Ecce igitur quo pacto Propheta non tam temporalium amissionem, hæc enim parui facienda est, quam spiritualium rerum direptionē deplorat.

Amos. 8. num. 11. **PROPHETA** deinde Amos calamitosum illud tempus iudicabat, in quo magna erat diuini verbi caritas, & indigentia. *Ecce dies veniunt, dicit dominus (Prophetae verbis vtor) & mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audienti verbum Dei.* Id est, deside-

desiderabunt homines audire aliquē prophetā de Deo verba facere, & non erit huiusmodi vates, Et quidē duplici, ut arbitror, penuria premebantur homines eo tempore, de quo sermo nō habet Amos in præsentī, nā & corporali, & spiritali panē carebant: At nē quis putaret, de fame corporali locutū esse prophetā, subitū ait ipse. *No sumē panis neq3 sitim aquæ.* Ac si diceret, huiusmodi famēs parui momenti est pro nihiloq; ducenda, de fame enim spiritali, quæ magni ponderis, ac momenti est, verba facio. Sed mundani homines de huiusmodi fame parū, aut nihil curāt, maximeq; dolēt, si forte corporalis annonā ingrauescat. Quosquidē cō Israelitis merito cōparabo, qui cū ex Aegypto egrederetur & aliquali annonæ caritate premerentur. *Vtinā (inquunt) moriū essemus per manū dominū in terra Aegypti quando sedebamus super ollas carniū, & comedebamus panē in saturitate.* Et vero hi nihili faciebant maxima beneficia quibus a Deo in solitudine illa afficiebantur, neq; miracula, quæ eorū causa diuinitus fiebant, æstimabant, sed solū ollas carniū, quibus vescerentur in Aegypto desiderabant, easq; omnibus alijs spiritalibus bonis quib3 abundabant, libenter anteponebant. Plures sanē huius generis homines hæc nostrā tēpestate sunt, qui carnalia tantū ægypti bona requirunt, illisq; iucundissimē perfruuntur & de illorum amissione grauius dolent, de diuinis vero aut habendis, aut caendis nihil omnino curant.

HOC ergo, quod ab his parui ducitur, & de cuius iactura parum isti laborant, cum scilicet amittunt ea quæ ad regnum Dei consequendum plurimum valent, hoc in quam si illi priuētur, maximo quidem supplicio afficiuntur. Summo supplicij genere punita est Ierosolyma, cum templo altari alijsque sacris orbata est. Quauis enim antea destructa esset, cum tamen templū, & altaria salua permanissent, non post plures annos instaurata est. At cum hæc euersa & dissipata sunt, nullā rā spes lætitiæ, aut instauratōnis extitit, sic etiam si spiritalia, & ea quæ ad Dei cultum, & religionem attinent, integra perseverent, nec debemus animo cadere, neque vlla tristitia animū diuexare, si vero eis spoliemur, vā nobis maximū enim Dei supplicio sustinemus. Omniaq; mala veniant nobis pariter cū illo. Et quidē si Esau prima parētis benedictione non gaudēt, aliam sibi comparat, quæ sui animi dolore lenire possit. Si Roboā decē sui regni partibus priuatur, duabus tñ potitus est. Si alterius Ieroboā brachiū aruit, aliud incolume permansit, quo ipse vteretur, si inelytus Iudæ princeps lepra laborat

multis præterea oblectationibus perfrui potest. Si Israelitæ sua patria orbantur, & in seruitutem traduntur, in ea sane victu, cultuq; corporis non omnino carebunt. At si regno Dei priuemur, nulli nobis solatium restat, nec vlla spes salutis manere potest, idque maximum, & summum supplicium est. Qua quidem pena Deus vltorem se præbet, cum animo incitatus est. Tunc enim non diuitias, aut valetudinem, sed spiritualia bona adimit. Cum igitur vos Christianæ fidei cultores sitis huiusmodi supplicium timete, & immortalem Deum orate in hunc modum: Ne subtrahas mihi Deus optime, hæc diuina & spiritualia bona. Et quâuis reliquarum omnium rerum iacturam faciam, ne auferas à me regnum Dei, sed adueniat regnum tuum. Abeant licet reliqua omnia.

Discursus secundus explicat, quam egre ferant improbi, fructus ab eis exigi, & quam negligenter eos petant aliqui Dei ministri.

Thema. *Agricola apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium lapidauerunt. Matth. 21.*

DI V V S Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, Chrysostomus, & alij censent hos seruos, qui petierunt fructus vineæ, sanctissimos prophetas fuisse, qui ab Israelitis bonorum operum fructus exigebant, ab eis tamen aspere tractati sunt. Hac enim de causa Esaias serra sectus fuit: Ieremias puteo inclusus, Amos lapidibus petitus, Micheas colaphis cæssus, & in carcerem cõiectus. Sanctissimus Baptista abscissione capitis interfectus, & tandè æterni patris filius cruci affixus. Cum enim ab Scribis, & Pharisæis fructum obedientiæ, veræque sanctitatis peteret, reiecerunt illi huiusmodi petitione, & magna animi ferocitate, ac peruicacia ipsum Dei filium, post grauissima tormenta ei inflictâ, in crucemegerunt. Idè reliquis prophetis quodammodo euenisse scimus. Quidam enim pœnitentiam, alius misericordiam in pauperes, alius charitatem in proximos, alius denique castitatem, vel aliquem huiusmodi fructum ab illis requirebat, ipsi vero molestè, & iniquo animo hoc ferentes sanctissimos

sanctissimos Dei vates grauiter insequabantur. Qui quidem, nullo ab eis fructu accepto, recipiebant se se dicentes: Nullus reperitur fructus: *Non est veritas, & non est misericordia & non est scientia Dei in terra maledictam & mendacium, & homicidium, & furtum, & adultèrium inundaerunt, & sanguis sanguinem tergit.* Osee 4. num. 1.

AT cur hac nostra tempestate Dei ministri non adeo male accipiuntur, ac illa in qua propheta illi integerrimi concionabantur, cū etiam hi fructum vineæ ab hominibus exigant? An ij melioris, sunt naturæ quam illi? An illos sanctitate superant, vel feliciores. Sunt, quam Ioannes Baptista, aut digniores, quam Christus dominus? Num aureis seculis, aut feliciore tempestate fruimur? Cur ergo nos non secamur serra, non lapidibus petimur, non damnamur capite, nõ deniq; cruci affigimur, perinde ac illi? Vereor equidè ideo nos nõ male, & aspere tractari sicut illi, quia nõ petimus fructus sicut illi. *Nunc enim iam quaritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.* 1. Cor. 4. num. 2. & multi sunt Dei ministri, qui quarunt qua sua sunt, non qua Iesu Christi. *Si.* At vero plures fortasse sunt sacri verbi præcones, qui vt concionem suam magnis plausibus prosequantur auditorum, nullum ab eis fructum petunt, magisque curant eos oratione tenere, quam ad honestiorem vitæ rationem reducere. Et vt populus honorificum ipsis plausum tribuat, illum non audent vlla ratione carpere. Quod si aliquando reprehensionibus vtantur, id tamen molliter, & quasi iocose efficiunt. Et verborum elegantia, sententiarumque acuminis potius, quam grauitati, modestia & ardori animi student, magisque auditorum frequentiam, quam animorum salutem aucupantur. Et quis modo inueniatur, qui vehementi quadam oratione mundi principibus obijciat, quod sanctissimus olim Baptista? Non licet vobis his, vel illis delicijs, vti? Quis audebit primarios viros hypocritas, & sepulchra de albata nominare? Et quidem si eiusmodi essent huius temporis concionatores non dubito, quin etiam male ab hominibus tractarentur.

I D E M etiam quod de concionatoribus dictum est de confessionum auditoribus merito dici potest, hi enim vt principum, & nobilium hominum confessiones audiant, ex quibus aliquem sibi honorem adsciscunt, nolunt corruptos eorum mores acerbè reprehendere, sed molliter, & suauiter eos aliquando obiurgant, & cum debeant sepe absolutionem illis denegare, innani quodam timore commoti, eam largiuntur. Quod si hi suo munere rectè fungerentur

tur, aliter certè etiam cum vitæ discrimine deberent se gerere.

CVM patientissimus Iob laboribus, & erumnis maximis premeretur, amicorumque solatio indigeret, ipsique amici de diuinis rebus indigne loquerentur, dixit illis Iob. *Viuat Deus qui abstulit iudiciū meū, Omnipotens, qui ad amaritudinē adduxit animā meā,*

Iob. 27. I *quia donec superest habitus in me, & spiritus meus in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium. Absit a me, ut in istos vos esse iudicem, donec deficiam, non recedam ab innocentiā mea.* In quæ verba ita scribit D. Gregorius. Ab innocentia quippe recederet, si bona de malis æstimaret. Nonne animaduertitis, quo pacto etiam si Iob familiarium suorum opere ac leuamine indigeret, noluit tamen verborum blanditijs uti, nec illorum gratiā, & solatium adulationibus aucupari? *Donec, inquit, superest habitus in me, non loquentur labia mea mendacium.* At facilius iam adulationibus atque assentatiunculis utimur. Quod quidem ægrè, ac moleste fert maximus Deus. Salomone enim testante.

Prou. 17. *Qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, uterque abominabilis est ante Deum.*

Ezec. 13, 18. *Vae, inquit Dominus per Ezechielem, Vae qui consunt puluim, Ios sub omni cubitu manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ terris ad capiendas animas. Quæ verba clarius intelligemus, si fingamus animo hominem volentem somnum capere in sella, vel scamno, cum autem propter huius loci duritiem non possit optata quiete frui, supponitur ei puluinus, ut tranquille somnum capiat. Sic enim nonnulli sunt, qui volunt quieto, ac sedato animo frui, iustis tamen conscientia stimulis præncti, magnaque solitudine vexati, nequaquam optatam animi pacem assequuntur, ex vera enim suorum scelerum conscientia horribiles eis existunt, formidines, ac terrores. Accedunt ad confessariam, qui verborum blanditijs eos demulcet, & ut eorum gratiam, & benevolentiam colligat, ipsorum conscientiam fictis quibusdā rationibus sedat, & nescio qua veritatis specie liberam, & securam esse testatur. Et hoc quidem est, quasi puluinar illis supponere, quo quiescant, & sanctos illos timores ab animo expellant. Vae huiusmodi confessarijs, vae illis dicit Dominus, quam graue supplicium de illis fumentum est, cum stricta ratio ab eis sui muneris exigatur?*

PRUDENTES ergo viri, qui de sua salute curanda laborant & suis

& suis peccatis veram curationem adhiberi volunt, prudentes item & pios, ac religiosos confessarios requirant, qui animarum duntaxat saluti studeant, non eos, qui vera scientia, & religionis ignari, suis duntaxat commodis inserviunt. In hoc enim magna nosstrares agitur. Quo circa Deus in eodem capite alloquitur Ezechielem, & ait. *Dic aa eos, qui liniunt absque temperatura, quod casurus sit paries.*

Ezec. 13. num. 11. Grego. 18 moral. 3.

Quod à Beato Gregorio in hunc modum explicatur. Parietis nomine peccati duritia designatur, ædificare ergo parietem est, contra se quempiam obstacula peccati construere, sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, ut quod ipsi peruerse agentes ædificant, ipsi adulantes quasi nitidum reddant. Hæc ille. Ego vero quæro a vobis, auditores, si in eo habitaretis domicilio, quod ruinam minari videretur, & lapidari, seu fabrum lignarium iuberetis accersiri, qui de domicilij diurnitate iudicaret. Ille vero ne vobis laborem aliquem, aut molestiam inferret, domicilium dealbans, satis tutum esse diceret, nonne de illo grauer quereremini, cum postea domicilium supra vos ipsos cadere videretis? Sic etiam, ait Dominus: *Dicite, quod casurus sit paries.* Animus enim vester nisi virtutibus fulciatur, corruet sane, & in inferos detrudetur, ubi de cōfessario querimonias dabit, quippe qui vobis adulatus est, & conscientiam vestram tutam esse affirmavit.

Simile.

Consulite ergo sapientes, pios, ac rectos viros, & gratis animis Dei ministros recipite, fructusque illis reddite, quos petunt, atque eos libenti animo immortalī Deo offerre, qui quidem vos præstantioribus fructibus afficiet, & cœlestibus gratiæ, gloriæque præmijs cumulabit.

Tertia Dominica quadragesime. Luc. 11

CONCIO PRIMA.

HODIerno die agit humana salutis parens de demonibus, ab hominum animis eiiciendis: ob idque tot concionatores suppeditauit. Sed nisi ille nobis opem tulerit, sequi ducem præbuerit, parum, aut nihil nos effecturos esse certo scio. Dum Rex Saul à demone vexabatur, illum musica, huius vexationis

ne omnino liberare non potuit. Hodie Christus huiusmodi præstat officium dæmonem scilicet eiiciendi, quem facillimo negotio longis ime expulit. Ab eo igitur suppliciter petamus, vt quando Dæmones fugandi peritissimus est, id nunc præstet, quod concionum musica, & clamores sine eius ope efficere nequeunt. Quod, vt facilius, ab eius misericordia consequamur, sanctissimæ virginis auxilium imploremus, &c.

Primus discursus, in quo declaratur, quid causa sit, cur Dæmon adhuc in mundo permaneat cum Christus ad expellendum illum venerit.

Thema. *Erat Iesus eiiciens Dæmonium. Luc. 11*

MIRANDVM quidem est, cum sanctissimus propheta Dauid (vt dicere ceperamus) a deo fidibus præclare, caneret, vt neruorum contentu Dæmonem expelleret, quanuis apud Saul Regem, qui a Dæmone tenebatur lyram sæpe pulsauerit, non tamen iccirco ab eo Dæmonem prorsus auertit. Paulisper eum fugabat, sed protinus, vt antea in eundem locum redibat. Maiorem vero admirationem affert, vt animaduertit diuus Athanasius, videre prophetas illos sanctissimos, qui præclarissima facientes miracula, & grauissimas habentes conciones, nunquam Dæmones a statuis auratis, quas occupabant, eiicere, neque a nemoribus, vbi summa reuerentia colebantur, eos expellere potuerunt. Erat itaque mirabile istud opus altissimi filio reseruatum. Ideoque iusti homines, tantos in Deum edebant clamores, illud Isaiæ dicentes. *Consurge, consurge induere fortitudinem brachium domini* Brachium Dei in sacris litteris, pro ipsius filio vsurpatur. Quemadmodum enim aliquis brachio suo, quæ vult, efficit sic Deus per filium suum. *Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Hoc igitur brachium, fortitudine instructum poscunt sibi prophetæ ad ostendendum, se, eius auxilio destitutos non posse victores euadere. Quia quemadmodum ipse Regem Pharaonem, & eius exercitum superauerat, eum in mare sub mergens: sic etiam huc teterrimum

eterimum hostem vinceret, & eius exercitum in profundum demergeret: dominatusque frangeret, ac penitus tolleretur neque illum ab auratis statuis, nemoribusque vbi inter impios versabatur, solum auerteret, sed etiam ac multo quidem longius ab hominum animis quos sibi inter impios, ac inter fideles etiam subiugauerat, exterminaret, nam id difficillimum erat in eo que res tota continebatur. Cuius non frangeret animum videre dæmones statuas occupantes, maiorem autem ad misericordiam excitabat, ei hominis animum subiectum esse intelligere. Dolendum sane erat, eum in nemore dominari, & dicere hæ sunt mee possessiones: multo tamen magis erat dolendum, illum in hominum cordibus imperium tenere, atque clamare, ego his animis præsum eorumque occupo dominatum, magna profecto miseria erat, impurissimam, atque immatissimam inferorum belluam, thure & incenso coli, atque obseruari: sed maior quidem quod animorum amore coleretur quem sibi Deus totum reseruauerat, proximeque coniunxerat.

AD hoc igitur venit in mundum sanctissimus Dei filius, vt illum ex statuis, nemoribus, atque ex animis detruderet, longeque depelleret, & totum amorem quem ad diabolum homo transtulerat, patri suo restitueret. Ait diuus Ioannes. *In hoc apparuit (inquit) filius Dei, vt dissoluat opera diaboli.* Magnas infidias machinatus est crudelissimus humane salutis hostis, enacissimosque hominibus laqueos tetendit quibus posset eorum animos implicare. Venit Christus, vt eius infidias patefaciat, & vt laqueos explicet, atque dissoluat: & nos ab illis solutos, ac liberos reddat. Atque, ideo in mundum ingreditur, d. moni grauitur minirans, & dicens: *Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eiicietur foras.* Rationem autem quam iniuit, vt foras illum expelleret, perspicue declarat diuus Gregorius super verba illa Iob. *Obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus:* vbi ait: Quis coluber iste, nisi antiquus hostis, qui decipiendo homini colubri ore loquutus est. Cauernæ vero huius colubri corda fuerunt iniquorum, quæ quia ad prauitatem propriam traxit, quasi in eorum habitatione requieuit. Sed obstetricante manu domini tortuosus coluber de proprijs cauernis expulsus est, quia dum nobis diuina gratia redditur, is qui nos tenuerat antiquus a nobis hostis eiicitur. Hinc incarnata veritas dicit. *Nunc princeps huius mundi eiicietur foras.* Hæc ille. Ecce nunc vn de velit Deus pellere dæmonem: non ex propugnaculis, aut arcibus non ex terra, aut mari. Sed ex hominum animis, in quibus

adhæferat, suamquæ locauerat sedem.

CHRISTVS igitur hodierno die nobis, huius sui consilij rationem exponit, cum ex cuiusdam hominis corpore dæmonem eiecit, eumquæ iussu duntaxat atquæ vnico verbo expulit cui hostis resistere minime potuit, atquæ ideo statim obediuit: In quo Christus summam, & absolutam, dæmones vndecunquæ expellendi suam potestatem ostendit. *Erat inquit Iesus eiciens dæmonium.*

BENE quidem, sed magna hic videtur inesse difficultas. Si enim verum est Christum ad dæmones ab hominum animis deterrandos venisse, quomodo in illis adhuc remanserunt? Pollicetur se dæmones ex toto terrarum orbe depulsurum, quo pacto ergo tot adhuc in eo sunt, & multis animis, magno cum imperio præsent? Vidit Zacharias quatuor artifices, quos mittebat. Deus, vt cornuta, quedam animalia fugarent, quæ sæpe ad conculcandum Dei populum veniebant, quod quidem potestate sibi a Deo facta, ex animi sententia consequuti sunt. Cur igitur Christus, cum sit Deus omnipotens, quod intendit non exequitur?

Zachar. 1.
Num. 20.

IN quarto libro regum narrat scriptura, paruo solum tumultu facto, quem Deus ipse concitauit in Syria castris, a quibus Israel obfessa tenebatur, fugatos omnes dispersosquæ fuisse. Videte nunc & animo perpendite summam Dei potentiam, qui non fulminibus, sed solo tumultu, numerosos exercitus dispergit fundit, ac profligat. Eadem etiam ratione fortissima vrbis Hierico mœnia euertit funditus, atquæ disturbauit solo tubarum clangore, cum tantum igitur possit Deus, cur cum hostes ipsos expugnandos suscipiat, eosdem constantes adhuc, firmosquæ relinquit? quo pacto eos fugauit? Cur non tonuit & strepitum aliquem concitauit, qui terreret eos & ex vniuerso terrarum orbe proijceret? Vno tantum lapidis ictu potuit solidam illam & terribilem statuam comminuere, quanuis ex auro, durissimoquæ metallo confectam. Quare igitur huius præsentis hostis vim non frangit, illiusquæ potentiam conuellit, labefactat, & tollit: cum nihil sit de ipsius potestate diminutum, sed summa, atquæ eadem extet nunc, quæ semper extitit fortitudo & potentia?

4. Reg. 7.
Num. 6.

CAMIAM attigimus. Non venit Deus, vt dæmonem ex mundo eiciat: si pro mundo intelligitis hanc ipsius materiam, terram scilicet, mare, & aera: sed ex animis hominum

minum, qui in mundo sunt, cum ad id idoneum satis remedium ipse adhibeat, mereaturque, & obtineat nobis a patre suo gratiam, & auxilium, quo illum a nobis facile possimus expellere. Sed vt homo ex sua ipsa natura liber est, illum Deus in sua libertate reliquit. vt si ipse velit, Christi domini auxilio dæmonem a se facillimo negotio expellat: sin minus, illum secum ipse retineat. Quod cum ita re vera sit, respondere facillimum est. Nondum ex multis hominibus expulsus est, quia ipsi nolunt illum expellere. Christus illum vinculis constrinxit, ipsi eundem soluunt. Atquæ ideo solutus, ac liber volitat inter homines. Deus illum excludere cupit, nihilominus tamen vult, vt vestram ipsi & operam & voluntatem adhibeatis. Qui enim creauit te sine te, non saluabit te, sine te, inquit Augustinus. Cum exercitus Amalech in desertum locum exiit, vt prælium cum Dei populo committeret, Moyses ad Deum præces fundere, populus vero Israelis manus cum hostibus conferre cœperunt. Ita enim & Moyse præcibus, & populi prælio obtenta, ac reportata victoria est. Sic etiam in hac spiritali pugna Christus & nos versari debemus, Christus præcibus & meritis suis, nos pugnantibus manibus & armis instructi, ieiunijs scilicet pœnitentia, & honestis operibus: si vos cum dæmone non colligitis, nequæ illum expellere vultis quid culpæ Christus habet? Non enim eius impotentia sed vestro potius vitio vos laboratis. Si vos auaritiæ, aut libidini, aut superbiæ traditis, & vos iniuriarum vltiores præbetis, sceleribus denique, vos astringitis, vobis culpæ dandum est, non Christo, quia in Christo auxilium inest, atquæ per fugium. Non animaduertitis paratum vobis semper esse ad salutem, sanctissimum pœnitentiæ, & Eucharistiæ sacramentum? nec non etiam Christi deprecationem, atquæ sanguinem? cuius causa igitur ab hoste eiusmodi non liberi estis?

Exo. 17.
Num. 12.

DIVVS Marcus. Dum Christus (inquit) in patria sua esset, non poterat ibi virtutem vllam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. Et cum reddat rationem propter quam miracula ille facere non posset, Propter incredulitatem (inquit) eorum. Sed quomodo non poterat licet increduli essent hi? Nunquid incredulitas eorum omnipotentia domini derogabat? Recte Theophylactus. Quod dicit non poterat intelligere opus est non acceptabat, quia non ipse impotens: Sed illi infideles erant. Hæc ille. Deniquæ cum Christus nulla

Marc. 6.
Num. 6.

miracula efficere decreuisset, eo quod in quibusdam hominibus incredulitatem illam reperiret. Sic nunc dicimus. Non vult Christus Dæmones ex animis eicere, nisi ad id etiam nostra voluntas interueniat. Quæ cum ad illud non propendeat, minime mirandum est, eos adhuc in animis, summo cum imperio consistere.

HOC tandem non differt ab eo ipso, quod dixit Angelus filiis Israel hostes ex eorum patria à se non esse depulso, quia ipse aras illis consecratas non euerterant. Quomodo ergo hos ex animis hostes vultis excludi, si aras in illis, ad eorum honorem ædificatis in quibus colantur ipsi, & obseruentur? Vos illis præparatis hospitium, & cum Christo expostulatis, quod ex mundo illos non expulerit.

ILLUD autem nunc magnam me in admirationem adducit, idque interrogandum censeo. Cur, cum Deus tantam in dæmone deiiciendo diligentiam adhibuerit tantumque homini tribuerit auxilium, ut illum à se posset auertere, id minime præstare velit, cum nulli magis expediat detrudi illum, & expelli, & nulli magis noceat eundem retinere, ita ut in altero damnum ingens, in altero utilitas magna sit.

ACTO 16. 18. CONTINET VR in libro Actuum Apostolorum, ex corpore cuiusdam famulæ dæmonem à diuo Paulo fuisse detrusum. Quem puellæ domini statim de seditione postularunt de quo crimine Paulus virgis crudelissime affectus est, atque in vincula coniectus. Quam improbe vero eius merita compensata fuerunt? quam male illi habita gratia est, pro tanto tamque singulare beneficio quod non solum perpetua memoria colendū erat, sed etiam pecunijs compensandum, & pro gratiarum actione se omnes in pedes diui Pauli abijcere, eosque ut viri sanctissimi, & benefici osculari debuerant? Huius facti rationem reddit sacra pagina. *Videntes domini puella, quia exiuit spes quæstus eorum apprehendentes Paulū, &c* Erat spiritus ille pythonis demō & famulæ domini quæstuosus, & multam cum eo pecuniam lucrabantur. Cum autem viderent vberem illum quæstum Dæmonis absentia sublatum esse, illum expelli molestissimè tulerunt. Iam nunc vobis perspicuum erit, quam ob causam multi ex hominibus rebus humanis implicati dæmonem, à suis animis expollere nolint. Et sibi spiritum quæstuosum ducunt, quia in eo voluptatibus, rebusque inhonestis, sibi iucundis, & utilibus potiuntur. In eo auari

suas

suas opes, magno cum scenore collocant. In eo impudicus voluptates, superbus iniurias vindicandas positas habet, atque collocatas. Atque propterea illum à se auertere nolunt.

QVIN potius Christum ipsum depellent, qui cum eis de animi continentia, de cruce, deq, sui ipsorum negatione agit, atque contèptu. Similes videntur hi Gerasenis illis qui ut refertus videtur *thaus.* M 11- res Christum ei. ecisse dæmonia ex duobus hominibus licentia concessa illis in mundis spiritibus ingrediendi porcos, videntes inquam hoc Geraseni, rogauerunt Christum, ut transiret à finibus eorum. Debuerant quidem illum retinere cum recedere vellet ne tanto homine frustrarentur, & tamen cum ad eos accederet rogabant illum, ut recederet o vecordes homines, o miseri, & porcini, qui ne porcos amitterent, Christum amittere decreuerunt. Similes igitur his mihi videntur peccatores, qui ne amittant porcinas voluptates, & lucra nullius momenti, Christo valedicunt. Persuaserat sibi populus Israel, ut ex deserto in Aegyptum rediret (o magnam istorum hominum infamiam) Liberi cum iam essent, seruitutis iugum iterum subire volebant. Et postquā in Dei filiorum numerum cooptati fuerant, se iterum in diram Pharaonis tyrannidem offerre cupiebant. Causa immutata eorum voluntatis erat, quia in regno Pharaonis carnibus multo lautius vescabantur, & cibos suauiores, cæpasq, & cucumeres deuorare solebant. Attendite eorum illiberalitatem. Eiusdem profecto generis est flagitiosus homo, qui vnus voluptatis, & humanarum miseriarum causa libertatem, & illustre filiorum Dei cognomen relinquere, & diabolica seruitute premi non recusat.

NVM huiusmodi vobis non videtur dignissimus, qui semper in misera seruitute sua permaneat? Et quem Deus durissimo, ac perpetuo isto seruitutis iugo premi patiatur? Præcipiebat Deus olim in Exodo, & in Deuteronomio, ut si quis seruum aliquē Hebræorum stirpe procreatum in sua potestate haberet eum peracto septimo seruitutis anno manumitteret, & in pristinam libertatem restitueret. Si autem seruus ipse diceret. Diligo dominum meum non egrediar liber, tunc in perpetua seruitute perlingeret. At non æquum erit, Deus sanctissime, alios sex annos seruitutis illi imponere tum enim fortasse caram libertatem requireret, eamque libenti animo amplexabitur? Minimè vero, quia tantum seruitutem amauit, cum ipse dexteram suę misericordię illi porrigeret, ut ab eo iugum seruitutis repelleret. Eodem igitur

supplicio dignus est, qui, cum sibi à Deo concessum esset, vt se tam misera seruitute eximeret, qualis erat Sathanæ, commodi aliqui spe ductus, aut libidine aliqua illectus diram tyrannidem non recusat. Relinquatur ergo, & ea nunquam liberetur. Ideoque tot homines in Sathanæ seruitutem abrepti sunt. Constat igitur, his omnibus dignum esse flagitiosum hominem, qui præclaram istam, ac piam occasionem prætermittit. Tu vero Deus omnipotens melius, ac mitius nobiscum ages, quam nos pro meritis nostris digni sumus, induere igitur fortitudinem, brachium domini sicut in diebus antiquis: siquidem eadem nunc est tua potestas, eadem misericordia, quæ fuit semper, & nobis tuam pristinam misericordiam, impartire. Amen.

Secundus discursus, quomodo Christo opem ferre debeamus: in demonibus eiiciendis ex animabus proximorum.

Thema. *Erat Iesus eiiciens Dæmonium, &c. Lucæ. II.*

4 Reg. 19
14. SEMEL conquestus est propheta Helias se in his rebus, quæ ad Deum spectarent ab omnibus fuisse desertum: quem in eremo habitantem Deus inuisit, & allocutus dixit. *Quid hic agis Helia? Et ille respondit, zelo zelatus sum pro domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filij Israel, &c. & derelictus sum ego solus.* Melius quidem de nobis ipsis Christus dominus hodierno die conqueri posset. Venit enim, vt Dæmonem mundi finibus arceret, & propter suam in nos pietatem, nostram ad id voluntatē, & operam exigit. Et admodum pauci sunt, qui hodie se illi comites in hac causa profiteantur.

Ezech. 7.
14. LAMENTABATUR Ezechiel propheta, quod cum toties bellicum caneretur, nemo esset, qui prælium inire vellet canite (inquit) *tuba, præparentur omnes, & non est qui vadat ad prælium.* O quam merito nos id ipsum deplorare possemus? nihil aliud in toto hoc quadragesimali tempore effectum est, quam vt bellicum canere-

neretur, vt cū peccatis cōtēderemus, & nō est, qui vadat ad præliū.

SI nos pietatem, & religionem erga Deum amplecteremur, non tot exhortationibus esset opus, ad conuocandos milites. Cum sanctus Mathathias grauissima sui populi scelera inspexisset, & ciues suos, Dei cultu neglecto idolis diuinum honorem exhibere, & Regis Antiochi iussu, Hebræum quendam hominem idolis sacrificium offerre, illico trucidauit, hominem illum in eodem loco sacrificij, & exclamauit voce magna in ciuitate dicens. *Omnia qui zelum habet legis statuens testamentum, exeat post me.* Hoc ipsum hodie nos omnes admonet Christus Dæmonem hunc ex corpore istius pauperis eiiciens: & magno diuini honoris, animorumque salutis studio inquit: omnis, qui zelum habet legis Dei exeat post me. Si Mathathiam multi sequuti sunt, quis hodie Christum non audiet, atque sequetur.

C V M voluit Moyfes pro Dei amore contendere cū ijs, qui taurum venerantes idola coluerant, magno fortique animo clamauit. *Si quis est domini iungatur mihi.* Qua voce omnes leuitæ se illi statim coniūxerunt, quibus dixit. *Hæc dicit dominus Deus Israel, ponat vir gladium super femur suum, & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum.* *Feceruntque filij Leui iuxta sermonem Moyfi, cecideruntque in die illa, quasi triginta millia hominum.* Et ait Moyfes *consecratis manus vestras hodie domino, vnusquisque in filio, & in fratre suo, vt detur vobis benedictio.* Animaduertite, quam multi cōgregati, & cōpuli sunt, vt diuinum honorem defenderent, & quanti Deus illud habuerit. Quauis enim illi filios suos, & fratres occidissent, eis tamen affirmat Moyfes cruentas eorum manus, tali sanguine nō fœdatis, sed consecratis domino esse, & ea de causa illos ab eo benedictionem obtenturos pollicetur. Hodie Christus nos ad hæc ipsa hortatur: Si quis est domini iungatur mihi, non vt vestris filiis, fratribus, & proximis vitam adimatis, sed potius, vt eos morte liberetis: & vt ipsis excidium machinantes insequamini, qui quidem inferorum Dæmones appellantur. Cum his initur prælium, et Christus id ipsum præstans, tenet principatum. *Erat, inquit, eiiciens Dæmonium*

D I V V S Ioannes in Apocalypsi vidit ducem quendam præclarum, de cælo exeuntem, & gladium acutum ore gestantem. *Qui quidem ad belluam quandam immanem oppugnandam properabat. Et sequebantur, inquit, eum exercitus, qui sunt in cælo,*

Macch. 2.
Num. 27.

Exod. 32.
nu. 26.

Apoc. 19.
nu. 13.

Ioel. 3.
num. 10.

celo & vestitus erat veste sanguine aspersa. Quis esset hic dux, nomen ipsum declarat. Vocatur. ait, non enim eius verbum Dei. Diuini verbum erat Dei filius, Bellua vero de qua ibi loquitur sanctus Ioannes, quam Sanctissimus Dei filius petebat, erat ante christus. Quem & si ipse solus superare facillime poterat, voluit tamen, vt se cœlestes sanctorum exercitus comitarentur. Sic nunc idem Dei filius in mundum venit, vt dæmonem, teterrimam in ferorum belluam euertat. Gladius autem, quo illum deuincere conatur, est eius verbum, quo, vt cernimus hodie dæmonem e corpore huius hominis expulit, & sicut in Antechristi expugnatione socios sibi comparauit, nunc etiam vult nos sibi comites adiungi. Non quod exiguas nostras vires, ad quemuis licet fortissimum hostem superandum desideret: sed vt nobis hunc fauorem tribuat, videlicet, vt fautores illi simus in hac tam præclara actione, qualis est dæmones subiugare.

DIXIT Deus per Prophetam Ioel, se velle restitui, in patrimonio suum, & in fortunas, quas impij à domo sua, & à Hierosolymorum templo abstulerant: ac proinde copias parari iussit, & dixit. *Sanctificate bellum suscite robustos, accedant ascendant omnes viri bellatores: concidite aratra vestra in gladios, & ligones vestros in lanceas, infirmus dicat quia fortis sum, &c.* Audite, quæso, quo animo & quam serio suscipiat Deus huiusmodi bellum, cum infirmos etiam ad prælium confirmari, & arma sub signo suo vellet ab illis exerceri. Ratio autem erat, quia argentum domini & aurum eius & desiderabilia eius atque pulcherrima detulerant gentes in delubra sua. Grauius vero, ac difficilius bellum gerit hodierno die Deus: quia dæmones animos à se abriperunt quibus nihil erat in eius thesauro pretiosius: Quo circa omnes aduocat, vt sibi auxilientur. Nullus dicat non sum ad eam rem idoneus. Prodeant omnes ad decertandum cum dæmonibus. Nullus ei in ipsis eiiciendis suam operam non tribuat, quemadmodum ipse præstat, infirmus dicat quia potens sum, fortis sum, omnia possum in eo qui me confortat, &c.

SED obijciat aliquis vestrum quomodo ego hac in re Christo opem feram? qui potero ego dæmones expellere? Attendite obsecro, non a vobis postulat Deus, vt eos à corporibus; sed ab animis potius detrudatis. Christus dominus, & si dæmones ex corporibus eiiciebat, non tamen ad id præcipue venerat, sed vt illos ex animis auelleret. Quia in re vestram illi operam nauare omnes

nes

nes recte potestis, si quisquæ diligentissime studeat, vt filius, frater, amicus, vicinus denique, qualiscunque ille sit omnibus se criminibus expediat? O quam præclarum Dæmones eiiciendi consilium! O quam gratum Deo, atque iucundum! Expiare sceleribus, non solum animos vestros sed quoscunque etiam poteritis, absque dubio multo præstantius est, quam dæmones, ex hominum corporibus eiicere. Tunc enim maiorem Christianis hominibus parimus vtilitatem, Deoque magis complacemur, cum vel vno duntaxat lethali crimine animum liberamus, quam si in numeram dæmonum multitudinem, ex vnus corpore. Ac etiam si mille legiones eorum, ex corporum millibus excluderemus. Nam dæmones in corpore non eo pertingunt, vt animam damnate queant, si nihil aliud interuenerit: mortiferum autem delictum eum ad tartara demittere potest.

NEQVE huiusmodi animis auxiliandi manus, ad episcopos solum, concionatores; confessionum auditores, & parochos pertinere existimetis. *Vnicuique enim mandauit Deus curam de proximo suo.* Vnde recte sanctus Augustinus exponens locum illum Ioannis. *Vbi ego sum illic & minister meus erit.* Cum auditis, inquit, fratres dominum dicentem. *Vbi ego sum, illic & minister meus erit.* Nolite tantummodo bonos Episcopos, & clericos cogitare, etiam vos pro modulo vestro ministrare Christo, bene viuendo elemosynas faciendo, nomen doctrinamque eius, quibus potueritis prædicando. Vt vnusquisque etiam pater familias, hoc nomine agnoscat, paternum affectum suæ familiæ se debere pro Christo, & pro vita æterna suos omnes admoneat, doceat, hortetur, corripiat, impendat beneuolentiam exerceat disciplinam: ita in domo sua ecclesiasticum, & quodammodo episcopale implebit officium ministrans Christo vt in æternum sit cum ipso. Hæc ille, & ita mater filiam pater filium, ambo seruos, & vicinus vicinum, amicus amicum, & vterque proximum cum hortatione eum indigere cognouerit, & hortari & monere, & potest & debet: Vt nõ modo nulli peccandi occasionem præbeat (quod grauissimum est in commodum) sed potius, toto pectore in eorum salutem incumberet, quo quid præclarius esse potest? &c.

ADEO excellens est hoc bonum atque præclarum, vt præstantissima quædam Angelorum imitatio, non tantum Apostolorum appellari merito possit: Angeli enim inter se alij ab alijs, minores a maioribus in his rebus, quæ ad Deum spectant illustrantur, vt

KKK

of.

Eccles. 17.
nume 1.
Aug. 17. c. 6.
5. d. in 10. a.
Icau. 1. 2.

S. Th. 1. p.
q. 106. a. 4

Alleb. r.
num 14.

ostendit diuus Thomas, quæstione centesima sexta, in parte prima, Eucum loquatur de ijs, quæ illi gerunt nobiscum. *Omnes* (inquit) *quæ sunt ad hunc mundum aspirant propter vos, qui hereditatem capiunt sibi.* Ecce vobis officium, quod ipsi præstatis, dum animorum saluti cõsultis, Angelorum certe, quid dixi Angelorum? imo vero ipsius Christi in terra munus exercetis. *nam enim ipse eiciens demonium.* Idem efficitis vos & illi ad dæmones fugandos, auxilia feritis, dum peccata tollenda curatis. Quid igitur præstantius, quam laborem nostrum, & diligentiam Christo in hoc opere deferre, quod tanta cura, ac sollicitudine conatur ipse perficere? & in eo exequendo quietem, honorem, sanguinem, vitamq; consumpsit? Omnium diuinissimum (ait Sanctus Dionysius) est Dei cooperatorem fieri, & ostendere diuinam in se ipso actionem, secundum quod possibile est reluctem, id est, vt expositor eius Dionysius (inquit). Omnium diuinorum diuinissimum est cooperari Deo in conuersione errantium, & reductione peccatorum, ad ipsum, seu etiam in conseruatione, & profectu eorum in bonis. Deo namque, tanquam summo & perfecto, & vniuersalissimo bono, proprium est suam bonitatem cunctis communicare, omnes capaces salutis adducere in salutem, vnicuique secundum suam indigentiam prouidere, ac subuenire. Vnde, qui hac in re imitantur ipsum recte Deiformes, & diuini, imo & diuinissimi nuncupantur. Vnde Ricardus de S. vict. dicit. Nescio an maius beneficium possit homini à Deo conferri, quam vt per eius obsequium alij consequantur salutem, si tamen homo Deo cooperetur ex charitate. Hæc ille.

H A E C cum ita sint certum est, nos gratum admodum Deo facere, dum quisque pro viribus suis animorum saluti consultit. Multum enim illis profumus & magnum nobis ipsis fructum cõparamus, quia hoc apud Deum plurimum meretur. Considerate, quam graue delictum sit, & quanto supplicio dignum, animam aliquam peruertere eamque ab honesta viuendi ratione ad vitia traducere. Sic etiam præclarissime facit, & quouis præmio dignus cõsetur, qui alicuius animam, a vitæ turpitudine reuocat, & ad veram Dei cognitionem adducit, vt deinceps, flagitiosa vita relicta piam ac religiosam amplectatur. Est siquidem huiusmodi Apostolorum, Angelorum Dei, ac summi denique apud ipsum meriti officium. Quis igitur non pulchrum honestumque ducet huiuscemodi munus exercere?

CON-

CONCIO SECVNDA.

Primus discursus, in quo ostenditur, quam graue incommodum sit, alijs scandalo, aut peccandi occasione esse.

(?.)

Them. Erat Iesus eiciens demonium. Luca. 11.

HOC muneris præsertim ad Christum dominum, sanctissimum Dei filium spectare videtur: nec non etiam ad reliquos omnes qui Dei filij nuncupari merentur, dæmones scilicet, non tam ex corporibus, quam ex animis extrudere, vt Paulo ante diximus. Contra vero sathanæ munus erit eos in animos intrudere, vt ij faciunt, qui cõteris, delictum aliquod suadent, aut ratione aliqua peccandi viam ostendunt ad idque, suam illis operam impediunt. Hi sane filij sathanæ, & Christi inimici appellari possunt.

CVM Christus verba faceret cum ijs, qui infidias sibi & mortem moliebantur: illis dixit. *Vos ex parte diaboli estis, & desideria patris vestri vultis facere: ille homicida erat ab initio.* Super quo Sanctus Augustinus. Homicida dicitur diabolus, non quia gladio armatus ad hominem venit, sed verbum seminauit, & occidit. Noli ergo existimare te homicidam non esse, quando fratri tuo mala persuades, ita Augusti. Duo tunc pessimus dæmon homicidia perpetravit, alterum corporis, alterum vero animæ, cum primi homines serpentis impulsu peccarunt, quo re vera eo tempore parentes a vita deciderunt, in posterum etiam omnes eorum filij originis culpa infecti, corpore simul & anima moriuntur, Christus igitur inquit, q̄ illi dū sibi exitiū parabat emulabatur dæmonē, qui primis parentibus pestē intulit. Eadē ratione nos dæmonis filios appellabimus illos, qui animos in grauissimū aliquē errorē inducūt,

KKK 2 ille

Ioan. 8.
num. 44.

Augusti

Dio. de co
lesti Hier.
capite. 3.

Ric. de S.
vict.

ille enim sic homicida fuit ab initio. Quod si corporis homicida Dæmonis filius dicitur: cur etiam eodem nomine non vocabitur animæ homicida, eam Sathanas illi quoque vitio initium attulerit? Hoc in primis curât Sathanæ ministri, vt dæmones introducant, mala persuadeant, id denique efficiant, vt multi in grauissimâ Dei offensionem incurrant: cum illis non satis videatur à se ipsis Deū grauitèr fuisse læsum. Quin potius vbi illum violarunt: alios inquirunt, qui eundem impudentissime offendant.

AN existi matis, vos parua calamitatis authores esse cū in his rebus vestra operâ collocatis? maiorem sane perniciem comparauit homini dæmon, cum eius animum sceleris macula inquinauit, quam si eum omnesque posteros vita priuasset. Si quis enim hominem quendam de medio tollit, communem illi cum cæteris animantibus vitam adimit: siquidem corporis vita est. Cum autem illum ad scelus aliquod perpetrandum inducit: tunc illi animi vitam eripit, quæ naturali Angelorum vita præstantior est: tamque præclara, quâ super naturalis: eorundem, ac beatissima gratiæ vita. Cum alius alium perimit, animum à corpore auo eat. Si vero animum omnino extinguit, tunc Deum illi eripit, quo nihil amplius, nihil præclarius in hac vita à quauis creatura auferri potest. Et cū ego simul, supremam illi partem eximit, quæ sibi cum diuina natura communis erat, eripit filij Dei adoptionem, & cælestis vitæ merita, nec non etiam ius illud omne quo cælum merebatur, quâuis nullum tandem aliud incommodum afferret, quâm vt ad scelus admittendum induceret, maius illi detrimentum parit, quam si vitam adimeret. Nam si mala ipsa acri, & attento animo intueamur, multo peius erit Deum offendere, quam nunquam fuisse. Animaduertite igitur, quibus incommodis illos afficiatis, quibus peccandi occasionem datis.

VELTIS etiam audire, his omnibus relictis, quantum sit incommodum alios ad peccandum impellere? Fingite nunc aliquem, qui fanaticos homines redderet, & illorum corporibus dæmones immitteret, quis eum non fugeret? quis hominem tanti mali authorem non execraretur? Maius profecto incommodum est, efficere, vt aliquis scelus committat, quam aut dæmonem vnum, aut mille etiam, in eius corpus intrudere. Hi enim in corpore, neque gratiam, neque Deum animo eripiunt. (Quod facit lethale crimen.) Vnde quauis innumeris dæmones in corpore inclusi lateant, potest tamen Deus animo inesse. Qui si alicuius criminis

labe

labe fuerit infectus, quandiu talis permanserit, dedignatur Deus illi adesse. Altera enim via ingreditur culpa, altera vero egreditur Deus, non enim bene conueniunt, nec in vna sede morantur peccatum, & Deus. Denique maiorem homini perniciem comparare non possumus, quam eum in Dei offensionem impellere. Si quidem supremum omnium malorum est peccare. Quauis etiam ceteris malis inferorum ignes coniungantur. Videte, quæso quid faciatis, dum alios ad delinquendum erudit: aut illis ad id vestra operam pollicemini aut etiam dum reliquos ad hoc præstadium vestro exemplo excitatis.

ET si is, qui ignorat, quantum detrimenti peccati causa in hac vita patiatur, sua ignorantia & infelicitate cum inferorum penis sit addictus, ibi illud aperte cognoscat, vbi multis execrationibus persequetur illum, qui eum ad eius scelera perpetranda impulerit. Quemadmodum vero is qui in cælo est, multis illum laudibus afficiet, quem salutis suæ authorem fuisse intellexerit, & sæpius à Deo auxilium illi implorabit. Sic etiam, qui sempiternis supplicijs alicuius causa punietur, ibi plurima in illum maledicta conijciat: eius à Deo vindictam exiget, qui tantam sibi perniciem attulit.

QVID igitur mirum est, si Christus à cælo audiat, & viciscatur non solum damnatum hominem, sed etiam preciosissimum sanguinem suum. De quo diuus Bernardus in quadam concione. Si dominus (inquit) proprium sanguinem dedit in pretium redemptionis animarum: non tibi videtur grauiorem ab eo sustinere persecutionem, qui suggestionem mala, exemplo pernicioso, scandali occasione auertit ab eo animas quas redemit, quam ab illo, qui sanguinem suum fudit. Hæc ille. In omnibus quidem doloribus hoc habebat solatium Christus quod videbat fore, vt suis laboribus animorum vulnera curarentur. Tu igitur super dolorem vulnerum addis, & quantum in te est eius dolores, hac consolatione leuandos minime curas, prius illum laborum suorum fructu, quem erat ex anima illa percepturus, quam ad peccatum instruis. Cuius causa si opus esset, eosdem iterum labores perferret. Maiorem ergo (vt ait Bernardus) a te persecutionem sustinet, quâm vel à Iuda, vel à Iudæis ipsis, à quibus est in crucem actus. Nam si illi eum occiderunt, tu illi eripis animum, cuius causa vitam libentissime profudit. Qui si dolorem aliquem nunc sentire posset non dubium est quin multo grauius eius animus afficeretur, ijs rebus,

KKK 3

quam



Exod. 22.
Num 6.

quam, verberibus, clavis, spinis, cruce, & morte denique affectus est. Quid igitur vultis, tam in signe scelus, & tam grauem offensio- nem Deum non vindicare?

HANC Deus legem constituit in Exodo. *si egressus ignis inue- nerit spicas, & comprehenderit aceruos frugum: siue stantes segetes in agris, reddet damnum, qui ignem succenderit.* Quæ lex naturali ratio- ne nititur: Debet enim, qui detrimentum intulerit, illud resarcire. Eadem etiam ratio postulat, vt si quis miseri agricolæ segeti ignem iniecerit, quo aliquis eius messis fasciculus aduratur, illi damnum restituat, quippe qui integrum annum in agris multo cum sudore excolendis consumpserit. Christus dominus, tanquam solertissi- mus agricola, non vnum annum tantum, sed triginta tres, magnis sudoribus, & solitudinibus in eo vno apud homines elaborauit vt eorum animos, quasi fruges colligeret: ob eamque causam se in omnes cruciatus libentissime dedit, cum id expedire videret, vt tantus, tamque copiosus fructus perciperetur. *Nisi enim granum frumenti, (ait) cadens in terram mortuum fuerit, nullum fructum affert: si autem mortuum fuerit multum fructum affert.* Quem sibi fructum vt compararet vitam suã obtulit. Cuiusuis hominis Christiani ani- ma apud Christum est quasi segetis fasciculus, quem si post sum- mos Christi labores, eius causa susceptos ipse extinxeris, atque combusseris, peccandi viam alicui ostendens, & eum ad inferos demittens, vnde extrahi nunquam poterit, nonne æquum est, vt tantum illi damnum restituas?

Exod. 21.
Num. 33.

SED quenam erit hæc solutio? Audi quid in alia simili lege sta- tuerit Deus in Exodo. *si quis (inquit) aperuerit cystem, & non operuerit eam decideritque bos, aut asinus in eam reddet dominus cyst- ernerne pretium iumentorum.* Equum est, quando iam illi neque bo- uem, neque asinum restituere potest, saltem eorum pretium resti- tuat. Qui alteri peccandi occasionem præbet, tum cystem ape- rit, in qua peribit anima eius qui eius damnationis author fuerit: & si animam nequit restituere, eius pretium Deo persoluat oportet. Si enim æquum est iumentis damna resarcire quanto magis animæ immortalis? Sed quate pretium est? pretium quidem magnum est.

I. Petr. 1.
Num 18.

Empti enim sumus pretio magno. Quanto inquam? Diuus Petrus id sapienter explicat. *Non corruptilibus auro, vel argento redempti es- tis de vana vestrâ conuersatione paternæ traditionis. sed pretioso sangui- ne, quasi agni immaculati Christi.* O summum pretium! Igitur si eius animi, quem ipse euertis, atque extinguis pretium tibi soluendum est

est: pretiosissimum Christi sanguinem debes reus qui demeris san- guinis domini, tantum igitur eiusmodi sanguinis pretium, qua pe- cunia petfolui poterit? Ignoro equidem, quomodo illi satisfaciend- um sit; nisi illud fiat, quod præcipit Deus in Leuitico, & in Exo- do. *Si iuris (inquit) fuerit sequuta reddet animam pro anima, & oculum pro oculo dentem pro dente, unum pro manu, pedem pro pede, adustio- nem pro adustione.* Sic modo dicendum erit. Si tua causa pereat, frater tuus; animam pro animo, & ignem pro igne, tu cuius animam ad inferos demissisti, tua etiam demittatur oportet. Iustum est, vt cum illum tibi ad peccandum adiuxeris; sis quoque eius poena socius. O quam acriter torqueberis, cum ibi vna cum illo verber- ris, qui multa maledicta, & in te, & in Deum ipsum conijciet, & qui tui causæ damnatum videt in æternum!

Leuit. 24.
num 20.
Exod. 21.
num. 23.

SIC igitur frater, non fratris tui, sed tua potius vtilitate enite- re, ne cui sis scandalo, ne ve peccandi occasionem præbeas: cum tam noxium tibi futurum sit, quod Deus etiam à te seuerissime exiget, ne, rogo, ad demonis castra confugias. Ne animas crimi- nis labe inficias: ne Christum fructu sanguinis sui pretiosissimi fraudes, ne illum ad tantam iracundiam concites: neque tibi tan- tam perniciem compares: Quin potius dato diligenter operam, vt tuo exemplo, & admonitione multi ad rectam viam deducantur, & ad veram Dei cognitionem veniant. Quod si ita præstiteris gra- tiam abundantior in hac vita, & maiorem in beata illa paries ti- bi felicitatem. Amen.

Secundus Discursus, in quo explicatur, quan- tum Deus in nos beneficium con- tulerit, cum in mundum venit, ut daemones eiiceret.

Them. *Etat Iesus egyptiens Damnum. Luca. 11.*

Accurate

ACCURATE admodum videtur Deus dæmonem insequendum, & imperio suo euertendum suscepisse. Primum enim, illum de caelo deiecit: & cum deinde illum in mundo hominibus plurimum nocere intelligeret, huc etiam venit, ut illum ab eorum societate excluderet. Sed non id sibi proposuit Christus illum ex mundo ita omnino detrudere, ut nondum illi sit integrum in eo consistere. Sed ex animis potius voluit illum expellere. Non enim ignorauit, suorum electorum saluti maxime expedire, si dæmon in terra relinqueretur: Atque ideo illum ex animis expulit. Proinde, cum primum in mundum venit inter prodigia omnia, quæ ipse fecit præcipuum fuit dæmones ab hominibus auertere, quod hodierno Euangelio constat, eo igitur aduentus eius solum spectauit, ut teterrimum hunc hostem perderet, & animas omnes, quæ in eius potestate erant, illi eriperet, & misera, quæ premebantur seruitute liberaret. Quod ut efficeret sanguinem suum, & vitam libentissime profudit quapropter illi minatur *Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras, &c.*

*Ez. ec. 32.
Num. 2.*

INSIGNE quidem, atque excellens est huiusmodi beneficium, & ingentes pro illo gratias Deo agere debemus. Alebatur olim in flumine quodam, draco immanissimus, & eius aquas turbidas, ac reuolutas tenebat. illum Deus de flumine detruisit, & eius aquas clarissimas reliquit, quibus plurimi horti exculti sunt, atque irrigati. Magnū sane beneficium, & vniuersæ illi prouinciæ singularis, ac iucunda delectatio fuit. Multo tamē præclarior beneficium illud est: quod Christus dominus in nos liberalissime contulit qui nunc reuersum expandit, ut immanem draconem illum ueneretur, qui totum orbem turbauerat, & venenum suum mortiferunt aquis iniecerat, quas homines gustare solebant, easque Christus salubres reddidit & mundum in summa pace, & tranquillitate reliquit. *Ipse enim est pax nostra, qui fecit, utraque vnum pacificans sanguine suo siue, quæ in caelis, siue quæ in terris sunt.*

*Dani. 14.
num. 25.*

INTER prodigia omnia, quæ sunt Babylone à sanctissimo Daniele effecta, præclarum illud fuit, atque illustre draconem quendam immanissimum cui nullus eribus satis erat, ab eo fuisse occisum, quem cuncti Babyloni, tanquam Deum venerabantur, atque colebant: & Rex ipse summum illi exhibebat honorem. Quæ quidem illorum mentis cæcitas Daniele ad summam misericordiam commo-

commo-uit, & draconem dirupit, ut Babyloni aperte intelligerent, quanto in errore versarentur. Hanc igitur misericordiam hominibus impertitus est Deus seruiebant enim teterrimo, atque immanissimo inferorum draconi, & summos ad illum honores deferrebant. Nec princeps ullus erat, aut rex, qui illum non reuereretur & coleret. Et reges cum essent crudelissimam eius seruitutem non recusabant, venit nunc Christus ad draconem hunc deturbandum eumque superat, ut cognoscant homines illum Deum non esse, quemadmodum ipsi existimabant. Eius viscera rupit, ut ingentem animarum prædam, quas habebat inclusas illi penitus auferret. Mirum sane artificium, quidquid latebat in eius visceribus educere. Credit miserimus homo, se hortos insignes, & viridaria pulchra incolere, cum inferi draconis præordiis contineatur inclusus. Quam angustis diuersorio utebatur Ionas, dum cæci ventre teneretur. Minor vero, & multo angustiori vtuntur peccatores, dum in huiusmodi draconis visceribus manent inclusi. Quorum miseretur Christus, & venit hodie, ut eos tam peruersis, & perniciosis visceribus liberet & includat eius immensæ misericordiae visceribus: *Quibus uisitauit nos oriens ex alto.*

EX præclarissimis rebus omnibus à Davide gestis, quæ sacris litteris continentur ea maxima, & præcipua fuit quod cum leo uenisset ad gregem ouium, quas ille custodiebat, ouemque cepisset accessit David, & magno fortique animo leonem comprehendit & illi cõuulsis ut ita dicat maxillis ouem eripuit. Quam omnibus admirabilem excitaret spectaculum illud, videre hinc leonem auulsis maxillis & inde ouem, quæ in eius unguibus fuerat agros, iam libere pascentem. Quæ si aliqua ratione ueretur, non dubium est, quin se gratissimam Davidi ostenderet, qui illam ex eiusmodi unguibus liberauerat. Hinc vobis cognoscere licebit, quanta ipsi Deo beneficia debeamus, qui tanquam pastor vigilantissimus, & sui gregis studiosus, cum nos crudelissima inferorum leonum tyrannide oppressos videret (*Aduersarius enim noster diabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret*) in mundum venit, & nos inuictæ fortitudinis brachio huiusmodi periculo liberauit. Sed utri unguis vobis crudeliores videntur? leonum ne, an dæmonum? & utrum peius periculum iudicatis, corporis, an animæ? si ergo sana mente essemus, quantas Deo optimo maxi-

*I. Reg. 17.
num. 34.*

mo gratias ageremus cum nos à tanto periculo & peste defenderit.

M V L T I S sacrarum litterarum locis reducebat in memoriam Deus filijs Israel, quemadmodum illos ex Aegypti regno eduxisset, & misera, qua premebantur Pharaonis seruitute liberasset, id quidem merito, quia ibi Pharaonis imperio grauius oppressi tenebantur. Quos tractabat tyrannus, non prout Abraham filiorum nobilitas postulabat. Quin potius eos, tanquam seruos abiectissimos, vile munus paleæ scilicet, & argillæ exercere iubebat, eisque singulis diebus, certum pensum designabat, quod nisi absoluissent ad vesperum, acerbissimæ verberibus afficiebantur, eos Deus ab illa seruitute in libertatem vindicauit, & ad promissam illis terram cœlesti duce, ac diuino lumine duxit. Singulare profecto fuit huiusmodi beneficium: qua propter constituit Deus, vt tanti beneficij memoria fixa, ac perpetua esset in Israel. *Memorato*, inquit, per Moysen, *dies huius, in qua egressi estis de Aegypto, & de domo seruitutis, quoniam in manu forti eduxit vos dominus.* Quibus dixit statim, vt cum primum ad promissam sibi patriam peruenirent, septem dierum pascha, vnoquoque anno summa religione celebrandum, instituerent, ad perpetuam huius rei memoriam, & ad magnam grati animi significationem. Erat illud beneficium, quasi effigies, & imago illius, quod nos felicissima nostra ætate à Deo accepimus. Iam enim homines non Pharaonis, sed dæmonis imperio subiecti erant neque ab ipso in paleæ, aut argillæ exercitatione versabantur quod humile est, sed vitij, & criminibus varijs, vnde animi pernicijs exoritur, implicabantur. Quod si Hebræos Pharaonis imperium vexatos & maxime sollicitos tenebat, ita vt nullum tempus liberum haberent, quo Deo vacare, & sua possent offerre sacrificia. Non mihi videtur dæmon minus sollicitus vt suos laborare faciat. Animaduertite, qua sollicitudine, & angore versentur serui eius, in suis petendis honoribus, quam grauius membris defatigantur in via perditionis suæ. *Lassati sumus aui in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles. &c.* Talia dixerunt in inferno hi qui peccauerunt: Attendite, quo tempore id animaduertant, cum iam sempiternis cruciatibus torquentur. Contingit sepe, vt agricola dum acri studio demetendis frugibus occupatur, laborem vsque

Exo. 13
Num. 37

Sap. 5
Num. 7.

vsque ad noctem non sentiat: tunc enim diei lassitudinem experitur, & sentit: Sic etiam illi ipsi ardenti studio, & magna, qua in rebus humanis versantur cupiditate obcæcati, quas molestias & dolores excipiant non prouident. Sed illud aperte cognoscent nocte illa, qua vitam eorum terminabit, sero tamen miseri id ipsum perspicient. Sollicitos, o peccatores, & vexatos vos tenet vester dominus: atque adeo occupatos, vt non dicam trium, sed ne vnus quidem diei spatium, quo Deo vacare possitis, vobis concedere velit. O durissimum, crudelissimæ seruitutis iugum. Propterea igitur venit altissimi filius, vt hominem ex hac misera seruitute eriperet, & nos in filiorum Dei libertatem vindicaret: Nec non etiam, vt veram nobis viam, non ad promissionis terram, sed ad cœlestem patriam ostenderet. Si igitur tam præclarum, & memorabile beneficium existimatum est, eductum esse a Deo ex Aegypto populum Israel, & domum Iacob de populo barbaro. Quanto præclarus, & perpetua memoria dignius censeri debet illud, quo Deus nos ab inferorum via liberarit, & in filios sibi adoptauerit & animi salutis viam nobis demonstrauerit.

Q V O M O D O autem meritam Deo gratiam pro tanto beneficio persoluemus? Nulla profecto tanta gratia erit, qua meritorum eius erga nos magnitudinem, aliqua ex parte æquare possit. Sed si aliquid, ad huiusmodi beneficium cum gratia excipiendum præstare volueritis, quod Deo iucundissimum sit, hoc vobis in primis faciendum putô, vt scilicet magnam ex eo percipiatis vtilitatem, quod quidem Deus quasi debiti solutionem libenter accipiet. Estque illi valde molestum nolle homines tanta beneficiorum magnitudine frui quantam ipse liberaliter illis elargitus est.

C V M Christus super Hierusalem lachrymas effudit ex cidium illi, & futuram calamitatem prædixit, qua talis futura erat, vt magna omnia, ac regia ædificia euertenda omnino essent, atque disturbanda. Quod quidem futurum erat. *Es quod non cognoueris, inquit, tempus visitationis tuæ.* Et animaduertendum est, illum non dixisse, eo quod me persequeris, & eo quod à te cruci affigendus sum, occidendus & maximo de decore

LUC. 19.
NUM. 42.

aficiendus, sed eo quod non cognoueris, me ideo venisse, vt & vos inuiserem, & misera inferorum Pharaonis seruitute liberare. Nec huiusmodi visitationis fructum ceperis, fatendum quidem est Christi mortis sacrilegium magnam quoque illis perniciem attulisse. Voluit tamen significare, quam deuincti illi essent, eo quod ex cœlo decendisset, vt eos omnibus sceleribus exueret, & crudelem dæmonis tyrannidem ab eis longe repelleret. Qui quanuis nullum alium errorem admisissent, quam vt in ingrati animi crimen incurrerēt huiusmodi calamitate dignissimi, reputandi essent. Videte, quam moleste ferat Deus tanti beneficij obliuionem.

QVAE cum ita acciderint, haud dubium est, quin multum de nobis conqueratur Deus, cum adhuc homines Dæmonem teterrimum eius hostem in animis suis, tanquam in domicilijs collocent. Extat adhuc, & uiuit Sathanas, nam & si Christus illum depulsi: multi tamen illum iterum libenter recipiunt, eumque Deo neglecto palam sequuntur. Hæc à Deo perferri cupitis? & tantum scelus impune dimittis? Non vultis, vt nos multis calamitatibus premat, cum ob id ipsum populum suum euerterit? Cur non contremiscere, & idem expectare supplicium debemus, quando eiusdem culpæ participes sumus?

RESPONDEBIT aliquis vestrum, plane omnes immanem hæc belluam à nobis auertere, & illius tyrannide liberati maxime cupere, nec non omnes sperare magnum ex summa Dei misericordia & ex Christi laboribus, ac meritis fructum. Sed interrogatis forsân, vt id facilius exequamur, quid nobis faciendum est? Audite dominum quis per prophetam Michæam promisit populo suo dicens. *Perire faciam scruilia tua, & statuas tuas de medio tui, & non adorabis vltra opera manuum tuarum.* Significat se ex eis dæmones esse eieciendum, & addidit statim. *Et euellam lucos tuos de medio tui.* Quod significare videtur. Ad vestram salutem confirmandam lucos, inquit, & nēmora perdam, & cunctos ex illis arbores euellam, in quibus dæmones latere, & occultari solebant. Fingite lucum aliquem feris lupis, vrsis, leonibus cæterisque immanissimis animantibus plenum, quanuis multi venatores canibus venaticijs armis, & retibus in illum ingrediantur, si mons multis arboribus interitus, & virgultis densissimus fuerit, nullæ ex feris vel capi, vel occidi sine maxima difficultate poterunt: quia passim, se inter plantas immittent, & in densas syluas se sapissime recipiant

recipiant. Vix feram ex vna plantula eduxeris, cum se statim in aliam abdet, quo circa secandæ omnes arbores erunt, & tunc nulla fera in sylua remanebit. Latent in mundo dæmones, tenebris occultati, quos si à vobis auertere omnino vultis, lucos conuellite omnes. Quos tandem lucos? Vanitates scilicet, delicias, pompas, immodicam rerum omnium profluentiam, cunctas denique occasiones, isthuc enim se recipiunt illi, & isthuc perfugia habent, & latibula, quod nisi omnia plane reliqueritis, quibus peccandi occasionem aperte inesse videtis. Vix hinc eos fugaueritis, cum iam illuc se statim abdiderint. Animaduertite, quæ vos ad scelera impellere soleant, & ea penitus tollite, atque radicitus extrahite. Alioquin enim semper in eodem loco, dæmones & peccata permanent.

SANCTVS Eliseus propheta, & alij multi præclari, atque illustres viri, quanuis forti, ac virili animo essent, vitia tamen, a Samaria extrahere non potuerunt, eo quod ciuitas illa plurimis hortis insignibus, pulcherrimis viridarijs, pompis demum, ac voluptatibus omnibus abundaret. Dæmones ergo à Samaritanis hostitio sic exceptos, quis depellere queat? Quis inde turpitudinem eiciat, vbi omnes in voluptate, in conuiujs, in potionibus, & lautitijs perpetuo versantur? Quis peierandi consuetudinem ab illis auertet, qui assidue ludum exercent? Quis illinc auaritiam expellet, vbi pecuniæ in summo pretio habentur. Quis de illa ciuitate cupiditatem honoris detrudet, in qua omnes laudis audissimifunt, & quasi Deum humanam gloriam reuerentur, & colunt? Quomodo ergo tantam pestem, tot feras, ac dæmones eiciemus nisi prius lucos omnes præciderimus, & rerum humanarum occasiones, omnino abstulerimus? Vultis vos à dæmone liberari? mansionem illi, perfugium, & occasionem auferite: & illum facillimo negotio expellere poteritis. Cui semel expulso statim succedet Deus, qui vos iucundissimo suo aspectu, summa alacritate afficiet, & magna, perennique gratia cumulabit. Amen.

CONCIO TERTIA.

*Primus discursus de causis, & rationibus cur,
cum multi artifices in mundo sint ad demo-
nes efugandos, & peccata expellen-
da, tot adhuc in eo, & Dæ-
mones & peccata
persistant.*

Them.

Erat Iesus eiciens Daemonium Luca. 14.

DVM Christus dominus in hoc mundo versatus est, huiusmodi Dæmones ex corporibus, præcipue tamen ex animis, eiciens mundi munus præclare exercuit. Quod cum maxime necessarium esse intelligeret, multos, qui Dæmones ex animis pellerent, exorcistas, & artifices suo in loco reliquit. Quid existimatis esse concionatores? quid confessarios? quid præfules, episcopos, & patros? Omnes quidem hi exorcistæ dicuntur ad dæmones ex animis detrudendos. Neque ipsi solum, sed etiam omnes magistratus à Rege usque ad infimum iustitiæ ministrum, omnibus idem munus demandatum est, dæmones scilicet à republica exterminandi, & vitia penitus extrahendi: quippe quæ illam à Dæmone oppressam maxime tenent.

NUNC igitur videamus, cur, cum sint tam multi exorcistæ, tam multi adhuc etiam Dæmones, & energumeni homines persistant? Tot sunt qui concionantur, qui confessiones audiunt, qui imperiū tenent, qui summa a republica vestigalia exigunt, qui præclarissima eius munera optima conditione obtinent, nihilominus tamen ita peccata vigent, ut augeri magis ac magis, quotidie videantur: adeo multi sunt iam fæderatores, tot inhonesti, tot cæco amore capti, tot adulteri, ac lasciuui. Conspicimus aleam multis in locis versari, eas recitari tragedias, quæ, non dicam Christianorum, sed

ne

ne hereticorum quidem reipublice, dignæ consentur. Libros parum honestos, quorum lectio ad omnem turpitudinem lectorem allicit: cantus impudicos, tripudia nimia, ac turpia tandem vitia quotidie magis, ac magis instaurari, & crescere, & plures ad ea, quam ad virtutem propendere intuemur. Exorcistas omnes, quasi ex specula admirantes, quid causæ sit, cur fugari non possit tam numerosa dæmoniorum multitudo. Sed quibus culpam huius rei adscribemus exorcistis ne, an ijs, qui a Dæmone capti tenentur? suspicor equidem ad virosque culpam esse deuolendam.

PRIMUM igitur impedimentum, quo minus pellantur Dæmones ad Dei, & ad eius reipublicæ ministros præcipue spectare videtur, eo quod communi animi consensu, omnes dæmones expellendos non curant, Si enim vnanimes & eodem consilio illud susciperent, & dæmones fortiter, ac viriliter aggredierentur, eos proculdubio, minimo labore eijcerent. Scriptum est in quarto libro Regum: voluisse quondam Regem Iosiam dæmones ex reipublica sua expellere, & vitia radicitus extirpare. Proinde seculares omnes, & sacerdotes conuocauit imperauitque, ut omnia Hierosolymorum idola euerterentur, & magnus Baal apparatus adureretur. Omnes itidem idolorum sacerdotes in exilium pepulit quos maiores eorum introduxerant. Destruxit etiam ædículas effaminatorum, & celeberrimum Moloch idolum precipitauit, solis currus, & idolorum aras igne, consumpsit. Neque satis illi fuit omnia hæc incendio absumpta fuisse. Quin etiam eorum cineres in flumen cõiecit, ut illorum memoria omnino deleteretur, atque interiret neq, in posterum aliquod vestigiū remaneret: Iussit insuper ossa cuiusdam hominis ex sepulchro educi, qui diuinum honorem idolis exhibuerat, & ea in rogum spectantibus omnibus iniici. Quibus præclare gestis Hierosolymorum ciuitatem, & Dei populum idolorum superstitione, Dæmonum insidijs, multorumque peccatorum sordibus omnino liberauit. Sed qua industria id effectum est? conspirantibus scilicet in vnum cum Rege sacerdotibus, & utroque brachio cum eo consentiente, vnum & idem postulantibus primarijs, ac reipublicæ ministris.

PRÆCLARVM quidē & saluberrimum est huiusmodi consiliū, ad Dæmones, & peccata à Christiana republica exterminanda: nempe id scilicet, ut omnes, & Ecclesiæ, & reipublicæ secularis præfules in vnum, & idem conueniant. Quod si ita non fit

nihil

nihil omnino fiet. & peccata in eodem statu indubie permanebunt. Quid quæso prodest a concionatoribus omnes obiurgari, si auditores confessionum eos nihilominus omnibus sceleribus absoluerint? Quid item prodest, si confessarius vnus, peccatorem aliquem criminibus absolueri nolit, quem statim, sit alter absoluturus? Cuius momenti est pecoris canes adlatrare lupis si lupos ipsos nolint pastores depellere? Quid denique nos ipsi pro suggesto assiduis concionibus defatigati efficere possumus, si dissimulat, p. esules, si quiescunt ipsi, qui reipublicæ gubernacula tractant hominum rationem habentes & conuiuentes pusillanimitate & timore perculsi? Vtinam omnes simul in aleatores, concubenarios, sceneratores, & in alia etiam vitia inueheremur? Quam facile demones isti a Christiana Ecclesia depellerentur? Concionatoribus omnibus & confessarijs, reipublicam administrantibus, magistratibus, clericis & secularibus in vnam & eandem sententiam conspirantibus, quis dæmonis abusus quauis altas egerit radices non extirpabitur? quod vitium radicitus non extrahetur?

2. P. 1. 13.
3.

DEINDE vero contingere quidem posset ministris, vt non ea vitæ & morum integritate præditi sint, qualem eorum officij dignitas postulare videatur. Scriptum est in sacris litteris prodijisse quondam Abiam iudeorum regem ad depugnandum cum exercitu regis Ieroboam, qui eo tempore Israeliticum tenebat imperiū. Et quauis Ieroboam cum octoginta hominum millibus omnibus armis instructis esset: & Abias media parte minorem exercitū adduceret viriliter tamen adoriri non dubitasse. Temeritas sane videri poterat. Sed quid illi tantum animi attulit? Duæ res præcipuè eius animum ad pugnam confirmasse videntur. Alterum quod Dei partes suscepisset: Alterum etiam quod strenuis militibus, & bellicæ artis peritissimis suum firmauerat exercitum. *Habebat.* (inquit) *viros vellicosissimos, & electos*, quibus rebus adiutus præliū commisit, & diuino adiutus auxilio victoriam feliciter reportauit. His duabus rebus niti debent, serui domini & eius reipublicæ administratores. Præcipua vero, & quæ firmiorem reddit animum ea est quod Dei causam agant, & peccata oppugnare, quæ sunt demones & hostes potiores, quos Deus acriori odio prosequitur. Deinde milites, qui in hac militari exercitatione versantur, animo ac fortitudine vigere oportet. Hæc autem, fortitudo, non corporis, sed animi viribus continetur, siquidem animo non corpori bellum

lum inferitur. Quare vis hæc ex animo & virtute proficiscitur. At quibus viribus præualere poterit ad vitia reprimenda, qui multis est vitijs affectus? quo pacto demonem ab alijs eijciet qui demoni ipse subiectus est? Qui poterit cum auaritia configere, cuius summa est pecuniæ cupiditas? Quomodo turpitudini bellum indicet, qui impurus, & turpis est? quomodo denique obfistet inani bus rebus ipse inanis, & vanitati subiectus? Vitia sane animi vires debilitant, atque confringunt, ideoque huic animi prælio non erunt idonei milites vitiosi. Vtinam virtutis studiosi cum sint, aliquid tandem consequantur.

CVM cuiusdā hominis filius a dæmone grauius vexaretur, vt refert. S. Matth. Christi discipulis a patre suo est oblat, vt per eos eo morbo leuaretur. Sed ipsi mimimè dæmonem ab homine auertere potuerunt. Hunc eius pater ad Christum deducere constringit, eique dixit. *Domine miserere filio meo, obruli illum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum.* Tunc increpuit dæmonium Iesus, et exiit ab eo. Quo eiecto. *Accesserunt ad Christum discipuli, & dixerunt. Domine, quare nos non potuimus eijcere illum?* Quibus Christus duplicem causam attulit, primam, quia fides eorum adhuc vacillabat, & satis firma non erat secundam. *Quid hoc genus demoniorum ait, non eijcitur, nisi in oratione & ieiunio.* In corporea militia non instruuntur milites ieiuniorum armis, quin potius, magna ciborum abundantia reficiuntur, eo quod viribus corporis opus esse affirmant. Huic igitur militiæ multum cibi adhibeatur oportet, spirituale vero prælium, abstinentia, & summis ad Deum precibus, magna etiam fide, & virtute vincitur. Et cum nulli fere orationi, vacare, & vite asperitatem amplecti velint, proinde pauci ad demones fugandos, & peccata eijcienda censentur idonei. Has ob causas fanaticis hominibus redandat terrarum orbis, quantumuis tot sint exorcistæ, qui demones exterminandos cūrent, eosque ab hominibus procul auertere conentur.

VIDI T diuus Ioannes, vt ipse testatur in Apocalypsi Deū e cælo prodire pugnaturus cum immani quadam bellua, eiusque socijs cum ea confæderatis: vidit & agnina cœlestia sanctissimum Dei filium sequentia. *Et exercitus, inquit, qui sunt in cælo sequebantur eum, in equis albis vestiti bissono albo, & mundo.* Magnam quidem affert admirationem conspiciere cœlestes milites, vestibus albis indutos, ad pugnam exeuntes, non enim solent exercitus prælium intrare, nisi gratis clypeis, & reliquis armis, ad bellum

Mmm neces.

cessarijs optime instructi. Hic autem cœlorum copie, byssinæ albo indute, ad pugnandum vna cum Christo prodeunt. Sed quale est illud armorum genus? Considerate, rogo quid Ioannes byssinū appellet, & videbitis, quam bene illo muniti ad pugnam accedant. Quid sit byssinum, in hoc ipso capite declarat diuus Ioannes. *Byssinum* (inquit) *iustificationes sunt sanctorum*. Quo circa interlinealis expositio declarans, qualis erat vestis cœlestium exercitū, inquit profectus virtutum. Attendite, quæso, qualia sumpserint, arma ij, qui Christum sequuntur ad oppugnandam immanem illam belluan, iustificationes scilicet, & longos in virtute progressus.

Glo. inter
line.

HIS igitur armis se instruxit. Christus, & victoriam comparauit: His propheta, quoslibet hostes, quantum fortissimos facile superabant: His Apostoli semper vicerunt: His etiam martyres inclyti, licet in ipsa acie conciderent, victores tamen euaserunt: His denique muniti reliqui viri sanctissimi perpetuo inuicti fuerunt. Nos quoque eisdem vincere plane debemus, siquidem cum eisdem hostibus idem gerimus bellum. Munit se igitur concionator assidua oratione, & ardenti diuini honoris studio: confessarius patientia, & fortitudine, vt fastidium aliorum, ac molestiam perferat, & alios accuset. alij vero, quibus ita expedire cognouerit, criminum abolitionem denegat. Iustitiæ minister æqui iudicis personam induat, & Christianam religionem in omnibus rebus sequatur. Ecclesiæ pastores se vigilantia, & litterarum, vitæque sanctitatis præsidio, fortiter muniant: ita enim, prostrato hoste victoria facile potentur.

HINC auditores, truculenti hostis nostri, calliditatem vobis intelligere licebit, qui in illud præcipue incumbit, vt sibi animos exciliare possit: eorū qui reipublicæ, & Ecclesiæ præsar, hac enim via sibi valde consulit, & victoriam tuto se reportaturum existimat: diligentissime id curat, vt qui honore in republica antecedunt, in voluptatibus, & corporis indulgentia primi sint: vt sic omnino obmutescant cum alicis ad penitentiam, hortari, voluerint, conuenit etiam, vt in pompis, in conuiuijs rebusque nihili, primum locū semper occupent, ne suis subditis, hæc interdiceret possint. Magnam curam adhibet, vt qui ordine superior est, is in scena comediæ primus intersit: primus in lectione eorum librorum versetur, in quibus nihil agitur honestatum, & vt leui impudicoque tripudio delectetur: quibus rebus illum ita obmutescere cogit, vt non modo eos, qui se eiusmodi rebus exercent: oburgare non audeat, sed excuset

excuset

excuset potius, & eorum partes defendat. O miram dæmonis astutiam, & fraudē occultatam! hac enim arte tutiores occupat militiæ locos, & conditionem suam multo efficit meliorem.

CONTRA vero Christus dominus id præsertim curat, vt primarij suæ reipublicæ viri ad omne virtutis genus erudiatur, & ad veram Dei cognitionem veniant. Cum sanctissimus rex Dauid bellum cum seuisimis Israelitici populi hostibus, suo in regno gerebat, non sibi illud prius relinquendum putauit, quam eos è fortissima Sionis arce euerteret: & in eo primum elaborauit, postea quâ

2. Reg. 5.
num. 7.

vtinuaderet. Existimabat enim se in reliquis omnibus laborem frustra consumere: ni prius locum illum expugnasset, eo quod esset ad hostium conatus reprimendos, eorumque impetus retardandos, valde accommodatus. Ita etiâ Machabeorum tempore quâquam interdum victoria potiti essent Israelitæ, nunquâ tamê bello finem imponere poterant, quâ propter hostes ex Hierosolymorum arce detrudere conabantur. Magna enim est expertis pugnantis astutia cum altiora, ac fortiora loca primum occupat. Hac etiam de causa enititur dæmon, vt sibi reipublicæ principes subijciat, Quia huiusmodi hominibus, quasi fortissimis, muris circumdatur, & quasi munitissima arce defenditur, quo circa Deus eosdem etiam, virtute, &

I. Mach.
Ij. n. 20.

quam potuit diligentissime, sibi adiunxit, obeamque rem Apostolos omni criminum labe purgauit, sanctissimosque effecit, eorū etiam successoribus imperauit, vt hominibus sapientiæ lucem præferrent, adeoque virtute, & recte factis in mundo elacerent, vt omnes, qui eos recte se haberi in omnibus animaduertent, ad Deum laudandum suo exēplo impellerentur. Sic (inquit) *luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum qui in cælis est*.

Matth. 5.

Ea etiam de causa eos grauissimo supplicio afficit, qui cum reipublicæ præsint: se omni vitiorum generi tradunt. Quæ pena affectus est Rex Saul: cum animi submissionem omnem a se abiecit, & superbiam amplexus est? Dum se mitem præbuit, & virtutem omni studio coluit, electus fuit in regem: vbi vero arrogancia efferri, & res nefarias committere cepit a Deo eiectus est. Sic etiam Deus Heli filios eo quod a recta via deflecterent, non solum sacerdotij ministerio priuauit sed voluit etiam, vt infœlicem tristissimamque mortem scelerum causa subirent. Alia fortasse inueniri possent crimina multo grauiora, quæ Deus non tanta seueritate puniret hos

Mmm 2 autem

autem ita castigari oportuit, quod templi venerationi præfecti essent. Hoc supplicio mulctat Deus ecclesiæ, & reipublicæ præfectos, si enim ipsi se improbe gesserint, difficile quidem Christianæ reipublicæ malis mederi poterunt.

Psalm. 2. **N** V N O igitur reges, intelligite, erudimini, qui iudicatis terram. *Seruite domino in timore, & exultate, ei cum tremore, ne quando irascatur dominus, & pereatis de via iusta.* Mementote, quia Deus est in synagoga deorum, & in medio eorum eos diiudicat. Mementote igitur quanuis principes sitis, Dei tamen esse ministros, eique vos inferuire, qui aufert spiritum principum. Ministerium igitur vestrum implere, ut suadet Apostolus, sic enim vitia e Rep. expellentur, Dæmonque victus, ac superatus effugit, & Deus optimus maximus singulari cultu, ac veneratione coletur.

Secundus Discursus ostendit, difficile admodum esse Dæmones ab hominum animis expelli.

Thema. *Erat Iesus eiciens demonium. Luca. II.*

Psalm. 7.
Apoc. 12.
num 7. **D** I X I M V S superius æternum Dei filium in terras descendisse, ad propellendos dæmones, non ab humanis corporibus duntaxat, sed præcipue ad eos ex animis hominū eiciendos. Quo quidem munere ipsemet Deus præclare functus est. At cur hoc, (dubitabit aliquis) nō commisit Angelis, qui, Dauide testante, sunt potentes virtute ad faciendum verbum illius? Acerrimum bellū inter Angelos, & Dæmones excitatum vidit olim diuinus Ioannes. *Factum est, inquit, prælium magnum in celo, Michael, & Angeli eius preliabantur cum Dracone, & Draco pugnabat & Angeli eius, & non praua luerunt. Neque locus inuentus est amplius eorū in celo, & proiectus est Draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus. Nitebatur sane dæmon suum principatum in summo celo collocare. At vero Deus immortalis illū ad infimum terræ locum decurrebare decernens, huiusmodi munus fortissimo Michaeli commisit. Qui quidem ipsum dæmonem dicto citius e celo deiecit. Ut autē ille*

illē amandaretur à terra, ipse Dei filius venit. Quæro iam cur etiā hoc prælium Michaeli, reliquisque Angelis non est commissum? Cur ipse Deus illud conficiendum suscepit? Difficilius ne est, Dæmonem e terra, quam e celo excludere? Ita sane, in terra enim hominum animis dominatur, à quibus difficilius multo, quam ab ipsis cælis deijcitur. Quantumuis enim Deo vtrumque sit æquè facile, tamen non angelica tantum, sed diuina etiam virtute opus est, ut Dæmon ab hominibus expellatur.

Q V A M ob rem cum Iob de præpotenti Deo loqueretur, ait. *Obstericante manu eius eductus est coluber tortuosus.* In quæ verba eleganter scribit B. Gregorius in hūc modū. Quis colubri appellatur nomine, nisi antiquus hostis lubricus, & tortuosus, qui decipiēdo homini colubri, ore locutus est. De quo per prophetā dicitur *Leuiatham serpentem, vectem tortuosum.* Qui ergo in rectitudine veritatis non stetit, tortuosum animal intrauit, Cauernæ vero huius colubri, corda fuerunt iniquorum, quæ quia ad prauitatem propriam traxit, quasi in eorum habitatione requieuit, sed obstericantē manu Domini, tortuosus coluber de proprijs cauernis expulsum est, quia dum nobis diuina gratia medetur is, qui nos tenue rat hostis eijcitur à nobis. Hactenus Gregorius. Prædicat ergo Iob tanquam præclarum summi Dei facinus, dæmonem ipsius potentia ab humano corde fuisse repulsum.

E G R E G I V M hoc feruatoris nostri facinus prædixerat Esaias. *Delectabitur, inquit, infans ab vberē super foramine aspidis, & in cauerna reguli, qui ablatus fuerit manum suam mittet, non nocebunt, & non occident in vniuerso monte sancto meo.* Loquitur ibi propheta de Christo Domino, ut D. Gregorius asserit, quem manum suam in foramine aspidis positurum affirmat. Quid foramine aspidis (ait ipse Gregorius) & cauernis reguli intelligendum, nisi corda iniquorum? Quia antiquus hostis dum totum se in eorum consensum contulit, quasi in foramine proprio coluber tortuosus sinus astutiæ colligendo glomerauit; quem & aspidis nomine appellat occulte sequentem, & reguli, aperte ferientem. Manum ergo suam Dominus in foramine reguli, atque aspidis misit, quando iniquorum corda diuina potestate tenuit, & comprehensum aspidē, vel regulū, id est, captiuū diabolū traxit, ut in mote sancto eius, qui est ecclesiæ electis fidelibus nō noceret. Hęc ille. Perpēdite ergo auditores optimi ex hoc Dei potētiā per prophetā efferri, quod poterit terribilū hūc hostē ab hominū animis excludere. Ac si diceret,

Mmm 3 minime

Iob. 26. n.

13.

Greg. I.

moral. 18.

Esai. 27.

Esai. IY.

Greg.

supra.

minime sufficiunt ad id Angelorū vires, sed Dei, Dei inquam, qui potestate maximus est, opera potentiaque requiritur,

SED videamus, si placet, vnde proveniat maxima hæc difficultas, quam in dæmonibus ab hominibus eiiciendis, positam esse testamur. Et quidē idcirco negotium hoc adeo arduum, ac difficile reperitur, qua homines ipsi beneuole, atque amice Dæmonē suis in animis excipiunt, & ibidem eidem amānissimos hortos, ac delicias parant. At in cælo nemo fuit, qui Dæmonem tutaretur, eiusque defensionem propugnationē ve susciperet. Quare mirum nō est, Sathanam difficilius ab homine, quam à cælo deturbari, maxime cum ipse homo libera sua voluntate illum excipiat, eique sedem in animo suo constituat. Quam hominis voluntatē solus Deus in finita sua sapientia, atque potentia adducere potest, vt vltro etiam, ac sua sponte receptum Dæmonem à se ipso repellat.

AB hac igitur traditione libera, qua se homo Dæmoni committit, prædicta difficultas emanat, ex ardentissimo etiam desiderio, quo ille tenetur in hominū animis habitandi. Cū enim in cælo summū summi Dei domiciliū appetierit, nec illud obtinere potuerit, in terras ad ipsum aucupandum deuenit, cū autem sciret in terra hominū animū esse verum immortalis Dei solium, eum illico, quo ad eius fieri potuit, occupare curauit, in eodemque studio adhuc perstat, vt habitationē suā in homine collocet. *Superbia enim eius ascēdit super.* Nec etenim à superbia, animiq; elatione discessit, vnquā licet à cælo deiectus sit, cælum, sed nō animum mutauit. Quo circa tanquam arrogans, & honoris avidus, Dei sedem, animum inquam hominis perpetuo appetit.

Mact. 9. num. 26. QVEM si seimel occupauerit difficillimè ab eo repelletur, obstat enim ipse, omni id studio procurans, quod satis ostēdit cum ab eo energumeno, quem S. Marcus cōmemorat, eiiceretur. Oblatio enim seruatori nostro fanatico quōdam surdo, ac muto, voluit Iesum ab eo dæmonem expellere, & ait: *surde, & mute spiritus ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introeas in eum. Et exclamans (euāgelistæ verbis vtor) & multiū discerpens eum, exiit ab eo, & factus est sicut mortuus, ut a vi multi dicerent, quia mortuus est.* Nōne clarè perspicitis, quam ægrè ac difficile malignus spiritus in misero illo hominē diuellatur, sane sicut malefici, ac scelerati homines qui ad ecclētiā confugiunt, cum a sacris locis abstrahuntur, altaribus vt Ioab olim adherent, & quoscūque templi ornatus prendunt, etiā si eos dilacerēt, ne à templo, tutoque loco abducantur. Sic humani generis hostis, vt pote qui maleficus, & sacrilegus erat, cum ex ho-

minis

minis animo tanquam ex sacro quodam loco pelleretur; moleste ferens ab illo auelli, ita ei adhærebat, vt eius corpus laceraret, nam *multum discerpens eum exiit ab illo.* Quod cum ita sit, Dei profecto potentia opus est, ad illum ex animis amandandum.

EX quo efficitur, hominē magno sibi nocumento esse, cū Dæmonē in suo animo excipit. Quod si tecū ipse cōsiderares, perditæ ac flagitiosæ homo, quā improbum, tibiq; nociuū incolā tuo tunc hospitio accipias, & quā difficile postea ab hospitio eū eiicies, nisi præcipuo, & singulari aliquo auxilio diuinitus adiutus fueris (quod tibi fortasse non dabitur) indubie illi aditum omnino intercluderes.

INTVLIT se diabolus in animū Iudæ, illumq; ad hoc scelus induxit, vt dominum, ac præceptorē suū in manifestis tortoribus cruciādū tradere decreuerit. Voluit humani generis redemptor tãto malo curationē afferre, salutiferā proinde illi ablutionē adhibuit, & suauissimo eum cibo refecit, cum Augustissimum suum corpus sanguinemq; sanctissimū ei sumentū dedit. Et quidē hæc omnia apertissima erant medicamenta ad grauissimū morbū sanandum, & vt ita dicam, efficacissimi fuerāt exorcismi, ad dæmonem ex Iuda pellendū, adhuc tamen diabolus ab eo non discessit. Cum vero Christus Dominus, cōperisset, suauia hæc remedia nō satis illi fuisse, alijs acerbioribus vltus est, id vnū cōtendens, vt dæmonē à Iuda procul amandaret, & miserum hominē ab incepto consilio retraheret. Vt enim sacer Euāgelista refert. *Turbatus est Christus spiritu, & protestatus est, & dixit. Amē anē dīo vobis quia vnus ex vobis tradet me.* Quæquidē insueta Christi diuiturbatio turbationē etiā, & formidinē Apostolis intulit. At Iudæ nullum timorē incussit. Neque ex eo, quod proditor aperte nominatus sit aliquo modo pertimuit. Viget magis, ac magis seruator noster & ait. *Va homini illi, per quem filius hominis tradetur, bonū erat ei, si natus non fuisset homi ille.* Et quem quæso hæc verba metu nō perturbaret? Cui nā terrore nō afferrēt? Quis nō exhorresceret, audiēs grauissimā illā, & acerbissimā Iesū Christi vocē. *Bonū erat ei, si natus non fuisset?* At nullo terrore cōmorus est Iudas, sed potius vbi primū ea verba accepit, in salutato, vt aiūt, hospite apostolorū sodalitiū deseruit, & Christū Iesum nefarie, & cōtumeliosè prodidit. Ex quo facile patet, quā sit difficile Dæmonē ab hominū animis auertere. Quæ ergo vi qua ve ratione existimant ij, qui illum amicissimè excipiunt, & diu in eius sodalitate perseverant, ipsum à se propellere ægrè profecto id efficiunt. Quapropter per viscera Christi vos obsecro audite, ne tam perniciosum hostem animo accipiat, quod si eū ali-

quando

Ioan. 13.
num. 22.

Mat. 26.
num. 24.

simile.

quando suscepistis, quam citissimè dimittatis in super ut immortalium Deum, qui ad illum eijciendum venit summis oretis precibus, ut expulso a vobis dæmone, vestrum animum potius occupet, & cœlestibus gratiæ gloriæque muneribus exornet.

CONCIO QVARTA.

Discursus, primus aduersus eos, qui indigne ad sacram confessionem accedunt.
(.?.)

Them. *Et illud erat mutum. Luca. 11.*

DVO præcipue humani generis hostis à nobis obtinere nititur, primum, ut plura scelera perpetremus, deinde, ut nunquam ea per confessionem eluamus, vel saltem non rite expiemus. Ij vero qui ita se gerunt, dæmonium mutum habere dicendi sunt. Ille igitur ab hoc dæmone vexatur, qui præ pudore, ac ve recundia mortiferum aliquod peccatum silentio in confessione dissimulat, vel præ incuria, & negligentia, qua animum suum discussit, illud non confitetur. Aut si omnia flagitia confessario aperiat, non tamen sigillatim, sed confuse, & quodam quasi fuce, & velamento ea videtur contegere. Alij denique distincte, & disposite peccata sua patefaciunt, sine dolore tamen, animi ve submissione. Et hi quidem omnes Dæmonium habent mutum, aut saltem balbum.

E I V S M O D I etiam illi sunt, qui cum magnis conscientia stimulis agitentur, animumque pluribus flagitorum laqueis irretitum habeant, eoque indigeant confessario, qui doctrina; prudentia & consilio eorum animos tranquillos, placidosque reddat, ad ignarum, & imperitum accedunt. Qui ipsorum voluntati parcat neque

neque audeat acerbis reprehensionibus, uti aut cum opus est, ab solutionem denegare, quod quidem nobilibus aut primarijs sceminiis, ac viris euenire solet, cum grauiora & deteriora crimina capellano suo (ignaro scilicet sacerdoti) aperiant. Leuiora autem delicta grauisimo, & religiosissimo viro confitentur, ut hac ratione se sapientissimum confessarium habere iactent. Et hos certe meritò cum illis conferam, qui cum morbo maligno, dolore ve, lateris laborarent, imperitos, & stultos medicos consulere, peritissimos vero ac sapientissimos ad tussim vel grauedinè capitis curadâ. Quæ omnia consilio dæmonis excogitantur, ut mutos homines reddat magnum sane, & incredibile malum.

C V M diuinæ illę mentes effundebant vasa diuinæ iræ. *Quin- Apoc. 16.*
rus Angelus, ait scriptura, effudit phialam suam super sedem bestie (id *est ministros suos) & factum est regnum eius tenebrosum, & comman-*
ducauerunt linguas suas pra dolore, & non egerunt penitentiam Ecce quam sint inter se coniuncta, commanducare linguas, & non agere penitentia. Qui à dæmone mutò vexatur, quippe qui confessionis sacramento nullo modo, vel indigne se expiant, linguas suas comedunt, ne loquantur, cum multum illis loqui conducere. Ex quo consequitur, ut penitentiam non agant, neque animi maculas eluant, sed illum potius nouo crimine, & sacrilegio polluant. **O** vos miseros, & infelices, qui cum inepte ad eò multa loquamini, ut loquacem dæmonem videamini habere, in sacra vero confessione ita obmutescitis, ut iure a dæmonio mutò vexari dicamini, vere phiala furoris Dei est super vos immissa.

E T verò ipse dæmon diligentissime curat sic confessionem impedire, scit enim ore ita recluso, se tuto in hominum animis versari, aditumque ad Deum illis intercludi, atque itcirco omnes inferorum incolæ pro viribus nituntur, hunc aditum præmunire, & linguas obmutescere facere, ne per confessionem crimina manifestentur, ac simul ipsi ab animis deturbentur, è contra vero Spiritus Sanctus id præcipue hominibus suadet, nimirum, ut aperte peccata sua confessarijs patefaciant, propterea quod eorum salus vel ex hoc maxime pendeat, Deo (inquit) Deus per Esaiam secundum translationem, **LXX** *Dic tu iniquitates tuas primus, ut iustificeris.* Iustificatio igitur est effectus confessionis, quæ quidem animum plurimis etiam peccatis coinquinatum expurgat, & Deo gratum, atque amicum reddit, ei que ius ad beatitudinem, quod per peccatum amissum fuerat, tribuit. Si autem cogitatione comprehendere

Esai. 43.
num. 26.

remus quantum sit huiusmodi bonum, non dubito, quin ad faciã confessionem frequenter accederemus.

*Psal. 31.
num. 6.*

NOVERAT hoc regius ille vates, cum ait, *Dixi, confitebor adversam me iniustitiam meam in Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* Ecce vobis confessionis effectus remissio scilicet impietatis. Perpendite verba illa. *Dixi confitebor.* Nondum confitetur, inquit B. Augustinus, sed promittit confessurum & ille iam dimittit. Attendite, fratres, *Dixi confitebor,* non dixi, confessus sum, & *iudicium fuit.* confessio mea ad vocem nondum venerat, sed Deus audiit vocem cordis mei. Hæc ille. Ex quo pœnitentiæ vis satis perspicitur cum propter dolorem solum susceptæ culpæ, & animum eam confitendi, ante ipsam confessionem illa remittitur.

QUOD in filio prodigo videtur, etiam expressum, ille de flagitijs suis vehementer dolens, decrevit ea coram patre suo fateri, qui obuiam ei procedens, antequam ipse se accusaret, liberalissime illi crimina condonavit, & pietissimè, ac clementissimè indulget.

*Chryf.
hom. 20.
in genef.*

HANC Dei misericordiam, pœnitentiæque virtutem egregiè expendit B. Chrystostomus, explicans illa Esaiæ verba, quæ Paulo altius attulimus in hunc modum. O misericordiæ magnitudinem, o bonitatis excellentiam! qui peccavit quando confitetur peccata, & veniã accipit, & repente iustus apparet. Vidisti iudicis misericordiam? in humanis quidem iudicijs, si quis hoc faceret, & ante accusationem facinorosa cõfiteretur, apud humanum iudicem is sententiam capitalẽ omnino in suũ caput accerseret, at misericordis Dei, & animarum nostrarum medici, tanta est, tamque ineffabilis bonitas, & clementia, ut omnem etiam rãtionem transcendat. Nam si ad verfarium nostrum præuenimus (Diabolum dico) qui in die illo ob faciem nostram stabit, & iam in præsentia vita, antequam ad tribunal ingrediamur, facinorosa fuerimus confessi, in tantam misericordiam prouocabimus Dominum, ut non solum nobis donet liberari à peccatis, sed & in iustorũ cathalogo numerari. Hactenus Chrystostomus

ET quidem nulla maior laus de pœnitentia prædicari, neque peccator maius beneficium accipere potest, quam hoc, quod ei virtute pœnitentiæ confertur, eo enim animus humores sibi nocuos euomit, acerbissimis conscientie stimulis liberatur, perfectã sapientiam adipiscitur, & à mortuis ad vitã reuocatur. Quid plura? sententiam pro se in re grauissima impetrat, fructus dominicæ

passionis percipit, Christi Domini merita participat, illius membrum peculiari quadam ratione efficitur, & ab illo denique omnium flagitiorum veniam assequitur, cum eoque redit in gratiam, & amicitiam. Omiram sacre confessionis vim, atque potentiam: O singularem huius sacramenti virtutem: Ad quod religiose accipiendum illa Dauidis verba vobis ob oculos propono. *Præoccupemus, inquit, faciem eius in confessione.* Quæ quidem explicantur a D. Augustino non modo de ea confessione, quæ in diuinis laudibus sita est: verum etiam de illa quæ in aperiendis confessariis peccatis adhibetur. Est confessio laudantis, inquit Augustinus, & est confessio gementis: Confessio laudantis ad honorẽ pertinet eius, qui laudatur. Confessio gementis ad pœnitentiam pertinet eius, qui confitetur. Confitentur enim homines, cum laudant eum, confitentur, cum accusant se, & nihil dignius facit lingua. Quid igitur est, præueniamus eum in confessione? Venturus est, præueniamus eum in confessione, antequam veniat. Nos cõfitendo damnemus, quod fecimus, ut ille quod coronet inueniat, & non quod damnent. *Præueniamus ergo faciẽ eius in confessione.* Hæc Augustinus. Cuius verba, si placet, aliquantulum expendamus. Quid sibi vult, *Præueniamus?* Deus quidem operum nostrorum iudex est, nostraque peccata diiudicat, sed anteuertere illum possumus, & quodammodo illius cõsilia præripere, idque fiet, si nos ipsi priusquam ille de nobis, sententiam feramus, nosque cõdemnemus, antequam a deo damnemur. Quod B. Paulus asserit, *si nosmeripfos, ait, iudicemus, non ritique iudicemur.* Quam pœnitentiæ vim si attente homines cogitent, nullus sanè patefetur, se à Dæmonio muto vexari. Recte illam animo conceperat vates sanctissimus, cum aiebat. *Feci iudicium, & iustitiam, non tradas me calumniantibus me.* Ipse qui de suorum scelerum iudex, reus, accusator, ac punitor extitit. Et ut ita dicã, in foro pœnitentiæ fecit de se iudicium, & iustitiã, iudiciũ, cũ iudicauit se dignũ morte, iniquitatem enim suã ipse cognouit, & peccatũ suũ contra se semper. Iustitiã verò fecit, tũc, cum dolori, & lachrymis se dedit. *Exurus namque aquarum deduxerunt oculi eius, quia non estis dixerunt legem Domini.* Tum etiam, qui grauissimum de se supplicium sumpsit, & voluntaria corporis castigatio ne, animi macula deleuit. Ita enim se ieiunijs, atq; inedia macerabat, ut dixerit. *Genus mea infirmata sunt à ieiunio.* Item cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam. Hinc ausus est à Deo optimo maximo petere, ut miseri-

*Psal. 94.
num. 1.*

*August. in
psal. 94.
& Casiod.
ibidem,*

2. Cor. 11.

*Psal. 118
num. 121*

*Psal. 118
num. 136*

*Psal. 128
num. 24.*

cordiam sibi præstaret, flagitiorum vebiam impertiretur, & ipsum à Dæmonibus eriperet. Hos enim in eo psalmo vocat calumniantes se, vt exponit D. Ambrosius, & Augustinus. Dicit ergo David. *Feci iudiciū, & iustitiā, nō iradas me calumniantibus me.* Quasi diceret. Noui præstantem tuā, liberalemq; naturā, quæ nullas pœnas recipit ab eo, neque in illum vindicem, & ultorem se præbet, qui sui sceleris pœnas dedit, & de se vindictam, ac supplicium sumpsit.

At graue, molestum, ac difficile esse dices, hominem se ipsum penitentia, carnisque maceratione affligere, & in se vehemēter animaduertere. Verum nullum consilium excogitari poterat aptius ad punitionem peccatorum, diuinæque iniuriæ recompensationē, quam hoc, quod in penitentia elucet. De qua re luculenter, loquitur B. Chrysostomus. Num, inquit, opes hic aliqua sunt expendendæ? num via prolixa eunda est? num dolores, & cruciatus affert medicina hæc? Absque sumptu, & cruciatu est pharmacum istud, qui vult statim ad sanitatem suam redire, & animæ vlcera curare, resipiscens medicum adeat. Num graue aliquid à nobis requirit? contritionem vult cordis, compactionem mentis, confessionem ruinæ, sedulitatem in posterum & non solum largitur vulnerum curam, sed & eum qui antea innumeris peccatis grauabatur efficit, iustum. Omisericiardiæ magnitudinem! Alludit hoc in loco Chrysostomus, ad id, quod in valetudine recuperanda euenire solet. Si enim quis propter immoderatas comestiones in grauem morbum incidere, & quamprimum illum medicus conueniret, integram ei valetudinem re ipsa polliceretur, ea conditione, vt ipse æger, suæ ægritudinis causam aperiret de eaque doleret, nonne ille libenter suæ infirmitatis causam medico patefaceret, eique planè diceret. Hac vel illa die immoderato cibo, nimioque potu vsus sum, sed sanè penitet me fecisse hoc, & in posterum resipiscam? Quod si hoc duntaxat ab ægroto præstito, ex morbo omnino recrearetur, & bonā, commodaque valetudine vteretur, videretur ne huiusmodi curatio grauis, aut molesta? Minime quidem: molestius enim & acerbius esset, amaram potionem iterum, atque iterum sumere, venarum scisiones sæpe numero pati, aliaque huiusmodi fastidiose perferre, & tandem diuturno morbo tabescere. Sic etiam haud grauis, vel difficilis videri debet ea curatio, quæ animis mortifero, ac periculoso morbo confectis, in sacramento confessionis adhibetur, cum propter confessionē oris, ac dolorē cordis: & benignā satisfactionē æternos corporis, animiq; cruciatus declinemus.

Secun-

Ambros.
& Augus.
ibi.Chrysost.
hom. 20.
in genes.

Secundus discursus contra eos, qui præ verecundia non audent confessario suo crimina patefacere.

Thema. *Et illud erat mutum. Lucæ. 11.*

ILLE præcipuè Dæmonium mutum habere dicendus est, qui verecundia impeditus, peccatum aliquod, vel grauem illius circumstantiam silentio in confessione tegit. Quod quidem aliquando ab innato hominis pudore proficiscitur, qui sicut naturaliter studiosus est, honoris, ita etiam & peccati pudore afficitur. Quocirca inter ea, quæ sanctissimus Iob, sui rationem reddens, opposuit, illud quidem fuit. *Si abscondi quasi homo peccatum meum, & celauit in sinu meo iniquitatem meam.* Quasi homo, ait, id est, vt exponit Diuus Thomas, sicut homines facere solent, peccatum indebite negando, vel excusando, vel aliquibus astutijs palliando. Videmur igitur quasi accepisse hoc vitium à primo omnium parente qui celauit peccatum suum. Quapropter explicans B. Gregorius eadem verba ait. Quasi homo inquit, quia conspicit esse hominis proprium, quod ex parentis veteris imitatione descendit. Itaque in occultandis, celandisque peccatis primorum parentum similitudinem gerimus. Cū enim illi sceleris argueretur, eo quod præceptū sibi indictum violassent, attulerunt illico excusationem, vt peccatū suum aliquo modo celarent. Ad hoc requisiti erant, inquit idem Gregorius ibidem) parentes à domino, vt peccatum confitendo deleretur. Vnde, & serpens ille persuasor, qui non erat reuocandus ad veniam, non est de culpa requisitus, sed adhibere sibi met vtrique defensionis, solatia magis quam confessionis elegerunt. Vir enim respondit. *Mulier, quam dedisti mihi sociam, ipsa dedit mihi de ligno, & comedi ipsa quoque mulier inquisita respondit dicens, serpens decepit me, & comedi.* Obliquè Adam Dominum tangens, quod ipse peccati eorum author extiterit, qui mulierem fecerit, & Eva culpam ad dominum referens, qui serpentem in paradiso posuisset. Hæc ille.

Nnn 3 Non

Iob. 3 r.
num. 33.D. Thom.
ibiGreg. su-
pra

Non ne animaduertitis, quam grauius sui excusationem suscipiant, cum ad eam melius reddendam, non dubitauerint, Deum ipsum accusare? Hoc igitur vitium, quod per peccatum deletum est, à primis parentibus quasi iure hæreditario accepimus, ut scilicet, nullo pudore impediamur, quo minus flagitia perpetremus, ea tamen præ verecundia in sacra confessione tegamus. Hanc ergo culpam aufugit sanctus Iob dicens, *Non abscondi peccatum meum quasi homo, nec celavi in sinu meo iniquitatem meam.* Id est, in mente mea, ut exponit Gregorius. Notatque diuus Hieronymus sanctissimum Iob non solum aperire exteriora peccata, sed etiam interiora, & quæ nulli hominum patere poterant. Secus autem homines se habent, quibus quasi insitum est a natura, ut multis simulationis inuolucris flagitia sua tegant, & culpam a se dimoueant.

A T vero non tam est hoc hominibus a natura datum, quam a dæmone ipsis incussum. Qui quidem omni cura, ac studio perniciem nobis machinatur, & timorem pudoremque infert, ne animum aperiamus nostrum. Ille autem qui huiusmodi pudorem affert, dæmonium mutum appellatur, qui vero eo suffusus, ac perterritus peccata sua occultat confessario, a dæmonio muto vexari dicitur, & qui ab hoc morbo curatur a dæmonio muto dicitur liberari.

D I C E S, tui honoris iacturam fieri, si palam nefaria tua scelera manifestes, ideoque maxima te verecundia impediri, quominus illa patefacias. At immerito hunc tibi timorem affert innatus tuus pudor, cum ita in arctissimo confessionis sigillo tuum animum aperias, ut maximum quoddam sacrilegium, pœnasque grauisimas subeat confessarius, qui peccata in confessione audita aliqua ratione diulgauerit, vel de illis sermonem etiam cum pœnitente ipso habuerit. Nil sane tuo honori detrakitur, cum homini Dei vicem gerenti, multorumque scelerum auditori, flagitia tua enuntias: Sed potius magna tibi fit tuæ gloriæ, tuique honoris accessio. Illa autem confessio ruborem, ac dedecorem affert, in qua homo inani quadam laude de peccato suo gloriatur, hæc vero, in qua se ipsum accusat, atque increpat, decus maximum gloriæque parit.

QVOD plane asseruit ecclesiasticus. *Pro anima tua inquit, ne confundaris dicere verum. Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam, & gratiam.* Sed quod nam sit hoc confusio

fusionis discrimen, egregie, explicat D. Bernardus in hunc modum. Bonus pudor est, quo peccasse, aut certe peccare confundaris. Et omnis licet humanus arbiter absit, diuinum tanquam humanum tanto verecundius reuereris aspectum, quanto & verius Deum, quam hominem cogitas puriorem. Huiusmodi proculdubio pudor fugat opprobrium, parat gloriam, si tamen, *gloria nostra hæc est testimonium conscientia nostra.* Quod si quisquam confiteri confunditur, talis pudor peccatum adducit, & gloriam de conscientia perdit, quando malum, quod ex profundo cordis, dolor conatur, expellere, pudor ineptus obstruso labiorum ostio non permittit exire. Huc usque Bernardus. Qui quidem peccatorum confessionem gloriosam esse asserit, ea enim anima multum sibi decoris, ac hilaritatis adiungit, & ad maximam conscientia tranquillitatem adducitur, quæ beatorum gaudium, gloriam, & tranquillitatem quodammodo imitatur;

V E R V M non modo eam gloriam affert huiusmodi confessio, neque de illa solum loquitur ecclesiasticus, cum ait. *Est confessio adducens gloriam,* sed etiam de illa, quæ tam pœnitenti, quam ipsi Deo ex confessione defertur. Pœnitenti quidem eo, quod illa animi submissione, qua se ipsum apud confessarium grauius accusat, se vincit, & gloriosam victoriam de suis cupiditatibus reportat. Deo item est confessio hæc honorifica. Quo circa rationem reddens B. Augustinus, cur in sacris litteris diuina laus dicatur confessio, sicut dicitur illa, quæ peccata expiantur, inquit, Nunquid autem & hoc non pertinet ad laudem Dei, quando confiteris peccata tua? imo vero maxime pertinet ad laudem Dei, quia tanto amplius laudatur medicus, quanto plus desperatur ægrotus, & tanto maior est laus ignoscentis, quanto maior est exagratio, peccata confitentis, cum peccata nostra cognoscimus, Dei gloriam commendamus. Hæc ille. Illustrior igitur præpotentis Dei gloria redditur ex hominum confessione, tum quia in ea mirabilis clementia in peccatis condonandis elucet: tum etiam quoniam homines ipsius causa se ipsos abijciunt, & ad confessariorum pedes iacentes, innatum pudorem, multasque difficultates Deo placendi gratia vincunt, ac superant.

QV A M ob rem cum dux ille strenuus, ac sanctus Iosue horretur Acham, qui inuito Domino, aliqua subripuerat de anathemate Iericho, ut furta sua manifestaret, sic eum admonuit, *Fili mi da gloriam Domino Deo Israel, & confitere,*

Per. ad
milites 17
pli. c. 12.

Aug. si.
per psal.
94.

Iosue. 7.
num. 18.
argue

atque indica mihi, quid feceris, ne abscondas. Ecce quo pacto ex confessione peccatorum aliqua gloria immortalis Deo defertur.

NEQUE vero apud sacerdotē, aliquā honoris iacturam facit ille, qui ei sincere confitetur, quin potius hac via multum sibi gloriæ, & dignitatis adiungit, est enim studiosi, & magnanimi viri plane sua crimina fateri, eaque sine vllis tegumentis sacerdoti detegere. Qui iccirco præclaram de pœnitente opinionem imbibit, & honorē ei tribuit, vt pote Dei filio, eaque virtute prædito, quæ ad innatum pudorem superadum requirebatur. Est ergo dæmonis stragemata, verecundiam, & terrorem hominibus incutere, ne in sacra confessione animum omnino apertiat, cum alioqui ex illa multum illorū honorī addatur. An aliqua macula affecta est Davidis gloria, cum a Nathan increpatione quadam monitus, dixit *Peccaui*? Num publicano aliquid de suo honore detractum est, cum ille templum ingressus, sui se sceleris arguens, percutiebat pectus suum, dicens.

Deus propitius esto mihi peccatori? Sane Phariseus fuit cuius dignitas imminuta est, eo quod superbia, & arrogantia elatus, peccata sua occultabat, & virtutes, si quas habebat, inaniter ostentabat. *Non sum* (inquit) *sicut ceteri hominum, raptores, iniusti, adulteri velut etiam hic Publicanus.* Culpam à se phariseus amouet, suamque vitam laudat, publicano autem crimina obijcit. Atque hic ea ratione honorem amisit, neque ille gloriam suam illustriorem reddidit. Imo, vt sacra refert historia. *Descendit hic iustificatus in domum suam ab illo.* Ex eo videlicet quod sua crimina rite confessus est. Quid denique bonus ille latro perdidit, cum in crucem actus se plane culpæ participem ostendit, dicens. *Nos digna factis recipimus?* omnes quidem eiusmodi confessiones honorem potius, quam ignominiam pepererunt.

TVNC autem peccati confessio, ac manifestatio ignominiosa erit, cum in feuerissimo, & pertimescendo summi Dei iudicio omnia flagitiosorum hominum crimina illis obijciantur. Quanto illi rubore, ac verecundia suffundentur, cum occultissima etiam, ac turpissima eorum flagitia publice, & coram omnium conspectu, ipsis Beatis, diuinisque mentibus spectantibus, diuulgentur? Quod si culpas in abditissimo sacre confessionis arcano, vnico duntaxat sacerdoti aperire erubescimus, & aliquando præ pudore eas silentio dissimulamus, etiam si id in maximum nostræ salutis detrimentum vergat. Quanta afficiemur verecundia, cum eas in omnium ho-

minum

minum, atque Angelorum oculis proferre cogamur? hoc ergo rubore, ac dedecore liberantur hi, qui ritè sua crimina per confessionem expiant, in ea enim illa manifestantur, vt plus occultentur, & sempiterna obliuione obruantur. *Beati*, inquit regius vates, *quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* *Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum.* Non dixit propheta. *Beati* quorum nullæ sunt iniquitates commissæ, sed remissæ. Neque beatur vir, qui nunquam peccauit (licet is iure beatissimus dici posset) sed cui non imputauit Dominus peccatum. Remissio igitur, & vt ita dicam, occultatio, & non imputatio peccatorum, sunt sacre confessionis effectus.

ADERIT quidem sanctissima Magdalena, ad maximi Dei iudicium, & illius turpitudines omnibus innotescunt, nullam tamen ei ignominiam afferent, eo quod per pœnitentiam oblitterata sunt. Quemadmodum si aureus annulus confringatur, & in ea parte, qua per fractus est, fulgentissimum pyropum includas, vel eam, pretiosissimo aliquo adamante ornes, nullam quidem deformitatem habet annulus, sed potius ab pyropo, vel adamante incluso, mirum in modum decoratur, sic etiam Magdalene turpitudines. Pauli blasphemiam, boni latronis furta, ac latrocinia, nulla illos ignominia, aut turpitudine afficient, ea enim venustius per pœnitentiam instaurata sunt.

ECCĒ igitur, quanto satius est, peccata apud vnicum duntaxat sacerdotem dicere, quam in omnium oculis eadem proferre. Quam sit magis erubescendum, à Dæmonibus propalam incusari, quam à te ipso remotis arbitris argui. Ac denique quanto grauius malum sit, tunc ignominia affici sine vlla prorsus vtilitate, & æternis deinde supplicijs addici, quam nunc submisit ad confessionem accedere, vt inde æternam animo beatitudinem comparemus.

TANDEM ad deuicendum hunc pudorem, quo detremur, ne perpetrata crimina, in confessionis sacramento aperiamus, memoria recolenda est, Seruatoris nostri submissio, qua se improbum, ac peccatorem haberi passus est, vt nos ab improbitate, peccatisque liberaret. Et vt præteream illa, quæ in illum à suis inimicis fictè, & calumniose conijciebantur, & ipse patienter tulit audiamus obsecro D. Bernardum, qui

ooo

egregie

*Psal. 31.
num. 1.*

Simle.

*Lucæ 18.
num. 13.*

*Lucæ 23.
num. 41.*

egregie de Christi Domini circuncisione agens, illud in ea præcipue expendit. Quo nimirum pacto illam subire non recusaerit, cum illi duntaxat circunciderentur, qui peccati macula inquinati erant. Christus, inquit dominus nec vestigium vllum vulneris habens, alligaturam non refugit vulneris, non sic impij, non sic agit perueritas elationis humanæ, erubescimus vulnerum ligaturam, qui de vulneribus etiam interdum gloriamur. Quem nemo potest arguere de peccato, ipse peccati remedium & verendum pariter, & austerum sine vlla necessitate suscepit. Nec repulit cuitrum lapideum, in quo solo vetus illa rubigo, quæ raderetur, non fuit. Nos è contra inuerecundi, & ad obscenitatem culpe erubescimus agere pœnitentiam, quod extremæ dementiæ est: male proni in vulnura, peius in remedia verecundi. Qui peccatum non fecit, non dedignatus est se peccatorem reputari, nos & eise volumus, & nolumus æstimari: ita ne sano opus est medicinæ, & non male habentibus? Imo vero ita ne eget medicamine non æger, sed medicus? Hactenus Bernardus. Si ergo tuæ salutis causa passus est humani generis vindex, qui ab omni culpa longe abest, peccator, & culpæ participes publice haberi, quid mirum te pro te, tuaque salute flagitia, quæ re vera commisisti secreto prodere.

H V I V S M O D I ergo verecundiam, quæ æternæ damnationis causa est, a te abijce, ne patiare per Deum immortalè te à demonio muto tandiu premi, ad sacram confessionem accede, & in ea omnia tua scelera plane, & sine vllis tegumentis manifesta, alios vero nequaquam accuses. *Confitebor aduersus me, dixit regius vates, non aduersus alios. Aduersus te, confitere iniustitiam tuam Domino, & ipse remittet illico peccata, donabit gratiam, & gloriam etiam, ac beatitudinem reddet.*

CONCIO

CONCIO QVINTA.

Primus Discursus, explicat omnes perditorum hominum sensus à dæmone everti.

(.)

Them.

Et illud erat mutum. Luc. II.

ANIMADVERTE, obsecro, & considera, quibus, quantisque malis humani generis hostis hunc hominem affecerit, erat enim murus, vt ait noster euāgelista, cæcus, vt asserit Matthæus, surdus denique, vt Theophilactus testatur. Erat ergo miser ille homo omnibus sensibus orbus, & tanquam truncatū quoddam lignum nullam suauitatem percipiebat ex his, quæ subiecta sunt sensibus, conatur sane dæmon hoc sensuum vsu homines priuare, & vt nullo sensu cælestium rerum suauitatem capiant, neque dulcedinem, quæ ex virtutibus percipitur, degustent, & tanquam dij illi gentium oculos habeant, & non videant: aures, & non audiant: linguas & non loquantur quando, & quomodo oportet. Adeo, vt si minus omnes sensus omnino auferat, illos tamen ita deprauet, & ad omne bonum stupidos, & ineptos reddat, vt melius cū aliquibus se gereret, si eos omnino sensibus priuaret, fatius enim esset ei, qui libidinosos oculos habet, oculorum lumine orbari: præstaretque, eum, qui periurij, verbis impudicis, fictisque criminibus vtitur, penitus obmutescere, quam eiusmodi lingua præditum esse, & illum, qui impuris cantilenis, inhonestisque sermunculis beneuolas aures præbet, furditate laborare, quam audiendi sensum habere. Hoc pacto callidissimus hominum hostis exteriores corporis sensus inficit, atque etiam animi vires deprauat. Mentem enim tenebras offundit, voluntatem evertit, ac memoriam corumpit in his, quæ ad diuinum cultum, pietatem, & religionem attinent. Ad alia etenim omnes vires incolumes relinquit. Quod qui

Matt. 12.

dem cum à Deo permittitur, tanquam grauiſſimum eius ſupplicium habendum eſt.

Zach. 12. *num. 4.* **Greg. 31.** *mota. 12.* **Iere. 8.** *na. 6.* **Zach. 11.** *na. 17.* **Hiero. & Cyril. ibi.**

QVO circa has illas minas per Zachariam iactat. *In illa die percutiam murem equum in ſtuporem, & aſcenſorem eius in amentiam.* Originale Hebræum ita habet, percutiam equos ſtupore, & aſcenſorem percutiam amentia. Diuus Gregorius aſſerit, in diuina ſcriptura equi nomine corpus noſtrum intelligi, aſcenſor equi anima eſt, quæ ueluti inſidens corpori orbem luitat. Minitatur ergo præpotens Deus ſupplicium improbis, tam in corpore, quam in animo, corpus uidelicet ſtupore, animum autem amentia afficiendum eſſe. At quo pacto hæc uerba cum illis coagmetari poſſunt, quæ a Ieremia de eiſdem peccatoribus ſcribuntur. *Omnes conuerſi ſunt ad curſum ſuum, quaſi equus imperu vadens ad prælium?* Qua ratione connecti poſſunt inter ſe, uelociſſimus exultantium equorum curſus, & eorundem ſtupiditas? aut qui celer curſus cum torpore coniungi poteſt? Rectè tamen utriuſque Prophetæ uerba conciliabimus. Improbi enim prompti, & alacres ſunt ad malum, ueloces enim pedes eorum ad effundendum ſanguinem, ad bonum autem exequendum ſtupidi, atque inepti ſunt.

H A V D diſſimile eſt illud eiſdem Zachariæ uaticinium, in quo loquens de paſtore ſtulto, ait. *Gladus ſuper brachium eius, & ſuper oculum dextrum eius, brachium eius ariditate ſiccabitur, & oculus dexter eius tenebreſcens obſcurabitur.* Diuus Hieronymus, & Cyrillus hunc locum de anti Chriſto intelligendum eſſe aſſerunt, cui affirmat dominus, non utrumque brachium, & ambos oculos, ſed dextrum duntaxat brachium, & oculum adimendum eſſe, auferet enim Deus ab illo lucem (Permittens id ita fieri) ac fortitudinem, ne dextrum, & perfectum opus exequatur, ad praua uero & ſiniſtra opera efficienda, ſiniſter ei oculus, leuemque brachium ſuperſtes erit. Quo circa induſtria, ac uiribus ualebit anti Chriſtus, ut multa mala perpetret, ut autem bonum præſtet, non item, ſic etiam hi, qui illius vitam, moreſque imitantur, ad nefaria ſcelera perpetranda apti, & potentes ſunt, inepti uero & imbecilles ad bonum. Diuitijs affluunt, ut ludis inferuiant, illis tamen carent, ut eleemoſynas elargiantur. Præ dolore capitis dicunt, ſe non poſſe una tantum hora, orationi vacare, & totam noctem in cartarum ſeu teſſeræ ludis exercendis, ſine ulla capitis

mo

moleſtia conſumunt: Integra ualitudine, ſanoque ſtomacho uigent ad immoderatas comefſationes, neque in ægitudine propter nimium cibum, potumque delabi pertimeſcunt, aſſerunt tamen ſe morbo tentandos fore, languentique & imbecillo ſtomacho eſſe, cum illis ieiunium præcipitur. Sciunt & omnino ſciunt, quodcunque flagitij genus ſuſcipere, & ignorant proſus rite peccatum aliquod conſiteri. Hi quidem in ſiniſtro brachio uiam, & fortitudinem oſtentant, in dextro autem non item, ſiniſtro utuntur oculo, dextro uero penitus cæcutiunt, in omnibus enim ſiniſtram, & flagitioſam uiam ſequuntur.

VIDIT Rex ille Balthaſar (ſacra ſcriptura referente) quatuor beſtias grandes, aſcendentes de mari, diuerſas inter ſe. *Prima*, inquit, *erat quaſi leæna, & alas habebat aquila*, inuſitata quidem eſſigies, & hæcenus non uifa, quis enim unquam uidit leænam Aquilarum alis pennatam? Leæna namque terreſtre quoddam animal eſt, & quadrupes, aquilarum uero alæ aera ſecant, illiſque ipſa aquila in altum, celeri quodam, uehementique uolatu tollitur. Quis ergo res inter ſe diſiunctas, & abſimiles, pedes ſcilicet leænae, & alæ aquilæ, ita copulauit? Sane in flagitioſo homine copulatio iſta reperitur, qui quidem inmanis beſtia merito nuncupari poteſt: is enim tanquam leæna multum habet roboris, ac neruorum, ut uulnera, cædeſque inferat, & alis etiam præditus eſt, non ut ad altiſſimarum, ac diuinarum rerum contemplationem efferatur: ſed, ut terreſtria, uiliaque bona aucupetur: atque ad libidinem ſuam expledam aquilæ pennas deſiderat. Quam induſtrius, ſolers, uelox, & laborioſus eſt mercator auarus, in pecunijs comparandis? Quam celer eſt ſuperbus in honoribus affectandis? Quam promptus, atque alacer iracundus in uicendiſ iniurijs? At uero tardi, ſtupidi, & inertes ſunt in hiſ, quæ diuino cultui, obſequioque deſeruiunt. Sic ergo ſtupore, & amentia huiuſmodi homines percutiuntur.

S E D quo pacto cum hi ingenij acumine floreat, ut mundana, facile aſſequantur, hebetes, & inepti ſunt ad diuina? Sciunt aliquos eſſe dementes, qui in aliquibus ratione, & conſilio utuntur, in alijs uero deſipiunt. Diſputabunt quidem aptè, & ſapienter de Astrologicis, philoſophicis que quæſtionibus, ſi uero cum illis, alijs de rebus agas, a ſenſu mentis abſtracti pla-

Ooo 3 nè

Dan. 7.
nu. 3.

Simile.

nē delirant, quo circa semi furentes illi sunt, nos autem eos omnino infanos, & mente captos appellamus. Hoc enim malum ex quocunque etiam defectu iudicandum est. Quapropter qui aliqua re, maxime si nō magni illa sit ponderis, ac momenti, à mente destituitur, amens & omnino desipiens appellabitur. Idem de mundanis hominibus dicendum est, semifurentes certè sunt, maturo enim consilio influxis, ac terrenis negotijs gerendis, ducuntur, in diuinis vero tanquam mentis lumine obcæcati delirant inquirunt, ipsi ad eos valde pertinere, plurimumque referre, suas diuitias, ac facultates ampliores reddere, dignitates augere, profusos sumptus in domum ædificandam infumere, iniurias sibi illatas vlcisci, & in altissimum alicuius muneris locum ascendere. Nihil tamen sua interesse putant frequentes preces ad Deum fundere, ad sacram confessionem accedere, cœlesti se pabulo reficere, & in his alijsque animi salutem spectantibus, desipiunt, ac vehementer errant. Quam ob rem cum in re tanti momenti delirent, velanos profecto eos & a sensu mentis abstractos planè dicam.

HEV quot huiusmodi cæci, surdi, & muti à Dæmone premuntur: qui quidem obcæcat homines, ne vitæ periculum, in quo versantur cernant, ne remedium videant, ne denique infelicem suam conditionem, æternamque damnationem contemplantur. Eos item audiendi sensu priuat, vt Dei instinctus non percipiant, conscientix vocibus non auscultent, concionatorum, confessorumque exhortationes non audiant. Mutos, denique reddidit, ne sermones de diuinis rebus habeant, aut studiosos & sapientes viros de sua salute curanda consulant, aut animum suum confessorio aperiant. Hi sanè omnes Dæmonium habent, à quo quam male tractentur, in sequenti discursu latius explicabitur.

secundus

Secundus discursus adhuc perstat in explicandis damnis quibus male afficit Dæmon peccatores.

(.?.)

Thema. *Et illud erat mutum. Lucæ. 11.*

SI quis scire cupit, quo pacto se Dæmon gerat cum hominibus? oculos in hodiernum fanaticum conijciat, quem ille vt proximo discursu diximus, cæcum, surdum, mutumq, reddidit, multisque alijs malis affecit. Hoc enim modo tractat eos, quos apprehendit. Deus quidem cum hominum animos ingreditur, in numeris illos bonis cumulat: Dæmon autem infinitis pene malis diuexat: Deus lucem, & splendorem affert: Dæmon tenebras offundit Deus audiendi, loquendique vires eis præstat, vt sermones de diuinis rebus mutuo conferant, Dæmon his sensibus illos priuare conatur, ne de rebus ad animi salutem pertinentibus verba faciant, aut ea ab alijs accipiant. Quid plura? Deus cœlestem suam gratiam donat, Dæmon eandem aufert, Deus indulget suis, eosque confortatur, Dæmon excruciat, & torquet. Quo circa licet huius diuturnat vitæ commoda spectemus: curandum nobis esset diligenter, nullo modo hospitio dæmonem accipere, siquidem tam asperè ille se cum illis gerit, qui eum animo suo recipiunt.

HOC tanquam graue quoddam supplicium minatur Dominus populo suo. *Eijciam, inquit, vos de terra hac in terram, quam ignoratis vos, & patres vestri, & seruietis ibi Dijs alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem, seruietis ait, hic ac nocte* Misera sane seruitus, quæ seruos diu noctuque opprimit. Crudeles profecto ij, qui nullam quietem, nullum ve solatiū adhibent, neque aliqua diei hora laborem intermittere patiuntur. Accomodans B Hieronymus hæc Ieremix verba rei, de qua agimus, inquit. *Quidquid peccamus, & malorum operum perpetramus, imperium est dæmonum, qui nunquam nobis dant requiem, sed semper impellunt delictis auge*

Iere. 16: num. 13.

Hierony. ibi

re

re delicta, & cumulum facere peccatorum. Hæc ille. Tu vero dices, flagitiosum hominem in isto cumulo peccatorum delectari maxime, magnaque lætitia perfundi. At Deus optimus, qui summa veritas est, dicit illum nulla quiete frui. Et quidem verissimum est, & quotidiano experimento probatum, Dæmon enim plurimis eum perturbationibus diuexat, ut in auaro, superbo, libidinosoq, perspicitur, qui angore, anxietate, & solitudine defatigantur, in pecunijs, honoribus, & voluptatibus aucupandis. Breuiter, sed præclare hoc à regio vate dictum est, cum ait. *In circuitu impij ambulat.* Id est, in cupiditate temporalium, ut explicat diuus Augustinus impij enim suasionem, & afflatu dæmonis permoti, orbem terrarum lustrant, ut cupiditates suas expleant, & tanquam in pistrinum ab illo traditi, in orbem feruntur, hac illacque vagantes. Cum quis in circuitu ambulat, cōmotum eius caput, quasi in gyrum fertur, & illius mens à sua sede, & loco quodammodo dimouetur. Sic hi in desideria quasi in aliquod pistrinum deradi, & compingi videtur. Quapropter perturbationibus agitati, à sensu mentis abstrahuntur, & ea ratione lassitudinem & defatigationem, qua miserè premuntur non animaduertunt.

PRAETEREA perturbatum esse eorum animum, ex turpitate ratione, quam peccatores ineunt, cognoscemus. Qua enim tranquillitate fructur is, qui flagitijs adhæret? *Ecce ejcis me hodie à facie terra* (dixit Cain Deo, cum nefarium illud fraticidium perpetravit) *& a facie tua abscondar, & ero vagus, & profugus in terra, omnis ergo, qui viderit me, occidet me.* Proprium igitur est hominis peccati macula infecti, terrore, ac formidine concuti, & quæcūquæ pericula imminetia reformidare.

EGRÉGIE hoc euangelicus propheta testatur. *Impij, ait, quasi mare serueus, quod quiescere non potest, & redudant fluctus eius in conculcationem, & lutum. Non est pax impijs dicit Dominus.* Vtitur propheta metaphora sumpta ex tempestate, quæ in mari suboritur, quod ventorum vi agitari, atque turbari solet, & aquarum fluctibus iactatur, vndæque ita efferuescunt quodam quasi æstu, ut ad cœlos sæpe accedere, ad imum etiam descendere videantur. Quo pacto navis in his procellosis aquis constituta secura erit? Hoc igitur modo, inquit Esaias se habet impij, ac scelerati hominis cor. Est enim quasi profundum & immensum mare, contentionibus, & conscientia stimulis amarum, superbia tumidum, spumofum libidine, inconstans leuitate. Lunæ mobilitati in ortu, obituque subiectum

*Psal. 12.
nu. 9.
Aug.*

Simile.

*Genes. 4.
num. 14.*

*Esa. 57.
nu. 20.*

iectum. Illud cupiditatum vndæ concutiunt, contrariæque, desideria agitant, & turbidum, procellosumque, reddunt, superbia enim profusos fumum appetit, auaritia vero nec moderatos, & necessarios fieri patitur. Ambitio ad iniuriarum ultionem impellit, amor autem proprius pericula, quibus iniuriarum ultor obijcitur, subterfugit. Hac ratione quasi contrarijs ventis, ac fluctibus cor improbi agitur, ex quibus efferuescentes, vndæ insurgunt, animi scilicet perturbationes, suspiciones, formidines, merores, & anxietates. In quibus sane nulla pax, aut tranquillitas esse potest. *Non est pax impijs dicit dominus.*

CVIUS conditio tristior, aut infeliciores esse potest, quam illorum, qui ita à dæmone tractantur? Magna quidem fuit illa seruitus, qua Pharaon misere oppressit filios Israel, cum illos in seruitutem tradidit, & adeo molestis continuisque occupationibus distentos habuit, ut nec respirare libere possent, nec per tempus eis liceret: immortali Deo cultum aliquem exhibere. Grauiori tamen, & miserabiliore seruitute homines vexat humani generis hostis, quos ita premit, ut nulla eos quiete aut solatio perfrui, nec Deo suo vacare vlla ratione patiatur. Vanis illos, ac mundanis occupationibus addicit, ne studiosis se operibus dedant, & in numeris illaqueat cupiditatibus, ne Deo libere vacare possint. O crudelem seuamque tyrannidem! O immanem, & inauditam seruitutem! Quæ ideo durior, & infeliciores est, quia seuus iste tyrannus nequaquam patitur miseros suos seruos suam seruitutem, & calamitatem deplorare, vellent quidam illi aliquando conscientia simul agitati, lachrymis peccati maculas delere, & ad honestam se vitæ frugem recipere, à mundo tamen, & dæmone ab huiusmodi consilio abducuntur, quibus, ut pareant, in susceptis flagitijs perseverant. Quod certe similitudinem habet cum eo: quod Ezechieli contigisse legimus.

VOCAVIT enim dominus Ezechielem, & ait illi. *Fili hominis, ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum in plaga, & non planges, neque plorabis, neque fluent lachryma tua In gemisce rascens, nec cibos lugentium comedes.* Sequenti die ab eo quo hæc dicta sunt Ezechieli, obiit eius vxor (& hæc erat desiderabile illud, quod ab ipso auferendum esse, prædictum fuit) cum vero illa, quam Ezechiel mirifice diligebat, ad tumulum deferretur, nullam tristitiam aut internum animi dolorem Propheta præferebat, quam ob

Ppp rem

*Ezec. 24.
num. 16.*

rē admirati oēs, ab eo percontabantur, cur de charissime suę vxoris morte, non tristaretur, respōdit autē propheta. *Sermo domini factus est ad me, dicens, loquere domui Israel. Hec dicit Dominus Deus. Ecce ego polluam sanctuarium meū, superbiam imperij vestri, & desiderabile oculorum vestrorum, filij vestri, & filie vestre, quas reliquistis gladio cadent, & facietis sicut feci, cibos lugentium comedetis, non plāgetis, neq; fletibis, sed tabescetis in iniquitatibus vestris, eritq; Ezechiel vobis in portentū, id est in signum futurorum vobis.* Videtur sane dirum supplicij genus, eorum fletum, & lachrymas impedire, qui proprijs suis oculis intuētur: liberos suos crudeliter interfici, seque in seruitutem Babyloniam tradi. Dolor cordis, inquit Aristoteles, alleuatur per fletum, & plāctum, quo enim magis dolor in corde reprimitur, eo illud vehementius affligitur, lachrymę vero quasi exhauriunt dolorem, mæroremque ex animo eripiunt. Sicut vomica si aperiatur, & saniem expellat, dolor quo corpus pungebatur, lenitur, crescit tamen, & acerbius pūgit, si illa saniem non euomat, sic animi dolor nisi lachrymis foras erumpat, animum vehementer opprimit. Hoc igitur dolore Israelitę disrumpebantur, cum in tristi seruitute detenti, non licebat illis per Babylonios, lachrymas fundere, vt dolorem aliquomodo leuarent, imo ad risum, & cantum ab ipsis excitabantur. *Cantate, dicebant, nobis hymnum de canticis Sion! O miseram sanē tyrannidem! In qua præclare adumbrata est seruitus illa, qua mundani homines premuntur, qui licet conscientię stimulis puncti, scelerumque furij agitati, incredibili animi angore crucientur, & horribili vexentur formidine, a dæmone tamen quodāmodo impelluntur, ad risum, cantum, choreasque faciendas, quæ maiorem eis molestiam, ac mærorem inferunt, & interim cohibentur, ne plorent, nè ve tristentur.*

VERVM est tamen aliquos esse in hac dæmonis seruitute, qui huiusmodi metu, & mærore minimē exagitantur, & iccirco sine vilo fere conscientię angore, in vitę prauitate persistunt. At humani generis hostis est, qui ne illos conscientię terrores, & stimuli pūgant, aut reprehendant, in varias eos oblectationes distrahit. Illud crimen præter alia obiectum est regi Achaz. Quod scilicet immolauit idolis: transferens per ignem secundum idola gentium. Iosephus, vt refert Theodoretus, inquit, Achaz obtulisse vnū ex filijs suis, holocaustum idolo. Modus autem, quo illum offerebat, is erat, habebat quidem ille idolum appellatum Moloch, quod super

Aristo. 2.
Re: ho.

Simile.

4. Reg.

Theo. q48

superficie tenus erat æneum, interius tamē concauum, in ea autem concauitate ingens rogas incendebatur, adeo vt idolum quasi igne combustum appareret, tunc puer immolandus in idoli manibus positus exurebatur omnino. Vt autē parentes filij fletus, & clamores audire non possent, strepebant sacerdotes, & faciebant fonitus in tympanis, suadebantque parentibus, liberos suos summa alacritate in cælos ascendere. Hac simulandi arte fraudulētus dæmon vitur, cum enim videt flagitiosi hominis animum, suorum scelerum cogitatione angis, in clamoresque prorumpere, stiaues illi cantus, mundi que oblectationes opponit, vt hac ratione ab illis conscientię stimulis auocatus, in ardentissimo suarum cupiditatum igne, iucūde inflammetur. Relinquit ergo auditores, huiusmodi oblectationes, & ab hac dæmonis seruitute discedite, potentes enim estis, vt internos animi clamores audientes, ab impura vita extracti, ad puram, honestamque redeatis, & ad cælum denique dæmonis seruitute depulsa deueniatis.

*Tertius Discursus in quo ostenditur,
Dæmonia consulto, & cogita-
to, de animis homi-
num esse eij-
cienda.*

(?)

Them.

Erat Iesus eiciens dæmonium.

Lucæ. 11.

NON poterimus non sanctissimum Lucam, ægregium ecclesię Euangelistam, magnopere mirari, & ad illius celestē doctrinam excitari, si prius modū animaduersionē dignissimū, quo

in præfenti euangelio utitur; attente consideremus. Qui profecto diuino spiritu afflatus, non dixit, eiecit Iesus Dæmonium, *sed erat Iesus eiciens Dæmonium*, non utitur tempore præterito profecto, sed imperfecto. Nec illi vnquam in mentem venit dicere, à Christo dæmonium non esse eiectum, id enim satis aperte Paulo, post significauit, sed id fecit, vt facillime intelligeremus: Christum dæmonium non celeriter, sed paulatim expellere. Poterat quidem ille, ad cuius nutum columnæ celi contremiscunt, vno verbo expellere non vnum, sed & omnia dæmonia, quæ æternis penis in inferno excruciantur, si omnia huius hominis animum occuparent: sed hoc dæmonium æiciebat Christus paulatim, quippe qui rem magni ponderis agebat, & vt nos etiam modum eiciens di dæmonia doceret, quæ non cursim, sed sensim, paulatim, & considerate, eicienda sunt. Iam hoc damnum omni cura vitandum, ita in hac lugubri vita serpsit, vt res ad animum pertinentes, celeriter, & inconsiderate homines faciant, at vero quæ ad corpus attinent, diligenter, & considerate præstent. Si enim aliquando rem sacrâ audiunt, eam quidem non longam, sed perbreuem, exoptât. Qui si corpore in templo adsunt, animo absunt. Si vero Paulisper orationi vacant, festinè, & sine vlla attentione. Habent enim se ac si quibusdâ stimulis pungentur, & ab aliquo viro cogentur: vt quam citissime finem orandi faciant. Quos certe nullus alius, nisi dæmon excitat atque commouet, vt illi monacho accidit, teste diuo benedicto: Qui quidem dixit, non se audisse, sed proprijs oculis vidisse monachum quendam, quem Dæmon ipse à contemplatione extrahebat. Hac desidia, & inconsideratione, huius mundi sectatores efficiunt ea, quæ ad animum pertinent, quæ vero ad corpus summa cura, ac diligentia. Quam prolixè loquuntur, si forte ad aliquem sermonem deueniant, qui turpis sit, & proximo perniciosus? Quanto tempore ludum exercent, qui quidem totam noctem, sine vlla intermissione iudent? nec ad id tempus, nec patientiam, desiderant. Sed ad orarium virgini Mariæ recitandum, & tempus, & patientia deficit, cum in eo recitando, dimidia tantum hora consumatur. Quam denique diligenter illa omnia faciunt, quæ in se aliquid vtilitatis, & commodi habent. Eodem quidem modo, huiusmodi homines se in confitendis criminibus gerunt. Cunctanter enim se aliquo scelere astringunt, & in eodem diu perseuerant, at vero celeriter, & cursim illud confes-

fessario suo aperiunt. Totum annum in suis sceleribus, velut in tenebris iacent, neque illos vlla cura sollicitat, vt a turpi ad optimam viuendi normam se recipiant. Et cum hebdomadam illam aduentare vident, in qua nostra salus recuperata recolitur, finem prius quam initium confessionis inquirunt. Cito enim ad rem tantam, tamquæ necessariam se parant, citius scelera propter quæ, in Dei offensionem venerunt, confitentur, & illud illo tempore magis ex animo exoptant, vt breuiter absolutionem adipiscantur, neque graues aliquæ pœnæ sibi subeundæ, a confessarijs imponantur. Ignoras sane frater, harum rerum dignitatem, & pondus. Neque omnino intelligis, quantum vtilitatis præ se ferant. Cum de rebus cœlestibus agis, rem magni ponderis tractas, cum de confessione, nihil aliud facis quâ vt dæmonia de animo tuo eicias, & id celeriter, & quasi præteriens facies? At Christus aliter res ad animum pertinentes gerit. *Querite (inquit) primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.* *Primum* inquit, vt regnum Dei queramus, postea res humanas, & caducas. Et tu res humanas regno Dei anteponis? Vt autem immortalis Deus, nos in hac re erudiret, & animi salutem circumspectè, & ex professò curandam esse, doceret, Dæmonia paulatim eijcit, est enim ea res magni momenti. Non erat tanti ponderis cœlos creare, quanti Dæmonia expellere, & ita scriptura, cum de creatione loqueretur, dixit. *In principio creauit Deus cœlum, & terram.* Non dixit erat creans, neque enim de eo opere diu, multum quæ cogitauit, secus autem in hoc, de quo dicitur. *Erat Iesus eiciens Dæmonium.* Tu tibi persuade, nihil esse difficilius, nihil magis arduum, nihil maioris negotij, quàm dæmonia de animo tuo expellere, si aliquod in eo esse agnoscas. Expellere inquam peccata, quæ nihil aliud sunt nisi dæmonia, quæ animum non Deo, sed dæmoni similem reddunt. Quod quidem vtilius tibi esse existima, quam magnam pecuniarum copiam coaceruare, & quàm plurimum apud Reges valere, & reliquis omnibus dominari. *Quid enim (ait Dominus) prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, anima vero sua detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua.* *Quid prodest (inquit) dicant & ipsi qui prius extiterunt in mundo felices. Quid nobis pro fuit superbia nostra, & diuitiarum iactantia, quid contulit nobis.* Talia dicunt j in inferno, qui peccauerunt. Ac si dicant nihil. Non dissentit in hac re

Matt. 6.

33.

Gene. 1 n.

1.

*Matt. 16.**num. 26.**Psal. 58.*

Scriptura sacra ab ipsa experientia, quin potius inter se conueniunt. Vtraque enim docet, nihil prodesse homini si vniuersum mundum, Lucretur, anima vero sue detrimentum patiatur. Non dicit Christus nihil prodest homini, si nimis sit diuitiarum potens, si multas prouincias gubernet, sed si vniuersum mundum lucretur. Id, quod nullus Rex, nullus imperator, & si potentissimus, adeptus est vnquam, sed demus, te posse id assequi, quod fieri non potest, si his comparatis in inferos amadaris, quid tibi prodest? Quid nunc Alexandro Magno sua potentia? Quid dignitas? quid gloria? quæ velut vmbra iam transijt? Sed pœnæ quibus nunc dignissimè afficitur nunquam transibunt, sed in æternum manebunt, ergo quod magis prodest, non est diuitias, & honores quærere, sed animi salutem, ad quam comparandam, Dæmonia, ex animo expellenda sunt, peccata sacerdoti apertienda, animusque diuina gratia purgandus, quæ cum ita sint, vide quæso, an tua referat hoc diligenter facere, cetera vero celeriter, & quasi præteriens. Tu vero hoc ad animum pertinens, inconsulto, & tempore importuno, quod autè ad corpus matutè, & cogitato opportuneque exequeris. Et quidem Christus Iesus, quod ad nostram salutem pertinet, accuratius, & ex professo gerit.

ERAT (inquit euangelista) *Iesus eijciens Dæmonium.* Hoc quidem modo Deus, quæ ad nostri animi salutem attinent, peragit. Et ita Apostolus, cum de humani generis reparatione loqueretur, vtitur eodem modo loquendi. *Deus* (inquit) *erat in Christo, mundum reconcilians sibi.* Non dixit reconciliauit, sed erat reconcilians. Quod quidem summam illius in hac re diligentiam, studiosumque animum significat. Optime poterat Deus filium suum de cælo in terram mittere, vt humanum genus supplicij addictum æternis, a tam seua tyrannide vindicaret, intravnius horæ spatium. Voluit tamen, vt in hoc negotio perficiendo, tres annos supra trigiata consumeret, se à cibo abstineret, præces ad patrem effunderet, cõciones plures haberet, mare terraque lustraret, corpus suum sanctissimè maceraret, ignominias, & cõtumelias ab hominibus sibi obiectas perferret, & deniq, mortem crudelissimam subiret. Quod cum audieritis, attente considerate, quanta cura, ac diligentia, res ad nostram salutem pertinentes agat. Concionabatur, humani generis sequator, cœlestique doctrina homines imbuebat, id que non cursim, & quasi præteriens, sed diu, sæpeque faciebat.

Erat

Erat (inquit diuus Lucas) *docens quotidie in templo.* Et licet nullam iudæi gratiam pro tanto beneficio Christo haberent, sed potius pro beneficio illum lapidibus peterent. Non tamen ob eam causam hoc docendi munere superfedebat. *Erat* (inquit) *docens.* Non dicit docuit, sed erat quotidie docens. Afsiduè enim, & accuratè in eis edocendis perseuerabat. Tu autem celeriter, & negligenter de tua salute curabis, & semper in rebus, non ad animum, sed ad corpus pertinentibus, versaberis? Cum sanctissimus Paulus Timotheum discipulum suum, in prædicationis munere institueret, ita eum alloquitur. *Testificor coram Deo, & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos, & mortuos, & per aduentum ipsius. Prædica verbum Instæ opportune, & importune argue. Obsecra, increpa, in omni patientia, & doctrina.* Horum verborum exordium significat, quanti momenti illa sint. Hortatur diuus Paulus Timotheum, grauioribus quibusdam verbis: quam soleret, vt scilicet conciones habeat, in eoque concionandi munere persistet, & opportune, ac diligenter instet. *Instæ opportune,* & quia de rebus ad animum pertinentibus agit, & si in eo aliquid difficultatis inuenerit, vt patienter ferat, *in omni patientia.* Ac si diceret, licet in ipsa prædicatione vincula, ærumnæ, defatigationes, alijque labores superandi sint, omnes illos patienter tolera. Id quidem sibi vult, in omni patientia. At quo pacto, cum Apostolus requirat patientiam, & perseuerantiam in concionatore, qui te docet, tuamque salutem procurat, tu in ea curanda iners sis, breuesque conciones desideres? Admonetur concionator, vt quanuis laborem ferat, te instantè erudiat, & tu de cuius salute diligenter agit, nullum sufferes laborem? Nihil patienter feres? Et vere Dæmon hoc modo de animo expellitur, necesse est enim, vt id diligenter fiat, arctissimè namque animum oppressum tenet, itaque non cursim, & quouis modo, sed diligenter de illo eijciendus est, perseueranter in eo expellendo instæ, & a Deo summis præcibus contende, vt opem, & auxilium præstet ad rem tam difficilem, tamque arduam, & necessario agendam, cuius auxilio adiutus, si pro te ipse, quod in te fuerit præstiteris, animi salutem maxime ab hominibus optatâ assequeris, &c.

Tertius

Luc.

*Ad. Thi. 4
nu. 2.*

CONCIO PRIMA.

Primus Discursus, in quo ostenditur ad expiandas animi maculas non satis esse ablutiones externas, sed internam cordis lotionem requiri.
(?)

Thema. *Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum, non enim lauant manus, cum manducant?*
Matthæ. 5.

Esai I.
nu. 16.

NOVERANT optime scribæ & Pharisei, Deum dominum valde studiosum esse munditiæ. Sepenumero enim præcipiebat: ne immundis cibis homines vescerentur, ne immundas vestes induerent, aut morticina (quia immunda erant) contrectarent. Legerant etiam, vel audierant sepe illa prophetæ verba. *Lauamini mundi estote* Aliaque huiusmodi præcepta in legis volumine perlegerant. Quæ omnia de corporis munditia intelligenda esse censabant. Atque iccirco frequenter lauabant manus, cum scilicet ex foro in domum redibant, cum accumbebant mensæ, vel aliquem cibum degustauerant. Et siquidem cum infinitis prope modum peccatorum maculis inquinati essent: existimabāt: omnes illa ablutione manuum esse detergendas. In hoc errore versabantur olim Pharisei, cui quidem aliquos, hac nostra tempestate adhereri video, qui cum animos peccatorum maculis sædatos habeant, exteriori duntaxat pietate ac religione, eas omnes eluendas esse arbitrantur. Et cum suæ libidini, & voluptati inseruiant æternam sibi salutem pollicentur, si vel sacro interfint, vel ad sanctissimam virginem aliquas preces fundant, sed hi quidem consilio suo lapsi, humo quodam errore ducuntur.

Laua-

LAVA (inquit Ieremias) à malitia cor tuum Hierusalem, vt salua fias. Vsq̄e quo morabuntur inter cogitationes noxiæ: Apte sane propheta loquitur, cum ait. *Laua à malitia cor tuum* Illi enim membro ad hibenda est medicina, quod morbo aut vulnere affectum est, quia vero malitia cordi inest, illud purgandum atque emundandum est vt salua, inquit, fias. Ex quo fit, nec eleemosynas, nec voluntarias corporis castigationes, nec preces, neque alia huiusmodi sufficere ad salutem animi comparandam, nisi cor à malitia mundetur. Est enim Deus adeo purus ac candidus, vt nec pedem in hominum animos inferat, donec illi à flagitiorum fordibus purgentur.

PRAECEPTUM quondam immortalis Deus, vt cum vitulus immolaretur prius detraheretur illi pellis, & postea intestina abluerentur aqua, non enim solū exteriora, sed interiora etiam emundari voluit. Sacrificium illud institutum est, ad iratum Dei animū mitigandum, ac demulcendum, cui sacramentum penitentiae successit in quo & pellis detrahenda est, & interiora sunt laudanda, pellis est separanda, vt interna manifeste pateant, & integre in confessione detegantur. Abluenda sunt etiam interiora, abluendæ enim sunt intellectus, & voluntatis maculae, & prauæ eorum cogitationes, & cupiditates expiandæ. Alioquin non erit sacrificium gratū ac iucundum Deo, quantum externa illa religionis, ac pietatis opera aliquantulum iuuent ad salutem adipiscendam: eam tamē nulla ratione consequemur: nisi cor, animumque mundemus.

OPPOSITO consilio decepti Pharisei, ponebant quidē super altare tenerimos, & mansuetissimos agnos, eorum tamen corda lapidibus erant duriora. Offerebant Deo thymiamam, suauissimū ex se odore emittens. Sed ipsorum animi terribilissimū fætorē reddebant, candidos etiam panes & recentes deferebant in templum, nigris tamen erant ac fædis animis. Habebant denique manus mundas, sed voluntates immundas, quibus quidē immortalis Deus, quasi moleste ferens eorum sacrificia obijcit. *Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum. Plenus sum, holocausta arctum, & adipe pingui, & sanguinē vitulorum, & agnorum, & hircorum nelui: cū veniretis ante conspectū meū, quis quesuit hæc de manibus vestris? Ne afferatis ultra sacrificiū frustra. Incessum abominatio est mihi &c.* At quod tibi, Deus optime, placebit sacrificium? quæ victima tibi grata erit? *Lauamini* (inquit) *mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere perire: se discite benefacere. Quarite iudicium. subuenite oppresso iudicate pupillo, defendite viduam, & venite arguite me, dicit dominus, si fuerint peccata vestra, vt coccinum, quasi nix deal-*

babantur-

Ierem. 4
num. 14

Leuit. 1.


Esai I. 7.
11.

bibuntur, &c. Vobis, vobis inquam auditores, hæc Isaia verba dicta esse putate. Lauamini igitur, mundi estote auferte malum cogitationum vestrarum, incumbite in cordis munditiam, & illud flagitiorum labe fædatum emundate, expiate interna crimina, & animi maculas confessionis sacramento eluite, si vultis, acceptum Deo offerre sacrificium.

Psalm 49. ALLOQVITVR Israellem Deus optimus maximus in hunc modum. *Audi popule meus & loquar Israel, & festicabor tibi, Deus Deus tuus, ego sum. Non in sacrificijs tuis arguam te, holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua vitulos neque de gregibus tuis hircos, quonia mea sunt omnes fera sylvarum, iumenta in montibus, & boues &c Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Quid ergo summe Deus gratū tibi erit aut iucundum? Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua, & innoca me in die tribulationis eruam te & honorificabis me.* Ac si diceret scio te Israel, plura mihi offerre munera vitulorum, & hircorum, sed hæc mihi grata esse non possunt, nam vitulis & armentis abundo, neque ijs aut alijs eiusmodi ego, at pergratum mihi facies: si Deo sacrificium laudis immolaberis, in quæ verba scribit Beatus Augustinus, expaueram ne aliquid indiceres, quod esset extra me securi fumus, nō imus in Arabiā thus querere, nō farcinas auari negotiatoris excutimus sacrificium laudis quærit a nobis Deus. Habebat hoc sacrificium laudis Zachæus in matrimonio suo, habebat & vidua in facello suo, habebat nescio quis pauper in dolio suo. Alius nec in patrimonio, neque in facello, neque in dolio, aliquid habebat, totū habebat in animo suo, salus quidē facta est domui Zachæi, & plus misit illa vidua quam diuites. Iste calicem aquæ frigidæ porrigens, non perdet mercedem suam. Sed & pax in terra hominibus bonæ voluntatis. Immola ergo Deo sacrificium laudis. Hactenus Augustinus. At inspiciamus obsecro quod nam sit hoc sacrificiū laudis, an voce, laudare Deū? Ita sanè, sed neq, id satis est. Est enim sacrificiū laudis in voce, sed præcipue in opere studioso. *Sic luceat lux vestra,* ait Iesus, *ut videar opera vestra bona, et glorificet patrē vestrū qui in cælis est.* Ecce sacrificiū laudis, nepe opera bona, nā opera bona ad Deū laudandū videntes mouent, Exigit etiam ibi Deus sacrificiū penitentia. In Hebræo enim habetur sacrificiū confessionis, cōfessio autē vtrūq, significare solet in sacris litteris, vt docet D. Augustinus in illa verba psalmi nonagesimi quarti, præoccupemus faciē eius in confessione: Est etiā, inquit confessio peccatorū, laus diuina. Quia tāto amplius laudatur medicus quanto

quāto plus desperabatur ægrotus, & tanto maior est laus ignoscētis, quāto est maior exaggeratio peccata cōfiteētis vtrāq, igitur laudē exigit Deus in eo psalmo, laudis scilicet, & cōfessionis quo circa subiungit. *redde altissimo vota tua.* Explicans vero D. Augustinus, illa verba psalmi. 65. *Redde mihi vota mea, quæ distinxerunt labia mea.* Quomodo, inquit, distinguis vota, quæ reddis Deo? Vt illū laudes & te accuses, quia illius est misericordia, vt peccata nostra dimittat. Hæc ille. Ecce igitur sacrificiū laudis immortalī Deo gratissimū, q̄ quidem si ei non offeras, opponet tibi illico idē Deus. *Quare tu enarras iniustias meas, & assumis testamentū meū per os tuū* Epiphanius Origenes quidē (vt author est B. Epiphanius), postquā in errore lapsum est: concionē habuit de hoc psalmo, cū vero ad versum hūc explicandū peruenisset: cōplicato libro ē concione recessit, & lachrymis ac mærori se dedit, recordatus enim tunc est illius sacrificij q̄ idolis obtulerat, certoq, sciebat, ad salutē consequendā, plus cordis quā oris sacrificium valere, quia propter criminis conscius enarrare iniustias Dei noluit.

IDE O regius ille vates sic Deum affatur. *si voluisses sacrificiū dedissem vtrūq, holocaustis non delectaberis, sacrificiū Deo spiritus contritulus, cor contritum, & humiliatum Deus non despicias.* Sciebat quidem propheta grata esse tūc domino, huiusmodi sacrificia externa dummodo cor etiam immoletur, alioqui vero non item. Ideo dixit *holocaustis non delectaberis, & præmiserat. Cor mundū crea in me Deus & spiritū rectū innoua in visceribus meis.* Ac si diceret, opto quidē tibi sa ra facere, quo vero illa grata tibi sint, cor mundū crea in me Deus, si enim cor non omnino purgetur, reliqui cultus placere tibi non perfecte poterunt. Quia propter agēs Christus dominus cū Phariseo. *Ecce,* inquit, *munda prius quod intus est calicis, & paropsidis, vt fiat id quod de foris est mundum* At si diceret, quid prodest ad bibendum exterius emundare calicem, si ille interius immunditia & sordibus plenus sit. eadem, & potiori ratione vobis obijciam, quod vobis emolumentum afferent, quo ve pacto iratum Dei animi mitigabunt exteriora vestra opera, & si munda sint, nisi interiores animi maculas deleatis? Lauate igitur a malitia cor vestrum, ne huiusmodi Phariseos imitemini: qui cum semel atque iterum manus lauerint, immundi tamen, ac sordidi ab humani generis seruatore iudicantur.



Secundus discursus, de spirituali munditia manuum.

Thema. Non enim lauant manus. Matth. 15

- Leui. 19.** SÆPE numero Dominus puritatem, & sanctitatem, in lege postulabat, & dicebat, *sancti estote quoniam ego sanctus sum.* Gaudet enim quisq; similes sibi eos videre quos amat. Diligit nos Deus, ipse purus & sanctus est, puros, & sanctos nos esse optat.
- Leui. 15. n. 31.** In Leuitico etiam dixit. *Doceritis filios Israel, ut caueant immunditias, & non moriantur in sordibus suis.* Hic mundus Dominus, munditiam diligit ubique. Inter ea vero quæ maximè munda esse iubebat, manus erant. Hinc ad perfectam sacerdotum consecrationem dicebat Dominus Moyfi: *Septem diebus consecrabis manus eorum.*
- Exod. 24. num. 33.** Quantam volebat esse munditiam illarum manuum: quas non per unum, vel alterum diem, sed per septem dies consecrandas statuebat. Huiusmodi est quod asserit sanctus Marcus, *Pharisæi, & omnes Iudæi nisi crebro lauerint manus non manducant, tenentes traditionem Iudæorum.*
- Marc. 7. num. 3.**

HI autem Dei ac Domini nostri, præcepti vim, penitus ignorabant, neque eam quam exigeret puritatem intelligebant. Manuum quippe munditiam, sed non tam corporalium, quam spiritualium manuum postulabat. Vnde Hieronymus manus, id est opera non corporis utique sed animæ lauandæ sunt. Et Bedæ in Marcum. O quam vere dixit Dominus *Abcondisti hæc à sapientibus, & prudentibus & reuelasti ea paruulis.* Nam simplices adorauerunt Dominum, at scribæ eum reprehendunt, & cum in manibus animæ nihil reperissent pollutum, pollutas corporis manus criminantur. Homines carnales, legerant in propheta Esaia. *Lauamini mundi estote.* Idq; de manibus corporis intelligebant, hæc Beda. Nunc igitur videamus quas, & quorum manus Dominus mundas esse velit.

INTER alia hoc primum Deus sibi vult exhiberi, sacerdotes scilicet qui diuinæ missæ mysterijs vacant, manus, antepandium lauare debere. Hoc igitur est quod ad illam solennem, sacerdotum consecrationem, superiori loco Dominus, ac Deus noster ad amulum, postulabat per septem dierum spatium. Vt vitæ integritas quæ in tanto ministerio desideratur significaretur, ea nanque est hæc viuendi

viuendi ratio, quæ angelorum dignitatem superet, ideoq; plus quàm eorundem puritate digna est. Hinc etiã Leuitici. 16. iusserat, Deus antequam summus sacerdos, sanctuariũ esset ingressurus vt se laueret in primis, & hoc se modo vestiret: *Tunica linea vestietur (ait) decingetur zona linea citarim. lineam imponet capiti, hæc enim vestimenta sunt sancta.* Pecuiliare certe, quod omni ex parte, ex puro, & candidenti lino vestitum esse voluerit: Vt ea significaretur puritas qua præditus debet esse: qui sacra facturus adest. Ibiq; Deus mortem (nisi faciat) minatur, quam enim pœnam non meretur sacerdos immundus.

HAC ratione Deus suorum discipulorum pedes lauit, antequàm eos sacerdotij dignitate insigniret. Vt qua puritate, & integritate affecti esse deberent, qui sacerdotes fieri cupiunt insinuaret. Et in Esaï clamans dicebat. *Mundamini, qui fertis vasa domini.* Periphrasis est sacerdotum, hoc enim leuitarum, & ordinis ecclesiastici munus erat ferre vasa Domini, ad hos igitur propheta clamat. *Mundamini sacerdotes.* Quare sacerdotes? Propter hoc quidè, quia sacerdotes. *Decet enim domum Dei sanctitudo in longitudinem dierum.* Domum dixit, non tã parietum curã habens, quam ministrantium in illa, si vero ab illis veteris instituti sacerdotibus, eo quod ferendi vasa domus Dei: muneri essent mancipati exigebatur, vt manus quibus ea tractarent purissimas haberent. Quæ ergo munditia in sacerdotibus. Qui sacro sanctum corpus & sanguinem verbi filij Dei, suo sunt ore cõfecturi desiderabitur, suisque manibus toties sunt accepturi? Væ sacerdotibus immundis, proh dolor, quot in eos in libris Dei, quamq; terribites sunt rationes descriptæ, immundos, scilicet esse & secularibus immundis quandoq; immundiores, quos millies si fieri posset, puriores Angelis futuros esse deceret.

POSTVLAT quoquè, Deus eos omnes, qui spirituali hoc animarum cibo, sunt reficiendi puris mundisq; manibus ad hæc mensam accedere debere. Nõ enim rationi cõgruit: prius lauare manus qui corporali pane victurus: mensæ discumbis, eum vero dominici corporis mensæ absides illotis, vt aiant manibus accedas. Si dignitas, & excellentia rei quæ in loco reponitur dignitatem, & excellentiam requirit loci, cum ipse Christus re vera sit, qui in hominum pectore est collocandus. Talis desiderabitur puritas, & munditia, qualem Christi fuisse didicimus: si hæc eadem in hominum cordibus reperiri posse videretur. sanctus ille Baptista, licet tanta puritate, & dignitate polleret, vt ipsius

Matt. 3. Christi ore inter mulierum natos nullus maior existeret, cum Christus eius vellet manibus baptizari, teste Mattheo. *Timuit Ioannes & prohibebat eum, dicens ego a te debeo baptizari.* Cum ergo minime auderet, sanctus ille Christum manibus attingere, tu forte mortalis reatus macula irretitus interiori animæ cubiculo recipere non vereris? Querebatur olim David coram Deo, quosdam in Hierosolymam infideles venisse, eiusque templum violasse. *Deus venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum.* Quasi diceret, & ingens malum quare hoc pateris, o Deus, pollutis scilicet manibus sacra templi contrectari. Quid ergo diceret sanctus ille propheta, si quem nunc accedere videret, ut sanctum Dei filium intra pectus suum, factum demonis domiciliū recipiat. Heu quot

ps. 78. n. 1. a Deo supplicij genera, in tanti peccati vindictam statuuntur. Putasne quia terra modo minime dehiscat, impunita hæc noua lege scelerata relinqui. *Ideo ait Apostolus inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi.* Ideo inquit. Quot esse Corinthi poterant? qui ad uersam valetudinem, mortes, omniaque alia vitæ incommoda, nequaquam ex ea re, nisi aliam ob causam complexionum scilicet, variorumque casuum, se contraxisse putarent? Sed valde in hoc a veritate aberrabant, cum hoc illis non ob aliud eueniret. Quam quod

1. Cor. 11. hanc cœlestem mensam pollutis manibus, impuroque ore frequenter, & ob id ait Paulus & clamat. *Probet semetipsum homo, examinet se, purificet se. Et sic de pane isto edat,* alioquin iudicium sibi manducat.

Chrysof. N E C E S S E quoque est qui Deum precaturi sunt: manus primum omnium lauare, conditio hæc essentialis est, quam diuus Paulus ad Timotheum postulat. *Volo ergo viros, orare in omni loco leuantes puras manus, sine ira, & disceptatione.* Quid est leuari manus puras in oratione? vbi Chrysof. puras manus, id est, mundas non aqua lotas: verum cupiditate, rapina & cædibus, & mundas absque ira, & disceptatione, hæc ille, & Ambrosius ibidem sanctæ manus sunt, quando cor mundum est, & Hieronymus ibidem, leuantes manus puras a cæde sanguinis, & omni opere malo, & non solum manus ab opere, sed etiam mentem ab ira, & disceptationis cogitatu. Qui sibi dimitti petit: manus debet habere mundas. Hæc ille, quippe qua animi fiducia a Deo beneficia impetrabit, qui in ipsius criminis volutabro obstrictus demergitur. Quo ergo pacto a Deo exaudiri cupit qui Deum non exaudit.

1. ad Tim. 2. n. 8. A V D I sapientem. *Qui declinat aures suas non audiat legem: oratio eius*

Chryf. ibi. Ambrosius ibi. Hiero ibi.

Prob. 28. n. 9.

NUM 9.

eius erit execrabilis. Hæbreæ lectio habet, & oratio eius erit abominatio, terribile sanè & immane supplicium est, Deum ita se homini reddere difficilem, nequè exaudire velle, sed sibi imputet homo. Abluat ipse manus cum in sua sit hoc potestate positum, & a Deo tunc exaudietur, sin minus, de se tantum conqueratur. *Esai. 1. 15.*

C V M extenderitis manus vestras (ait Dominus per Esaiam ad Israelitas) *auertam oculos meos a vobis, & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam.* Cur o Domine Deus cum tantum apud te valeat oratio nostra. *Manus enim vestra sanguine plena sunt,* id est peccato, ut ait interlinealis, & Hieronymus Peccatum enim in scriptura sanguis appellatur. Vnde petit David. *Liberame de sanguinibus Deus,* id est de peccatis, nihil enim sanguinolentius peccato. Propter peccata igitur vestra non exaudiam vos; manus leuatis non puras, sed sanguineas, si alicuius filium occideres, nunquid auderes manus eius sanguine infectas, extendere ad aliquod beneficium petendum ab eo? Occidisti peccator peccatis tuis filium Dei. Tu enim crucifixisti eum, & manibus nondum lotis audes, eas leuare ad eum: ut petas cibum, salutem, &c? quod igitur remedium? *lauamini* (inquit) *mundi estote auferte malum cogitationum vestrarum, & si fuerint peccata vestra, ut coccinum, quasi nix dealbabuntur.* Ecce remedium, ecce quod a viris exigat Paulus dnm dicit Leuate puras manus in oratione.

S E D cur viros tantum alloquitur, nunquid a mulieribus nihil exigitur? Audite quid præcipue ab his petat. *Similiter autem, & mulieres, (scilicet orent) in habitu ornato cum verecundia, & sobrietate, ornantes se, & non in tortis criminibus, aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa. Sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona.* Heu si nunc diuus ipse Paulus templis nostris adesset, ibique Christianas vnde quaquè fœminas circumspiceret, hæc nostra tempestate. quo luxu & fastu, vestiumque ornatu cõfluant, quid diceret? Vide quid dicat eiusdem ille magnus interpres Chrysofomus, cui diuus Paulus omnia quæ super epistolas commentaturus erat dictasse fertur. Quid inquam dicat, hoc in loco, his potissimum fœminis Christianis nimis delicate compositis, Deum precatura pergis, & ornamenta aurea circũfers, flauosque crines, & ipsos auro compositos? An vero saltatura ad ecclesiam pergis? nunquid hic nuptias, & lasciuia oblectamenta requiris? num ut tui spectaculum præbeas aduenisti? Accessisti, ut Deum pro peccatis tuis simpliciter depreceris, quid te ipsam ornare impio studio

Esai. 1. 15.

psal. 50.

Chryf. ibi.

cōtēdis? Quo ergo pacto ingemiscere poteris, atque intētissime, vt decet orare, quæ huiusmodi ornatu composita procedis? Nam & si lachrymas fuderis, risum cernentibus movebunt: non enim auro amicta debet incedere, quæ lachrymas pro peccatis fundere intēdit. Ista mimis, & saltatoribus, & his qui in scēna versantur relinquenda sunt, sobriæ, & ornatę mulieri nihil huiusmodi congruum est. Hæc Chrysoſtomus. Et merito cū in templum talis scēmina veniat: Veneri vnde quaque simillima, vt miseris hominum animab^o laqueos iniiciat, & hoc modo suas à Deo preces: exaudiri desiderat? Eā quidē orationē pro meę animę salute nolo. Si velis ergo certo à Deo audiri, cordis puritas, & munditia, verūq; propositū Deū vltterius nequaquam offendendi, in ipso statim orationis initio habe, tunc quæ volueris facile impetrabis. *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus, ait Dauid, propterea exaudiuit Deus, & attendit voci deprecationis meæ. Si aspexi, ait, in corde, non si operatus sum. Sufficit enim macula cordis, etiam si non sit macula operis, vt impedimentum sit orationi. Deus enim intuetur cor, sed attendē non ait venit ad cor, sæpe enim cor pulsar iniquitas imo sine pulsatione ingreditur, at in hoc malum nō est, sed ex eo quod in eam oculos intenderis. Augustinus non cessat in corde suggestio, sed non fiat respectio, Propterea exaudiuit me Deus, quia iniquitatem non aspexi in corde meo ita Augustinus. Vnde etiā in psalmo vigesimo quinto, ait Lauabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum Domine. Quid est lauabo inter innocentes manus meas? Augustinus, id est munda faciam inter innocentes opera mea. Et Hieronymus in bonis operibus lauabo manus meas, quæ peccatis ante fordebant manus lauabo, id est opera, lauat per lachrymas homo, per pœnitentiam. Hæc ille, *Et tunc, inquit Dauid, circumdabo altare tuum Domine, id est in templum veniam, ibique altari tuo propius accedam vt sacra, & acceptabilia tibi sacrificia offeram, & beneficia, à te egenus, & inops valeam impetrare.**

psal. 63. n. 18.

Aug. ibi.

ps 25. n. 6

Aug. et Hiero J. ib. d.

POSTVLAT quoque Deus, vt ij, qui rempublicā gerūt manus omnino lauent, vt ea qua decet animi integritate, munera prouinciamq; obire valeant. Abluat ergo manus publicus, quilibet tā bellio siue notarius, iuxta sui muneris normā, vt pure instrumētā conficiat, abluat prætor maior, minorq; reipublicę minister, vt manu munda insigne iustitię virgam, possint sustinere, & quicumq; ille fuerit iustitię minister, & iudex publicus cōstitutus ab, omni mune-

munerum laqueo incolumes purasquē præstet, vt suo satis officio faciat. Hæc enim lauandi manus ratio, hic modus Deo placer, quæ propter ipse hoc idem in exodo ordinatissime digesserat: in quo cum iudici veram officij normam, & exemplum traderet, dixerat: *Nec accipies munera quæ etiam excæcant prudentes, & subuertunt verbi iustorum.* Non enim hic dominus dixit, nec accipias munera, vt iniuste iudices, sed absolute præcepit, nullo prorsus modo, nullus deniquē contemplatione recipere. Rationemquē subdit: quia munera, vel prudentium iudicum oculos excæcant, vt non eos tantū qui fallaci munerū, specie cæcutire vidētur: imprudentes esse & imperitos affirmes, neque hoc adeo magnū, cū & Hebraico sit idiomate dictū, munera eruunt oculos prudētis, nā verbū Iuer Hebræum, est idem q̄ eruit, vt ait Hieronymus. Nā vbi in Hieremia est: sed & oculos. Sedechiæ eruit, ibi est idē verbū, Iuer, vt videas exaggerationem hanc cecitatis, munera adeo oculorum aciem obtundunt, vt ipsos sane eruere certissime videantur. Alij ferunt trāsferri ibi posse: Quoniam munera euigilare faciunt prudentes. Mirabile certe est, qualiter hæc munuscula hominum gratiam captent: beneuolofque reddant, & iudicem euigilare faciant. Vt complura argumenta, milleque rationes ad retorquendum causæ exitum pro dantis vtilitate conquirant. Vtque adeo vt non modo litigantes misere, & iniuste, verum se ipsum quoque decipiat, sibi ipsi nimium credens & verum, iustumquē esse suadens. S; per vitrum certi coloris inspexeris, omnia eiusdem coloris esse diiudicabis, sic igitur ij cum rationes, beneuolentia, erga offerentem, ardenti- quē desiderio, vt eidem causæ victoria cedat expendant: licet illæ futiles sint euidentes iudicant. Alterius vero partis, rationes & argumenta, quæ veritatem suadere omnino poterant, veritatis tantum speciem præferre sibi persuadent. Hac itaque ratione iudicis personam exuunt: latronum grassatorumquē induunt, et nulla eis iniuria, cum hoc eis agnomen imponimus, inferri videtur: cum ipse Deus idem ipsis imposuerit. Cum enim Istaëlem alloqueretur ita dicit, *Principes tui infideles sicut furū.* At latronū focij nūquid aliud præter fures esse poterunt? reddensquē nominis rationem subdit. *O mnes diligūt munera, sequuntur retributiones.* Super quæ verba ait sanctus Basilius. Fures censendi sunt, quibus ductandi exercitus de mandata est prouincia: aut certe ij qui assumpto principatu ciuitatum, & gentium, clanculum quidem suppilant, quæ autem

Exod. 23. num. 8. & Deut. 16. num. 19.

Hierony. super. Iere. 25.

Isai. 1. n. 23. Basl. ibi.

Rrr ad

ad rem publicam attinent: extorquent vi, et qui presidet ecclesie: munera accipit ad suam oblectationem, & usum obtento interim pretextu honoris istius se contingentis ratione presidentiae, aut quod inire rationem debeat concredita sibi dispensationis in usus pauperum ecclesie: is plane furti est particeps. Hæc Basilii. Et Hieronymus ait: Nos quoque debemus cauere, ne ab illis accipiamus. munera: qui de lachrymis pauperum congregant diuitias, ne simus focij furum, & ne dicatur de nobis id psalmi 49. *Si videbas furem currebas cum eo & cum &c.* Hæc ille: Aliqui certe sunt qui manus lauant, veluti Pilatus fecerat, qui manus ante quam sententiam in causa Christi tulisset abluuit, & dixit. *Innocens ego sum a sanguine iusti huius.* Statimque calamo manum armavit, ut illam nefandam, atque crudelissimam sententiam subscriberet in Christum. Huic sunt aliqui similes, qui se iustos, & integerrimos iudices, infontesque se ministros iactant, quorum si recte manus inspexeris, inuenies facile, non ita puras, & mundas, ut ipsi prædicant, esse. Eaque crimina perpetrant, ut ab illorum fordibus non ita facile, multum licet se lauari nitantur, abstergi possint. Denique postulat Deus, ut mundas sceleris purasque manus habeamus, & ab omni proximi iniuria innoxias seruemus, earumque in re familiari cogerenda puritatem flagitat, vult enim ut mercator suum immaculate præstet officium, iuris peritus forensiumque causarum aduocatus, quilibetque negotiorum gestor, seruus, & Dominus pure & candide munera gerant. Et hoc maxime poscit, ut nulla ex causa, manus in proximum, neque in eius existimationem & famam violenter iniicias. Hæc eadem manuum puritas Deo placet, qua sanctus ille Samuel olim præditus erat, qui coram toto populo astans, iam senex dixit. *Conuersatus coram vobis ab adolescentia mea vsque ad hanc diem, ecce præstito sum, loquimini de me coram domino, & coram Christo eius, vtrum vobis cuiusquam tulerim, aut a sinu, si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem si de manu cuiusquam manus accepi. Et contemnuam illud hodie restitui, et vobis. Et dixerunt non es calumniatus nos, neque oppressisti neque tulisti de manu alicuius quidpiam.* Ecce vera manuum puritas, atque munditia operum, quam in nobis Deus desiderat, eam scilicet ut in conspectu totius mundi constitutus, bonorum honoris, fame, cuiusvisque rationem redditurus, nemo vnquam reperiri possit qui hoc vel illud sibi debitum a te ex postulare valeat.

AT vero site interius anime iudicium exagitat, nunc te lauandi, & expiandi tempus est, nunc pœnitentiæ & opportunitas, & locus est.

est. *Lauamini & mundi estote.* Nunc si quid bonorum, si quid famæ, & honoris læsi iniuste detines, & usurpas, restitue, atque in pristinum reuoca, sin minus quamvis totius maris fluctibus abluare, mundus nequaquam eris, si vero ablata restituas, facillimo expiaberis negotio, ut in iudicio, & conspectu Dei mundus apparere videaris.

CONCIO SECVNDA.

Discursus primus, qua perfectione Christiani præditi esse debeant.

(.?.)

Them. Quare discipuli tui &c. Non enim lauant manus, cum panem manducant?
Math. 15.

A DEO immaculate sancteque Christi discipuli vitam ducebant ut nullam eis scribæ illi, & Pharisei notam inaurere potuerint, præter illam: quod manus minime lauarét post quemlibet cibum. Cui illi Christi, discipulorumque opera, linceis oculis adeo scrutarentur, in ea quæ oculorum aciem diligentissime intenderent, ut eos in aliquo peccato comprehenderét, nihilque quod honestati dissonum, neque modestiæ & inculpabili vitæ repugnare videretur, inuenire potuerunt, nisi quod manus non laurent, cum ipsis frequens esset lauari usus. Hæc ergo est sanctitas, quæ in Christi clientibus requiritur. Platonis vero, & Aristotelis discipuli cælorum motus, singulas astrorum naturas, animantium, omnium, auium piscium, rerumque naturalium proprietates perdiscebant, & qui hac scientia cæteros antecelleret: pluris apud magistrum habebatur, eo quod in illorum academijs eam maxime doctrinam, magistri, auditoresque profiterentur, in Christi vero gymnasijs, aliæ diuersæ scientiæ edocentur. In ea enim discipuli metaphisicæ, & philosophicæ studia minime profitentur sed virtutum

perfectiois que ornamenta sectantur. *Disce a me*, ait Christus *quia mitis sum, & humilis corde* non inquit, discite a me metaphisicæ primordia, sed virtutes, esse scilicet humiles &c. *Vos*, ait, *vocatis me magister, sum etenim, Discite ergo a me alterum, scilicet alterius pedes*, si opus, fuerit lauare, fidelium igitur academia, operum est non verborum. Non vult Christus discipulos suos esse nominales, sed reales, sanctos etenim perfectosque, cupit Deus, qui ipsius academiam, & gymnasium frequentare student. Itaque, si Augustinum, Ambrosium, cæterosque, doctissimos ecclesiæ doctores, sapientia superes: sanctus si non es, nihil omnino tenes, cumque, examinandus, quid valeas, periculum feceris, ut huius academici honore affici possis: repulsam merito feres. At vero si sanctus sis: licet minime sapiens, approbatus sane, & honore decoratus euades, ab ipsoque, illustri illo dignitatis gradu: quo suos discipulos maiori privilegio donatos: insigniuit: efficieris, sic enim Deus multos eremi habitatores, veros Dei imitatores, & ministros decorauit, non quia litterati, cum eorum plurimi litterarum penitus expertes essent, sed quia mira penitentia, orationis, patientia, aliarumque virtutum opera patrent.

HINC Paulus, qui hanc profecutus, & professus est, disciplina normam dicit, *imitatores mei estote fratres, & obseruate eos qui ita ambulauit: sicut habetis formam nostram*. Non enim dixit, ut eum imitarentur in sua felici theologia peritia, qua multum pollebat neque in abstrusis sacrae scripturae sensibus enucleandis, sed in operibus, patientia scilicet, in laboribus subeundis, quos ille æquo animo tulerat, in crebra, assiduaque, orandi exercitatione, in inimicorum iniurijs ignoscendis, in Christi cruce, in defesse ferenda, in corpore denique ieiunijs, abstinentijsque, macerando. In hoc igitur imitatores desiderabat. Animaduertite qua sanctitatis perfectione, Christiani præditi esse debemus.

Hoc maiorem in modum dominus, extollit cum, ait, *Estote vos perfecti sicut & pater vester celestis perfectus est*. Magnam certe in admirationem hæc verba rapiunt, cum in re adeo imperfecta, & ad malum ita procliuui, ipsius Dei perfectio desideretur. Cum diuus Paulus homines sui imitatores esse admonuit, timorem sane suis discipulis hoc dicto iniecit, quibus difficile supra modum videri potuit, tantum sanctitatis exemplar imitari. Cur ergo tui edicti decretum omnibus proponis, ut tuum scilicet celestem patrem imitetur: hinc manifeste deducitur, quantum nos in hac virtutis colendæ religione

religione excellere cupiat. Hoc enim insinuat magnam, ut demus operam, ne quem modum sanctitati, & perfectioni statuamus, sed ultra semper progrediamur: diuinam perfectionem tanquam exemplar intuentes: veluti picturam discent: vnus Apellis absolutissimum exemplar proponitur: non ut tanta artis peritia, tantæque, perfectionis opus exequatur, sed ut admoneatur, quo ad eius fieri possit elaborare, ut omni ingenij dexteritate adhibita ipsum referat exemplar: Vnde Basilius Christiani sensus quid est? assimilatio Dei quatenus eam assequi potest humana fragilitas natura. Hæc ille. Hæc itaque disciplina ars, & honore, & utilitate omnium est præclarissima: qua nulla vnquam maior extitit, ex his quas Philosophi olim tradiderunt Athenis, quam nec Architas Tarentinus, nec Hiarchas aureo illo seculo docuerat, vnde Basilius supra inquit si tibi dixissem, huc ades, similis. Esto regi, non me ceteres de te præclare meritum? cum vero ipse percypiam efficere te ad similitudinem Dei, eam aduersaris doctrinam quæ te possit æmulum reddere diuinæ virtutis. Hæc ille.

ECCE ergo ad quam sanctitatis excellentiam, & perfectionis altitudinem Christiani euocamur. Hæc est illa nostræ vocatiõis & Christianæ religionis: quam amplectimur celsitudo. Hæc est perfectio quam Dei filius, ut in mundo altas radices ageret, sancta eius immaculata vitæ disciplina, & morte plantauit. Vnde Paulus ad Colosenses. *1. Et vos cum essetis aliquando alienati, & in inimici sensu in operibus malis, nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius, per mortem exhibere vos sanctos & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso*. Id est ad hoc mortuus est Christus, primo, ut nos reconciliaret Deo. Secundo ut exhiberet nos patri suo sanctos, & immaculatos, & ita immaculatos, ut nihil reprehensione dignum in nobis reperiretur. Reperiretur (inquã) non solum ab hominibus, sed neque, a Deo (Coram ipso inquit) sanctum se hominem hominum oculis exhibere, & omni reprehensionis nota carere. Valde magna res est, cum adeo si mus fragilitati obnoxij, sed cum hominis oculus interiora non penetret, non ita magnum est. At vero magnæ omnino perfectionis est, ea sanctitate pollere, ut oculi Dei puri, & clari qui cordis intima scrutantur, nihil prorsus reprehensione dignum inueniant. Hoc in factis, & dictis, hoc in vita, & morte Christus insinuauit.

EADEM penitus, nec minori exaggeratione, Paulus ipse ad

Ad Philip.
3. nu. 17.

Mat. 5.
nam. 48.

Simile.

Basil in
exa. ho. 10

Col. 1. nu.
2 I.

Ephef. 5. 21. Ephesios scripsit dicens. *Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret mundans eam lauacro aque in verbo vite ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta, & immaculata.* Ecce quem fructum expostulat Christus pro morte sua: sanctitatem, munditiam & gloriam, carentem omni macula, & ruga talem in qua exhibuit ecclesiam nostram ipse sibi, id est coram oculis suis. Mihi quidem forte erit gloriosum, quod in se erit obscurum, Deo tamen, ut aliquid exhibeatur gloriosum, nihil ingloriosum intus, & incute habere debet. Et hoc inquit Augustinus est mysterium albedinis vestimentorum Christi in monte Thabor. Proinde inquit vestis eius in monte, quae tanquam nix dealbata effulsit, significans ecclesiam omni macula peccati mundatam. Et alibi explicans locum hunc Pauli, & quomodo exhibuerit sibi Christus ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, ait: Mundatur haec vestis Christi, ut non habeat maculam, extendit eam, ut non habeat rugam. Vbi autem extendit eam fullo nisi in ligno? Videmus quotidie à fullonibus tunicas quodammodo crucifigi, crucifiguntur, ut rugam non habeant. Ecce quomodo fit ecclesia sine ruga: quae tanquam bene mundata in tendicula crucis extenditur. Magnus est qui agit, bene curat, doctissimus artifex est. Extendit in se ligno, & facit nos sine ruga, quos abluendo fecerat sine macula, ipse qui venit sine macula, & sine ruga extensus est in tendicula, sed propter nos, non propter se, ut nos faceret sine macula, & sine ruga. Haec Augustinus. Ecce quam perfecta vita esse debeat: quam a nobis Deus expostulat, cum sanguinem suum, ut nos mundaret profuderit, & se cruci affigi passus sit, ut nullam in sanctissimo corpore maculam, nullam rugam relinqueret.

Matth. 5. HANC denique perfectionem in nobis Christus desiderat, cuius causa infideles admiratione capti & vitae nostrae integritate commoti ad Dei laudem moueantur. *Sic luceat lux vestra* (ait Christus) *coram hominibus, ut videant opera vestra, & glorificent patrem vestrum qui in caelis est.* Considera nempe, quae vita esse debeat, ut pro eius puritate, & excellentia, Dei inimici ipsum laudare, & praedicare cogantur. Quia tantis colitur, & adoratur hominibus & dicant benedictus Deus cui talis tanquam praecleara gens debitum exhibet famulatum.

Hæc

HÆC ipsa perfectio quam Christus ab ecclesia posuit in eiusdem primordiis, longe, lateque emicuit. Tunc enim Christiani nominis cultus, qua decebat religione colebatur, cum libenter Christiani, Dei amore, vitae discrimen subirent, et veluti ad delicias ad martyrij loca confluere. Adeo, ut Basilius diceret: Christianis, ab initio erant omnia communia, vita, anima, concordia, mensa item communis, fraternitas indiscreta, charitas non ficta, multa simul corpora vnum faciens, diuersasque animas in vnam concilians voluntatem. Hæc ille. Quod breuius in actibus Apostolorum legimus. *Multitudinis credentium, ait Lucas, erat cor vnum, & anima vna.* Tam remoti enim erant ab avaritia, ut supra ibidem dicat Lucas, *nec quisque eorum quae possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia, neque quisquam egens erat inter illos. Quot quot enim possessores agrorum aut domorum erant, vendentes asserebant pretia eorum quae vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum: Diuidebantur autem singulis prout cuique opus erat. At quanto deuotionis ardore flagrabat. Erant autem (inquit) perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. Et subdit. Quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo & frangentes circa domos panem sumebant cibum cum exultatione, & simplicitate cordis collaudantes Deum, & habentes gratiam, ad omnem plebem. Ecce qualis erat ecclesia primitiua. Ecce quae sanctitas illa, vbi tanta erat orationis assiduitas, communionis participatio tanta, tantaque mundi abominatio, & odium tanquam longe a mundi illecebris separata, tanta denique fortitudinis virtus erat, ut tyranni prius fatigaretur cruciantes, quam Christiani cruciatus tolerantes. Cum hoc, animi consideratione pensatur, & cum his quae nostra hac tempestate, in ecclesia animaduertimus comparatur, Quis erit cuius viscera tanta ecclesiae calamitate non commoueantur? Vbi ergo ille ecclesiae condor? Vbi illa bonorum omnium temporalium communicatio? oēs avaritiae student à maximo usque ad minimum, vbi est illa magna omnium similitudo animorum, atque coniunctio? Quibus vnus, & idem animus, & idem cor inerat, nunc diuisiones, factiones, simultates intestinae vbique reperiuntur. Vbi adest praecleara illa animi fortitudo cum se in frustra Christiani disseccari paterentur, nequo vnquam modo Christus offenderetur. Nunc enim*

*Bas. h. 8. in diuites auaros.**Acto. 4. num. 32.**Act. 2. m. 42.*

vel

vel minimā occasionē homines nacti, puerorum licet nēnigagātur: lethalia crimina perpetratur. Vbi etiam assidua illa orandi atquē communicandi exercitatio? Nūc ipsum orandi nomen, peregrinū nescio quid sonare videtur, communionēs vero singulis semel annis, aut Iubilei tempore à multis frequentari tantum solitę sunt: vbi deniq; illa vitę ducendę puritas, quam olim viguisse legimus? cum nostra hac tempestate nihil, præter innumerabilia vbiquē delicta reperiamus. Ingentem illam Hierosolymę ruinam vates Ieremias deplorans. *Quomodo (inquit) obscuratum est aurum mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platæarum, filij Sion incliti & amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea opus manuū figuli.* Quanto melius nos miserandam ruinam, quam diuina hæc Hierosolyma fecit lamentari possumus: eadem quidem est ecclesia, eadem quę vitę institutio, sed non eadem viuendi ratio, non eadem sanctitas non eadem integritas vitę, Vbi candidus ille nitor, quo fulgebat? Vbi monachorum anchoritarumque, quibus vastę solitudines colebantur multitudo? Vbi inuicti illi, & generosi martyres? vbi sancti pastores quorum sollicitudine ecclesia regebatur? Cur ergo candore Christianorum non nitet ecclesia? Cum vix apud Constantinopolim, & Argerium scelera reperire possis, quę non in eadem pullulare & perpetrari videantur? Sūt ne ibi homicidia? sunt & apud nos. Ibi adulteria? eadem hic, ibi latrocinia? hic latrocinia. Ibi vsurę? eadem hic exercentur, ibi periuria? hic periuria factitantur. Quę deniquē crimina reperiuntur ibi, quę hic prorsus non reperiuntur? In fidelitatem excipe, & facile tibi persuadebis, Christianos nunc morum similitudine plus infideles quam nostros olim maiores referre. *Quomodo igitur obscuratum est aurum, & c.* Vę nobis si enim vt Christianum decet, vitam institueremus: nihil nostrę fidei inimici in nobis, quod accusare possent inuenirent, veluti Pharisei in Christi discipulis. In quibus nihil quod carpere possent repererunt, quam quod manus minime laurent.

Secundus

Secundus discursus de diligentia quam in republica administranda eiusdem principes,

& iudices adhibere debent, vt

inueteratis morum cor-

ruptelis adhibean-

tur remedia

(.?)

Thema. *Quare discipuli tui, & c. non lauant manus?* Matthi. 15.

MAGNO Pharisei antiquarum traditionum, reipublicęq; morum conseruandorum zelo, flagrare videntur: eorum enim acerrimos se defensores exhibuerunt: siquidem tanta adhibita diligentia Christi discipulos incusabant, eo quod cum manducarent, manus minime abluerent, cum apud eosdem idē lauandi vsus vigeret, ij scilicet pharisei veluti quidam perpetui iudices Hierosolymis præsidebant, quibus eiusdē rerum ecclesiasticarū cura, & administratio erat demadata. Quoniam ab ipsis Moyse temporibus statutum est, vt essent in republica septuaginta senes, viri autoritate insignes, quorū bene gerendę reipublicę munus erat, ad eorū igitur similitudinē scribæ illi & pharisei, prouincię illius curā subibant, cuius muneris nomine, & prætextu factum discipulorū apud Christum criminantur. Horum diligentia in præsentī animaduertite, cum hanc de discipulis querelam, ad Christum deferre vellēt, ab Hierosolymis ad gerasenorum Prouinciā plures leucās distantem, profecti sunt, inaudita nempe res, tantam in re tā minima operam perdere, cum de tanta in re graui, & magni ponderis negligentia ij iudices accusari merito possent. Talis terra tunc erat, qualis ab Esaia describitur. *Omne caput languidum. & omne cor marens. A planta pedis vsquē ad verticem capitis non erat in ea sanitas.* Cumq; sceleribus, a dulterijs scilicet, sacrilegijs aliorumq; criminum, abo-

Isai. x.

S s s mina-

minationibus remedia adhibere negligerent, Christi discipulos quod manus toties quoties illi, minime lauarent accusabant. Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. Erat tunc Herodes ille rex, adulterij labi irretitus, cumque omnibus, tantum adulterij, & incestus crimen, adeoque perniciosum scandali facinus publice patratum pateret. Horrendo insuper, & immani sacrilegij scelere diui scilicet Baptistæ, nece cumulatam, his, & alijs nobilium curiæ sceleribus simulatis: Christi Apostolos apud ipsum accusare non verentur. Quod manus lauare minime soliti essent: ipsi prætere inuolabile honorandi parentes præceptum: eisdemque necessaria sub ministrandi passim transgredi faciebant: hoc nihil curantes de lotione manuum Apostolorum, magna contentione disceptant propterea, quod hi inopes, illi vero potentes extiterint.

N V N C vero hoc idem proculdubio asseuerare possemus. Si enim omnium rerum publicarum administrationem inspexeris, complures horum Phariseorum, scribarumque imitatores inuenies: Qui pauperibus & debilibus, seueriores, & asperiores se præbent, ut iustorum iudicium, & rectorum nomen sibi usurpent, publicique boni conseruatores prædicentur. Minimarum culparum accerrime poenas repetunt, ipsaque leuia crimina pensitant, magnatum tamen, primorumque reipublicæ crimina dissimulant, & paliant. Quod si de eorum grauitate ad eisdem aliquid deferretur, grauitatem extenuant, si vero de eisdem accusantur, causam defendere nituntur, cum contra eos nihil moliri audeant, magnum sibi ex eo damnum formidantes. Qui contra maximo vitio tribuunt. Quod ille aquam est fenestra, nulla precedente prohibita monitione effuderit, & transeuntium alicuius pallium macularit. In eum tamen magnatem: qui inopum, & miserorum hominum bona dilapidat, nec verbum quidem audeat mutire, si miser quidam, & humilis, potentiore alicui verbum, quod ipsi non placuerit obijciat, protinus omni bonorum substantia spoliabitur. Horum vero magnatum si quis, huius conditionis misero, & calamitoso homini iniuriam intulerit: merito fecisse affirmabunt, si aliquis fame oppressus: fructum aliquem ex hortis decerpserit: poenas septies duplicatas exsoluere compelletur. At vero si magnus quidam usurarius, voracis auidique lucri fenerator: magnas ex concuiibus pecunias iniuste coaceruauerit: nulla pena mulcabitur.

HI Babylonicis sarrapis assimilari merito poterunt: quippe qui cum

cum Danielē ad Deū præces fundere animaduertent: contra inanē eorum legem: malitia ipsorum à rege stabilitam, leonum feritati obijciendum iudicant. Cum vero regem, idolum adorandū proponere, & vni Dei gloriam sibi ipsi usurpare conspicerent, immane profus, & horribile sacrilegium, nunquam vituperare sunt ausi. Quia hic Rex erat, Daniel vero aduena quidam opē destitutus.

SVNT denique eisdem scribis, & Phariseis valde simillimi: qui cum Pilato Christum crucifigendum tradidissent, teste Ioanne, prætorium ingredi noluerunt: ne contaminarentur, sed ut manducarent Pascha: scrupulo adducti, ne forte domum iudicis Ethnicis ingredienti macularētur: Nec tamen vllō scrupulo mouebantur si Christum cruci affigerent. Eodem igitur modo sunt, ij reipublice iudices, eiusdem ut ita dicam, farinae, scrupulo enim dilacerantur: si hæc miserorum hominum minutula, & puerilia fere peccata relinquunt impunita, neque vllum scrupulum inesse iudicant: cum nefaria potentium crimina, & delicta dissimulauerint.

RECTE igitur illis quadrat, quod de ipsis (teste Matthæo) Christus dixerat: Duces cecī excolantes culicem: camelum autem glutientes. Id est: culicem si viderint vino inesse: prius excolari iubebunt: quam ipsum bibere audeant, came alias integrum deuorantes. Hieronymus super hunc locum: Camelum existimo esse, secundum sensum præsentis loci, magnitudinem præceptorum iudicium, & misericordiam & fidem, culices autem decimas menthae, & anethi, & cymini, & reliquorum vilium olerum. Hæc quæ contra præceptum Dei magna sunt deuoramus, atque negligimus, & opinione religionis in paruis quæ lucrum habent, diligentiam demonstramus. Hæc Hieronymus: Igitur eos: qui de oleribus decimas minime fideliter soluerent: reprehendebant, quibus passim graue, & immane delictum esse inculcabant, quod eorum redditibus non nihil damni afferebat, nefaria vero peccata, quæ fidei, religioni, & iustitiæ aduersarentur: dissimulantes ferebant. Vnusquisque ergo arcana sui pectoris rimeretur: quisquis ille est, qui dignitate fulget. Inspiciatque diligenter si quid in se simile reperit: difficiles enim sunt in his quæ sua interesse possunt, esto, nullius fere sint momenti faciles vero in eo, quod sua non refert, magnificet sit momenti: præbent se difficiles, & acres in eos qui labore, & angustia premuntur, faciles vero, & mites erga eos qui potentes esse videntur.

IOAN. 18,
NUM. 21.

MATT. 23
NUM. 24,
HIERON.
IBI.

Eccl. 7.
num. 6.

HIS ergo Deus in signe iustitiæ virgam auferre in ecclesiastico vult. Noli (inquit) querere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumperere iniquitates. Ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua. Id est prius quam rem publicam capeffendam suscipias, tui animi integritatem, & fortitudinem scrutare, vires quid valeant considera, si vero in te eam animi magnitudinē quæ iustitiæ præcepta, nullius habita acceptione, exequi faciat, non agnoueris, nullo vnquam pacto eandem potestatem exercendam suscipias. Ne tibi timorem incutiant diuites, & potentes. Ne forte, inquit, ponas scandalum in agilitate tua. Textus græcus ait in æquitate vel rectitudine tua. Solet enim contingere, vt aliquis animaduertat plane, quid secundum rectam rationis normam facere oporteat: humano tamen timore deterritus, ab eadem iustitiæ executione abducatur, & hac ratione scandalum in huiusmodi rebus quæ frequentius euenire solent sibi præbet. Huiusmodi scandalum sibi Pilatus exhibuit, sciens enim quia per inuidiam tradidissent Iudæi Christum, illis dicentibus, si hunc dimittis non es amicus Cæsaris, timuit, ne ab eisdem de aliquo apud Cæsarem deferretur, prouinciæque obeu dæ munere priuaretur: lauandis ergo manibus aquam postula uir, Christumque in fontem esse aperte confessus est, & dixit. *Innocens ego sum a sanguine iusti huius.* Et tamen eum condemnauit. D. Ambrosius ait, quid profuit testimonium perhibuisse innocentie, & velut reum addixisse nequitie. Nisi quod grauius peccatum est, vnum eundemque & pronunciare iustum, & tradere vt criminosum. Lauerit licet suas manus Pilatus, facta sua tamen non diluit, Iudex enim constans, & bonus nec inuidie cedere debuit, nec timori. Hæc ille, Ob id ergo sapiens idem præbens consilium inquit *Noli querere &c.*

Mat. 27.

Ambros.
serm. 49.

Psal. 81. n.
1.

ET vt intelligas quantum hoc consilium conducatur: ijs præsertim qui reipublicæ principes, & rectores existunt: Memento eisdem iudicibus alium superiorem esse constitutum, qui iustitiæ recte distributæ rationem strictè exiget. Deus, inquit Dauid. *Stetit in synagoga Deorum, in medio autem Deos diducat.* Id est licet iudices terræ sint, veluti quidam Dij, est tamen supremus eorum iudex Deus in medio eorum, attendens qualiter exequantur officium sibi commissum. Vnde in Hebræo loco nominis huius, Deus, est vocabulum Elohim, id est Iudex, & vltor, Apposuit sane epithetum quia agitur de iudicio, sicut

cut enim est: Rex regum, & Dominus dominantium sic etiam est Iudex iudicum, & Rector regentium populorum. Licet enim Deus inuisibilis sit, omnibus tamen tribunali bus, iudicij quæ pensandis. præesse dicitur, ibique secum constituit scabellum, & omnia quæ à iudicibus gerantur, quæquæ infecta relinquuntur, & quæ interius cogitant, & decernunt contemplatur. Cumquæ suo officio non satisfaciunt, interna animi pulsatione eos admonet. *Vsq; quæquo indicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis?* Id est inique iudicatis acceptando personas, attendendo facies magnatum, & timendo illos; quare non defenditis pauperes, &c. His animi pulsationibus Deus iudicum corda pertentat, quæ si satis non sunt, quid ipse sit facturum audi.

HOC Deus in rebelles, & contumaces statuit, quod apud Salomonem olim grauius est comminatus, vbi cum reipublicæ principibus loqueretur, ait. *Audite Reges, & intelligite, dis crite iudices finium terræ. Præbere aures vos qui continetis multitudinem, & placetis vobis in turbis nationum, quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur. Quoniam cum essetis ministri regni illius, non rectè iudicastis, nequæ custodistis legem iustitiæ, nequæ secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrende & cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum in his qui præsumunt fiet. Exiguo enim conceditur misericordia: Potentes autem potenter tormenta patientur.* Cuius nam iudicis aures non timent audientes: verba hæc. Animaduertite quæso: quæ sit reipublicæ administratæ ratio à iudicibus exigenda. Vbi non solum opera interrogantur, verum etiam cogitationes, seu consilia inquiruntur, quid ergo de improbis iudicibus futurum? Horrende, inquit, cito apparebit vobis. *Horredum* ait Apostolus, *est incidere in manus Dei viuētis.* At vero si hoc omnibus horrendum, iudicibus horribilissimum & terribilissimum erit. Quoniam iudicium durissimum his qui præsumunt fiet. Non enim iudicium fiet, sat erat dicere, nisi durissimum adderetur. Dic obsecro? si solitum Dei iudicium vel cogitare adeo sancti perhorrescunt, vt sanctissimus Dauid dicat. *Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.* Si antiquo vasti eremi habitatori, ipsiquæ nullius nisi desertantum, rationem reddidituro,

Sap. 6.

Psal. 142
nu. 2.

in se tamen sanctitatis splendore fulgenti, horribile Dei iudicium personat. Quid quæso de illo fiet; qui reipublice præsidet. Nec de se tantum: sed de tanta hominum multitudine, rationem est redditurus? Væ potentibus. *Potentes enim potenter tormenta patientur.* Ait Dominus. *Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, seruite Domino in timore, apprehendite disciplinam ne quando irascatur Dominus.*

VI S ergo verum tibi exemplar, quo omnia recte gubernes? qualiter Deus iudicet considera, qui quidem sine personarum acceptatione, scit Imperatorum superbiam retundere. Scit & argenteam, aureamque magnatum effigiem refringere, in pulueremque commutare. Scit enim deponere potentes de fede. Scit etiam exaltare humiles, suscitareque de terra inopem, & de stercore erigere pauperem, vt collocet eum cum principibus populi sui. Scit denique manibus flagella arripere, & diuites de templo expellere. Scit & pauperem hospitio receptum consolari, Phariseum, Scribam, & synagogæ Principem reprehendere. Humilibus, & paruulis animum addere, eis denique spondere, nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro, dare vobis regnum, Scit denique magnorum Principum capita diademate expoliare, ipsumque in pauperum, pastorum, & paruulorum capitibus collocare, è pastore in prophetam, è piscatore in Apostolum eligere. Regum rex dicitur, viduarumque iudex prædicatur, & orphanorum pater. Ne ergo vos orphanorum reges, eorumque defensores esse dedignemini, estote ergo recti, estote iusti, ne humana aliqua contemplatione declinet iustitiæ status. Quod si feceritis, principatus celsitudo temporalis, ad celsitudinem principatus æterni consequendam plurimum inuabit.

Primus

CONCIO TERTIA.

Primus discursus in eos qui aliena peccata scrutantur, eaque supra modum grauiam esse censent, propria vero extenuant minimaque esse iudicant.
(.?.)

Thema. *Quare discipuli tui &c. non lauant manus cum manducant.* Matth. 15.

MAGNA animi consideratione dignum extat, qua ratione, in re adeo leui, qualis erat, manus post vnūquenque cibum non lauare, acres & rigidos se censors ostenderent, cum & ipsi multa eademque grauiam peccata, quibus obruerentur prò nihilo ducerent, superbiæ nempe, inuidiæ & auaritiæ quæ publice omnibus in aperto erant, quibus à Christo reprehensi arguebantur, vt perspicitur etiam in eo crimine: quod illis Christus hodierna die obijcit. Docebant enim Scribæ, & Pharisei filiorum bona non esse parentibus (etiam valde indigentibus) tribuenda: dummodo omnia ad templum deferrentur, inter Phariseos distribuenda, cum hoc apertè quart decalogi præcepto aduersaretur.

HOC certe perditissimorum hominum proprium est, qui in suis defectibus & culpis cognoscendis maxime cecuciant, omnia sua, bona esse iudicantes. Quod si aliqua culpa digna reperiatur, idem fucato candore illa celare nituntur, multarum etiam excusationum rationes afferunt: ita vt culpa digni nusquam reperiantur, in aliorum vero rebus pensitandis lyncæis vtuntur oculis. & in omnibus aliquid reprehensione dignum inueniunt: sunt quidem rigidissimi proximorum censors, sui vero acerrimi defensores. Si alij

precioso cultu ornentur, superbix, & arrogantix vertunt. Si vero ipsi exquisitissimè induantur, ornatus, & decoris gratia id se efficere aiunt: ille si cibumumat, gulæ notam imponunt, ipsi vero si laute, & gloriose viuunt, necessitatem opponunt: si ille parcus, & frugi vixerit, avarum esse, dicunt, si vero ipsi pecunijs omnino pepercerint, prudenter se fecisse laudabunt: si ille multa verba locutus fuerit, loquacitatem accusant, si vero ipsi nulla habita ratione verba vbique effutiant, urbanitatem nominant: ille si reticet, ignorantiam vocant, ipsi si tacent prudentiam extollent. Aliena denique crimina stipulæ licet similia sint, mortium magnitudinem superare testantur, sua vero delicta mortibus licet maiora, minutulè sibi festucæ videntur.

2 Reg. 12.
num. 1.

HIS similis existebat Dauid, eo tempore quo oculorum sibi acies in illo lasciuo Bersabæ conspectu præstricta est, cui vnica allegoria seu parabola Natham peccatum patratu significauit. Reserens damnatum, quod ditissimus quidam egeno homini intulit cum ab illo ouem iniuste ademit. Tunc Dauid ait. *Viuit Dominus quoniã filius mortis est vir qui fecit hoc, ouem reddet in quadrupulum eo quod fecerit verbum istud, & non pepercerit. Cui Natham tuus vir ille.* Aduertite ergo, quam rigidum, & seuerum se Dauid tunc ostendit, aduersus eum qui ouem illam surripuisse diceretur, reatu mortis incurrisset; vt iudicaret, ipse vero Vriæ vxorem arripuit: Insuper, & quo pacto ille in bello desertus a suis occumberet iussit: idque pro nihilo ducebat, nec de eo penitentiam adhuc egerat. si Dauid inuasit vitium hoc quis securum se dicet?

Mat. 7.
num. 4.

NEQVE dissimilis erat alter ille hypocrita, de quo Christus dixerat: *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dices fratri tuo, sine eijciam festucam de oculo tuo, & ecce trabs est in oculo tuo, hypocrita eijce primo trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui.* Hæc Christus Dominus. Pensate quæso rem adeo absurdam: Cum transversam oculis trabem habeat: eandem minime sentiat, festucam vero vel minimam alieno in oculo videat. Et quam sollicitus sit, vt alter festucam eijciat, ipse vero trabem ab oculo expellere negligit. Quod, (vt clarius loquamur) nihil aliud significat, quam nonnulli homines esse: qui proximorum, vel leuissima, & minutula peccata captantes scrutantur, ipsi vero grauissima scelera, atque flagitia sua pro nihilo ducunt. Culpatur igitur impius fenerator, & exagitat, quod fructus ab institore caro vendantur

tur, ipse tamen ab exercendis vsuris, & turpis lucris adeundis non cessat. Nec minus adulter alium, qui fenestram prospectauerit criminatur, at vero adulteria quæ ipse perpetiatur non exagitat. Simoniacus etiam quod capellanus alter, seu canonicus vestem linteam non recte corpori adaptet vitio tribuit, ipse cum beneficium, Simonica prauitate detineat, non attendit. Loquax denique, atque detractor, siquid vulgo leuiter circumfertur, carpit, nec ipse magnum putat quod omnibus vbique detrahit secreto, eorumque famam lædit. His ergo, & alijs similibus, festuca in alieno oculo displicet, in suis vero nec trabem quidem intuentur.

ANIMADVERTE ò frater, Deum omnino tuam charitatem desiderare, qui proximum fratrem nominat & ideo dicit. *Tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui.* Fratris, (inquit) quia amantissimi fratris oculis te proximum respicere iubet. Te vero in te ipsum rigidum, & acerrimum censorem exoptulat. Quamobrem tanquam impurum, & spurcum animal a quo abstinere herinaceum haberi in lege iusserat. Id enim significat Cheroglyllios vt ait ibi, Theodoretus. Hoc animal vltro, citroque spinis hirsutus extat, eaque est ipsius natura, vt si attingere illud velis immodum orbis glomeretur, atque si circumquaque ipsum impetas, grauiterpungaris, ipse heritius sibi mollis, & suauis est, ceteris vero crudelis & pungens. Illi enim qui huiusmodi bestiolam referunt, alijs asperi, & duri. Sibi vero suauis, & mites sunt. Vnde ibi a Deo improbantur. Non ergo vult Deus te huiusmodi esse, sed contra, mitem erga proximum, tibi vero rigidum, & acrem, cumque alium alicuius culpæ notam subijisse grandis licet sit, conspexeris, excuses quo quomodo poteris, & æqui bonique consulas. At vero cum in aliquam vel leuissimam culpam incideris te ipsum accuses, & carpas.

Leuit. 11.
nu. 5.
Theod. 4.
11.

HINC est quod cum Christo allata esset adultera. *Inclinans se deorsum digito scribebat in terra, cum ergo perseveraret pharisæi interrogantes eum erexit se, & dixit eis. Qui sine peccato est vestrum primus in illam lapidem mittat, & iterum se inclinans scribebat in terra.* Mira certe diuinæ clementiæ ponderatio, quæ in primis se nobis offert, mirabile insuper Christi exemplum,

Tt ad

ad ea quæ in præsentia aguntur hoc est, in vniuersa Populi Israëlitici republica. A deo fama Christi increbuerat, isquæ tanta pietate, & clementia pollere ferebatur, vt nullum vnquam condemnare vellet, sed omnes omnino fauore, & amore prosequi. Pharisei tunc hoc modo sunt argumētati: Hic nempe vir piissimus est, quo circa si interrogetur quid de hac adultera futurum sit? dicit ignosci ei debere, tunc nos occasionem nacti, eum iniustitiæ accusare poterimus, eo quod contra legem Moyſi agere videatur, quæ in Leuitico iubet, quod adulterij crimine conuicta lapidibus obruatur. Vnde Ioannes dicit. *Hoc dicebāt tentātes eum, vt possent accusare eum* Vt erga proximos, quanuis criminibus obstringantur, mansueti, & mites esse discatis. Sed nunc ponderate precor quæ ab eo responsa tulerint. *Qui sine peccato* (inquit) *est vñctum &c.* Quasi diceret nō ne adeo immane, & horribile alijs supplicium petere erubescitis, cum vos criminum molle irretiti teneamini? quibus vt melius negotij gerendi modum improbaret, scribebat in terra. Quid scribebat in terra? Glosa interlinealis, peccata eorum ait, quo nihil aliud ostendebat quam: vt ipsis declararet melius omnino futurum fuisse, vt ipsos criminum peniteret, quam vt aliena peccata supplicijs vindicarent. Non quidem Christus delicta impunita relinqui iubet. Volebat tamen, vt qui accusaturi alios essent: à se ipsos vlciscendi, & peccata vindicandi initium ordirentur.

VT autem scias quam sint Deo infesti huiusmodi homines animaduerte, longe asperius & durius cum illis, quam cum adultera actum esse: Illos enim grauitur obiurgauit, adulteræ vero dixit. *Mulier nemo te condemnauit? quæ dixit nemo Domine. Et Christus ad illam. Neque egote condemnabo, vade et iam noli amplius peccare.* Acrius igitur, & seuerius actores quam ream tractauit, quid ita Domine? Nunquid non ab adultera grauiore longe pænæ erant repetendæ quam ab his quos supra memorauimus? Nunquid homini scrutare mysteria Dei fas est? Forsam illi peiores multo erant: esto tamen vt minime peiores essent. Abhorret tamen Deus ab eo qui, in proximum oculis, lingua, & manibus crudeliter vti velit, vt se vero à vitijs coerceat, nec manus, nec linguam, nec oculos adhibere cupit.

PROV. 20. PONDVS, & pondus ait sapiens mensura, & mensura, vtrūq; abominabile est apud Deū. Hieronymus sic explicat. Hoc est pondus maius &

& minus & mensura maior, & minor. Diuersum nanquæ pondus in domo sua diuersamque habet mensuram, vt aliter videlicet in semet ipso, aliter metiatur in proximo. Qui in suis semper actibus, quæ laudari, in aliorum vero quæ vituperari possint, rimatur. Et ideo huiusmodi hominem iuste abominabitur Dominus. Quia nimirum: quantum sibi metipſi absque meritis placet, tanto superno inspectori merito displicebit. Hæc Hieronymus, abominabile autem dixit non inuisum quomodo cunque: sed abominabile, id est supra modum inuisum.

HINC orta fuit alia notissima condemnatio Pharisei, qui cū se ipsum iusto plus extolleret, cæteros vero arroganter despiceret dicebat. *Non sum sicut cæteri hominū raptores, iniusti, adulteri, velut et iā hic publicanus.* En hūc qui oculos perspicaces habebat, vt aliena delicta rimaretur, quos non habuit, vt tumidam suam naturam, & superbiam, quæ in corde & lingua versabatur, animaduerneret Non enim publicanū humilem respiciebat, qui nec cælum quidem suspicere audebat, peccata vero eiusdem publicani, quæ forsam minora multum, quam ipse putaret esse poterant, perpendebat & ieiunia sua, aliaque bona opera ostētabat: Nō vero arrogantiam, & vanitatē qua infectus erat, quid vero de vtroque senserit Deus attendite. *Dico vobis* ait Christus *descendit hic iustificatus in domum suam ab illo* vbi quæ vides huiusmodi censores vitæ alienæ Dominum detestātem, quia proximum diligendum esse docet. Iudicium tamen aliena interpretandi opera sibi soli relinquit. Quod suum tanquam iudicis maximi munus est iudicare, & reddere vnicuique secundum opera sua. Et quidem tibi in illo tribunali non imponetur vti quæ quod alij peccauerint, sed quod ipse in Deum commiseris. Tua igitur facinora & scelera sic gemebundus obortis lachrymis contemplare, vt plangas, & corrigas, vitamque in melius commutes, cæteros vero dilige, quanlibet pro eis causam suscipiens. Quod tuum munus est: quia de eorum delictis est in cælo qui querat, & iudicet iudex iustus.

Ttt 2 Secundus

Hierony.

LUC. 18.
nume. 10.

Secundus discursus, contra eos, qui mundi traditionibus seruientes legem, & mandata Dei frangere non dubitant.

Thema. Quare vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram.
Matth. 23.

QUARTO decalogi præcepto, iusserat Deus filijs parentibus honorem deferre debere. Hunc vero honorem non tantum ad capitis humiliationem eisdem caput nudum ostendendo, reuerentiam exhibendo, & beneuolentiam retinendo, sed ad opera expectare docuit parentum penuriam, ex bonis proprijs. Quoad eius fieri posset, cumque opus fuisset, consulendo. Pharisei tamen, quæ sua erat auaritia traditione, docuerant, filium, dum templo Dei, bona, quæ possidet defferret, & ibi offerret, vt ipsis cederent, nulla obligatione deuinctum manere, vt parentibus necessaria præstaret, longeque melius esse, Deo quam patri eadem offerre. Ratione adiecta illa. Nam cleemosyna patri prodesse potest, cum eadem patris necessitati remedium quærat.

AT seruator noster interrogat hic, videamus ergo. Quare vestris traditionibus Dei legem, & præcepta postponitis. Deus namque perspicue præcepit filium parenti succurre, quare ergo vos obligationem hanc vestris traditionibus retardatis.

PRAESENS hæc quæstio multis nostra hac tempestate proponi poterat, quare in illa domo, præceptum, quo proximo ignoscere iubemur, violatur. Multum enim temporis intercessit, ex quo simulas cepit inueterascere, & mutuo se colloquio illi priuant. Quare etiam in illa domo mandatum misericordiam infringitur, in qua vestibus arcæ replentur, pauperes vero nudi præfrigore artibus contremiscunt, in qua quidem magni cerui calium & calciarum acerui exuberant, in opum tamen hospitia singula singulis pauperibus sufficere nequeunt? in qua & abacus argento, & auro

onestus

onestus nitescit, pauperes vero fame conficiuntur. Quare item alia in domo, tantus inest fastus, tantaque ciborum exquisitorum copia exuberat, in qua temperantiæ præceptum exoleuit. In alia autem domo, quare castissimum honestatis præceptum, & castitatis violatur? In alia denique, quare publica alearum exercitia tolerantur, vbi complura Dei præcepta infringuntur, iuratur, ac periuratur, furta, & salatiæ mutuo placent, cauillationes ad inuicem excogitantur.

HIS ferè omnibus respondebitur propter traditionem hominum. Ita mundi legibus, & traditionibus sancitum esse iniuria vindicatur, quia mundus leges vindictæ stabiluit, cur ergo tanta vestitum, & ciborum affluentia? quia eorum omnium vsus in mundo viget. Cur ergo aleæ, cur penuria, & detractiones? quia hæc omnia mundi legibus sancita sunt. Quibus si dixeris, ea diuinæ legi esse contraria, respondebunt, quod Babylonicis, satrapæ, Persarum Regi Dario responderunt: *Lex, Medorum est, atque Persarum, vt omne decretum, quod constituerit Rex non liceat immutari.* Et vide de qua lege loquantur. Reges suaserant legem iniquam condere, qua caueretur, ne quis Deum ante triginta dies orare auderet, in dicta pœna, vt leonibus obiectaretur, qui contrarium vellet. Res sane multum rationi dissona, & contraria. Quam cum Daniel veluti impiam negligeret, & Deum assiduis interpellaret præcibus, ad regem defertur, & ab ipsis obnixè contenditur, vt pœna a lege infigatur, ita vt leonibus obijceretur, quia Babylonica lex inuiolabilis est. Eodem ergo pacto leges (vt ita dicam) Alcorani mundi se habent, quas mundi sectatores inuiolabiles esse decernunt. Adeoque, vt si ipsæ, vel Dei leges in discrimen veniant, prius Dei, quam mundi leges violentur tanquam quid debilius, & inferius. Hæc igitur nimia ornatuum & ciborum affluentia, alearum, & spectaculorum assidua libido contra euangelica statuta exercentur. Quæ quia mundus sic statuit, adeo inuiolabiles iudicantur, vt eisdem medendis remedium nusquam inuenire posse videatur.

ET quis mundum Christianis legislatorem constituit? quis illi dedit auctoritatem leges condendi, legibus Dei contrarias? Dominus, ait Isaias: *Iudex noster Dominus, legifex noster Dominus, rex noster.* Ergo si Deus noster est legislator, & Rex, cur igitur Christianus mundum sibi legislatorem admittit? Cur aduersum sancta Dei præcepta detestabiles mundi consuetudines, & corruptelas

T t t 3 ausus

Isa. 33.
nu. 72.

ausus est allegare. Cū Christus refert, legē de diligendis inimicis, huiusmodi loquendi modo vltus est. *Audistis quia dictū est antiquis, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros, &c. Ego autem, habet autem, dictū illud. (Ego autem) emphasim quandamque loquentis maiestatem a deo excelsum, vt ipsa tantum sufficiens videretur: quæ vniuersam priscorum auctoritatem demoliri, & labefactare posset. Nec ratio ni repugnat, imo quadrat mirificē. Quæ nāque auctoritas reperiri poterit: quæ sibi ē contrario Dei auctoritatem reluctantem ferat. Quis enim traditiones, consuetudines, seu corruptelas, & alia mūdi dicta, vbi lex, & Dei voluntas, & hæc cælestis dictio. *Ego autem* repugnat, allegare audebit?*

SI te vero eiusdem auctoritas non modo regalis, verum etiam diuina: parum mouet? Apostolum Audi Iacobum. *Vnus est, inquit, legislator, & iudex, qui potest perdere, & liberare. Si Deum legislatorem nequaquam pertimescis? ipsum iudicem, qui condemnare, & saluare potest, pertimesce. Cupiebat enim Rex Madianitarum, vt Balaam populo Israelitico malediceret. Qui quidem à Deo, ne faceret, fuerat inhibitus. Ecce hic Balaam in discrimine constitutum elegit tamen Dei iussa capessere, & populo benedixit, cui Rex iratus ait. *Quid est hoc, inquit, quod agis, vt malediceres inimicis meis vobis, & tu ē contrario benedixis? Respondit Balaam, num aliud possum loqui, nisi quod iusserit Dominus? Cur ergo non poterat? Erat ne ei à Deo ablata potestas? Certe Deum timuit, cum enim ipsi angelus appareret qui gladiū manu vibrabat, ipsoque minabatur, si populo malediceret, nō fuit ausus illi male precari. Iccirco se nō potuisse affirmat. Vtinam Dei in vobis timor inesset! ne quo certe nos hominum, vel potentissimorum principum, et Regum iussa à recto consilio abducerent. Vnus enim est legislator, & iudex, qui potest perdere, & liberare.**

DICITO mihi frater, cum apud Deum Christianæ religionis ratio à te sit exigenda, quam tibi excusationis causam, mundanæ legis obseruatio prætendat? Quare transgressus es præceptum istud? Quia mundus præceperat oppositum. Bella quidem ratio, cum Deus contrarium dicat, quid refert sic mundum dixisse? Num mundus tuam defensionem suscipiet, cum Dei iudicium ad eas? Misera idololatriæ seruitute Israelitæ, relicto Deo tenebantur, quibus Moyses ait, *Iudicabit Dominus populum suum*

1. Iob. 4.
num. 12.

Num. 22.
num. 38.

Dan. 3. 2.
num. 3. 6.

suum, & dicet, vbi sunt Dixerunt, de quorum victimis comedebant, edipes, & bibebant vinum libaminum? surgant, & opitulentur vobis; & in necessitate vos protegant. Hoc est quod huius mundi sectatoribus in die illa tremenda Dominus dicet. *Vbi mundus est, cuius amore supra modum flagraſtis, cui ad nutum potemperastis? cui fidelissime credidistis? Ipsum nunc inuocate, vt opituletur vobis. Poterit ne tunc ē manibus Dei vos mundus eripere? Minime sane. Cur ergo impijs eiusdem traditionibus: sanctas Dei leges violare audeatis, in cuius manu nostra salus sita est? Quique tunc sue legis desertores acri est: censura puniturus? Sacra pagina refert. *Saulem Regem cū maximo, & periculoso belli discrimine conflictaretur, sacrum immortalī Deo contra ipsius Dei præceptum fecisse, vt hac ratione illum placatum redderet. Quod factum Samuel improbauit, Saulēque reprehendit. At Saul volens culpam à se dimouere, ait. *Compulsus obituli holocaustū, cui obiecit Samuel. *Stultē egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui. Quod si non fecisses, iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum, sed nequaquam regnum tuum ultra consurget. Iustam profecto excusationis causam opposuisse videtur, qui se in maximum belli discrimen redactum circumspectans, rem quæ speciem pietatis præferre videbatur, Deo obtulit. Eius nihilominus excusatio reprobata est. Si talis ergo excusatio quæ iusta videbatur, non admittitur: Quo pacto vultis hanc admitti excusationem ita futilem, & inanem? Videlicet id mundus præcipit, & in vsu est apud homines. In nostro ergo euangelio, nullo modo contra præceptum, quo iubetur parentum necessitati consulere, agi conceditur, etiam si facultates parentibus erogandæ: in pios templi vsus impendantur. Quo igitur pacto obtemperandi mundo, eiusque vanitatibus inferuendi excusatio admittetur?****

DICES si leges mundi parui fecero, infamiam notam subibo. Satius tamen tibi est à mundo contēni quam a Deo condemnari. Cōpertum habebat Daniel, discrimen non solum honoris, verum et vitæ subire, si preces contra leges Babylonæ funderet. Nihilominus tamen, ne erga Deum in officio deficere videretur: Deum palam vt solitus erat, deprecatus est. Hoc enim intra se se cogitabat. *Melius mihi longe erit leonū vnguibus me dilacerari, quam in Dei manus incidere. Horrēdum enim est incidere in manus Dei viuētis. Nūc vero leonū dentibus, quod à mundi legibus deficias, dānatus, nō es, & tam*

1. Re. 3.
num. 12.

Dan. 6.
num. 20.

& tam facile animum despondes, vt mundum repudiare nō audeas. hoc vterius dicas, obsecro, cogitas nē ob id quod mundi factus, & leges, flocci pēpenderis te alicuius, vel minime rei iacturam esse facturum? falleris. vti quē, quia in eodem quō te mundus damnare curarit. Deī auxiliū pręsto tibi erit. Non nē Daniēlem aspici, quem non solum Deus cęlesti diademate coronauit, tanta re animose gesta, verum etiam in mundo, ipsum beneficio, & fauore est profecutus, & à leonibus tutatus. Si te mundus dedecore damnat, esto animo forti, ne timeas. Deus erit acerrimus tui honoris patronus, ipse enim efficiet, ne mūdi vnguibus vel minima tui honoris particula laceretur. Nimis enim honorati sunt amici eius, ani maduertite diligenter, & eos, qui mundum conculcare nituntur maiori honoris priuilegio decoratos circūspicies. Plures nanquē Diuus ille Franciscus cilicio, saccoque indutus, quam mundi huius principes, qui preciosissimis vestibus induebantur, apud omnes habebatur. Nihil denique, si Christum colueris, damni apud mundum patieris. Qui quidem, quanuis aliquando de te detrahat, filebit tandem. Et quanuis initio tua facta vituperet, vitioque tribuat, postea vero laudi ducet. Et licet inuitus sanctitatem tuam, Christianā quē pietatem agnoscat. Et quod in viro studioso, imitari mundus non audet, venerari, & reuereri cogetur. Plurimi denique faciet mundus eum, à quo ipse despicitur, & plurimi habebit illum, à quo ipsemet pro nihilo ducitur. Deus autem gratiam gloriamque tribuet sempiternam.

CONCIO QVARTA.

Discursus primus, diuinum cultum hortatur.

(.?.)

Them. *Vos autem dicitis, quicumque dixerit patri vel matri &c.*

COMPERTVM est omnibus horum hominum figmentum, quo vt precedēti cōcione vidimus, persuaserint hominibus, vt

vt templo manciparent, quę parentibus erant eroganda. Maior ergo, & ardentior deuotio, erga diuinum cultum, piaque templi opera tunc vigeat, quam nunc, siquidem his quorum magna copia exuberat, persuaderi minime potest, vt Deo eiusque cultui aliquid tribuatur. Tunc, quę patri erant concedenda, tollebantur, vt templo dedicarentur, vel etiam contra Dei pręceptum. Nunc autem nec de his quidem, quę vanitati, lasciuie, libidenique dicantur, aliqua impios vsus impendantur, licet Deus id pręcipiat: quo circa hominum palatia immensa rerum suppellectili redundare, sacras tamen ædes nullo ornatus decore sordescere videbis. Dedit quidem mensę tuę vnā, aut alteram minus elegantem mappam sternere, altari vero Christi, vbi sacrosanctum missę mysterium celebratur, sordidas, squalidasque mappas apponi. Habes igitur tibi sericas vestes, aliasque auro intextas. Sacerdotum tamen, & altaris ornamenta sordescunt, & vetera discissaque erunt? Abacus tibi preciosis & aureis vasibus, patinisque argenteis, & affabre laboratis splendet, cum sacrosancto, diuinoque cultui nec talia quidem, sed longe viliora, in tua ipsa parochia cernantur. Sed illud peius omnino est te scilicet habere ex quo chlamydem, togamque auro intextam, impudicę foemine tribuas, cumque Deo dimidiam, vel minorem huius reipartem erogare petaris, tunc pauperiem, & rei familiaris penuriam excuses. Et quid magis dedecens, quidque rationi magis contrarium poterit inueniri.

CVM Magnus ille Alexander Dijs sacra faceret, cuidam sacerdoti visum est plus Thymiamatum, & aromatum, quam opus esset, consumi. Qui Alexandro cum diceret, vt ingenti sumptui modū statueret. Huic nihil Alexander respondit: Sed cum Persiam peragraret, eidem sacerdoti magnam aromatum quantitatem misit, hoc addito, ne sis parcus in Deos. Contemplate rogo, huius ethnici religionem, & quam rationem haberet cultus Deo debiti. Hominem enim erga hominem se parcum præbere, non est mirandum, erga Deum tamen ferri minime potest. Et quanuis Deo nulla vniquam obligatione teneremur, ob id solum quod Deus est, quouis magno dignus est obsequio. Quibus tamen officijs colendus est cum tot nos beneficijs cumulauerit?

CVM olim Deus sibi tabernaculū fieri iussit, Moyses a populo opes, vt necelaria templo sufficerēt, petijt. Sacraque ibi pagina re-

Exod. 31.
Num. 4.

V v v faciente

ferete in huc modum egressa est omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysi. *Obtrulerunt mente promptissima primitias Domino ad faciendum opus tabernaculi testimonij.* At omnes illae primitiae parui in quiete sunt precij, sicut etiam sunt ea quas nos Deo offerimus, sane nunc quaecumque Deo praestantur: parui sunt precij tunc vero magni. Audi quod sequitur. *Quid quid ad cultum, & ad vestes sanctis necessarium erat viri cum mulieribus praebuerunt armillas & inares & annulos, & dextralia, omne vas aurum in donaria domini separatum est. Si quis habebat hyacinthum & purpuram, coccumque bis tinctum, byssum, & pilos caprarum pelles arietum rubricatas, & hyacinthinas argenti, & auri arisque metalla obtrulerunt Domino. Omnes viri & mulieres, mente deuota, obtrulerunt, donaria.* Ecce quo studio dona dedere fuerunt ad diuinum cultum, eoque animi feruore, ut foemina recte ornata, & composita, in aures Deo elargiendas sibi ademerit. Nunc ergo ipsa foemina Deum, si posset expoliaret, ut suas in aures, & nenas conflaret. Denique adeo omnes munifici, & liberales in donis Deo offerendis extiterunt, ut illius negocij gestores, & architecti Moysen conuenirent, & dicerent. *Plus offert populus, quam necessarium est. Insuper ergo Moyses praconis voce cantari. Nec vir nec mulier quicquam offerat ultra in opera sanctuarij.* Mirandum sane quod praconis voce dona inhiberi opus esset. Nunc vero concionatorum voce necessarium est eleemosynam extorquere. Neque reperiri poterit qui sponte velit elargiri. Magnum certe iudicabant, sibi a Deo collatum beneficium, quod de suis ipse sibi officium praestari voluisset. Nos vero ingens eidem obsequium nos exhibere existimamus, cum aliquid vel nullius pretij ei donandum offerimus. Tunc denique maximi illi faciebant augustissimum Deo tabernaculum, apud ipsos construi. Ob eamque rem, plus quam opus erat conferebant. Nunc vero tantum Dei beneficium aestimare negligimus. Id circo nec illud quod necessarium est, ut Deus aliqua religione, vel mediocri apparatu coli possit, tribuimus. Ac subinde dicitur, barbaros illos, & seruos fuisse, & timoris lege frenatos nos vero magis nobilitatos dilectosque filios, qui amoris lege viuimus, appellamus. Sed videre satis nequeo: qua in re amorem Deo magis quam prisci olim demonstramus, cum plus ipsis parci simus erga Deum. Vel ut melius dicam, cum ipsi fuerint maxime generosi, nos vero parci. Amor etenim qui in opera illico non erumpit amoris nomen immerito usurpat. Et quid putas Deo praestare quanuis

Exod. 36
num. 5.

quanuis eidem cuncta quae possides erogaueris?

SANCTVS ille Rex Dauid magno animi desiderio, quo flagrabat, ut Deus inter homines habitare dignaretur, atque ab ipsis eidem recta praestarentur obsequia, filium Salomonem ad se vocari iussit, ipsique, ut opus domus Dei perficeret iniungens dixit. *Ecce ego in paupertate mea preparavi impensus domus domini auri talata centum argenti mille millia talentorum, aris vero, & ferrimon est pondus, vincitur enim nymexus magnitudine. Ligna & lapides preparavi ad vniuersa impendia. Surge igitur, & facis edificandum tecum.* Videtur sanctus ille Rex, de regali patrimonio abunde paulatim detrahere, quod huic operi perficiendo donaret. Sic enim dicit alibi. *De peculio meo.* Ipseque nimios sumptus, quos alij, reges facere solent in rebus mundanis: in diuinum cultum liberalissime impendebat. Et cum immensa esset munerum multitudo, quia erat immensa rerum copia, affirmat exigua ea omnia esse. *In paupertate* (inquit) *mea preparavi.* Tu vero si altari ornatum aliquem praebueris, templum locupletasse dices. Filio suo opus mandabat, dicens. *Opus grande est neque enim homini preparatur habitatio sed Deo.* Satis ergo perspicitur quanta ipse reuerentia, & religione Deum coleret, Satis etiam apparet: quantum illa in nobis desideretur, siquidem neque ea quae amici ne dicam mundi & vanitatis causa sepe facimus: ob vnum Dei amorem, cultumque praestamus.

SI ergo Dauid tanta animi sollicitudine satagebat, ut cultui diuino magnifice inferuaret, filius etiam eius Salomon, non se parcum: sed potius ita se: circa eundem cultum liberalem ostendit, ut si vellem ea omnia, quae in illum insumpsit memorare, longum mihi esset, vobisque fortasse molestum. Legite caput. 6. libr. 3. Regum, & caput. 3. secundi Paralipomenon & vbi quae diuitiarum magnitudinem, quae tam a Dauide, & Salomone, quam a caeteris priuatis populi Israel, templo, eiusque cultui oblata fuit mirabimini. Erat enim tanta auri copia, ut sacra pagina referat, nihil esse in templo quod auro non tegeretur. Cumque adeo Salomonis dona preciosa essent, ut omnem aestimationem vinceret, summaque esset, diuitiarumque magnitudo quas operi conficiendo contulerat, flexis humiliter genibus dixit. *Ergo, ne credibilia est, ut habitet Deus cum hominibus super terram. Si caeli & caeli caelorum non te capiunt, quanto magis domus ista quam edificauit. Utinam nos, hunc eundem Dei beneficij suspiciendi modum, nobis ipsis praescriberemus.* Quod quidem beneficium a Deo in nos po-

5. Par. 22
num. 14.

1. Paral.
29. num. 3.

3. Reg. 6.
nu. 72.

2. Par. 6.
nu. 18.

Et 3. reg.
8. nu. 27.

tiori modo perfectum est. Si denique æstimaremus, parum aut nihil nos efficere, iudicaremus etiam si Salomonem in offerendis muneribus vinceremus. Aderat sane Deus in templo illo, sed qualiter Salomon subdit. *Ad hoc, inquit, facta est domus ista, ut respiciat orationem serui tui, & populi tui Israel.* Ecce cur ibi Deus aderat, nunc autem ob excellentiorem finem adest. Non quidem solum, ut exaudiamur ab ipso, verum etiam, ut re ipsa, suaque, ipse diuinitate, & humanitate in sacro sancto, illo mysterio, inter nos habitaret. Ad quem nos cum eodem pransuri, eundemque manducatum accedimus. Quid igitur faceret Salomon, si tanto pignori custodiendo templum construeret. Verum tamen est collocare voluisse testamenti arcam. Illa tamen arca præstans erat, eo quod contineret manna huius sanctissimi sacramenti figuram, ob idque in tanto, & tam eleganti templo meruit collocari. Quo ergo honore dignum est, id ipsum verum, & reale mysterium attende obsecro ea quæ nunc vulgo fiunt, quod dolendum est. Circumspice templum ita tenuiter, sordide, & impolite administrari, ut vir probus, & honestus verecundaretur, si intra priuatos parietes tantam incuriam, tenuitatem, spurcitiâque videret. Ingresso cellulas ubi sacre vestes præparantur, ornatus, & Dei suppelletilia, quæ in templis, quam plurimis reperiuntur. Ea esse animaduertes, ut in ipsis Maurorum ædiculis, elegantior, & preciosior vestium ornatus sit. Non igitur est mirandum, si Christus apud Hæreticos templa de reliquerit, cum ita indecore illa ab hominibus colantur, atque exorientur.

Ad Heb. 9

RESPONDEBIS forsam, rem familiarem tenuem esse, quotidiânos vero sumptus maiores quam & facultates ferant, credimus sane humani generis hostem exquisitos ubique sumptus excogitare, ita ut neque, quid Deo dari possitis supersit. Curat nempe hostis bona sumptibus supeditare, ut eadem ex hausta iam sumptibus ostendentes apud Deum causam illiberalitatis prætere posse possitis. Mundi autem diuites scire satis nequeo, qualiter excusari, & hac causa defendi villo modo valeant, cum in republica profanos sumptus faciant, illosque inaniter in vestibus arte laboratis, venationibus, alearum exercitijs, epularum comestationibus ponant. Ne igitur per Deum immortalem in res a deo fatiles, & inanes facultates tuas in sumas. Si vero eas mundus a te exigere videatur, ab eodem auferto, ut offeras Deo non vero

vero a Deo auferas, ut deferas mundo. Detrahēt saktē sibi dīno-
sus, & lasciuus aliquid de multis quæ meretricibus quotidie elar-
gitur, quod Deo tribuat, & potius in illis, quam in Deo
ARBITRARIIS ne multum a te hic postulari? cum a te Deus
rationem exigat eorum, quæ in peccatis consumpsisti, & quæ ad
eius templum erant necessaria. Erit ne tibi excusatio iusta, non
habui, non potui? Habuisti utique, & potuisti. *Ue quomodo omnis
iniquus opulabit os tuum.* Diuites, potentesque non ne pudore rub-
betis, cum sacerdos rem sacram facturum vestibus valde tritis altare
adit? Diuites igitur inanem excusationem pretendunt. At vero
pauperes excusabantur ne excusari posse videntur: non enim, in-
quunt, vult Deus pauperem pauperiorem fieri. Ecce aliud delira-
mentum: arbitrantur homines se inopes paulatim fieri si Deo dona
deferant, sed certe facilius, si illa non tribuant, in paupertate
rem, inopiamque deuenient, quod ex his quæ subiciemus mani-
festum fiet.

CVM populus Dei a Bibylonica seruitute in Hierosolymam
transmigrasset, ob aliqua impedimenta, quibus impediēbatur, ne
templum Dño edificaret, dicebat. *Non dū venit tēpus domus Domini ad-
ficāda.* Quibus a Deo Aggeus propheta mittitur hæc dicturus. *Nū-
quid tēpnus vobis est, ut habitetis in domibus laqueatis, & domus ista
(scilicet mea) deserta. Ponite corda vestra, superbias vestras, semina-
stis multum, & intulistis paruum, Comedistis, & non estis satiati, bibis-
tis, & non estis inebriati. O perulistis vos, & non estis calefacti, & qui
mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertussum.* Quod ut me-
lius intelligerent, iterum apertius eisdem explicuit. *Domus mea de-
serta est, & vos festinastis, vnusquisque in domum suam.* Propter hoc su-
per vos prohibiti sunt cæli, ne darent rorem, & terra prohibita est, ne
daret germen suum. *Et vocavi siccitatem super terram, & super man-
tes, & super triticum, & super vinum, & super oleum, & quæcunque pro-
ferit huius, & super homines, & super iumenta, & super omnem labo-
rem manuum.* Animaduerte quæ sibi reportarunt, ex eo, quod
templo Dei nihil conferre voluissent, & illi tanto plus domibus
suis bonorum deferri opinarentur, quantum Dei templo tribue-
re denegassent. Cum tamen eo maiorem iacturam fecerint, quo
plura sibi referuauerint. Idem tibi sane eueniet, si Deo de his
quæ possides aliqua impertiri nolueris. Neque vero Deus in te par-
cus erit, si tu erga eum magnificus sis, & liberalis. Animaduerte

Aggeus
nu. 2.

*Secundus Discursus in quo ostenditur exigendam esse à praelatis rationem eorum scelerum quæ à subditis patra-
ta fuerint.*

(?)

Thema. *Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum; non enim lauant manus, cum panem manducant.*
Matth. 15.

QUANTUM ad culpam, quam Iudæi hodierno Evangelio vituperant, Christi discipulos inculcare, videatur, non tamen ad eos sed ad ipsorum magistrum Iesum, quærimonia, defertur. Quod si revera culpa aliqua ea esset, non immerito in magistrum, potius quam in discipulos, Pharisei illam contulissent. Subditorum enim flagitia, praelatis sepe tribuuntur.

HOC enim apud se considerare debent, qui alijs præsumunt, quod ab ipsis requiretur ratio eorum scelerum, quæ a suis inferioribus commissa fuerint, & a iudicibus quæret Deus: *Quare ministri vestri non lauant manus? Cur munera sibi delata, à legibus tamè prohibita, recipiunt? Et diuinitum scelera impunita relinquunt, egenorum vero delicta grauitè accusant? Reipublicæ etiã moderatoribus opponet: Quare vestræ reipublicæ magistratus, ac ciues non lauant manus suas, cum munia sibi commissa exercerent? Cur inique atquæ iniuste pecunias vsurpant, & inique munia sua obeunt?*

O B I I C I E T item parentibus, quare liberi vestri non lauant manus? Cur scilicet, se totos libidini, turpiquæ voluptati dedunt? Cur vanitati student, & in res omnino futiles, ac nugatorias, operam pecuniasquæ impendunt? Quod si opti-

timam

timam harum rerum rationem non reddant, ea ipsis vitio vertentur, & ob suorum subditorum flagitia grauitè acerbè punientur.

P L V R A huius rei exempla sacræ litteræ suppeditantur: Sed vnum duntaxat non præter mittam in sacræ regum historia relatū. vbi præpotens Deus hoc mandatum dari iussit Heli sacerdoti: *Quare calcæ abiecasti victimam meam & munera mea, quæ præcepi, vt offerantur in templo, & magis honorasti filios tuos quam me, vt coneceres primitias omnis sacrificij Israel populi mei &c. Ecce dies veniunt & pracidam brachium tuum &c.* Si attente hoc in loco conspiciamus, quis nam culpam susceperit, quæ huiusmodi pœna mulclatur, intelligemus sane, non sacerdotem Heli, sed ipsius liberos illud peccatum perpetrasse, illi enim primitias sacrificiorum absumebant, & tamen eorum pater supplicium subiit. Et quanuis ille filios suos his verbis obiurgauerat: *Quare facitis res huiuscemodi, quas ego audio, res pessimas ab omni populo? Nolite filij mei, non enim est bona fama, quam ego audio, vt transgredi faciatis populum Domini. Si peccauerit vir in virum placari ei potest Deus, si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo?* Quanuis inquam Heli hoc modo filios suos increpasset, cum illo actum est alperè. At cur ita Deus optimus in illum animaduertit? Diuus Chrysostomus Respondet. Cū vita, inquit Heli esset. Irreprehensibilis, tamen quia filios calcantes Dei legem non cum seueritate corripuit, cum filijs pater iure punitus est, & graue supplicium subiit. Atque idem Chrysostomus alio in loco inquit: Minas Heli addere debuerat, & à suis filijs conspectū amouere, etiam & verberibus afficere. Sed cum in tempestiue illis parceret, & suam perdidit, & illorum salutem. Beatus etiam Hieronymus ait Heli corripuit filios, & punitus est, quia nõ corripere debuit, sed abicere: quid faciet, qui gaudet ad vitia, quæ emendare non audet? Theodoretus item explicans hunc locum. Horum inquit iniquitas non egebat leuibus medicamentis, sed acerrimis. Oportebat ergo eum post primam, & secundam admonitionem si perseverassent in nequitia, eos a templi ambitu expellere. Hæc ille. Præterea animaduertendum, non dictum esse, Heli: *quare filij tui abiecerunt victimam meam & munera mea &c.* sed *quare abiecastis victimam meam.* vbi pater particeps efficitur culpæ, quæ filij duntaxat susceperant. Quia filiorum, subditorumquæ peccata si a parentibus & Prælatibus impunita relinquuntur, in eisdem par-

Xxx te

1. Reg. 2. nu. 29.

1. Reg. 2. nu. 23.

Chrys. ho. 17 in Mat. th.

Chrys. lib. 5. aduersus vitia monast.

Hiero lib. 1. aduersus Pelag. Theodo.

tes, & praelatos conijciuntur, ipsique eorum penas acerbissime soluent.

Rom 12. num. 8. QVA propter doctor ille gentium Paulus praelatos admonet in hunc modum: Qui praeest in sollicitudine. Non quamcunque curam in illis requirit, sed anxiam, atque sollicitam. Quo circa cum idem Apostolus obseruantiam, & obedientiam, subditis suadet:

Hebr 13. num. 17. Obedite, inquit, praepositis vestris, & subiicere eis. Ipsi enim peruigilant, quasi ratione pro animabus vestris reddituri. Peruigilat. ait. Non enim fat est vigilare vel remisse vigilare, sed peruigilare, id est magno studio ac sollicitudine vigilare. Quia ratione pro animabus vestris reddet in seuerissimo illo equissimi iudicis tribunali. Quam obré D. Chry

Chryst. f. ostomus in hunc Pauli locum: Audiant, inquit & principes. Quoniam sicut obedientes oportet esse qui reguntur, sic etiam rectores, & Principes vigilantes decet esse, ac sobrios. Periculum enim imminet omnium quos regis, mulierum, puerorum, & virorum rationem tu redditurus es. Miror si potest saluari aliquis rectorum. Haec Chryostomus. Cuius quidem verba magnum praelatorum animis timorem incutere debent, & nos ab eo munere desiderando maxime arcere. Quod si quis aliorum gubernationem suscipiat peruigilare eum oportet, tanquam rationem pro illis redditurum: quemadmodum enim a pastore stricta ratio exigitur: illius ouis, quae in grege sibi commendato perit, vel a lupo deuorata est. Neque si quam afferat excusationem admittimus, eo quod penes illum sit omnium cura, quas quidem ipse omni ratione tueri debet, incolumesque seruare. Sic etiam rationem exiget Deus optimus maximus ab his, qui aliorum gubernationem suscipiunt, & si forte subditi pereant, vel a teterrimo illo inferorum lupo dilanientur, gubernatorum culpa, & negligentia, haec omnia ascribentur. Quippe qui subditorum vitam sibi commissam, peruigili cura, ac diligentia tutaturi, ac defensuri erant.

Genes. 31 num. 39. Cum vigilantissimus ille pastor Iacob, rationem reddidit socio suo Labam, de his ouibus, quae illi cure fuerat. Ego (inquit) dandum omne reddebam, quidquid furtim peribat, a me exigebas. Diu nonne aestu urgebar, & gelu. Fugiebatque somnus ab oculis meis, sicque, viginti annos in domo tua seruiui tibi. Quod si adeo stricta ratio exigitur a vigilantissimo pastore earum ouium, quae parui quidem fiunt, quam rationem exiget Deus: ab iis quibus pretiosissimum suum gregem custodiendum commisit.

Vae

VERBUM inquit Dominus pastoribus Israel. Quod infirmum fuit non consolidastis, & quod aegrotum non sanastis. Quod contractum est non alligastis, & quod abiectum est non reduxistis, & quod perierat non quaesistis. Vobis vobis inquam, qui animarum pastores estis haec verba ab immortalis Deo proponuntur. Qui quidem cum oues suas preciosissimo suo sanguine emerit, aegre, ac moleste fert, si vos ipsos in illis custodiendis, inertes, negligentisque prebeatis. Vobisque vitio vertit quodcunque damnum illis illatum. Incumbite ergo diligenter in eorum custodiam. Sic enim: Dei vindictam effugietis, & cum administrationis munere preclare functi fueritis: caelesti premio, ac remuneratione afficiemini.

Ez. 34. nu. 2.

CONCIO QUINTA.

Primus discursus, in eos qui extrinsecus tantum boni haberi desiderant.

(.?.)

Them. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me. Matth. 15.

VERBA haec peculiare quoddam vaticinium sunt, quod cetera Isaias Propheta multis ante temporibus, quam hi qui Hierosolymis boni extrinsecus habendi erant, in viuis essent. Et ut compertum haberemus, contra quos haec dicta essent, ipse Deus ea exponenda censuit, hisque Scribis, & Pharisaeis peccata reprehendens vaticinium declarauit dicens: Hypochrita bene prophetae ait de vobis Isaias dicens: populus hic, &c. Deo namque exteriora huiusmodi tantum, placere minime possunt, cum simul interiora exterioribus conuenire, & quenuis tam exterius bonum quam interius esse maxime velit.

Exo. 25.

DEI tabernaculum pulcherrimis vndiq, pellibus, pretiosisq, circumqua,q, taperibus tegebatur. Non ob id Deus his contentus erat, sed in interiori tabernaculi parte collocari iussit altare, in quo victimarum precordia purissima offerretur, atque, ibi cœlesti igne adolerentur: Vtrumq, enim, pelles, scilicet exterius pulcherrimas. Interius nihilominus munda precordia Deus postulat. Idem exigit Deus in nobis, ad recte, beateq, viuendum, exteriorem, scilicet modestiam, grauitatem, aliaq, externi cultus, & religionis opera, quibus sancte quis instituitur. Hæc tamen sola Deo placere nequeunt. Interius namq, petit viscera pura, & munda Deo oblata, desideria recta, rationi subdita, affectus vero ab humanarum rerum amore longe se motos. Quidam autem pellibus tantum, tabernaculum Dei obtegi volunt, precordia vero mudo sacrificanda, & deuouenda putant. Vtrumque tamen Deus exigit. Ita vt non solum hominum oculis, verum etiam interius coram Deo bonus esse, & haberi omni studio contendas.

Cant. 1.

E con. 4.
nu. 1.Amb. sup.
Psal. 8.
serm. 15.

HÆC est pulchritudo, quam in sponsa sponsus dominus in canticis laudat, & prædicat, quodam in loco dicens: *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es.* Vel vt legit Ambrosius, ecce bona es proxima mea, ecce bona es, Et capit. *Quam pulchra es amica mea. I quam pulchra es?* Cur ergo bis dixit pulchra? Nonne semel tantum dixisse sufficiebat. Vt Deo fides adhiberetur. Sanctus Ambrosius: id est pulchra in prædicatione, & pulchra in conuersatione. Hæc ille. Sic sponsa non solum Deum colit verbis exterius, sed corde interius, quia conuersatio eius in cœlis est, Interlinealis sic habet: pulchra es in operibus exterius, & pulchra animo interius: Sanctus Thomas bis repetit, ait, pulchra id est in opere, & prædicatione. In opere, quia nihil indignum oculis meis agis. In prædicatione, quia ad considerandum incarnationis meæ mysterium, etiam sodales tuas filias Hierusalem inuitare non cessas. Hæc ille. Non enim diuinus sponsus, exteriori duntaxat sponsæ pulchritudine delectatur, vt homines mundani, sed veluti sponsus Deus qui corda, rimari, & scrutari potest, cordis pulchritudinem desiderat.

Cec. 11

nu. 43.

POSTQVAM in Leuitico Deus dixerat. Ab hoc, vel illò cibo, ab hoc, & illo habitu fugite subdidit. Nolite contaminare animas vestras. Multum certè manus mundæ, & vestes modeste composita Deo placent: Tamen si eisdem purus animus, & corda recte

recte ordinata non adiunguntur, minime adhuc contentus est.

IVSSERAT Deus testamenti arcam, in qua legis Dei tabulæ seruarentur, fabricari. Dixeratq, deaurabis eam auro mundissimo intus, & foris, talem requirit hominem Deus, qui legem suam perfecte custodire desiderat, vt charitatis & sanctitatis auro refulgeat intus & foris, homines quæ extrinsecus, & in hominum conspectu apparent, inaurari cupiunt, parietibus nanque gaudet, tapetibus ditissime decoratis, sed illos insuper preciosos, vniuersa quæ aliarum rerum supellectilia noua, & nitida esse, quæ apparent, procurant, verus tamen, & trita domesticarum rerum supellex in interioribus ædium partibus reconditur, ne ab exteris ingrediētibus conspiciatur. Alius autem exterius tunica, & pallio nouo ex arte elaboratis vtitur, interius tamen trita veste contentus est. Deus autem ex his, quibus exterius tantum inest candor, sibi officia præstari minime vult. Exterius, & interius de aurata esse desiderat. Sanctos enim foris auro fulgentes, intus vero squalore fordeates abominatur, sed auro intus forisq, micantes exigit. *De aurabis, eam intus, & foris.* Deus enim Christi imitorem, ad id ipsum ad quod arca fuerat constituta desiderat. Vt lex scilicet ab eodem custodiatur. Foris etiam verum Christi imitorem illum esse vult circa ea quæ ab hominibus iudicantur. Intus vero optimum ipsius religionis cultorem, quod Deus solus speculatur.

Leu. 25.
nu. 21.

Dis simile

SVNT quidam, qui Babylonicis statuīs assimulantur, de quibus Baruch propheta ait: statuas illas esse exterius auro, argentoque conflatas. Interius vero (vt ferebatur,) earum corda serpentum dentibus dilacerabantur. Hoc modo Christiani quidam sunt. Exterius enim boni utique videntur, minime namq, deierāt, nō detrahunt, non occidunt, neque scandalum præbent. Cordibus tamen pessimorum desideriorum, prauarumq, cogitationum veneno pleni sunt.

Baruch. 6
n. 3. & 19

ASSIMILANTVR etiam Aethiopicis tabernaculis, quæ exterius in se pulcherrima, & ditissima videbatur, intus vero Aethiops quidam nigerrimus aderat. His ergo dissimiles minime sunt, qui exterius pulchritudinis, & bonitatis speciem præferunt, habentur etenim sapientes, ingenij acumine præditi, comitateq, decorati, & sanctitatis excellentia præstantes: Intus vero teterrimi

Xxx 3 Aethiopes

534 FERIA 4. POST 3. DOMINICA QUADRAGESIMA.

Leui. 11. Aethiopes (ne dicam abominabiles cacodæmones) existunt. Hos autem supra modum abominatur Deus. Ob eamq; rem Cygnum *num. 18.* antiqua lege improbarat. Cum auis sit, adeo candida, & pulchra, vt *Et Deut. 14 n. 16.* à regibus maximè æstimètur. Quid ergo Cygnus habet, vt sic a Deo reprobetur? Est quidem Cygno sub candidissimis, & amnissimis plumis, caro nigra, & dura. Tales sunt illi, qui extrinsecus honesti, & humani mites vè videntur. Interius vero nigerrimi, turpes, & morosæ deprauatæq; naturæ sunt. Quiquidè in olorum figura improbantur a Deo.

Apo. 3. SVNT & ipsi, sicut ille Sardorum episcopus, ad quem Dei nomine Apostolus Ioannes litteras miserat, hæc dicens. *nu. 1.* Scio opera tua, quia nomen habes, quod viuus, & mortuus es. Non inuenio opera tua viua coram Deo meo. Scio, inquit, opera tua. Deus enim longe à cæteris mundi Principibus distat, qui subditorum opera vera esse credunt, quia ita esse audierunt, Deus autem non ex fide, sed ex scientia nouit opera nostra. *Matth. 7.* Speculator enim adstet desuper, qui nos diebus omnibus, actusquè nostros prospicit. Nec vlllo vnquam modo falli potest, cum nos ipsos, a pedibus vsquè ad capita, interius, & exterius, noctu, diuquè circumspectat, & quidquid agamus, vel cogitemus memoria tenet. Et ideo. Scio, ait, opera tua. Quid igitur inuenit in ipso? *Exo. 7. nu. 8.* Nomen, inquit, habes, q; viuus, et mortuus es. Si mortuus, cur inter viuos referebatur? Erat mortuus in anima, viuus in hominum opinione. Quoties enim accidit quendam ab omnibus, veluti Angelum haberi, & suspici, intus vero cacodæmonem malitia superare. Illi qui miracula patrarunt, Dei tamen iudicio reprobati iudicati sunt, ipso dicente. *Deut. 5. nu. 8.* Nunquam noui vos discedite a me qui opera mini iniquitatem. Sed attendite in exterioribus quales erant. *Deut. 5. nu. 8.* Domine, Domine auunt, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus: Et in nomine tuo virtutes multas fecimus? Dic mihi obsecro, cum ipsos alta, & recondita mysteria prædicare energumenos dæmonum expulsionem liberare, claudos, cæcos, & mutos sanare mirarentur homines, &c. Quid tunc dicerent? Hi sancti proculdubio sunt, eorumquè vestes oscularentur, Dei tamen iudicio sancti minime, sed mali, & reprobati, æternis cruciatibus destinati habebantur. Hi sunt qui hominum opinione viuunt, Dei autem conspectu mortui iudicantur. apud quem is intus, forisquè viuus esse dicitur, qui foris intusquè

Concio quinta

535

què iustus, & rectus existit. Est enim Deus tanquam regalis aquila, quæ vt fertur, intimo corde alitur, & reficitur.

PROH dolor quot Vbiq; sacerdotes existit, qui exterius candido supra niuem linteo obteguntur. Interius vero animus, nigredine carbonem superat. Laudes in choro Deo percipiunt, secreto vero in grauia, & horrenda crimina labuntur. Labijs honorant Deum, cor autem eorum longe est a Deo? Quot fœminæ honesto habitu, & longe protensis velaminibus incedentes lasciuæ, & impudicæ fœminæ cogitationes habent? Quot eleemosynas Publice elargiuntur, qui tacite, & secrete omnia expilant? Quot, insigne iustitiæ virgam manibus gestant, corda vero iniustitiæ, & iniquitatis crimine onusta. referunt, bene deniquè apud homines in terris, male tamen in cœlis, apud Deum eiusquè sanctos audiunt, Viui insuper videntur, mortui tamen sunt, simulent ergo quantum voluerint. Cum tamen in diuinæ iustitiæ examine, & trutina hæc qualia sint patefient.

HVIVS enim mali origo, & causa ea est, quia homines nihil aliud intendunt, quam vt hominum oculis placeant, intelligunt enim se hominum duntaxat oculis circumspecti. Quam obrem omnem adhibent diligentiam, vt ea, quæ ab ipsis videntur poliantur, & illustrentur. Nullam vero in componendis, quæ Dei oculis rimantur: veluti Pharisei illi, & Scribæ factitabant. Quibus Dominus, ac Deus noster, duplicem speculorum modum proposuerat. Alterum, artificiale, & visibile, quod in ipso statim templi vestibulo erat inclusum, vt exteriores corporis maculæ referrentur, aqua ad manus præparata, qua lauari possent. Alterum vero spirituale speculum, quod scilicet erat sancta eius lex, præceptaq; de quibus dixerat Deus. *Exo. 7. nu. 8.* Eruntque, & mouebuntur ante oculos tuos. Erunt scilicet tibi veluti speculum quo animi effigiem contempleris. Illi vero se ipsos, in materialibus speculis inspiciebant, vt apud hominum oculos, in corporis effigie, & vultu, maculam non haberent. Non tamen in lege Dei contemplari studebant, vt coram Deo puri, & mundi inuenirentur. Magna sane amentia, & insania hæc est. Quid tibi utilitatis hominibus morem gerere, cum nihil aliud beneficij referant, quam quod sibi grata esse

Exo. 7. nu. 8.

Deut. 5. nu. 8.

esse significant, quæ agis? Quanto tibi felicius, atque vtilius erit, Deum officijs prosequi ut cum gratum sibi fuerit, immensas cæli diuitias, & bona impertiatur. Vade ergo (Spiritus sanctus ait in ecclesiastico) *comede in letitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum, quia Deo placent opera tua*. Quasi diceret, non est quod possit contristare iustum, quid quid acciderit ei, cum Deo placeat opera eius. Scandalicetur licet mundus, persequantur Neronæ, & demones etiam, aduerso Marte succedant omnia: Nam si Deo placueris, nil tibi sinistrum cedit, neque aliquid erit quod te anxie, & sollicitè cibum sumere cogat. Non enim quid timeat habet, qui Deum reueretur, nec de quo contristetur, si Deo morem gesserit. Illum autem formido terrebit, & in cibus anxia, & inquieta sollicitudo vexabit, qui Deo placere negligit, hominibus vero officiosus esse desiderat.

Psal. 52. nu. 6. AVDI Prophetam: *Deus dissipavit ossa eorum qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos*. Duo hic mala hos mundi sectatores premunt Alterum quod Deus spreuit eos. Hieronymus ait: merito spernitur à Deo, qui reliquerit Deum, & qui eum reliquit digne tanquam ignotus ab eo confunditur dicente Apostolo (1 ad Corinthios. 14.) *Omnis ignorans ignorabitur*. Alterum quod dissipat Deus ossa. Ait glossa interlinealis: Idest interiora bona. Hoc autem maximum supplicium est, cum enim Deo minime officiosus esse studes, animi bonis, quibus Deo placere poteris, destitueris: & veluti sponfus, qui ubi primum sponsam aliorum oculis, plus quam suis, placere desiderantem conspicit. Ipsam omnibus muneribus, quibus eam donarat, & quæ illi, ut grata ipsi esse studeret contulerat, spoliat, sic etiam Deus illum, humilitate, castitate, charitate, reliquisque virtutibus orbari patitur, ut maneat veluti sterquilinum, niue obiectum. Foris scilicet pulchrum, intus vero horridum, & detestabile. Cura igitur diligenter, ut tua opera Deo grata sint, quem cum interiorem puritatem exigere certo scias, lava à malitia cor tuum.

Secundus

Secundus Discursus, in quo non solum interior sanctitas, sed etiam exterior necessaria esse comprobatur.
(?)

Them. *Populus hic labijs me honorat, cor autem illorum longe est à me.*
Matth. 15.

SI QVIS forte ex ijs, quæ in proximo discursu diximus, inferat munditiam, & sanctitatem exteriorē nullo modo esse vtilem, vel necessariam, sed interiorē duntaxat decipitur sane, utraque enim Deo optimo maximo placet: Qui corde, & ore simul laudari gaudet. Neque vero ille Iudæos reprehendebat, eo quod labijs ab eis honoraretur, sed quia ore duntaxat, & labijs laudabatur, corde vero non item. Verum labiorum etiam laude delectatur quæ circa regium ille vates. *Labia*, inquit, *mea laudabunt te*. In augustissimo etiam Dei templo, quatuor millia cantorum aderant: qui vocibus, externisque encomijs, immortalem Deum efferrent. Diuinas quoque mentes vidit Esaias clamantes, & dicentes. *Sanctus, Sanctus. Dominus exercituum*. Non igitur displicent Deo huiusmodi laudes. Vult tamen ipse, ut cordis etiam laudes cum eisdem coniungantur. *Non enim est speciosa laus in ore peccatoris*. Et quidem cum venustas, ac pulchritudo in ea proportionē eluceat, qua oculi, nares, os, ac reliqua membra inter se connectuntur. Ita etiam diuinæ laudis perfectio, decor, ac pulchritudo tunc maxime elucebit, cum lingua cordi, cor autem operibus coniungatur, ut lingua, corde, & operibus simul honorem Deo, laudemque deferamus. Alioquin merito obijciat nobis regius vates. *Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant*. Utraque igitur laus, & utroque modo tribuenda est Deo. Quo circa cum Dauid dixisset. *Labia mea laudabunt te*, subiugit: *sic benedicam te in vita mea, & in nomine tuo leuabo manus meas*. At leuare manus in nomine domini, idem est ac

Y yy leuare

ps 62. nu. 4.
Esai. 6. nu. 8.

Simile
Eccle. 1. nu. 9.

aa. 1st.

leuare manus in honore domini, vt explicat Beatus Augustinus. Dum Moyses leuaret manus ad Dominum populus Dei vincebat Amalech, dum vero deponebat: Israel vincebatur. Quia dum quis bona operatur vt celestia consequatur, vincitur Amalech, id est Dæmonum turba, sanguinem nostræ perditionis lingens. Cum autem deponit manus, id est pro terrenis operatur, vincit Amalech. Hæc Augustinus. Leuare igitur manus in nomine Domini, cum quis eum laudat, idem est, ac labi, cor & opera studiosa simul complecti, et omnibus his Deum optimum maximū collaudare, sic enim ille colendus est, neque solum interiori, sed etiam exteriori cultu laudandus. Vult quippe Deus, vt non solum animus sit humilis, verum etiam cunctus corporis. Neque satis est te corde temperatum, ac sobrium esse, sed necessarium etiam est, vt tenui victu contentus, temperatis escis vtaris. Neque item sufficit te nullo interiori odio in proximos affici, sed opus quidem est, vt nec operibus, nec verbis eos lædas. Vult etiam ipse Deus, vt non modo animo, & desiderio omnibus beneficias, sed vt re ipsa egenorum paupertatem tua misericordia subleues, ægris, ac miseris subuenias. Et eis qui in vinculis, & squalore carceris iacent, opera auxilioque tuo optuleris.

Exod. 26.

num. 14.

PRAECIPIT quondam, vt in suo tabernaculo fieret opertorium de pellibus hyacinthinis. Neque enim satis esse putauit, si tabernaculum illud, in quo diuinæ legis præcepta continebantur, interius, auro, gemisq; ornaretur, sed voluit etiam, vt per pulchro illo opertorio tegeretur. Iustus, quidem est, quasi diuini numinis tabernaculum, in quo Dei leges, ac præcepta custodiuntur. Quia propter non solum interiori, sed exteriori etiam pulchritudine, ac sanctitate illud ornandum est.

Roman.

HOC idem sibi vult Apostolus, cum ad Romanos scribens, ait *Proidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus, hominibus.* Proidentes inquit, non satis fuit Apostolo dicere: Operamini quod bonum est coram hominibus, sed prouidentiam requirit. Ac si diceret, magna animi circumspectione, & diligentia curandum est nobis, rectæ vitæ, morumque documenta omnibus præbere. Omnibus dixit, quia tam eximia virtute præditi esse debemus, vt omnes cuiuscunque ordinis, generis, & ætatis, possint a nobis virtutum exempla petere. Non tantum, inquit coram Deo: sunt enim nonnulli, qui se optimos esse iudicant, si missæ, sacrisque cõ-

cionibus intersint, & ad confessionis, & Eucharistiæ sacramentum sepe accedant, etiam si precioso cultu, ac magnifico victu vtantur, lautitijsque, ludis, & alijs mundanis oblectationibus perfruantur. Apostolus tamen in omnibus, nos eximie virtutis viros esse hortatur, a deo vt prouideamus bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus.

DICES huiusmodi lautitijs, ludos, ac sumptus, eo a te animo fieri, vt tuæ familiæ dignitati consulas, non tam vt his rebus inaniter, turpiter veleteris. At satius tibi esset, tuam in hac re timiditatem, animiq; infirmitatem plane fateri, si enim forti, magnoque animo esses, & mundum ipsam despiceres, non eiusmodi rebus illius causa inferuies. Caue igitur, ne timidus, ac pusillus sis: displicet enim Deo huiusmodi timiditas. Atque ideo lepus, immundus habebatur olim eiusque vsus interdictus est Israelitis. Quia, vt notauit glossa, hoc animal ignauum, ac timidum est, in quo quidem pusilli, atque inertes animi, qui leporis ignauiam, ac timiditatem imitantur, simul a Deo reijciuntur.

Leui. 11.

nu. 6.

Deut. 14.

num 7.

IN his ergo mundanis ineptijs, & vanis, ac perituris, huius seculari rebus abijciendis, tui animi præstantiam, & fortitudinem ostendas, oportet. Neque solum ea quæ ad interiorè animi affectum spectant, prouide, sed illa etiam, quæ ad exteriorè cultum, ac proximorum exemplar pertinent. Ore enim, & corde, labijs & mente, corpore & animo, interiori, & exteriori cultu honorandus est Deus, qui nobis os, cor, labia, mentem, corpus, animum, reliquaquæ omnia donauit, & gratiam deinde, ac gloriam, sic eum honorantibus impertietur. Amen.

Tyyz

Fer.

CONCIO PRIMA.

Primus discursus, in quo explicatur, quantum sit Dei in homines beneficium, pro eorum salute ipsum Dei filium de fatigationem, lassitudinem quæ subijisse.
(?)

Thema. *Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem Ioan. c. 4.*

Esai. 47. num. 24. **VESTIVS** est olim Deus per Esayam prophetam, iudaico populo obijciens. *Seruire me fecisti in peccatis tuis, præbisti mihi laborem in iniquitatibus tuis.* Labor, quo tunc homines Deum vexabant, is erat, ut diuinam clementiam ad flagella pro eorum flagitijs, ac sceleribus inferenda impellerent. Cum enim clementissimus Dei filius ad misericordiam sit valde propensus quasi defatigatur eius animus, cum ad supplicium de hominibus sumendum incitatur. Alio quidem modo videmus hac nostra tempestate ipsum æterni patris filium defessum, ac fatigatum. Neque enim iam operibus iustitiæ, sed misericordiæ, non in vlciscendis peccatis, sed in eisdem remittendis, non in persequendis, sed in cōdonandis iniurijs, non denique in quærendis flagitiosis, ut ab eis penas petat acerbissimas, sed in inuestigandis peccatoribus, ut eorū culpis ignoscat, defatigatur. Nulla sane molestia, nullus labor ipsi Deo inerat, sceleratos homines verberans, flagellis, pœnisque afficiens, cum & flagella, & pœnæ sceleratorum tantum dorso cæderent, immortalī Deo saluo, & ab omni dolore immuni atque incolūni persistente: Nunc vero lassum, ac fatigatum eum appel-

appellare, non minus verè, quàm propriè possumus. Cum diuinus Ioannes de eo scribat. *fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem.* Omnis eius vita angoris, & acerbitatis ad eò plena fuit, ut à præsepio ad crucem, perpetua lassitudine laborauerit. *Pauper sum ego (inquit regius ille vates) & in laboribus à iuuentute mea. Exaltatus autem, humiliatus sum & conturbatus.* Quem locum exponēs dñus Hieronymus, sub Christi nomine prophetant loqui affirmat. Ac si Christus Dominus diceret. A tempore carnis assumptæ, pauper sum, & in laboribus, exaltatus autem in cruce, humiliatus sum in sepulchro, & conturbatus in morte. Id est, nullum in vitâ diem celebrem lætumquè tuli. Laborauit igitur nostri causa humani generis Seruator: non solum quatuordecim annis, ut Iacob olim Rachelis amore ductus, sed omne vitæ suæ tempus lacrymis, laboribus, ac tormentis maximis quibus quotidie afficiebatur, consumpsit, hominum amore allectus. Qui eum ad eò grauius vexabat, ut sanctissimū eius corpus sanguinis sudore præ nimia anxietate, perfunderet.

MIRVM profecto est, Deum pro hominibus fessum esse, ac fatigatum. Quis vnquam putaret Deum labore affligi, aut defatigari potuisse? qui sine vlla prorsus sollicitudinē, aut labore, vniuersum hunc mundum tanta rerum varietate distinctum effecit, quo pacto tanta potuit defatigatione deficere? Recte quidem illa vox Deo conuenit. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Hoc enim vnum est Dei maxime proprium, & defessos reficere, & onere aliquo oppressos mirifice recreare. Quis ergo non mirabitur, cum audiat de eodem, fatigatum ex itinere federe sic supra fontem? Magno certe beneficio obstricti sumus Deo, qui nos à Dæmonis seruitute liberauit, sed mirum in modum auget huiusmodi beneficium angor, & lassitudo, qua Christus Dominus in eo perficiendo grauius vexatus est.

HORTABATUR Apostolus Corinthios. *In omnibus inquit, exhibeamus nos sicut Dei ministris, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in laboribus, in vigilijs &c.* Hos Christi causa labores à nobis tollerari petebat Apostolus. Sed mirum non est, ut homines seruatoris causa molestias, laboresque feramus, hoc enim vel ipsis etiam Angelis Summæ gloriæ, summæq; dignitatis erit. Illud tamen in magnam omnes admirationem rapit, hæc omnia ab ipso summo Deo pro nobis esse suscepta.

CVM. primum illud scelus a primo nostro parente commissum est, sententiam de illo protulit Deus, vt in sudore, ac labore vesceretur pane. *Quia audisti, inquit, vocem uxoris tuæ, & comedisti de ligno, de quo præceperam tibi ne comederes. Maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea, cunctis diebus vitæ tuæ. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es.* Id est, omni tuæ vitæ tempore. Sed certe dignus est, tanto sudore, labore, ac sollicitudine, qui tantam contra Deum culpam suscepit. Sed quæ Deus immortalis, fecisti crimina? quæ commisisti flagitia vt de te dicatur. *Fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Quod si ob hominum scelera defatigaris, id ne erat tibi necessarium? Minimè quidem, sed homini, quare ille defatigetur, & inte quæredo graui vexetur sollicitudine. Sua enim maxime refert, tuæ vero quid interst, vt tantum laborem ac lassitudinem subeas?*

DIVVS Paulus plurimos, maximosque labores recenset, quos pro animarum salute perfererat. Qua in re non mediocriter erga nos Dei constat beneficium, qui tam diuum Paulum, quam reliquos Apostolos, & prophetas, suæque diuinæ legis sacros præcones hominum causa angere, defatigareque voluit. Sed multo maius, atque illustrius hodiernum in nos extat beneficium, quando fatigatus Iesus, &c. Nonne, Deus optime, satis erat, omnes tui euāgelij concionatores in procuranda hominum salute defatigari, sed etiam idem te opus tanta vexaturum erat sollicitudine, cum te summa quies, summaque tranquillitas deceat? Quid immensæ tuæ dignitati detraheretur, si omnes homines perirent, aut si recuperentur, quid præstantissimæ tuæ gloriæ addi, augeri ve potest?

ADMIRANTVR omnes, qui attentè considerant diuinos illos spiritus in hominum animis custodiendis occupari, illorumque negotia tan sollicitè agere, vt in manibus portent eos, ne forte offendant ad lapidem pedem suum. Cum tamen verum sit, eos quantum præstanti quadam, spiritualique natura vigeant: Dei optimi maximi famulos existere, nec in hominibus protegendis aliqua molestia, aut sollicitudine affici. Sed quanto maiori admiratione dignum est, ipsum Angelorum totiusque vniuersitatis creatorem, ad eorundem hominum custodiam: tanto studio, tantaque diligentia aduigilare, vt præ lassitudine quiescere cogatur. Cum fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem, Potiori igitur iure illam prophetæ vocem potest nunc Dominus usurpare. *seruire me fecisti, præbisti mihi laborem, laboravi sustinens, & querens.* Summis te, summe

Genes. 3. num. 17.

2. Cor. 11. num. 26.

psa. 90. n.

12.

psa. 43. num. 24.

summe Deus, laudibus effugant ista mentes, pro famina hac in hominum genus benignitate. Quod si absque ulla omnino defatigatione reparares, nullo quidem pretio satis digne estimari posset huiusmodi beneficium, sed quod is pretio estimabitur, cum illum tanto sudore, laboreque redemeris.

QV I D igitur fratres retribuemus Domino pro omnibus que sic retribuit nobis? qua gratiam illi beneuolentia, ac recordatione gratias Christo Domino pro singulari hac in homines gratia referimus? Cum maxima Israeliticus populus à Deo beneficia accepisset. *Memento horum, inquit Dominus, iacob & Israel, quoniam seruasti me, & formasti me, seruus meus es tu Israel, non oblitiscaris mei. Dilexi vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua. Reuertere ad me, quoniam redemi te.* Dixerat Elaias illorum errorem, & fallacia, qui Deos ex ligno effectos singulari veneratione colebant, & statim subdit. *Memento horum iacob, &c.* Ne si diceret, animaduerte, attenteque considera hanc in te misericordiam, illumiuauit enim tuum animum in tetricis peccatorum tenebris constitutum, excutens tuorum scelerum caliginem sicut sol cuncta sua luce illustrans, ac complens, nebulas dissipat, noctisq; caliginem dispellit. Sed præcipua quadam ratione Deo sumus nos deuincti, quippe qui multo suo labore, ac fatigatione flagitorum nostrorum maculas abstulit. Nihil sibi laboris est, noctis tenebras, ac caliginem sua luce discutere, id enim à suo cogli situ lucent, ac splendens facit. At diuinitus iustitiæ sol è caelo descendens, omnemque terram lassus, ac defessus illustrans, & peragrans, splendentibus amoris radiis flagitorum nebulas è nostris animis expellens, quæ in obscuris circumfusa, & obducta tenebris erant illuminauit, quare merito, optimoque diei tur, nobis. *Memento horum iacob, &c.* Sed quis tam ingrati animi erit, qui licet à Deo non admonitus, tanti beneficij memoriam sempiterna recordatione, ac beneuolentia non recolat?

CONQUEREBATVR regius ille vates de Israelitis, qui cū in discessu ab Aegypto plurima, & maxima beneficia à Deo haberet, accepta, eorum ipsi memoriæ perpetuæ obliuioni madabat. *obliti sunt (ait) benefactorum eius, & mirabilia eius, que ostēdit eis.* Sed nō ita hoc tibi mirum videri debet vates sanctissime, ac illud quod nos nostris oculis non sine lacrymis perspicimus, venisse olim Christū ad humanum genus tanto suo labore ac incommodo reparandum, plurimos tamen esse, qui tantam Dei in homines liberalitatem perpetua, ac voluntaria conterant obliuione. Quod si Israelitas ingratos

Esai. 4. num. 21.

psa. 77.

ingratos merito appellare possumus, quod suę libertatis benefici-
cium obliuiscerentur, ingratisimos sane Christianę fidei profeso-
res appellabo, qui suę reparationis memoriam penitus amiserunt.
In qua non à graui Pharaonis iugo, sed à dura dæmonis seruitute
liberati sunt. Quam ibi operam aliam dedit Deus, quam vt vnico
statu Aegyptios in aquam mergeret, & sic Israelis filios ex eorum
manibus eriperet. Ad nos vero ab humani generis hoste redimen-
dos defatigatur Iesus, defudat Iesus, laborat, Iesus & tandem occi-
ditur pro nobis Iesus. Si ergo de illis contumeliosa querela delata
est à propheta, eo quod beneficij à Deo in illos profecti obli-
ti sunt, quę de nobis deferenda erit, si eximij in nos collati benefi-
cij memoriam penitus deleamus?

FASCICVLVS myrrha ait sponsa, dilectus meus mihi, inter vbe-
ra mea commorabitur. Quem vocat dilectum, rogat Bernardus?
Christum Dominum. Et cur comparat myrrhæ? Quia vt ipsemet
Bernardus inquit, myrrhæ, amara res dura, & aspera, tribulationem
significat, quam pro nobis passus est Christus: aptauerat sibi spō-
sa fasciculum: ex omnibus Christi laboribus compositum, illud-
quę cordi applicauerat, inter vbera, inquit, non retro in scapulis, sed
inter vbera præ oculis, sicut per pulchrum & preciosissimum em-
blema pendens à collo supra ipsum cor: Præ oculis, & in corde la-
bores Christi habendi a nobis sunt, non post terga reiiciendi, intus
& diligens dulcissimum animarum sponsum, qui nostri amore
captus, & allectus, fatigatus extinere &c.

ALloquens D. Bernardus eos, qui in suam se disciplinam tradi-
derant, explicansque illis prædictum locum, t eos ad sponsę imi-
tationem incitaret, de se ipso sic ait Et ego fratres ab ineunte meæ
conuersione pro acervo meritorum, quę mihi deesse sciebam, hęc
mihi fasciculum colligare, & inter vbera mea collocare curavi, col-
lectum ex omnibus anxietatibus, & amaritudinibus Domini mei:
Primum videlicet infantiliū earum necessitatum, deinde laborū,
quos pertulit in prædicando, fatigationum in discurrendo, vigi-
liarum in orando, tentationum in ieiunando, lachrymarum in cō-
patiēdo, infidiarum, in colloquendo conuitorum, colaphorum,
clauorum, horumquę similium, quę in salutem nostri generis Syl-
ua euangelica copiosissime noscitur pertulisse.

TV ergo si sapi- vt eiusdem sancti verbis longius vtar) imita-
beris sponsę prudentiam, atquę hunc myrrhæ tam carum fascicu-
lum

Cant. T. n.
13
Bern. ser.
43. in cāt

Ber. supra

lum, de principali tui pectoris, nec ad horam patieris auelli. Amara
illa omnia, quę pro te tulit, semper retinēs in memoria, & assidua
meditatione, voluens, quo possis dicere & tu: Fasciculus myrrhæ
dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur.

Secundus discursus de officio, quo deuincti si-
mus ad aliquid Christi causa perferen-
dum, ex eo quod ille tanta pro
nobis perpassus sit.

(.?.)

Them. Iesus ergo fatigatus, ex itinere sedebat sic
supra fontem Ioann. 4.

ILLVD munus commissum est præcipue Esaię, vt Christi dō-
mini nomina redderet hominibus manifesta: Inter ea vero qui-
bus illum nuncupare solitus est Propheta, illud vnum est quod
cap. 53. explicat, dum illum appellat Virum dolorum & Scientem in-
firmitatem. Ac si diceret qui omnē suę vitę cursum acerbissimis
doloribus, amarissimisquę molestijs plenū habuit. Multos multa
passos esse cognouimus sed nullum vidimus, legimus, vel audiui-
mus, cuius nomen esset vir dolorum, & sciens infirmitates, quia
nullus tot, tantoque dolores pertulit, neque tam humanis auxilijs
destitutus, illos tolerauit. Sancti quidem multis vexati sunt labo-
ribus, nullus tamen eos sine aliquo solatio, aut doloris leuamine
subiuit: Ieremias enim cum in carcere, & vinculis detinebatur, leua-
tionem suis malis reperit. Helias fugiēs, Angelam consolantem in-
uenit, qui illum a molestia, ac merore posset abducere. Tres illi
pueri inter ardentis Babylonis flammis celitem etiam virum ha-
buerunt, qui & consolationi illis esset, & flammā ignis, ne eis noce-
ret, ab eisdem amoueret. Nunquid Daniel in lacu leonum consti-
tutus leuamine caruit? An fortissimi Christi martyres tormen-
tis, ac doloribus cruciati cœlesti quodam solatio subieuncti nō sunt?

Z z z

Non

Esai. 53.

Nonne D. Laurentius in craticula, Stephanus in lapidibus, andreas in cruce, reliquique omnes, cum varijs suppliciorum generibus torquebantur, diuina sunt perfusi voluptate, & a dolore, quo affligebatur maximo: magna ex parte fuerit auocati A. Eternus vero aeterni patris filius, qui omnibus laborem leuat, innumeris affectus laboribus, tormentis, ac doloribus vexatus maximis, nihil habuit, quod solatium, consolationem ve pareret, aliquam doloris moderationem afferens, nec vllum inuenit, qui eius maerorem, aut molestiam vlla ratione leniret, atque ita inter omnes homines illud sibi nomen vsurpat. *Vir dolorum, &c.*

Can. 2. nu. 8. MIRVM sane est, qualem Christus Dominus sibi ipsi, qualem vero nobis se praebuerit. In libro canticorum describitur, sponsus montes lustrans, collesque perambulans. *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Similis est dilectus meus caprea, hinnuloque ceruorum.* Rursus vero de sposa Paulo altius dictum erat, in opaco loco quiescere. *Sub umbra,* inquit, *illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Ferendum ne est diuinum sponsum, mortuum abrupta, & cacumina peragraré, solis ardoribus obnoxium, humanam vero sponsam in ameno, opacoque loco sedentem dulcissimam palmæ fructus degustare? Dicitur item, sponsus sub dio dormire, ac capite pleno rore, capillisque madentibus pernoctare. *Caput meum plenum est rore, & Cincinni mei guttis noctium.* Sponsam vero tranquillo, & quieto somno noctem ducere. Ecquis non mirabitur, adque adeo obstupescet, cum videat Deum, sic indulgentem suis, totque illos caelestibus gaudijs afficientem, ipsum autem Dei filium fatigatum ex itinere sedere supra fontem, vtrumque aquae ab ea, quae dare recusabat, postulante?

EDVCENS Deus optimus maximus Israelém ab Aegyptiorum seruitute, ac primum eum mare traiceret, multis illum gaudijs ac beneficijs cumulat, illud Deus ad vtrumque latus diuidit, vt Israelitis securus, ac facilis pateret aditus: Pharaonem vero a tergo illos insequentem in aquam demergit: Si panis in via desideratur, caelestis eos cibo alit, ac sustentat, cum aqua non suppetit, dulcissimum aquae fontem illis ex durissimo lapide exhaurit. Quid plura, nubem illis iter facientibus die prouidit, ne ab ardentibus solis radijs ledarentur, noctu vero columnam ignis, quae luce, & splendore suo viam manifestaret, nullum denique quod desiderari posset oblectamentum non illis concessit. Deus enim suos in amore, atque delicijs habet: ipse vero fatigatus & sitiens sedebat sic supra fontem.

IN

IN hoc ergo diuini amoris vis maxime elucet, proprium enim est eorum qui vere diligunt, quietem ac voluptatem illis, quos amore prosequuntur inquirere. Quod si ad hoc laboribus angere necesse sit, nullis parcendum ipsi putant, vt dilecti, laetitia tranquillitateque fruuntur. Exemplo nobis est Diuus Paulus, qui pro Christianae religionis cultoribus, quos ipse mirifice diligebat, multos, ac grauissimos labores perpessus est. *Vsq; in hanc horam, inquit, & esurimus, & sitiimus, & nudi sumus, & colaphis caedimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur, & benedicimus, persecutionem patimur, & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus, tanquam putamus operantes huius mandati facti sumus, omnium perisema, vsque adhuc.* Atcur tot ille labores tanta tolerantia sustinuit? *Omnia,* inquit ipse, ad *Thimot. sustineo, propter electos, vt & ipsi salutem consequantur.* Haec eius discipulo Timotheo, sed quid Thelalonicensibus dicat audiamus. *Cupide volebamus tradere vobis, non solum euangelium Dei, sed etiam animas nostras, quoniam charissimi nobis facti estis.* Significans his verbis, se non modo auide optare, in diuinæ legis praedicatione labores pati, sed etiam pro his, qui sibi erant charissimi, ac dilectissimi vitam, sanguinemque profundere. Ecce vobis naturam, vim, ac pensionem charitatis. Si igitur tantus fuit Seruatoris nostri erga homines amor, vt quietem nobis, laborem sibi, nobis umbram, sibi solem, nobis domum cedrinam, sibi praesepe vile, idque sub dio, nobis denique tranquillitatem, sibi vero defatigationem elegerit, quibus illum laudibus efferemus, qui fatigatus ex itinere &c.

RECTE quidem explicuit nobis Christus Dominus diuinæ dilectionis scholam, quam tamen non ita addiscimus, nullam enim difficultatem, nullum ve laborem Dei causa subire volumus, ægreque ac moleste ferimus flagellis, vigilijs, ieiunijs aliisque huiusmodi corpus macerare, neque ad egenorum miseriam, ob vnum Dei amorem subleuandam, vel ad mittenda subsidia his, qui in carcere ac nosochorio versantur permoueri possumus, quo quidem satis couincimur, exigui aut nullius fere amoris in Deum, cuius charitate qui flagrat, omnes labores, aut difficultates pro nihilo ducit.

Cur, (si aliquando in huius rei cogitatione versamini), sponsa Christi dolores cum maximi illi sint fasciculum vocat, cur non indulgentem fascem sed fasciculum appellauit? propterea non fascem, sed fasciculum dilectum dicit (teste Bernardo) quod leue pra amore ipsius ducat, quidquid laboris imminet & doloris. Itaque, non putabat

Zzz 2

sponsa

1. Cor. 4.

nu. 11.

Ad. Thimoth.

1. Ad Thimoth. sal. 2, n. 8.

Ber. scripta

sponsa labores in Christo esse exiguos, sed sibi, cui eos sponsi causa perferre leue erat ac facile.

QV ID causæ esse putatis, cur Apostoli non solum æquo, sed libenti etiam, atq; hilari animo labores, ærumnas, opprobriaque perferrent. *Ibant*, inquit, D. Lucas *Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habitij sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Neque vero contumelia, qua illi afficiebantur, exigua, sed magna, dolorisq; & acerbitatis plena fuit. Ecquis ignominiam, ac dolorem, in gloriam & gaudium commutauit, nisi diuinus amor, quo discipuli flagrabant maxime? Nec aliud argumentum inquirendum est, quo Dei amore in vobis algere, ac frigescece conuincamini, præter summam illam difficultatem, quam ad labores superandos,

Matt. 11 ærumnas, ac molestias Dei perferendas experimini, cum quælibet corporis castigatio grauis, ac difficilis admodum vobis videatur.

Iugum meum, ait Christus, *Suaue est, & onus meum leue.* Quo pacto si iugum, suaue, si onus, leue esse potest? iugum asperitatem, ac difficultatem præsert, & onus grauitatem, quia onus est. Onus est non leue in se (vt ait Bernardus) nec enim leuis est passionis asperitas, & mortis amaritudo, sed tamen leuis est amanti. Et ideo non ait tantum sponsa, *fasciculus myrrhæ dilectus meus*, sed mihi inquit, quæ diligo fasciculus est, vnde & dilectum nominat, monstrans dilectionis vim omnium amaritudinum superare molestiâ.

Quia fortis est, vt mors dilectio. Hæc Bernar. Pauci videbantur illi Iacobo patriarchæ quatuordecim anni, quibus laborioso pastoris munereungebatur, præ magnitudine amoris, quo Rachelem amplexus est. Quod si tu Deum præter cætera omnia mirifice amares, nõ graue, multi laboris, aut difficile, aut magni negotij tibi esset toto hoc quadragesimo tempore ieiunij, & inedia corpus tuum macerare, & pro sceleribus in Deum commissis pœnas voluntarias suscipere. Illud a vobis ab immortali Deo summis precibus contèdendum est vt diuini amoris igniculis vestros animos inflâmet, quo si minus libenti, at certe æquo animo labores Christi Domini causa toleretis.

CON.

CONCIO SECUNDA.

Primus discursus in quo ostenditur debitum, quo obstricti sumus ad animi, salutem quocunq; nostro labore curandam: cum in ea assequenda, tanta cura Christus Dominus elaborauerit.

(.?.)

Thema. *Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Ioan. 4.*

EXTRAORDINARIII effectus non possunt non, ab extra ordinaria causa prouenire. Quid autem magis in auditum, aut extraordinarium esse potest, quam æterni patris filiũ defatigari. Non parui momenti res est, quæ illum lassum ac defesum reddit. Non frustra inquit D. Augustinus defatigatur Iesus, non frustra fatigatur virtus Dei, per quem fatigati recreantur, non frustra fatigatur, quo deserente fatigamur, quo præsentem firmamur.

PRAECLARE quidem Seneca ad Lucillum. Cogita, ait, in te præter animum nihil esse mirabile, cui magno nihil est magnum. Si ergo hic magno nihil est magnum, quid est adeo magnum, quod altissimi filio adeo est magnum, vt propter ipsum sic fatigetur, sic desudet? certe nihil præter animam. Iam enim (vt diui Bernardi verba proferam) non est quærere Christianis, cur voluerit Christus Dominus fatigari, propter hoc siquidem fatigatus est, propter quod natus, propter quod passus. Nihil propter se, sed omnia propter electos. Nobis enim natus est, nobis datus est, &

Z z z 3 totus

Acto. 5.

Bernar. supra.

Aug.

Senec. Epi stola. 8.

Bern.



totus in nostros vsus expēsus est. Vt igitur propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de celis, sic propter homines, & propter nostram salutem fatigatur in terris.

ANIMADVERSIONE quidem dignum est, in nullo quantumcumque præstantissimo opere Deum defatigatum fuisse, illo vno excepto, quo de hominum genere reparandò agebat. Nò enim naturæ parens, a quo vno principium habuerunt vniuersa, aliqua lassitudine affectus est, cū cælum, & terram ex nihilo finxit, cū tres illos diuinarum mentium ordines: mira pulchritudine, munere, ac perfectione distinctos formauit, cū solē lunam reliquaquē splendidissima cæli lumina condidit, cum denique omnem mundi vniuersitatem ex nihilo excitauit. Solus, solus inquam homo labore, ac sollicitudine rerum omnium auctorem, atque effectorem Deum defatigat. Ex consideratione remedij, periculi mei æstimo qualitatem, inquit diuus Bernardus, et quidem non parui ponderis, ac momenti est, quod prophetas, Apostolos, reliquosque sanctos, atque ipsum etiam sanctorum omnium sanctissimum Dei filium angit, atque sollicitat, neque cœlestem medicum nisi grauis, & periculosa ægritudo anxium, ac sollicitum habere potest.

Bern.

PRAECLARAM nostræ salutis procurandæ doctrinam Christus Dominus præbet, sed lugenda sane est hominum condicio, qui a deo frigide in eius studium incumbunt: adhibent enim omnem curam ac diligentiam suam, in diuitiis, honoribus, vel voluptatibus comparandis. Alij bonam suæ vitæ partem in litterarum studio cõterunt, vt ambitioni seruiant. Alij pecuniæ studentes maria traiciunt, interdumque in arduos eriguntur ascensus, & per aëra montium, & iuga aspera transeunt, non sine mortis periculo, præruptos, atque asperos in doru montes, ac diuitiarum caussa superant. Alij regiam curiam, vt aliquem dignitatis gradum obtineant: Pluribus annis frequentant. Alij denique alias vitæ voluptates, atque delicias summa auaritate requirunt. Vt vero æternam gloriã, cœlestes diuitias, perpetuamque felicitatem obtineant nihil fere laborant. Quam inflammati sunt sacri sacre legis præcones, vt hominum animos ad suæ salutis studium accendèrent, quantum humani generis vindex, vt ad illud incitentur, laborat, ipsi vero pigri ac frigidi in studio assequendæ beatitudinis persequuntur. *Nihil sudore sudatum est* (alloquitur propheta

Iere-

Ezechiel) *non exiit ab ea nimia rubigo eius, neq; per ignem immunditia tua execrabilis, quia mundare te volui, & non es mundata a fordibus tuis.* Hanc Deus deferebat querelam, cum dabant operam prophetæ in reuocandis hominibus à turpitudine vitæ ad rectam viuendi rationem, nec tamen illi ad meliorem se vitæ frugem recipiebant. Quanto potiore iure Deus hac nostra ætate queri potest, cum implet in eodem hominum negotio defudans, nullam illi ratione flagitiosam vitam relinquunt, aut à turpi viuendi instituto abducantur? Non equidem dubito, quin homines maiorem operam in sui animi intolumentate curanda ponerent, si quantum ponderis, ac momenti in ea re situm sit, attente confiderarent.

C V M Isaac pene moriens iuberet Esau aliquid sibi de venatione ad vescendum afferri, vt illi benediceret, sumpsit Esau pharetram, & arcum, (vt sacre litteræ testantur), & ad montem profectus nullum laborem recusauit, vt parentis sui benedictionem obtineret. Quis enim qui difficultatem & laborem subterfugiat, dum Dei optimi, & maximi benedictionem obtineat, samque felicitatem consequatur, vt in Dei dextra in supremo illo supremi iudicis tribunali constitutus, illum loquentem audiatur. *Venite benedicti patris mei percipite regnum, quod paratum est vobis ab origine mundi.* Simulque deuoret ne illi dicatur: *Noluit benedictionem, & elongabitur ab eo, dilexit maledictionem, & venit ei, cum audiret. Ite maledicti in ignem æternum.*

Gen. 27.

Matt. 24.

Psal. 108.

nu. 17.

Psal. 68.

nu. 4.

D. Chris.

Psal. 6.n.

7.

Psal. 118

Pro-

REGIUS ille vates, quippe qui optime nouerat, in salute animi curanda recte consumptum iri laborem, omnia que ad illam atinebant, quantum grauis, ac difficilia viderentur summo studio, summaque diligentia exequabatur. De precibus, quas Deo fundebat inquit, *Laboravi clamans, rauca facta sunt fauces mee, dum spero in Deum meum.* De Christo loquitur hic psalmus, quem etiam D. Chrysostomus accommodat David. *Laboravi, ait vates, clamans, Quia cum maximo animi affectu, ac feruore clamorem effundens orabat. Simili etiam modo, cum de peccatis in Deum commissis dolebat, inquit, Laboravi in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* Vbi que propheta laborat in clamore, & in gemitu, neque enim, quæ ad animum pertinebant, tepide, ac remisse agebat. Denique viam inquit, *mandatorum tuorum cucurri, cū dilatasti cor meum*

Protendebat Deus eius mentem, diuina illam luce, ac voluptate perfundens, ipse vero diuinorum præceptorum iter veloci quodam cursu faciebat. Tu vero homo quid cogitas, quid facis, qui nec lento quidem gradu hanc viam deambulās, aut saltem in eō gradu faciundo non persistis? Vbi oratio feruens, & cum clamore profusa; vbi labor pœnitentiæ, aut pœna pro sceleribus suscepta? vbi corporis castigatio ad animi maculas delendas? Qui ergo putas te salutem adepturum. Si ne gradum quidem facis in ea, quæ in cœlum pergitur via.

Prob. 1. n. 16.

NON ea sane tepiditate, scelerati homines elaborant in his, quæ caduca, ac peritura sunt. *Pedes eorum ad malum currunt ad malum* inquit Salomon, non ad bonum, ad hoc enim inquirendum plumbeis gradiuntur pedibus, ad malum autem velocissimo quodam gressu percurrunt, *veloces enim pedes eorum ad effundendum sanguinem.* Cum plurimum in diuitiis, ac voluptatibus perquirendis contendant. De his, qui in ampla Holofernis domo versabantur, sacra narrat historia *Erant omnes fatigati a vino.* Ecce quibus in rebus peccatores defatigantur, in esu, potu, ludis, aliisque huiusmodi deliciis. Non sic de sancto illo Tobia sacrae litteræ loquuntur, *fatigatus* (inquiunt) *a sepultura.* &c. Quantum inter hos versatur discipulorum. Lassatur Tobias in operibus misericordiæ, illi vero in corporibus indulgendo defatiscuntur. Iesus itineris labore conficitur, in quo homines ad honestam viuendi rationem traducere conabatur, illi autem eis gradiuntur viis; quibus & sibi & multis aliis æternam afferant damnationem.

Iud. 13. n. 1.

Tobi 2. n. 10.

SED cur quæso, mortales, in fluxis ac perituris huius mundi rebus, quæ ad rem nihil omnino faciunt, tanta anxietate, ac solitudine laboratis: nulla habita ratione eorum, quæ ad æternam felicitatem comparandam maxime conducunt? Anxius ac sollicitus fuit Salomon in multo auri, argenti quæ pondere comparando, in magnificis ædificandis domibus, plantandis vineis, serendis hortis, aliisque huiusmodi generis oblectationibus perquirendis. *Cumque me,* inquit Salomon. *conuertissem ad vniuersa opera, quæ fecerant manus meæ, & ad labores, in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole.* Considerate obsecro illa Salomonis verba, in quibus frustra sudaueram. Quo pacto ait frustra. Nonne in his maxime delectatus est? An in eisdem non relaxabat animum, vt curis parumper abductus, aliquid iucundita-

Eccl. 2. n. 11.

tis degustaret? Qui ergo in illis omnibus frustra se desudasse affirmat? Quia cum sapientia floreret maxima, cognouit omnia ista euanescere, atque animum nostrum vacuum inanemque relinquere, & frustra in his homines desudare.

QVAM fero hanc intellexerunt veritatem damnati illi, qui eodem Salomone testante, ita loquuntur. *Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia? Aut diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? Transferunt omnia illa tanquam vmbra.* Non inquit lætati sumus, sed lassati sumus. In illo enim damnatorum loco verum fatendum est, veritas autem est, mundum molestia, ac lassitudine sui sectatores afficere, quanuis leuamen illis, quietemque promittat. Sed quemadmodum aucupes licet venatione defatigetur, id tamen studio, ac amore prædæ non sentiunt, ita etiam qui mundi honores ac voluptates aucupantur, voluntate & amore, quo in ea feruntur, non animaduertunt, quanto illa sint labore molestiaque permixta. Quod si demus, illa vere esse bona, ac nullius sollicitudinis, & anxietatis. *Quid nobis profuit superbia,* inquiunt ipsi, *aut diuitiarum iactantia. Quid contulit nobis?* Insani quidem, & amentis hominis est, in his bonis perquirendis vexari, quæ & tempore consumuntur, & æternos sepe sunt cruciatus paritura.

Sap. 5.

Simile.

DIVERSA sane ratione iustus affligitur, licet enim laboribus frangatur, non tamen frustra. Quare cum sapiens ad studium sapientiæ homines hortaretur, inquit. *Quasi is qui arat, & quasi is qui seminat accede ad eam, & sustine bonos fructus illius, in opere enim ipsius exiguum laboris & cito edes de generationibus illius.* Quibus, verbis explicatur fructus ex labore virtutis acquisitus, qui quidem primum agricolæ operi cõfertur. Sic enim Iacobus Apostolus ait. *Patientes estote fratres vsque ad aduentum Domini. Ecce agricola expectat preciosum fructum terræ, patienter serens donec accipiat tempora nouæ, & serotinum. Patientes estote & vos, & conformate corda vestra, quonia aduentus Domini appropinquabit.* Itaque iustorum & agricolarum labores assimilantur inter se. Si enim agricolæ terram fodiūt, illamquæ aratro subigunt, si in medio solis ardore cum corporis molestia, ac defatigatione metunt, non id sine utilitate, aut proprio commodo efficiunt, & in tempore messis recte suos labores consumptos esse iudicant. Sic iusti eunt, eunt, & stant, nutrentes seminaria sua, venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.

Eccl. 6. n. 19.

Iacob. 5. n. 7.

Simile.

Psal. 125. Peccatorum vero labor latronum labori optime comparari potest, qui quidem lassati ac defessi postquam totam noctem in somnum duxerint, a iudice offenduntur, qui illos in vincula, carceremque obscurissimam conijciens, corripit, ac suspendi iubet. Non secus contingit peccatoribus, qui cum magno labore magnas ex huius mundi domibus prædas egerint, subito mors tanquam supremi iudicis minister, omnia ab eis compilata bona omnino surripiens, in tetram inferorum carcerem in æternum detrudit. Additur deinde ab Ecclesiastico. *In opere ipsius exiguum laborabis & cito edes de generationibus illius, sic iustorum labor breuiquidem tempore durat, eius vero fructus in omnem æternitatem permanebit. Itaque fratres mei dilecti.* (Digni Pauli verba sunt hæc) *stabiles estote & immobiles abundantes in opere Domini semper scientes quod labor vester non est inanis in Domino.* Ac si diceret, satis est Deum esse remuneratum. Reddet enim Deus mercedem laborum suorum sanctorum.

apocalipsis. Opera quippe illorum sequuntur illos. Vt æterno illo premio perfruantur.

I. Cor. 15. nu. 58.

Secundus discursus, quam sit lamentatione dignum laudabiles Servatoris nostri labores nostra negligentia frustraneum exitum habere.

(?)

Them. Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem.
Ioan. 4.

NON hæc fuit prima Iesu Christi Domini lassitudo, sed nec erit ultima, cum omnis eius vita acerbatis, ac solitudinis plena extiterit, neque unam diei horam omnino lætam, ac iucundam egerit: cum in ipsa etiam gloriosa transfiguratione, ubi sanctissimum eius corpus cælesti circum amictum est lumine, de doloribus

ac tormentis, quibus illud ipsum corpus erat cruciandum, sermone instituit. Ita se gessit Christus cum hominibus; ac regius ille vates habere se voluit in domo, supremo Deo constituenda, atque etiam in loco quieto & tranquillo ipsius Dei arcæ perquirendo. *Si introiero, ait, in tabernaculum Domus mea si ascendero in lectum stratum meum, si dederò somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino & tabernaculum Deo Jacob.* Magna certe fuit cura, ac sollicitudo Davidis, sed satis debita illi, cuius causa eam habere statuit. At multo maiori admiratione dignum est, æternum summi Dei filium noctes in somnes ducere, cum erat pernoctans in oratione Dei, nec requie, aut leuamine corporis recreari. Fatigatur enim ex itinere, idque ea solū de causa, ut cælestem pacatissimumque nostris animis domicilium in beatitudine præpararet. Vtrum mirabilis; terrenam, ac perituram domum immortalī Deo ab homine parari, an ab ipso Deo cælestem, æternamque habitationem mortali homini queri? Quid prædicandum magis, hominem Dei causa, vel Deum hominis causa defatigari? Ibi Davidis labor, hic sempiterni Dei opera, ac lassitudo perspicitur: Ibi David pro vno rerum omnium effectore Deo lassatur: hic vniuersi conditor, ac demolitor, pro ipso, quem forma uerat. Dauide fatigatur. Ibi denique rei familiaris sumptibus utebatur David, hic vero labore, ac sudore confectus Iesus, vsque ad vitæ, & sanguinis effusionem elaborauit. *Quis ergo sicut Dominus Deus noster, qui non solum in altis habitans respicit humilia. Sed inclinans cælos & descendens, amplectendo humilia, fatigatur, & patitur in terra. Ut susciat a terra inopem, & de stercore erigat pauperem: ut collat eum cum principibus cum principibus populi sui.* Sed qua grati animi beneuolentia prosequemur cum, cuius in nos tanta merita extitere?

Psal. 131. num. 3.

Lmc. 6. nu. 12.

Psal. Esai.

INDICABO tibi o homo quid sit bonum & quid Dominus requirat a te. Neque Deus pro gratia a te illi referenda liberos tuos, ouium greges, aut alia huiusmodi exigit, neque vult ut aliquid ei reddas, sed ut ab eo multa accipias, ut bene eius opera, sanguine, sudore, ac lassitudine utaris. Leue profecto, atque exigui laboris est, quod a nobis fieri postulat Deus: licet magnam nobis afferat utilitatem. At si rem grandem dixisset nobis, certè facere debuissimus in tanti erga nos promeriti recordationem.

Ad Colos. 1. nu. 24.

Ad Colo. 1. 24. HINC Paulus, quippe qui gratus, beneficijque, memor, inquit, adimpleo ea, quae desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius, quod est ecclesia. Sed quid sibi vult Paulus cum ait. adimpleo ea, quae desunt, passionum Christi? Nonne satis affluens, ac redundans sanctissima eius passio extitit? Extitit. sane, & copiosa fuit apud eum, redemptio? Quae ergo est illa adimpletio, de qua loquitur Paulus? quid quod deesse possit passioni Christi. Hoc deerat (respondet diuus Thomas) quod sicut Christus passus erat in corpore suo, ita pateretur in Paulo, membro suo. Et similiter in alijs: Desuit etiam passioni Christi, vt quae in illa humani generis vindex promeritus est hominibus communicarentur. Et ea ratione nostrae salutis parens instituit, vt Apostoli in eius vestigijs insistentes, labore, ac fatigatione hominum salutem procurarent: vt sicut ille dolorum tolerantia, nobis merita comparauit: ita Apostolorum opere, ac labore eadem etiam nobis merita conferrentur. Atque ita fidelissimus Dei Apostolus Paulus nullum subterfugit periculum. L. difficultatem, sed pro corpore Christi (quod est ecclesia) paratissimus est corporis molestias, ac lassitudines sustinere: a vobis autem non postulatur, vt eadem, quae Christus Dominus, & diuus Paulus passi sunt, perferatis, sed vt Christi, & Pauli laboribus in vestrum commodum, atque vtilitatem utamini. Sed videamus si placet rationes, quibus ad aliquid emolumentum extam vberi Christi, ac sanctorum fructu capiendum permoueamur.

AC primum quidem si plurimos seruatoris nostri sudores, nocturnaque, vigilias consideremus, dubium non est, quin ad fructum ex his percipiendum homines incitentur. Sed lamentatione dignum est, non vnum solum hominem, sed plures esse, qui nullam ex his sibi comparant vtilitatem. Quod si misericordia commouemur, cum videmus agricolam terrae semina mandantem multo cum opere, ac sudore, & nullum postea ex eis fructum colligentem. Quanto dignius erit lamentatione, vt caelestis aeterni patris agricola preciosissimum sui honoris, sanguinis, ac vitae semen spargat, vberissimo fructu dignum, ex eo tamen perexiguam ac tenuissimum, hominum culpa percipiat.

Leu. 26.
nu. 16.

EXECRABATUR olim Deus, eos qui diuinam legem violabant, in hunc modum. *Quia ultra seratis semen, et te, quae ab hominibus deus vobis ur* Magnum est supplicij genus, te seminante, a tuo hoste fructum seminis decerpi. Sed quid dicam cum videam Deum, man-

mandantem, diuinum semen hominum animis (quos Christus Dominus magno corporis sudore, ac lassitudine excoluit, expectatum tamen fructum ab humani generis hoste surreptum esse?

SED carius Deus aestimat hominum labores, quam ipsius Dei opera ab hominibus aestimentur. Vnde alloquens iustos per Esaiam ait. *Aedificabunt domos & habitabunt, & plantabunt vineas, & comedent fructus eorum, non aedificabunt, & alius habitabit non plantabunt, & alius comedet, secundum enim dies ligni, erunt dies populi mei, & opera manuum eorum inueterabunt, electi mei non laborabunt frustra* Quo in loco iuxta diui Hieronymi sententiam, sermo est de aeterno, ac caelesti praemio, quo caelestis remunerator iustos afficit in beatitudine. Vbi illa aulcarum mansionum domus parata est, vineaque ferens fructum preciosissimum. Ex quo clare perspiciatur, quanti Deus faciat iustorum opus, cum illud caelesti gloria immortalique decore efferat. Id est, quod ex mente Hieronymi significatur, cum inquit propheta. *Secundum dies ligni*, id est ligni vitae. Ac si diceret vitae gloriose, & immortalis. Tantum Deus tribuit hominum aeternis, ac doloribus Christi causa perpensis. Homines vero nihili ducunt seruatoris nostri labores. Quin potius eos pro puerilibus ludis, mundique delicijs, ac vanitatibus aspernari videntur.

QUEREMONIAM habuit Deus quondam, dicens. *Frustra percussisti filios vestros, disciplinam non receperunt* Quod si Deus queritur, eo quod frustra supplicium de hominibus videretur esse sumptum, neque ex flagellis ab eo illatis aliquam vtilitatem reciperent: quanto meliori iure conqueretur quod nullum homines fructum ex flagellis ipsi Deo inflictis decerpserint? Si querelas iecit, propterea quod fatigatione, ac molestia flagitiosos homines vexans, nollet a turpi via discedere & ad Deum se conuertere, magis profecto conqueretur, quod dolore ac lassitudine ipso Deo laborante, haud flagitiosam vitam homines relinquunt, nec piam, honestamque, sequantur.

Deplorauit Deus per Ieremiam, prophetarum labores pro hominum salute susceptos frustra fuisse consumptos. *Defecit iniquiensis afflatorum, quae consumptum est plumbum, utilitas eorum non sunt consumpta* Verba haec Ieremiae dicta sunt, cui Paulo ante dixerat Deus: *Probato rem de te in populo*, id est examinatore. Quo

munere aurifex vititur, qui auri vel alterius cuiuscunque metalli precium, aut valorem æstimat, & continuo subdit. *Defecit sufflatorium in igne, &c.* Ac si diceret, frustra lassus, ac fatigatus es indo- cendo, ac increpando iudaico populo: cum nullus ex tua doctri- na fructus sit perceptus, vt interpretatur D. Hieronymus. Si au- tem deplorandum est Ieremiæ concionibus, ac laboribus ho- mines non reddi meliores, acerbiori fletu ac lachrymis lugen- dum est, nec ipsius Iesu Christi sermone, lassitudine, sanguine, ac morte ad honestam se vitam, rationemque viuendi homines, referre. Quid maius aut mirabilius? Ieremiam concionari, an humani generis vindicem pati? Si ergo vobis ratio reddenda est, quod nullam vobis vtilitatem ex sacrorum præconum opere, ac sermone perceperitis? strictior a vobis ratio exigetur, eo quod Christi Domini verbis ac laboribus, nullum ferè emolumentum vestris animis redundauerit. *Argentum, inquit, reprobum vocate eos.* Iure quidem optimo in nouissimo illo supremi iudicij die reijciuntur ij, qui ex tantis Seruatoris nos- tri operibus, ac doloribus nullum suis animis commodam com- pararint.

Esai. 49. In vacuum laboravi, sine causa, & vane fortitudinem meam consumpsi, ergo iudicium meum cum Domino, & opus meum cum Deo meo. Diuus Hieronymus & Procopius, hunc locum de Christo Domino in- terpretandum esse asserunt. In quo nostræ salutatis auctor deplo- rat, ac lamentatur, duos, ac ingratos hominum animos, qui cum facile laboribus iam ab ipso Christo perpessis vti possent ad bea- titudinem comparandam, nulla habita suæ salutis, Christi que meri- torum ratione, ita viuunt, ac si nihil Deus eorum causa pertulisset. Considerate fratres, inquit diuus Bernardus, quantum fece- rit Deus pro salute vestra. Putatis fratres parum mihi molestum esse, si hoc ipsum verbum, quod nunc loquor ad vos vacuum, & sine aliqua vtilitate deperire in cordibus vestris nossem. Et quis sum ego? aut quis est hic sermo meus? si hunc tantillum vocis la- bore inutilem esse doleret homo pusillus: quam iustus indigna bitur Dominus maiestatis, si tantam eius operam, aut duritia, aut negligentia contingat euacuari? *Quapropter iudicium meum, inquit, Iesus Christus, cum Domino.* Quasi diceret ab æterno meo patre, de hac re iudicium fieri posco, vt ipse de hominibus meis beneficijs,

ac

ac laboribus ingratis, vindictam sumat, meaque in illos promerita- tueatur. Quod si homines ad æquissimum hoc iudicium veniant, *omnis iniquitas opilabit os suum.*

Ne igitur tam iuste damnemur, summis ab immortali Deo præ- cibus efflagitemus id, quod ecclesia solita est postulare cum ait. *Quarens me sedisti lassus, redemisti crucem passus,* tantus labor non sit cassus. Sed cum a te summe Deus tot sint in nos beneficia pro- fecta, a te etiam eorum nobis fructus conferantur.

MAGNUM præterea incommòdum summaque nostra esset infelicitas ex perenni, in exhaustoque meritorum Christi fonte nihil aque ad animos nostros reficiendos, ac recreandos haurire. Maximæque demeriti nobis merito uerti potest, si animi nostri salus, quam diuino auxilio freti facile obtinere possumus, tantis Christi Domini laboribus frustratis, omnino pereat. Notum om- nibus est illud spiritus sancti consilium. *Ne defrauderis à die bono, & particula boni doni non te prætereat.* Diem bonum appellat ibi fœlicissimū gratiæ tempus. Donum autem bonum Christus est, qui iuxta hodierni euangelij historiam ita Samaritanam alloqui- tur. *Si scires donum Dei & quis est qui loquitur tecum.* Vult ergo diui- nus Spiritus nobis significare, ne ita tibi infestus sis, vt optimam promerendi occasionē, quam hac tempestate, quæ tempus gratiæ appellatur, nacti sumus: frustra ac sine fructu prætermitti patiare. Ea enim frui, multi reges, ac prophetæ vehemēter optarūt, inter quos sanctissimus ille patriarcha Abraham, *qui exultauit vt videret diem istum.* Illum in spiritu duntaxat videns, magnopere gauisus est. Hoc tamen maximum bonum, quod illi licet maxime optauerint, nunquam tamen sunt consecuti, ante tuos oculos versatur, ne ergo defrauderis à die bono. Qui si inaniter, & in cassum fugiat, alius malus, atque in fœlicissimus tibi succedet. *Et particula boni doni non te prætereat, vel iuxta aliam translationem bona diei.* Licet conformior sit Græco sermone nostra vulgata, quæ ait, *boni doni.* Ac si diceret, ne paruus sis in Christi bonis, etiam minimis acci- piendis, tempus, & occasionem, vel audiendi conciones, vel fundē di ad Deum preces, vel crimina ritè expiandi, si quando dabitur, arripe, vrge, tene, nec vlla vnquam ratione elabi sinas, id enim est, *Non te prætereat particula boni doni.*

SED quid respondebunt, ij, qui cum commodè possint scele- rum maculas confessione delere, & augustissimū Eucharistiæ sacra- mentum frequenter sumere, (quo conuiuio Iesu Christi meritis,

ac

Hieron.
abidem.

Ierem. ibi.

Esai. 49.
num. 4.D. Hiero.
& Procop.Bern ser.
3. in nata
le dñi.Eccel. 14.
num. 14.

ac laboribus copiose & affluenter animi perfruuntur) neque confessionis sacramento se expiare volunt, neque ad sacram Christi corporis mensam, nisi singulis annis accedere. Qui quidem non solum particulam, sed magnam partem huius boni præmittunt, quibus optime illa Salomonis sententia conuenit. *Abcondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam.* Id est, tanta pigritia laborat, ut ne manum ad capiendum cibum extendat, fame pene confectus, ac perditus concidat. Magna quidem huiusmodi dementia, sed maior stultitia illorum est, qui cum se cœlesti pabulo, sacroque Eucharistiæ pane possint reficere, præ nimia ignauia fame misere premantur? Et cum inexhaustas Christi diuitias in sacro sanctis ecclesiæ sacramentis reconditas habeant, tam sunt pigri, ac negligentes, ut in summa indigentia, rerumque spiritualium inopia uiuant.

Prou. 19
nu. 14.

Simile.

ANIMADVERTISTIS ne curam, ac diligentiam, quam mercatores adhibent eo tempore, quo nundinæ celebrantur, quam solícite negotia gerunt, iam emptoris, iam venditoris munus exercent. Modo pactum celebrant, modo usuram faciunt, nunc pecunias numerant, nunc vero eas exigunt, vel recuperant, ciboque, ac quiete postposita omnem operam, ac studium pontant ne vel minima pars illius diei prætereat, in qua suas non tractent rationes, suaque negotia procurent? At vero cum his diebus amplissimus ac opulentissimus mercatus institutus sit, cœlestibus & diuinis opibus refertus, in quo Sancti ditiores, ac opulentiores multo, quam ditissimus ille Cressus, effecti sunt, iustum & rationi consentaneum est, ut summo studio ac diligentia, nostræ salutis negotia peragantur, & breui hoc tempore nobis ad negotium concessio, cœlestes ac sempiternas opes acquiramus. Hoc enim Redemptor noster Christus admonuit cum dixit: *Negotiamini, dum uero.*

Matth.

Osee 13
nu. 9.

QUAM copiosis lachrymis posthac deploranda est hæc horum amentia, cum Deus sui consilij causam afferens, id illis proponat, quod olim Israelitis, quibus per Oseam dixit. *Perditio tua Israel ex te tantummodo in me auxilium tuum.* Id est, à me non est orta perditio tua, sed à te. A me uero, & non à te auxilium tuum habuit initium. Hæc proposuit Deus Israeli, prænunciando illa mala, quibus à suis hostibus erat afficiendus, sic etiam cum impius à dæmone acerbis torqueatur cruciatibus, eadem uerba illi Deus obiciens, dicet. *Perditio tua, tuis meritis digna perfoluis, tua culpa huiusmodi tormentis cruciaris*

cruciaris. At si hæc evitare uultis, nec sera poenitentiæ frustra affligi, cura, studio, ac solícitudine nunc opus est, antequam statutum merendi tempus præteruolet. Expellenda est pigritia, & diligenter elaborandum, dum huius uitæ cursus nobis ad gerenda animi nostri negotia conceditur, uita enim breuis est, postquam nec ullum erit momentum, in quo Christi laboribus frui possimus, aut sempiternam gloriam cursum promereri. *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis &c.*

CONCIO TERTIA.

Primus Discursus de ardentissima siti, quam Christus Dominus hominum salutem desiderauit, & quam sit cum ratione coniunctum, eam ab hominibus expleri.

(.?.)

Them.

Mulier da mihi bibere.

Ioan. 4.

SI nobiscum ipsi consideremus Seruatoris nostri dolores, fationes, cruciatibus, fames, itinera, iniurias, flagella, persecutiones, ieiunia, uigilias, preces, lachrymas, aliosque huiusmodi labores, reperiemus quidem esse multos, eosque maximos. Ex his tamen omnibus, sitis profecto fuit, quæ illum maiori molestia, ac fatione affecit. Unde cum tolleretur in crucem, non questus est sanctissimas eius manus, ac pedes, durissimis affligi clauis, nec ad columnam reuinctus effudit querelas, quod ab immanissimis tormentibus cederetur flagellis, aut redimitus spinarum corona conquestus est; eo quod iniurijs, & opprobrijs afficeretur, sublatus autem

B b b b

in

in crucem, quæremias detulit ad homines suæ sitis dicens, sitio. Neque vero tam sitiebat acetum amarissimum quod sciebat propinandum sibi esse à iudeis, quam hominum salutem ac reparacionem. Hac enim siti præcipue defatigabatur, sitis vero, ex interno ardore proficiscitur, qui quo maior est, eo etiam sitis audior: cuius causa ij qui febri laborant, tanto magis sitiunt, quanto maiori æstu, grauioriq; febri iactantur. At vero humanæ reparacionis sitis ex charitatis ardore nascitur, atque ideo eo illa erit maior, quo ipsa charitas ardentior, ac vehementior extiterit. Atque hinc emanauit ardentissima illa salutis, & reparacionis nostræ sitis, quam diuus Paulus ostendit cum ait: *Desiderantes vos, cupide volebamus trade re vobis non solum euangelium Dei, sed etiam animas nostras, quoniam charissimi nobis facti estis.* Ecce causam sitis significat, dum ait, *quia charissimi*, quia vestri amore flagro. Hinc etiam scribens ad Corinthios, ait: *Siue tribulamur, pro vestra exhortatione & salute, siue exhortamur, pro vestra exhortatione, & salute.* Ac si diceret quæcunque efficio, suffero, seu prædico, eo respiciunt, vt vestri animi salutem ac beatitudinem assequamini. Vt idemmet Paulus explicat Timotheo dicens. *Omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu cum gloria cælesti.* Ac tandem ad tantum charitatis gradû peruenit Apostolus, vt optaret anathema esse à Christo pro salute animarum. Quod si Diuus Paulus, scintilla quadam diuini amoris incensus, tam ardentem salutem animorum sitiuit, quanto ardentius sitiret eiusdem salutis auctor, ac reparator Christus, qui infinitus quidam ignis, atque immensa charitas est?

VT magnam quædam sitim Ecclesiasticus nobis explicaret, ita scribit: *Sicut viator sitiens, ad fontem os aperiet, & ab omni aqua proxima bibet.* Si enim sitis vrgeat, non dubitabit sitiens quantuncunq; turbidam, & inquinatam aquam bibere. Ex quo vehementissima Christi Domini sitis perspicietur: cum aquam samaritanæ (animam intelligo) tantis sordibus inquinatam bibere appetat, illamque a vili, & abiecta fœmina deposcat: quam vt biberet longo itineris labore conficitur. Id quod argumentum est eximie atque ardentissime sitis, quæ Seruatorem nostrum Iesum, ab ipso vitæ initio, ita defatigauit, vt ab hominibus vere affirmari possit, eorum reparacionis siti enectum esse Iesum.

IOANNIS. SED audite obsecro quo pacto homines Christi Domini sitim expleuerint *Et imposuerunt ei spongiam aceto plenam.* Ait Euangelistæ. *Ioannis: Marcus vero. Et dabant ei myrrhatum vinum.* Ecce vobis vinum

Ioan. 19.
nu. 28.

1. Ad The
sal. 28.

2. Cor. 2.
nu. 6.

Eccle. 26
nu. 15.

Ioan. 19.
nu. 18.

Mat. 23.
nu. 23.

vinum, & aqua, ad Redemptoris nostri sitim satiantiam. Quod ipse queribundus multis ante annis prædixerat, dicens: *Dederunt mihi in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto*, felle enim peccatorum, & aceto damnationis æternæ Christi Domini sitim homines explebunt.

P A R. V. I. quidem facitis, o ingrati homines, eximium beneficiû quod à Deo accipitis, cum ipse aquam à vobis ad bibendum postulat, nec meritam ei gratiam persoluitis pro ardenti illa siti, qua vestri animi salutem optauit. Cecinit Deo Dauid illud carmen. *Quædamodum ceruus desiderat ad fontes aquarû, ita desiderat anima mea ad te Deus, sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum.* Apte explicat Prophetæ suam sitim, cum illam siti sitientis, & agitati cerui contulit, ac si diceret, multarum miseriarum in cursione agitur, quæ præmunt vndiquè, sicut ceruus, quem canes iactantur, auide te Deum meum desidero, à te enim, & a nullo alio meam sitim satiri posse intelligo. Sed mirum non est, quod homo tanto animi studio, ac cupiditate Deum suum requirat, cum in eo solo. Quidquid boni esse potest, sitû ac collocatû esse certò sciat. At, quod in summa omnes rapit admiratione, estq; cû maxima hominû laude coniunctû, illud profecto est, vt scilicet, Deus rerû omnium effector tanto pere sitiatur, ac desideret homines, ab eisq; aquam ad suam sitim explendam petat, vulgari cuidam fœminæ dicens. *Da mihi bibere.*

Magno beneficio Rex Babylonicus Artaxerxes putauit, se factû Nehemiam affecisse, cum illum in eo munere constituit, vt sibi potula ministraret. Nec pincerna regis Aegypti minori se vinculo existimauit esse deinctum, cum è carcere eductus est ad idem munus Pharaoni præstandum. Sed aliud longe præstantius beneficiû in nos contulit diuina maiestas, cum a nobis aquam poscit, & vt potula ei ministremus rogat, qui in cælo spirituum ordines suo obsequio paratissimos habet, *quique facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem.* Ipsemet rogat beneficij loco, & gratiæ, vt aquam ad bibendum illi donemus.

DEINDE lex humanitatis postulat, vt sitientem aqua reficiamus. Petiuit Eliás a vidua illa sarephana, vt paululum aquæ, & buccellam panis ad sitim, famenque explendam afferret, quælibenter vidua præstitit, ciboque & aqua lassum Prophetæ corpus refecit. Quod humanitatis officium adeo indigenti debetur, vt etiâ inimicis denegari absque inhumanitate non possit. *Si esuriarit inimicus tuus, ciba illam, si sitierit, da ei aquam bibere* iuxta Salomonis

Psal. 63.
nu. 22.

Psal. 41.
nu. 2.

2. Esd. I
nu. 11.

Gen. 40.
nu. 21.

Psal.

1 Reg. 13
nu. 10.

Prou. 25.
n. 21.

Rom. 12. nu. 20. sententiam, quam etiam diuus Paulus Romanis suavit. Quod si multum ab humanitate abest, qui inimico sitienti aquam denegat, crudelis, & humanitatis plane expers dicitur, qui Christo Domino siti penè enecto eam poscenti non porrigat. Et quantum ad aquam seruatori nostro ministrandam non solum difficultates, sed etiam pericula nobis essent subeunda, immerito, ac sine vlllo iure illi sic petenti denegari posset.

2. Reg. 23. nu. 15. CVM ab Israelitarum hostibus Bethlehemitica ciuitas obsideretur, exoptauit. Dauid aquam in Bethlehem cisterna fluentem, & dixit. *O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna quæ est in Bethlehem iuxta portam.* Arduum sane, ac difficile esset Dauidis desiderio satisfieri, cum propè ipsum fontem circumstarent inimici Philistæi ad pugnam paratissimi: attamen sacræ litteræ inquirunt. *Irruperunt tres viri fortes castra Philistæorum, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehem, quæ erat iuxta portam, & attulerunt ad Dauid.* Obiecerunt quidem se vitæ periculo, sed visum est illis fideli militi indignum, sitienti duci aquam non ministrare, etiam cum propriæ vitæ discrimine. En vobis fratres cœlestem ac supremum nostrum ducem Iesum valde sitientem, aquamq. postulantem, Ecquis erit, qui tantam sitim explere quocunque vitæ periculo postposito non curat? Reiectio nostri animi est, id non contendere, si enim Dauidis causa mortis se periculo eius milites obtulere, cur pericula ac difficultates non superabimus propter Christum, cuius nos sanctissimæ militiæ nomen dedimus? Præsertim cum nullum nobis periculum in hac re imminet. Non enim Deus petit aquam ex cisterna Bethlehem, quæ ab hostibus teneatur obsessâ, sed ex fonte nostri cordis haustam, quia eius sitis & desiderium nullum aliud est, quam ardens quædam nostræ salutis cupiditas. Quod si verum est hunc cordis fontem ab hostibus circumuallari, in exhaurienda tamen ab illo aqua, nullum est vitæ periculum, sed potius æterna ac foelicissima vita in tuto securoq. loco collocatur. Eo enim spectat Redemptoris nostri sitis ac desiderium. *ego veni, inquit idem Dominus, ut vitam habeant, & abundantius habeant.* Quam vitam nequaquam adipisceris, nisi tuam mentem, atque animum, quem Christus Dominus sitit, ac desiderat, ipsi Deo donaueris.

SI vero hoc tempore, quo humani generis vindex, se vobis ita sitientem ostendit, eius siti ac desiderio non præsto estis, credite, signum esse vestræ damnationis, æternæ vero salutis, si ad eius satiandam

fatiandam cupiditatem accurritis. Cum Abrahæ seruus Mesopotamiam proficisceretur, vt vxorem, quam Isaac in matrimonium duceret inueniret, quam primum ad portas vrbs peruenit, desiderio tenebatur maximo, vt præpotens Deus sponsam, quam Domino suo Isaac elegerat, sibi patefaceret, sic Deus allocutus. *Domine Deus Domini mei Abraham, o curre obsecro mihi hodie, ecce ego sto prope fontem aquæ & filia habitatorum huius ciuitatis egrediuntur ad hauriendam aquam. Igitur puella, cui ego dixero, inclina hydriam tuam, vt bibam, & illa responderit, bibe, quin & camellis tuis potum dabo, ipsa est, quam præparasti seruo tuo Isaac, & per hoc intelligam, quod feceris misericordiam cum Domino meo.* Quæ verba statim ac ille locutus est, accessit illuc Rebecca. Et omnia eodem omnino modo ac seruus Abrahæ postulauerat, euenerunt. Nam cum ille hydriam aquæ vt biberet a Rebecca deposceret. *Bibe domine mi, subdit illa, quin camellis tuis hauriam aquam, vt cuncti bibant.* Perpendite animis, qua in re sponsa sanctissimo Patriarchæ electa dignoscatur. In ministrando aquam sitienti, & eius camellis. In eadem etiam re, perspicietur, quæ sit summi Dei sponsa futura. Ea enim erit, quæ cum ipsum sitientem aspexerit, illi respondeat. *Bibe Domine mi, venit enim sanctissimus animarum sponsus ad matrimonium cum nostris animis ineundum.* Quod si cum illum videris tuæ salutis siti laborantem, non accurreris, non cœlestibus eius nuptijs designatus es. Anima enim, quæ in huius diuini sponsi matrimonio est collocanda, lenitur maximè cum audit Christum Dominum sitire, eumque rogat. *Bibe Domine mi.* Hæc tu illi responde, *Bibe Domine mi ne illi deinceps amarissimum flagitorum acetum ad bibendum porrigas, sed dulcem lachrymarum aquam haustam ex corde ardentissimo, & lachrymas inquam ab oculis suauiter, ac iucunde profusas, has ille auide, ac libenter bibit, & aqua saliente in vitam æternam, id est gratia, gloriaq. sempiterna animos nostros reficiet, ac recreabit.*

Gen 24. nu. 13.

Bbbb 3

Secundus

*Discursus secundus de studio, ac diligentia qua
Dei gratia a nobis est
inquirenda:
(.?.)*

si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam.

DIVINI verbi verba, diuinis quidem mysterijs plena sunt. In his vero, quæ à me proposita sunt, mysterio non vacat verbum illud. *Tu forsitan*, quæ aqua, quod ve donum est illud, quod si a Samaritana cognosceretur, non sine aliqua ambiguitate, inquit Christus, ab illa esse petendum? dum ait. *Forsitam petisses*, ab eo. Diuus Augustinus in hac aqua spiritus sancti gratiam intelligit, quæ merito aqua viua nuncupari potest, cum & animis vitam reddat, & ab illo totius vitæ fonte dimanet. Aqua quidem cælestis animorum sitim satians, & vt ipse Christus docet, in vitam æternam saliens. Cur ergo dubius loquitur, dicens, *forsitam*? Qui huius aquæ valorem, & dignitatem cognouerit, non dubium est quin illam petat, ac summis precibus contendat. Recte quidem Deus, (quippe qui summa sapientia est) quasi incertus loquitur. *Forsitam*, inquit, quia non certum, sed incertum est, an gratia, & amicitia Dei ab homine nota ab eodem appetatur. Agnoscunt profecto Christianæ fidei assertores, quid illa gratia sit, sed quot ex illis inueniuntur, qui nec eam a Deo postulent, nequè vlla ratione quærant? Immo cum a Deo ad gratiæ fruitionem inuitentur, quodammodo illam negligunt, nequè ipsum Deum audire aliquo modo volunt. Mira profecto res, nam quis non mirabitur si sitiens, dulcem, ac pulchram aquam æquo illi animo oblatam respuat? esuriens suauissimos cibos detestetur? egenuus diuitias contemnat? æger valetudinem spernat? miser leuamen fugiat? & gratia destitutus Dei amicitiam tam parui ducat, vt dubitari possit, an illam sit neglecturus? ex quo fit, vt plures ex hominibus cælesti hoc dono præ sua incuria careant.

O Deterrimum hominis ingenium, ac fera immanisque eius naturalis quidem & videns humani generis seruatorem lassum, ac fatigatum eius causa, aquam quæ ab eo postulante, eam nolit suo Seruatori ministrare. Et cum idemet Dominus cælestem ac viuam aquam homini ea indigenti offerat, ipse homo eandem aspernat. Quis nõ regè Achaz admirabitur, cui cû sacer vates dixisset, *Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra.* Non per a, inquit Achaz. Si Deus ab illo suas facultates posceret, quibus ad suam vitam, honoremque tuendum indigebat, & ob eam causam non illas Deo redderet Achaz, haud multum mirandum esset, est tamen summa admiratione dignum quod Achaz noluerit a Deo accipere maximum illud maximi beneficiij signum, sic ego non æque admiror, quod Deum aquam à te petentem nõ audias, ac stupeo, cum te video cælestem aquam a Deo oblatam respuere.

SED examinandum nobis est quæ sit huius rei causa, quam Christus Dominus assignat in Samaritana, incertitia quidem est, *si scires*, inquit, ac si diceret quia nescis, non petis cuius ignorantia non possumus nos Christianæ religionis professores arguere, sciunt enim hoc Dei donum, sed male sciunt. Si etenim recte cognouissent diuini huius doni dignitatem, maiori quidem studio, ac diligentia in eo perquirendo elaborarent. Et quam existimatis esse vim, atque naturam gratiæ? nisi excellentem ac diuinam quãdam qualitatem, quæ vt ita dicam, homines reddit Dei formes. Sic enim diuus Petrus ait. *Per Christum maxima, & preciosa nobis promissa donauit Deus, vt per hæc efficiamini diuina consortes nature*, Diuus vero Athanasius inquit. Integre & solide impertiri patrem filio substantiam suam, idem est, ac si dicas, ex patre gigni. Iam genitum esse quid aliud significat quam filij naturam, filij autem participatum sentiunt omnia, ex eius per spiritum gratia, ac proinde ij, qui filij participes sunt, etiam Dei participes fieri dicuntur, & hoc est, quod Petrus dixit, vt diuinæ naturæ consortes efficiamur. Hæc Athanasius. Vnde non immerito illud potest hominibus conuenire. *Ego dixi, Dii estis, & filij excelsi omnes.* Ex nobiliori quidem familia, quam sit illa a qua diuinæ mentes stirpem habuerunt, cum ex summo, ac clarissimo Dei genere nati sitis, *Videte ergo*, ait discipulus ille dilectus, *qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur, & simus.* Non inquit, vt nominemur

Esa. 7. n.

10.

I. Pet. 1.

n. 4.

Athanas.

orat. 2. in

Arria.

Psal. 81.

nu. 6.

I. Ioan 3.

nu. 1.

terminis

terminis utar, sed ut re ipsa sumus per qualitatem intrinsicè inhære-
tem, iuxta definitionem Concilij Tridentini. O supremam hominis
dignitatem! O nomen honorificentissimum! O gloriosissimam
cum Deo propinquitatem! O Diuinum atque admirabile co-
mercium! Qui honestissima honorificaque cognomina consecta-
mini, qui clarissimam familiam, generisque splendorem magni faci-
citis, cur non hanc nobilissimam Dei stirpem, honestissimumque
cognomen perscrutamini? cur non gratiam quæ diuinæ naturæ vos
consortes faciet, toto studio, ac cogitatione perquiritis?

SE D ut omittamus generis splendorem à gratia proficiscen-
tem, & ut eius vim atque naturam in se ipsa perspiciamus, quanti
precij ac valoris esse arbitramini? maximum & preciosum donum
à Diuo Petro paulo altius appellatur, sed quam sit magnum atque
preciosum vel ex eo perspicere potest, quod homunculus quantum
cunque miser, & abiectus, & infimo, ac humili loco natus, si ea gra-
tia præditus sit, plus estimari debeat, quam supremus Seraphin ea
carens. Considerate rei magnitudinem, Seraphin sine gratia dæmō
quidē est. Homo vero gratia ornatus, ipsam naturam angelicam lō
go interuallo vincit, ac superat. Desiderat homines summa auidita
te hæc peritura bona, & in his inuestigandis maximo studio, ac labo-
re desudat, ut si qua forte fiat, ut in aliquo illorum, quod maximum
bonum putant assequantur. Hac enim cupiditate avarus pecuniæ
studet, elatus honori, deliciosus voluptatibus, alijque alias vitæ de-
licias, ac dignitates aucupantur, arbitantes ea esse maxima bona.
Sed cum homines non eo studio, ac diligentia elaborent, ut hoc
Dei donum, quod gratiam esse dicimus, adipiscantur, non illos
tanti eam facere, aut tantum bonum æstimare, quanti reliqua mun-
di bona dicemus. Quod si sceleris arguis Esau, quod magnam pri-
mogenituræ dignitatem villi lenticularum causa vendiderit, cur
te ipsum non maioris sceleris accusas, quod vilissima huius mundi
bona, gratiæ, ac iuri, quod tanquam Dei filius ad beatitudinem ha-
bebas, anteponas?

AT quam sit tibi hoc diuinum donum necessarium, ex eo faci-
le cognosces, quod sine illo animi salutem, aut beatitudinem con-
sequi nulla ratione possis, sed æternæ damnationi necessario sis ad-
dicendus. Hoc cœlestis gratiæ munere decoratus Lazarus licet pau-
per ac miser, ab angelis susceptus est, & ad æternam gloriam assum-
ptus. Illa vero priuatus diues ille, qui induebatur purpura & bysso

Gene. 25.
nu. 33.

Luc. 16.

& vescebatur quotidie splendide, dæmonum manibus deiectus est
ad inferos. Vigeat quis prophetiæ dono, floreat Apostoli dignita-
te, gaudeat diuini scriptoris munere, sit miraculis clarus, & illu-
stris: si tamen diuina gratia non polleat, haud dubium quin illam à
Deo vocem audiat. Nescio te, si tamen ea gratia ornatur, & si ab-
iectus & contemptus ab omnibus, ac in reliquarum rerum inopia,
& egestate viuat, ab ipso immortalis Deo honorifico nomine de-
corabitur, & summa gloria atque honore afficietur. Quæuis enim
ex Apostoli sententia, noueris mysteria omnia, & Angelorum lin-
guis loquaris, licet distribueris cunctas tuas facultates in cibos pau-
perum, ac tuum corpus dederis, ita ut ardeat: caritatem autem, vel
gratiam non habueris nequaquam felicitatem æternam posside-
bis. Quare quos neque dignitas, aut splendor gratiæ ad se se allicit,
ipsius sane necessitas, atque indigentia eos excitet, ut illam incensis, at-
que inflamatis animis arripiant.

SE D obijciat fortasse quispiam, preciosissimam hanc gratiæ
gemmam caro enim, difficillimeque, ab hominibus comparari. Sed falli-
tur certe imo maiori teneor admiratione, cum considero hominū
desidiam, ac negligentiam in hoc diuino dono consequendo, cum
illud tum excellens, tum maxime necessarium sit, ac deinde ad ob-
tinendum non difficile. Quod quidem ipsum nomen gratiæ præ-
ferret. Gratia enim dicitur, quia gratis datur, ut habemus ex D. Pau-
lo dicente. *si gratia, non ex operibus, alioquin gratia iam non est gra-
tia.* Quasi diceret si gratia conferretur homini tanquam præmium
suorum operum, sicut militi pro certamine stipendium, & sicut ope-
rario pro labore merces tribuitur, iam gratia non diceretur gratia,
sed merces, ac solutio quæ ex iustitia deberetur. Prima vero gra-
tia, ut theologorum more loquar, sub merito cadere non potest,
sed illam piissimus Deus gratuito, & sine aliquo digno precio
donat illi, qui turpem vitam detestatus est. Quæ quidem gratia,
qui prius odio à Deo habebatur, mirifico amore diligitur, & ipse
immortalis Dei filius, cœlestiumque bonorū hæres instituitur. Quo
igitur supplicio dignus habendus est ille, qui terrenarum volupta-
tū causa pulcherrimam hanc terræ, cœlique, supellectilem, quæ adeo
facile obtineri potest, comparare non curat? *Certe si rem grandem
dixisset tibi dominus, facere delisses.* Et si D. Andreae crucem, Lauré-
tij craticulas, Pauli labores, omniumque Christi martyrum tormenta
perferenda sibi essent ut aliquam huius diuini doni partem acqui-
reres, æquo profecto, ac libenti animo essent toleranda. Ne dum

1 Ad Cor.
13 nu. 2.

Rom. 11.
nu. 6.

Esti 55. n. 1. Hæro. ibi.
 eam procurare debes, cum ipsam facile, ac paruo pretio comparare possis. Quia propter Deum optimus maximus per Esaiam Prophetam magna vocis contentione alloquitur homines dicens: *Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite, venite emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & li.* Quæ verba explicans D. Hieronymus ait. Huiusmodi aquas, quibus Deus per Esaiam homines inuitat, easdem esse, ac illam, quam in presenti Samaritanæ proposuit, sanctum scilicet spiritum, qui in gratia ac donis, supernaturalibus se nobis communicat. Hanc gratiam lactis, & vini nomine significat. Sicut etiam sponsa, Christi domini dona, sub eisdem nominibus voluit manifestari, cum in primo canticorum capite, agens de æterni filij in terras aduentu, vberum & cellæ vinarie mentionem fecit: Gratia enim paruulis lac, natu vero maioribus vinum est, quia humani generis Seruator, gratiam ac dona supernaturalia hominibus attulit. Ad huiusmodi ergo aquam degustandam iubet Deus homines accedere absque argento, & absque vlla commutatione. Gratis enim illis dabitur, licet Deo Redemptori nostro, magno pretio confiterit, quippe qui illam honore, sanguine, atque vita emit, Peritura huius vitæ bonæ quæ magna difficultate, ac caritate comparas, tanto labore requiristi in æstimabiles vero diuinæ gratiæ diuitias, quæ gratuito tibi condonantur, non complecteris? Merito sane hac de re. D. Greg. cognomento Theologus in has voces erumpit: i sine labore, sine vlllo negotio tanto bono tibi licet potiri, cuius dementia est, tantum bonum differre? *Qui sititis venite.* O benignitatem & liberalitatem mirabilem! O commertij singularem facilitatem, ipsa voluntas accipienda est tibi pro magno precio, potum celestem propinat ijs, qui tantum volunt bibere. Beneficium accipit, qui tantum petit. Hactenus Gregorius Nazianzenus. Nulla profecto tibi sitis est, quandoquidem non vis suauissimum hoc necesse est degustare. Sitis, ac maxime sitis, amaras mundi aquas, auratūq; Babylonis vas desideras? Quod etsi inauratum sit, est tamen veneno plenum. Abiectum autem Christi domini calicem contemnis? qui licet vilis ac despectus exterius sit, aquam tamen æternæ vitæ continet. Hæc bibe per Deum immortalem. Neq; in accipiendo huiusmodi dono: vel ad illud grati animi memoria recolendum parcus, ingratus ve sis: cum illud celestem Dei gratiam atq; amicitiam conciliet, & æternam animo beatitudinem ac fœlicitatem pariat.

CON-

CONCIO QVARTA.

Discursus primus, quo pacto Christi subscriptio hominum superbiam condemnet.

(.?.)

Them.

Sedebat sic supra fontem.
Ioan. 4.

SINGVLARE aliquid significat hic modus loquendi euangelij *Sedebat* inquit, sic. Quid sibi vult verbum illud sic? D. Chryso- stomus ita explicat. *Sedebat sic*: Idest, non in sella, non in loco honoratori, sed in terra, vt contingit. Cui subscribit Eusebius dicens. *Sedebat sic*, simpliciter prout se locus offerebat, vel humi. Demonstrat siquidem sermo, quod omni fastu carebat Christus. Merito igitur diuinæ legis scriptor Ioanes, hanc Christi, sessionem præderauit. Magis enim videbatur decere dignitatem Christi vt sedem super alas Cherubin, quam super puteum collocaret.

ASCENDIT super Cherubin, & volauit, volauit super pennas ventorum, & posuit tenebras latibulum suum: Animaduerte quæso pulcherrimum essedū, quasi ex diuinis mentibus exstructum, quod ventorum pennæ, seu velocissimi quidam equi portant, in quo fertur rerum omnium conditor Deus, qui posuit tenebras latibulum suū, quo pacto posuit tenebras. *Qui amictus est lumine sicut vestimento.* Vt idem regius vates affirmat? Si amictus lumine, qui potest in tenebris versari: Posuit tenebras latibulum suum, inquit magnus ille Gregorius, quia per ignorantiam nostram absconditur nobis, ne à nobis modo in æterna, & intima claritate videatur. Vnde ei & in canticis canticorum dicitur. *Fuge dilecte mi, fuge.* Dulcissimus ite Bernardus ait: ponit Dns tenebras profunditatis, & altitudinis latibulū diuinitatis suæ. Itaq; quemadmodū solē possumus obscurū nobis appellare, quæius splendor adeo eximi?, & excellēs sit, vt nobis oculos perstringat, neq; ab illis cerni vlllo modo possit sic: Deu

Ecce 2 ceu fuls hunc locū

*Chryso-
st. 30. in
Ioan.*

*Psal 17.
nu. 1.*

*Psal. 103.
nu. 2.*

*Greg. 17.
Mor. c. 23
Cant. 8.
Bernar in
sententijs.
exponens*

fulgentissimus quidam sol, tā splendidam ex se se lucem emittit, ut à nobis perspicere nulla ratione, queat. Quam obrem idem nobis est, ac si ille in tenebris versaretur. Ex quo præclare inquit diuus Paulus. *Luce h. habitat inaccessibilem, quam nullus hominum vidit, sed nec videre potest.* Ecce sedem ac locum supremo Deo constitutum, ibi habitat, ac sedet: sed non ita nobis illum describit sacer Euangelista, Non enim super alas cherubin, aut ventorum pennas, sine aliquo labore volantem depingit, sed siti, æstu, ac labore, itineris confectum, peditemq, incedentem, sedere sic supra fontem. Non inquit, illum lucem inaccessibilem habitare, sed omnibus se visibilem, ac manifestum reddere, & quasi viatorem quandam lassum sitientem.

VIDERVNT olim sanctissimi propheta hunc vniuersitatis cōditorem in altissimo editissimoq loco collocarum. Esaias enim, *vidit dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & plena erat domus a maiestate eius, & ea qua sub ipso erant replebant templū. Seraphin stabant super illud, & clamabant alter ad alterum, & dicebant, sanctus, sanctus, sanctus. Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius.* ecce præstantissimum Dei domicilium. Sed æquè præexcellens illud est, quod describitur a Daniele dicens: *Thronus eius, summus ignis, & rota eius ignis accensus. Fluius igneus & rapidusq, egrediebatur a facie eius, Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei iudicium sedit, & libri aperti sunt &c.* In magnam certe rapit admirationem huius magnitudo, sed nūc, ubi est solium illud excelsum, & eleuatum? Vbi seraphin, laudantes Dominum? Vbi thronus flammæ ignis? Vbi fluius ille igneus, ac rapidus? Vbi sunt illa millia millium ministrorum, & innumera-bilis illa multitudo assistentium coram Deo? Iam vero nihil audio præter sitim, defatigationem, ac lassitudinem. Deumq, sedere, nō in solio eleuato, sed in humili terræ loco, non in throno flammæ ignis, sed in fonte Samaritæ. Non illum innumeris pene cœlestibus stipatum video sed sine vilo comitatu, Non intueor sedere iudicium, nec aperire libros, sed ipsum Dominum maiestatis cum humili abiectaquæ fœmina loquentem, & aquam ab ea postulantem aspicio. Vbi ergo tanta gloria? tantaquæ maiestas? ubi dignitas? ubi amplitudo? ubi regius, ac supremus thronus?

IN animam induxerant iudæi templum Deo maximo constituere,

Est. 6. n. 1.

Dan. 2.

Ber. ser. 1. Epiph.

Ber. ser. 1. Epiph.

Ber. ser. 1. Epiph.

Ber. ser. 1. Epiph.

tuere; quibus ille (Esaias nuntio) respondit. *Cœli in sedes mea, est terra autem scabellum pedum meorum, quæ est ista domus quam edificabitis mihi?* Quod idem est ac dicere, nullus in orbe terrarum inuenitur locus regia mea dignitate dignus: Sed nunc optime Deus ubi est sedes illa cœlestis? si terra scabellum pedum tuorum. Quomodo nunc sedes in terra ex itinere fatigatus? Quo pacto inclinasiti cœlos, & ad terram vsque descendisti? O mira diuinæ pietatis excellentia! Neque enim hac in submissione summam suam dignitatem amisit, sed eximiam suam charitatem maxime commendauit. Dei enim erga homines amor in infimo terræ loco ipsum Deum collocauit, nam amor æqualitatem, mutuamq, petit comunionem: etenim non bene conueniunt, neq, in vna sede morantur maiestas, & amor. Dominum nescis amor, inquit Bernardus. Quapropter diuinus hic amator, a sede magnitudinis, & maiestatis suæ, ad terram vsq, descendit, & formam serui suscepit. Cœli & terra, summa illum prædicatione extollant, ob eximiam eius in homines charitatem.

Deferebant Domino maximam laudem tres illi sancti adolescentes fornaci Babylonis addicti, ac dicebant. *Benedictus es Domine in templo sancto gloriæ tuæ & super laudabilis, & super gloriosus in secula. Benedictus es in throno regni tui, & super laudabilis, & super gloriosus in secula.* Hac in laude versabantur illi, intuentes amplitudinem templi cœlestis throniq, ac firmamenti diuini maiestatem. Ego vero maxima te præpotens Deus gloria, & prædicatione effero, sedentem sic supra fontem Iacob. Eximijs te laudibus alij exornent solis domicilium occupantem, si enim magnum, ac mirabilem in cœlo te ostendis, in terra & supra fontem sedens adeo optimum ac beneuolum te præbes. ut amoris, ac bonitatis magnitudo, quæ hic splendet tuæ maiestatis, atq, amplitudinis excellentiam, quodammodo occultet. Quare egregie Bernardus ait. Quanto minorem se fecit in humanitate, tanto maiorem se exhibuit in bonitate, & quanto pro me vilior, tanto mihi charior est. Et quidem non solum est charior, sed excelsior, si excelsior excellentissimo, esse, aut dici potest. Ipsius enim clementiæ, ac benignitatis præstantia multo magis in hoc humili terræ loco, quam in editissimo cœli domicilio emicuit.

S E D ut iam ad nos ipsos sermonem conuertamus, si quis vestrum scire cupit, cur summi Dei filius, in terra abiectus, ac fatiga-

Est. 6. n. 1.

Bern. ser. 59. super cant.

Dan. 2. nu. 23.

Ber. ser. 1. Epiph.

tus sedet. Eam esse causam intelligat, ut nostræ superbæ culpam soluat. Cum enim bonitate optimus, ac potestate maximus sit, volens æterno suo patri, pro nostris sceleribus cumulatisime satisfacere, solutionem debito, penam vero culpæ opponit. Et ut pro nimia nostra pecuniæ cupiditate satisfaciatur, egenus, ac pauper efficitur. Pro hominum delicijs, ac voluptatibus, dolores, ac cruciatus tolerat. Pro illorum iracundia patientem ac mansuetum se præbet. Pro invidia, ac malevolentia, beneuolum, ac benignum præstat: A cibis se abstinere, ut ebrietatis culpam a nobis dimoueat. Et ut nostram pigritiam purget, fatigatur. Ac denique ut dignam pro hominum superbia compensationem Deo tribuat, se ipsum prosternit, & supremæ suæ magnitudinis thronum vsq; ad terram abiiciens, sedebat sic supra fontem. Ecce igitur, quam cumulate Redemptoris muneri Christus satisfecerit, & quo pacto, ut nostram iactantiam expelleret, seipsum abiecerit, ac supplicè se omnibus præbuerit.

ET quia non solum Deus hominum Seruator extitit, sed etiã medicus, non modo præstantissima sua opera in nostrorum criminum satisfactionem præstitit, sed in eorum remedium, ac medicinam, instituenda esse decreuit. Quapropter sicut paupertate sua, & satisfecit Deo pro nostra auaritia, & eidem malo adhibuit medicinam, sic etiã sui animi submissione, cum pro hominũ superbia re compensationem æterno patri præstitit, tum etiã maximæ illorum superbæ animiq; elationi mederi voluit in posterum. Abiecit enim se ipsum, ut nos humiles, & abiectos redderet, dimisit quodammodo suam excellentiam atq; amplitudinem, ut nos honore, & gloria excellere nullo modo ambiamus. Quam obrem hortatur Apostolus Philipenses *Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinã arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens in similitudinem hominiam factus, & habitu inuentus ut homo. &c.* Mira equidem, ac maxima exinanitio est, sed quid illud. *Hoc sentite in vobis?* dixerat nuper Apostolus *Nihil per contentiõem, neq; per inanẽ gloriam, sed in humilitate, superiores sibi inuicem arbitantes, & subdit Hoc enim sentite in vobis Quod & in Christo Iesu,* supra quæ verba optime inquit D.

D. Augus. Augustinus. Præmittit alia de Christo ut hi in quibus est locus abiectionis non dedignentur humiliari. D. Bernardus sic ait. *Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu,* ut sicut se ipsũ exinaniuit, hoc ipsum

ipsum sentiatis in vobis, sic & vos fratres exinanite vos, humiliate vos. Hæc Bernardus. Sed considerandum est verbum illud. *Hoc sentite in vobis.* Internum enim animi sensum exigit. Apostolus, de hac Christi Domini humilitate, & abiectiõne attentam tantæ submissionis cogitationem, ac contemplationem ab homine postulat. Qui secum ipse considerare debet, rationi esse maxime consentaneum, ut desè humiliter sentiens, ac demisse ad hominum pedes iaceat. Summus siquidem & supremus Deus ita humilem se præbuit, ut ad vilium hominum pedes se ipsum abiecerit. Iam ergo quis gloriam, honores, aut dignitates conseruetur, cum immensum, ac præpotentem Deum ita humilem, ac demissum aspexerit? Quis poterit excelsam, ac sublimem sedem, cū in infimo terræ loco ipsum æternæ patris filium sedentem intueatur.

VOX Domini in virtute, canit Psalmista, vox domini in magnificentia, vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani. Antequam sempiternus Dei filius, humanitatem indueret, verbū quidem erat, sed mentale, occultum, & quod sensibus percipi nullo modo poterat. At vero postquam humanam carnem assumpsit, manifestatur hoc verbum & voce extra emissa hominum sensibus subiacet. Vnde luculenter D. Bernardus. *Vere fratres. Verbum factum est caro, & sic habitauit in nobis,* dum enim esset in principio apud Deum, lucem inhabitabat inaccessibilem & non erat qui caperet illud. *Quis enim inuestigauit sensum Domini aut, quis consiliarius eius fuit: Carnalis homo non percipit ea que sunt spiritus Dei. Sed iam capiat & carnalis, quia iam verbum factum est caro.* Ecce iam trahitur sapientia de occultis, & ipsa se ingerit sensibus carnis tuæ, hæc tenus Bernardus. Iam ergo mentale verbum ex patre genitum factum est vox, ex matre nascens. Hæc igitur vox, vox domini est in virtute, vox confringentis cedros libani. Et quis erit cedrus adeo præcellus. Qui huius vocis vi, & efficacitate. (*Fatigatus Iesus ex itinere sedebat sic supra fontem*) non prosternatur, ac concidat? quis tam elatus, ac superbus: *Qui non abiciat se se, cum Deum ita abiectum atq; humilem intueatur? Intolerabilis prorsus impudentia est, inquit Bernardus, ut se vermiculus extollat, ubi se sic exinaniuit diuina maiestas.*

Psal. 28. nu. 4.

Serm. 3. in natali dñi.

Bern.

Discursus

Discursus secundus, quam benigne ac humane Christus Dominus nobiscum agat:

Et de vinculo quo nos huius rei causa sibi obstringat.

(.?.)

Them.

Da mihi bibere. &c.
Ioan. 4.

OPORTE T fratres hodiernum colloquium attento animo considerare. Quis: Cum qua: Quibus de rebus: Et quomodo illud habeatur. Quis igitur? sempiterni Dei filius, auctor rerum omnium, ac ille cuius numini parent omnia. Cum qua, cum muliere, & non cum principibus populi sui, cum muliere inquam, & non cum Regina Austri, cui Salomon, sapientiae suae thesauros patefecit, sed cum vili, ac vulgari femina, cum pellice vitae fordidae, atque contemptae. Quibus de rebus, de his, quae tanti erant ponderis ac momenti, vt sanctissimi vates diuino numine afflati, grauiora non cognouerint, aut tractauerint, quam ea, quae huic communi foemine patefiunt. Hic enim: Seruator humani generis sitim, ac desideria sui cordis illi manifestat. Hic mirabile suae carnis assumptae mysterium declarat. Hic caelestis aquae miram naturam, & proprietates explicat: Quae & vitam tribuit, & in vitam aeternam salit, animique sitim, ac cupiditatem omnino satiat. Hic etiam docet qua religione sit: Deus a nobis colendus. Hic denique huius foeminae vitam, ac mores denunciat atque aperit. Et quod mirabilius multo est, se ipsum eidem manifestat. Hoc ipsum percontati sunt ab eo principes Hierusalem: *S: tu es Iesus Christus dic nobis palam.* Quod Christus Dominus noluit explicare. Hic vero aperte in conspectu in ore, atque oculis Samaritanarum, illud explicat dicens: *Ego sum qui loquor tecum* Haec igitur sunt negotia, quae in Christi ac Samaritana sermone geruntur. Sed quomodo gerantur: mirum in modum

Ioan. 10.
11. 24.

modum admirationem auget, perhumane enim, atque amice tractantur. Solitus est Deus olim cum Moyse loqui, qui cum ab eo peteret, vt, vultum eius posset intueri, responsum a Deo accepit: *Posteriora mea videbis faciem autem meam videre non poteris.* Sanctos illos veteris testamenti Patriarchas alloquebatur aliquando, sed paucis, & per Angelos suos. Prophetas vero occulte, & aenigmatice, cum hac autem vili atque abiecta foemina palam & in conspectu loquitur, grauisimaque negotia confert, atque communicat. O rem admiratione dignissimam!

CVM immortalis Deus voluit legem in monte illo synai edicere, aliquaque sui cordis arcana dilecto populo patefacere, vocauit Moysem, cui dixit: *ascende ad Dominum, tu, & Aaron, Nadab & abiu, & septuaginta senes Israel, & adorabis procul, solusque Moyses ascendet, ad Dominum, & illi non appropinquauit, neque populus ascendet cum eo* & prius quam ea fieret, in monte illo ceperunt audiri tonitrua, vt sacra refert historia, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem. *Clangorque hucina vehementer perstrepebat.* Quibus rebus ita perterritus est ille populus, vt Moyse dixerit. *Loquere tu nobis & audiemus, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.* Animaduerte quam serio grauius, ac seuerus Deus tunc cum hominibus egerit. Neque vero ipsemet Deus villo alio intermedio tunc homines alloquebatur, sed medio aliquo celite, vt D. Paulus, ac D. Stephanus inquit. Nunc vero idem Deus vere natura humana indutus ad terras descendit, & abdita sui pectoris arcana, non quidem Moyse, sed contemptae cuidam foeminae denunciat, non fulgurum ac tonitruorum magnitudine, sed amice, & humane summa cum familiaritate, maiora sane & praestantiora mysteria supra fontem Iacob Samaritanarum aperiens, quam Israelitis in monte synai olim aperuerit. Et quem tantae humanitatis admiratio non capiet! Quid sibi vult Deus sancte huiusmodi mutatio? Non ne, *Deus inquis, sum ego & non mutor.* Cur ergo sic rationem cum hominibus agendi permutasti?

Fortales profecto nos ipsos appellare possumus, qui foelicissimo hoc tempore nati, ac in lucem suscepti sumus, in quo ita se Deus humanum, ac benignum in ecclesia praebet, in qua Apostolus clamat: *Non accessistis ad tractabilem, & accessibilem ignem; & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubae sonum, & vocem verborum, quam qui audierunt, excusauerunt se, ne eis fieret verbum, non enim portabant.* Quod dicebatur & Moyses dixit, exterritus sum, & tremebundus Sed

Dddd accessistis

Exod. 33.
nu. 23.

Exod. 24.
nu. 2.
Exod. 19.
nu. 16.

Ad Gal. 3.
nu. 10.
Actor. 7.
nu. 38.

Ad Hebr.
12. n. 18.

Ad Thi. 3. accessistis ad Sion &c. Quod si forte requiras, cur Deus nobiscum
 num. 4. agat amabilius, ac benignius, quã ætate superiori se cum alijs gesse
 rit. Respondebit idem Apostolus. *apparuit benignitas, & humani-*
tas seruatoris nostri Dei. Hæc enim extitit fons, atquẽ origo totius
 Sermon. I in nostræ sclicitatis. Atquẽ ita D. Bernardus expendens hæc. Apo-
 epiaph. dñi verba, sic ait, Priusquam appareret humanitas, latebat benignitas,
 sed vbi Dei innotescit humanitas, iam benignitas latere nõ potest.
 Hæc sunt, D. Bernardi, verba, quæ quia ad rem, de qua agimus, maxi-
 me faciunt si placeat ponderabimus.

P. R. I. V. S. inquit, quam appareret humanitas, latebat benignitas,
 latebat quidem, & adeo occulta, vt quidquid apparebat, magnam
 præferret seueritatem. Quod primum constat ex omnibus, qui-
 bus olim Deus solitus est nuncupari. Nomen fuit illi quondam,
 Deus vltionum, item Dominus Deus exercituum, & agminum Is-
 rael, deinde Deus Zelotes visitans iniquitatem patrum in filios in
 tertiam, & quartam generationem. Appellabatur peccatoribus, læ-
 na, pardus, & vrsu raptis catulis. Horribilia sane nomina, & feritatẽ,
 ac magnitudinem indicantia. Sed in his omnibus latebat benigni-
 tas. Modo vero quando iam apparuit humanitas, ac Deus nostram
 Ofes. 17. n. carnem, nostramquẽ naturam assumpsit, manifestatur benignitas
 7. in nominibus suis. Hæc enim, vt ex historia euangelica constat hu-
 iusmodi sunt. *Ego sum pastor bonus. Ego sum via veritas, & vita. Ego*
sum lux mundi. Ego sum vitis vera. Ego sum panis vita. Ego sum panis
viuus qui de caelo descendit. Ego sum ostium ouium. Ego sum resur-
rectio & vita. His & alijs huiuscemodi nominibus, clementiam, ac
 benignitatem præferentibus appellatur Deus. In hodierna autẽ
 historia Christus, ac Messias nuncupatur, cũ enim Samaritana dice-
 ret. *Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus,* dicit ei Iesus. *Ego sum*
qui loquor tecũ. Quæ igitur in nominibus, olim Deo impositis, late-
 bat benignitas, eadẽ in his, quib' modo effertur apparuit manifeste.

Q. V. O. D. si in prædictis nominibus latebat benignitas,
 Gene. 26. haud minus in eiusdem antiquitatis gestis abdebatur. Quã ob cau-
 num. 24. sam, lex illa lex timoris appellatur, & qui ea regebantur, serui
 Num. 12. sunt nuncupati. Sic enim, Deus appellat sanctissimos, illius
 Num. 3. temporis, homines, vt Abraham in libro geneleos. Moysem
 Esaias. in numeris. Dauidem in Esaiã. Iob in eiusdem libro, deni-
 Iob. 1. nu. q, vniuersum Israelem quẽ sibi charum, ac dilectum habebat, ser-
 8. ui nomine appellat, dicens per Esaiã. *Tu Israel serue meus.* Nunc
 Esa. 41. autem audi quid dominus dicat Apostolis. *Iam non dicam vobis*
 nu. 8. *seruos,*

seruos, sed amicos, amicos appellat, imo & fratres. Vade (inquit Chri-
 stus Dominus alloquens Magdalenam) *ad fratres meos, & dic eis.* 10a. 13. n.
 15.
 Qua propter sicut in pristinis Dei nominibus latebat eius benigni-
 tas, quæ in recentioribus patefit: sic etiam in nominibus pristino-
 rum hominum celabatur, in ijs vero, quæ nobis modo à Deo impo-
 nuntur, redditur eadem manifesta. Sed vt ad res gestas veniamus,
 latuit olim in illis benignitas Dei nostri: Nimirum eum hominem
 colligentem ligna in die sabathi occidi iubet, alium vero, eo
 quod spolia aliqua vsurpauerat ex Hierico, eadem pœna damna-
 uit: *Qui quidem erant quẽ liberi, ac filia, & vt sacra pagina refert,*
cuncta quæ illius erant igne consumpta sunt. Regem vero Sau-
 lem sic carpit, ac damnat per Samuelem. *Pro eo quod abiicisti sermo-*
nem Domini, abiicit te Deus ne sis Rex. Et paulo post, idem Samuel-
 Sauli dixit: *Scidit Dominus regnum Israel à te hodie & tradidit*
illud proximo tuo meliori. Quemdam denique prophetam leoni
 tradidit occidendum: quia delictum quoddam inobedientiẽ comi-
 sisset. Hac etiam seueritate vrbes, ac ciuitates integras deuastauit,
 aquis, ignibusquẽ dissipans, atquẽ exurens. Hac vero nostra tempe-
 pestate eximia lenitate, ac mansuetudine peccatores recipit, eorum
 quẽ grauisimis sceleribus facile, ac clementer ignoscit. Non enim
 iam ignẽ ad homines comburendos, e celo mittit: Sed potius cum
 D. Ioãnes, eiusq, comes Iacobus a Christo Domino peterent po-
 testatẽ, vt ignẽ de celo ad quosdã homines comburendos facerẽt del-
 cendere, illos obiurgans inquit: *Nescitis cuius spiritus estis, filius homi-*
nis non venit animas perdere, sed saluare. Et cũ Princeps Apostolorũ
 Petrus, vt sui magistri honorem, vitamque tueretur quemdã illius
 hostẽ vellet grauitè percutere, statim cogitur gladium in vagina
 recondere. Seuere enim illũ Christus reprehendit, ac dicit. *Conuer-*
te gladium tuum in lozum suum, omnes enim qui acceperint gladium, gla-
dio peribunt. Deniq, generatim atq, vniuersis loquens, *Ego,* inquit,
veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Iam igitur quia in eo ap-
 paruit humanitas mea, manifesta est benignitas ipsius. Et tam fami-
 liariter cum hominibus etiam flagitiosis agit, vt hanc illi familiari-
 tatem exprobrent, & obijciant, qui dixerunt. *Hic peccatores recipit,*
& manducat cũ illis. Apostolis annumerat Publicanũ, morte liberat
 adulterã sui criminis impunitonẽ affecutã, audit Chananeã, ignof-
 cit Magdalene, illiq, suppliciu remittit, & deniq, magna corporis fa-
 tigatione Samaritanã quærìt, ac dulces cum illa sermones conferès
 à turpitudine vitæ ad honestam viuendi rationem traducit.

Iere. 10. nu. 7. Quis ergo non amore prosequitur, tam dulcem, tamq, amabilem Deū. *Quis non timebit te o Rex gentium.* Dixerat olim Ieremias, quæ quidem verba, quæ timorem significant pristino illi tempore conueniebant, lex enim timoris spiritui timors optime quadrat. *Vos autem (vt Apostolus docet) non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater.* Abba Hebraice, idem significat, quod latine Pater, atq, ita, Abba Pater, idem est ac dicere, Pater, Pater, Patrem enim appellat æternum patrem, eiusque filius æque æternus Pater nuncupatur, est enim Pater futuri seculi. Quis inquit, *non timebit te o rex Regum?* inquit Ieremias. Reges enim timendi sunt sicut serui metuere debent. Nos vero Patrem eundem regem vocabimus, hoc etenim nomen vult ipse in hominum ore versari, iubetq, ab eo nos illam Christi domini orationem exordiri, cuius initium est, Pater noster Neq, vero dicimus, Rex noster qui es in cœlis, sed Pater noster. Cum ergo filij amoris vinculo, erga parentes deincti sint, quis hunc nostrum cœlestem Patrem non summo amore complecteretur?

ILLVD autem meditari oportet, eo nos maiori pietatis, ac gratitudinis officio obstringi, quo Deus humani generis Redemptor Christus benignius nobiscum agit. Inde enim fit, vt cum Apostolus Hebræis dixisset. *Non accessistis ad tractabilem, & accessibilem ignem, &c.* subdit: *videte ne recusatis loquentem.* Quod doctè sic explicat D. Thomas. Quod loquor implete. q. d. ne abutamini clementia mea, dabit enim pœnas acerbissimas. Quod idem Apostolus exposuisse videtur, scribens ad Romanos. *An inquit diuitias honoratis eius, & patientiæ, & longanimitatis cōtemnis, ignorans quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit? Tu autem secundū duritiam tuam, & impœnitens cor tuum, Theaurizas tibi iram in die ire, & reuelationis iusti iudicij Dei.* Non nego apparuisse iam benignitatem, & humanitatem saluatoris nostri Iesu, qua patienti animo suffert, & te ad veniæ consecutionem inuitat, si tamen ea benignitate Dei maximi, atq, humanitate abutaris, vertes ad extremum omnia. At vero huius Samaritanæ fœlicitas, non in eo omnino sita fuit, vt Seruator noster benignum se illi, humanumq, præberet, sed in eo etiam, quod ipsa Christi Domini clementia præclare vteretur. Quod nisi fieret, maiori illa supplicio afficeretur. Sic etiā nobis opus est, ad perfectam animæ salutem obtinendam Redemptoris nostri clementia, ac erga nos humanitate præclare vti. Audi igitur

igitur tanquam obsequētissimus Dei filius tuum met patrem, qui tecum loquitur à teq, petit, *Da mihi bibere,* Audi sitit tuam salutem, cuius tu sitim explebis, ac desiderio satisfacies, si à Dæmonis castris ad christianam militiam transfugeris, & flagitiosam vitam relinquens, piam, religiosamque sequaris.

CONCIO QVINTA.

Discursus primus contra eos qui in suis flagitijs persistunt, nulla adhibita cura, vt ab eis se expediant.

Them.

venit mulier de samaria haurire aquam.

Ioan 4.

CONSIDERATIONE quidem digna est Samaritanæ in sui animi salute inconsiderantia: Quam sine Christi Domini recordatione, ad hauriendam aquam accederet, nulla prorsus cura adhibita relinquendi turpem, ac flagitiosam vitam, quam sequebatur, & ad meliorem se vitæ frugem recipiendi. Et ecce illi nostræ salutis auctor obuiam occurrit, & in illam oculos diuinæ suæ misericordię conijciens, à turpitudine vitæ ad honestatē, illam reuocauit, eamq, virtutis studiosam, & christianæ religionis cultricē reddidit. Ita se Deus sæpe gerit cum flagitiosis, vt cum ipsi Deum ex memoria penitus deposuerint, tunc Deus eorum memoriā intrans, & eorumdem animos illuminans, à turpi vitæ instituto eos abducit. Quam longa obliuione contriuerat Dauid, sui adulterij scelus, & eo tempore, quo nec de illo quidem cogitare, ne dum pœnitere instituerat, prophetam Nathan ad illum mittit. Datus, qui egregia quadam similitudine Dauidis memoriā ad commissi sceleris dolorem, ac cognitionem excitaret. Eodem etiam modo, cū nulla homines suorum criminum memoria tenet, cōmotus Deus eorum misericordia, illosq, pietatis oculis conspiciens, ad honestam vitæ rationem traducit. Hoc est singulare illud beneficium,

D d d d 3 quod

2. Reg. 12
III. I.

Ezech. 6.
D. Hier. &
Theod.

quod idem Deus utpote magnum; & eximium expendit, cum Hierosolyma verba faciens. *Transiens per te, inquit, vidi te conculcari in sanguine tuo; & dixi tibi, cum esses in sanguine tuo. Viue, dixi, inquam, tibi, in sanguine tuo, viue.* Quis est ille sanguis in quo volutam vidit Deus Hierusalem. D. Hieronymus sentit esse peccata lethalia, Theodoretus vero speciale illud flagitium, quod patrauit Hierusalem, quando Idolis diuinum honorem exhibuit. Vtraque tamen expolitio ad rem facit, ait igitur Deus *Vidi te, &c.* Quam paucis verbis toties eadem repetit, & iterum atq, iterum assumit verbum illud, *in tuo sanguine*, scilicet cum in suo scelere, in suis flagitijs, ac peccatis, in colendis idolis tota versaretur, benignis, ac clementibus oculis illam Deus intuitus est, & ad sui cultum, veramq, religionem conuertit. Nec solum dicit, cum oblita est mei Hierusalem, ego eius memoriam conseruari, sed cum in suis stupebat peccatis, in suoq, flagitorum sanguine conculcata iaceret, ac in omni scelerum genere se volutaret, tunc dixi illi. Viue. Sumpta est Metaphora ab eo, qui vulneribus confossus, plagisq, mortiferis affectus in sanguine volutatur. Que ita faucium ac cruentatum hostis offendens tantorum vulnerum miseratione captus, illi medetur, plagisq, ac sanguinis effusioni medicinam adhibet: sic ego, inquit Deus, opitulatus sum tibi Hierusalem, que licet hostili inimicitia me sis profecuta, cum tamen mortiferis vulneribus inflata decuberes, & lethales tuo animo plagas exciperes, misertus sum tui, tibiq, curationem volens adhibere, dixi, viue. O clementiam nullis vnquam seculis auditam! Eo enim tempore Deus hominum miseretur, quo eterno illo supplicio dignissimi affiendi essent. In quo genere ex multis mirabilibus exemplis, haud facile vllum maius inueniemus, quam diui Pauli qui cum sceleris caligine immeritus esset, tunc ad Christi fide, ac disciplinam vocatus est, quod preclare animaduertit diuus Lucas dicens. *Saulus adhuc spirans mirarum, & cadis in discipulos domini, &c.* Id est tunc illum Deus ad se conuertit, & cum in illum fulmina comburentis ignis coniecturus erat, lucis, ac splendoris radios immisit. *Subito enim* (vt D. Lucas ait) *circumfulsi eum lux de celo*, quando vero Satanæ, vel hostis nomine par erat illum concupari, proprio eum nomine Christus dñs appellat, & semel atq, iterum dicit. *Saule, saule*. Ac deniq, cum in illum seuerere, & vehementer esset animaduersurus, ad se illum reuocat, & suæ disciplinæ reddit alumnum. Quæ omnia D. Paulo euenere, in eo ipso itinere, quo ad persequendos veræ religionis assertores Damascum pergebat.

Actor. 9.
nu. 1.

Atque

Atq, hoc idem quod diuo Paulo contigisse diximus, diuo itcm Petro euenisse videbimus. Qui cum eo tempore, quo Christus dominus doloribus, ac cruciatibus torquebatur, eius se discipulum esse negaret, oculos in illum Redemptor noster, coniciens ad suam ipsum doctrinam, ac professionem, traxit. Idem enim diuinus scriptor Lucas ait quod cum adhuc Petrus negaret se Christum nosse, *Adhuc eo loquente cantauit gallus, & conuersus dominus respexit Petrum, & continuo fleuit amare.* Percussus enim est ab oculorum Christi radijs, qui cum ab ardentissimo sole dimanaret, facile gelidum Petri cor potuerunt liquefacere, quod in lachrymas conuersum per oculorum angulos liquatum effluxit. Atq, ita recte D. Ambrosius super hunc locum ait. Negauit primo Petrus, & non fleuit, quia non respexerat dominus, negauit secundo, & non fleuit, quia adhuc non respexerat, dñs, negauit & tertio, respexit Iesus, & tunc ille amarissime fleuit. Diuus ite Gregorius, sic loquitur. Nunquam Petrus fleuisset, nisi dominus respexisset. Sed inquirō, cur cum humani generis vindex, voluit Petrum, ac Paulum ad se suam doctrinam traducere, non eorum dolore, ac penitentia expectant, aut saltem, vt illi in aliquo studio opere versarentur? Cuius ego nullam potiore causam reperio, quam vt eius misericordie vis, atq, excellentia, magis, ac magis splenderet. Quod etiam hodierna Samaritanæ historia fati superque docet. Nam cum illa obsceno amoris scelere obstringeretur, & ad aquam hauriendam ex fonte adisset, ea forte ratione, vt ei quem turpiter diligebat, pocula ministraret: cuque de sua salute nihil omnino curaret: ecce ille Seruator hominum, itineris labore, ac lassitudine confectus, presto adest, eamque diuinis, ac celestibus rebus inducens, a turpitudine vitæ ad honestam viuendi rationem reduxit. Magna profecto Iesu Christi in hanc mulierem, reliquumq, hominum genus pietas, ac misericordia extitit. Non tamen maxima culpa vacant illi, qui cum grauissima in Deum scelera commiserint, nulla eorum penitentia, ne memoria quidem habita, in flagitijs ac vitæ turpitudine persistant, cuiuscunque generis crimina de nouo perpetrantes. Nimirum fortasse diuinæ misericordie confidentes. Et hi quidem non considerant, non omnes æque efficaciter ac Petrum, & Paulum a Deo permoueri. Christi fuit Apostolus Iudas, quem & si Deus laqueo suspendentem vidit, non tamen restim ex qua pendeat, & si posset, voluit interciderere, neque celesti illum luce illustrauit, vt Paulum, aut ijs quibus Petrum oculis respexit. Quauis etiam notum sibi erat Absalonem Dauidis

Luc. 22.
num. 60.
Ambr. lib.
Greg.

Dauidis regis filium ē quercu pendere, animamque misere, ac in se liciter agere, non tamen voluit eius vitæ cursum ad pœnitendum protrahere, nequē ad illum alium Nathan sicut ad Dauidem misit. Et quis dubitat plures alios præter Samaritanam esse in samaria scelerum macula fœdatos? Sed nulli alteri ita se Deum misericordem præbuisse legimus, ac huic ille femine. Cui consonat illud Di-

Luc. 4. 11.
25.

Multa vidua erat in diebus Elie in Israel, quando facta est fames magna in omni terra, & ad nullam illarum missus est Elias nisi in Sarepta Sidonie ad mulierem viduam, & multi leprosi erant in Israel sub Eliseo propheta, & nemo illorum mundatus est nisi Naaman Syrus. Circa quæ verba inquit Diuus Ambrosius. Quid est in causa, quod Elias solū Naaman curauerit, cum in Israel multi alij eodem lepræ morbo laborarent? Cur inquit non curauit fratres? non curauit ciues? non sanauit propheta confortes? cum sanaret alienos, & eos qui obseruantiam legis, & religionis consortium nō habebant, nisi quia voluntatis est medicina, non gentis, & diuinum munus vobis eligitur, non naturæ iure defertur? Non enim dormiētibus, sed obseruantibus diuina beneficia conferuntur. Hæc ille.

Ambrosius.

Eodem igitur modo in animi aegritudine curanda se habet Deus, dum alijs pro sua voluntate medicinam adhibet, salutemque imperatur, alijs vero non item. Quod significasse videtur regius vates cum inquit: *Pluuiam voluntariam segregabis Deus hereditati tuae.* Pluuiam voluntariam gratiam intelligit Diuus Augustinus. Quæ sine vllis donatur meritis. Alioquin (vt ipse ait) *gratia iam non est gratia.* Cum igitur gratia sit, gratis cui Deo placet, conceditur. At nisi te ipsum ad ecclesie hoc donum animo excipiendum præparaueris, timere debes ipsum non tibi esse concedendum, Nam Christus do-

Psal. 67.

minus sermonem habes de illis, quos turris illa filie interfecit, sic ait: *Putatis quia ipsi debitorum (id est flagitiosi, & peccatores) fuerint praver omnes homines habitantes in Hierusalem? Non dico vobis, sed si pœnitentiam non habueritis omnes similiter peribitis.* Non dixit Christus, licet conspexeritis flagitiosos quosdam homines subito extrema vitam spiritum edidisse, nihil est vobis timendum, cum Deus ita proptus sit ad misericordiam: Sed si turpem, flagitiosamque eorum vitam imitami, infelicem etiam eorundem interitū sequemini. Si ergo non ita misere ac illi perire vultis: pœnas pro sceleribus suscipite voluntarias, & ad honestam vos vitæ rationem referre. Nam si aliquando Deus ipsum non querentibus, nec flagitia detestantibus ad suam amicitiam familiaritatemque reducit, vt

Luc. 13.
nu. 3.

in

in hodierna historia visum est, potiori iure reducet eos qui vitia detestantes, vni se virtuti tradunt, & ipsum Deum studio, animo, ac cogitatione requirunt.

Discursus secundus ostendit liberales esse debere homines in Deum, vt ipse Deus in eos sit etiam magnificus ac liberalis.

(?)

Them

Mulier da mihi bibere. Ioan. 4.

A LIENVM est à Dei magnitudine quidquam ab alio quam à se postulare, quippe qui rerum omnium Dominus, ac procreator, in se habet quidquid boni in rerum hac vniuersitate reperiri, desiderari vè potest. *Si esurigo non dicam tibi, & dicit Dominus populo suo) meus est enim orbis terra, & plenitudo eius.* Deo et enim proprium est nullo alio indigere. Quam Dei optimi maximi proprietatem nouerat regius vates, cum inquit. *ego dixi, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Quomodo igitur audimus nunc prepotentem Deum sitientem iuxta fontem, potu, ciboque indigentem, & a vili quadam femina aquam postulantem? Quid si bi vult huiusmodi immortalis Dei necessitas, atque indigentia? Quis illum ad eam egestatem, ac penuriam adduxit, vt ipsi mendicare opus sit?

Psal. 49.
nu. 12.

Psal. 15.
nu. 2.

PERSPECTVM quidem, ac notum est, hoc non ex ditissimi, ac prepotentis Dei egestate, sed ex hominum indigentia ortum habuisse. Quod si ab eis aliquando aliquid petit, id ea ratione facit, vt occasionem caperet ad illis plurimum impertendum. Promississimus enim est ad retribuendum multa, maximaque dona, vultque, vt non solum diuinis eius bonis fruamur, sed etiam vt eorum aliquo modo quasi nostris actibus, simus participes. Et hac de causa cum bonorum nostrorum non egeat, vt Propheta cecinit, ea poscit ab hominibus, ac si illis aliqua ratione indigeret.

SIC contrigisse scimus, cum Deus sibi, aureaque sua voluit fieri domicilium. Postulauit enim a populo aurum, & argentum & æs, nu. 1.

Eccc hyacin.

Hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum &c. Quid tibi opus est, summe Deus, hominū donis? Videjis sane aliena misericordia tuam paupertatem subleuare. Si vis amplam, ac magnificam domum ædificare, nonne gratia, & diuitiæ in domo tua sunt? Aperi in mensi tui thesauri thecam nūmariam, & ne ab inope & egeno opem auxiliumque deposcas. At vult Deus habere in terra domicilium, vt nobiscum habitet, in eoque hominum preces exaudiat: ita tamen vt in hac æde construenda, in qua diuina essent à Deo in homines beneficia conferenda, ipse etiam aliquid opis & operæ cōferrent.

SIC etiam cum idem Deus pollicitus est Abrahæ illum filium, in quo omnes gentes benedictionem erant accepturæ, prius ab eo petijt, vt charissimum filium suum Isaac sibi offerret in holocaustū: quam primum vero ille manū extendit, gladiumque ad immolandum filium arripuit, a quodam cœlitē retardatus est, ne filium quem mirifice diligebat, occideret: Et illū ita Deus est alloquutus: *per me metipsum iurauit, quia fecisti hanc rem, & non peperisti. Vbi genito filio tuo propter me, benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ.* Quibus verbis promissum fecit Deus, ex Abrahæ stirpe humani generis vindicem esse nasciturum, vt Diuus Paulus explicat, sic ad Galatas scribens: *Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius, non dicitur & seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo qui est Christus.* Ex quo perspicitur Deum ab Abrahamo filium suum petijisse, vt ita occasionem sumeret æternum ipsiusmet Dei filium Abrahæ, reliquisq; hominibus largiendi.

HINC colligi potest, præcipua quædam ratio, cur Deus eleemosynam exposcat ad egenorum inopiam subleuandam, quibus cum ipse facile posset subuenire, captauit tamen occasionem aliquid à nobis petendi, pauperibus necessarium, vt ea ratione multas, maximasque diuitias hominibus distribueret. Quod quidem in vidua illa Sareptana apparet manifeste, à qua Elias panis fragmentum, Deo ita disponente petijt, cum verum esset quod illa iuramento testata est, se non habere panem, nisi quantum pugillum capere potest, farinæ in hydria, & paululum olei in lechyto ad se, suumque filium sustentandum. Nonne certo sciebat Deus alios multo ditiores esse in Israel, qui Eliæ sitim explere, famemque satis abunde satiare possent; Sed quem exitum huiusmodi res habuerit, considera, & Dei in hac petitione animum clare perspicies. Illa enim libenter

con

concessit quod Elias postulauerat, Deus vero illius farinam, atque oleum mirum in modum auxit. Quis non cum crudelem iudicaret, qui à vidua adeo inope opem, auxiliumque deposceret. Sed eo huiusmodi postulatio spectabat vt ipsa vidua, & ditior esset, & Deo gravior existeret. Cuius rei similitudo est illa quæ ex vaporibus desumitur, hi enim à sole è terra tepefacta excitantur & tanquam tenuissimi quidam spiritus à terra in cœlum ascendunt, qui in nubes conuersi, magnis & assiduis imbris, à cœlo in terram descendunt, quibus ipsa terra fecunda, ac fructifera redditur, sic etiam elemosyna, quæ exiguum quidem, ac tenue opus est, ab homine in cœlum emissa, iterum ad ipsum hominem aucta locupletataque redit. Quam nullius momenti aut pretij, illud donum fuit, quod piscator Petrus præpotenti Deo obrulit, cui & illis etiam omnibus, qui Christi causa aliquid simile egerint, ita promittit. *Qui dimiserit patrem aut matrem &c. Propter nomen meum, centuplum accipiet & vitam æternam possidebit.* Quis igitur tam rationis inops, experisq; consilij, reperietur, qui parcum in elargiendis elemosynis se præbeat? Non cernitis quotidie quam libenter, large, ac liberaliter, agricola spargat in terra triticum, quod tanto sudore, ac labore acquisiuit? Huius liberalitatis causa ea profecto est, quod sciat triticum quod terræ tradit, ab ipsa terra reddendum esse multiplicatum.

A P T E quidem Apostolus elemosynam elargiri, feminare esse dicit, cum ait: *Qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus de benedictionibus & metet.* Vbi egregie D. Chrysofostomus, non dixit, qui dat, sed qui seminat, vt ad retributionem spectes, messisq; recorderis, & discas quod plura recipis, quam das, neque dixit, largiter metet sed in benedictionibus, quod illo multo maius est. Hæc Diuus Chrysofostomus. In huius autem rei confirmationem, adducit Apostolus illud psalmi: *Dispersit dedit pauperibus iustitia eius manet in seculum seculi.* Vbi beatus Chrysofostomus dispersit nihil aliud manifestat, quam quod cum liberalitate dedit. Et quanuis hæc non maneant, manent tamen quæ ex illis nascuntur: tenim mirabile est, quod, quæ custodiuntur pereunt, quæ autem disperguntur, manent, & manent semper. Iustitiam autem hoc loco misericordiam vocauit: etenim iustos facit elemosyna, peccata quasi ignis consumens, quando cum liberalitate effuderitis. Atq; hæc tenus Chrysofostomus.

Eccc 2

SAEPE

Simile.

Matth. 19
num. 27.

Matth.

2. Corin. 9
num. 6.

Chryso. ibi
Hom. 1 9.

psal. III.

Gen. 22.
no. 13.

Gal. 3. 16.

3. Reg. 17.
nu. 11.

Sæpe numero videmus feneratoros, quantumvis sint avari, ac numerorum cupidi, pecunias suas alijs tradere, sciunt enim, cum scœnori illas dant, non tam eas dare, quam accipere, atq; augere, sequè ipsos locupletare. Sed quid aliud esse putatis elargitio eleemosynæ, quam feneratio? Ex sententia enim Salomonis. *Feneratur domino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei.* Sed quid est feneratur Domino? quia, ut inquit Diuus Hieronymus ibidè, ideo erogat modica temporalia, ut ab eo accipiat ampliora æterna. Cuius sententiæ veritatem probat Dominus, cum se eleemosynam facientibus dicturum esse prædixit. *Quandiu fecistis vni ex fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Hæc diuus Hieronymus Si igitur fenerator propter vile lucrum, cuius causa æternæ damnationi astringitur, pecunias suas alijs in vsuram tradit, cur vos non datis scœnori pecunias vestras: Deo: in quò & lucrum certum est, neq; tamen damnationem, sed æternam animis salutem, ac felicitatem comparabitis? An veremini ne Deus fidem fallat, & eleemosynæ pecunias illi creditas non reddat? Audite diuum Chrysostrum præclare ad rem loquentem: Si homo qui respicit, non despicit, sed habet gratiam, multo magis Christus. Qui enim dat, cum nihil acceperit, quomodo cum acceperit, non dabit? Date igitur, & accipite. Date egenis eleemosynam, & a Deo gratiam, immortalemq; gloriam accipietis.

Dominica. 4. quadragesima.

Salutatio. DVO beneficia pollicitus est Deus optimus Maximus populo suo. Vnum a crudelibus mortis manibus illum esse erepturum. Alterum vero se illis daturum esse lautum, splendidumq; conuiuium. In Ezechiele autem Duo alia valde similia, promissit dicens. *Sicut visitat pastor gregem suum in die quomodo fuerit in medio ouium suarum dissipatarum, sic visitabo oves meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus dispersa fuerant in die nubis, & caliginis.* Ecce vobis primum beneficium a Deo promissum. Secundum vero subdit inquit. *Et pascam eas in montibus Israel in rivis, & in cunctis sedibus terræ. in pascuis vberibus pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua earum.* &c. Israelitis quidem facta sunt huiusmodi promissa quorum nos possessione iucundè hilarèq; perfrui mur. Nonne aniaduertistis superioribus quadragesimæ Dominicis duo illa beneficia

beneficia intexta, atq; interposita fuisse In prima enim Christum Dominum vidimus certantem cum Dæmone, qui & mortis initium fuit, & tanquam rapacissimus quidam lupo, cœlestis pastoris, oves interficere, ac deuorare conatur. In secunda autem Dominica, quidam immortalis gloriæ sapor quasi in patella degustandus Apostolis apponitur. In tertia vero audiuius, ouem quandam a lupi faucibus ereptam. Hodierna deniq; luce, mirum certe conuiuium, & diuinitus apparatus celebrari conspiciamus. Cuius epulas degustarunt ij, qui humani generis vindicem, ac Seruatorem Deum insequerantur, ad eius nos societatem summis precibus admitti contendamus, atq; etiam oremus illum, ut aliquam hodierni panis particulam nobis dilargiatur.

CONCIO PRIMA.

Discursus primus in quo ostenditur in: Tos initium vita in opprobrijs, ac laboribus facere, sine vero in honore, solatioque perpetuo. At flagitiosos cum laude, & ocio vitam ordiri, & eam cum summo dedecore penitusq; sempiternis absoluere.
(.?.)

Thema. Accepit Iesus panes, & distribuit discumbentibus. Ioan. 6.

MAGNVS hominum concursus insequeratur Christum Dominum, qui licet ab omni turba, strepitu ac frequentia remotus, solitudinem captaret, & in summos montes ab interpella

toribus, multitudinēq; liberos se conferret, magna tamen hominum copia, ac multitudo illum comitabatur per auiā montium, & iuga aspera, qui victu pene nullo, & cultu corporis valde tenui arduos ascepsus pedibus superabant, sed tandem clementissimū Iesus cibaria, quibus reficerentur, illis suppeditabat, vt in hō dierna historia videre facile possumus.

HOC quidem simulacrum est eorum, qui Christi vestigia sequuntur. Principio enim, atq; etiam in ipso medio itinere solēt laboribus vexari, & praruptos, atq; asperos difficultatū montes pedibus (hoc est omni hominū presidio destituti) superare: Terminus vero itineris gratus illis est atque iucundus, quippe qui gloria ac beatitudine ornatur. Vbi opipare, laute, & apparate conuiuium instituitur, in quo conquistissimis apulis, cibisque suauissimis illorum animi reficiantur. Quapropter recte cecinit psalmista.

Psal. 65.
nu. 12.

Transiimus per ignem & aquam & eduxisti nos in refrigerium. Ignis vrit, aqua mergit, & suffocat. Varia sunt laborum genera, quibus afficiuntur iusti, fame enim, siti, egestate, iniurijs, opprobrijs, doloribus, cruciatibusq; torquentur. Sed tandem ipsi contestantur. *Eduxisti nos in refrigerium.*

IN illo summi Dei tabernaculo, insigni quidem, & celebritate conspicuo, primo loco structum erat altare holocaustorum; vbi ignis, gladius, ac sanguis collocabantur, intus vero, & ad illius extremitatem situm erat Sancta sanctorum, vbi suauissimum illud māna obseruabatur. Nō Deus in priori parte tabernaculi māna collocari iubet, in vltimo vero, & lecteriori altare holocaustorum, sed potius e contrario. Vt notum esset nobis ac perspicuum, in amplissima Dei domo prius ignem, gladium, & sanguinem a iustis perferri, vt suauissimum deīnd; māna possint degustare. Fames enim satietatem, egestas abundantiam, ægritudo valetudinem, dedecus honorem, pena denique gloriam debet præcedere.

HOC vero in via illa quam filij Israel ingressi sunt, videmus fati significari. Quantis sunt in ipso primo limite laboribus affecti: quibus cum ab Aegypto egrederentur, difficultatibus vexati. Pharaone illos a tergo molestissime insequente? Mare vero traiecto, nunc aqua, nunc panis desideratur, modo aditus illis intercluditur, modo autem bello hostibusq; premuntur. Et denique annis quadreginta per montium auiā, ac solitudines errauerunt, itineris lassitudine ac fatigatione exhausti, multis laboribus per-

functi.

functi. Sed tandem, tandem ad felicissimam, & optatissimam illam patriam, lacte & melle manantem, quæ terra promissionis dicitur, aduenerunt, suorumque corporum nauim salutem, in portu collocarunt. Vbi vnusquisque sub fructu, & vite sua quieteceret, & a labore cessans, animique curam, remittens, lætitia ac voluptate maxima perfrueretur. Præclara sane descriptio eorum, qui vitam mandatorum Dei, cum regio illo vate, volunt percurrere. Hos enim famēs, bellā, hostēs, demones, pericula, labores, ac hinc hinc diu, incommoda circumueant, & somnis pugna, intus inquietiores vexant, ac torquent, sed denique ad beatissimam illam cæli patriam perueniunt, quæ terra promissionis potissimum quodam iure vocari potest. Vbi vt dicitur Ioannes dixerat. *Requiescentia laboribus suis.* Et summo gaudio, lætitiæq; sempiterna perfrudentur.

DILECTI LECTI LECTI: profecto ascensus ad montem Thabor, lubricam viam, multisque difficultatibus plenam, suscepē runt Christi discipuli; sed in ipso montis fastigio Christi Domini gloria, cælestique splendore fruentes, adeo vehementer lætati sunt, vt Apollolus Petrus, præ nimia lætitia dixerit. *Dominè, bonum est nos hic esse.* Lubrica certe, & aspera via est, qua in cælum ascendimus, omnis quippe ascensus difficilis est. Facilis descensus aëni, sed reuocare gradum, superasque ascendere ad auras, hoc opus, hic labor est. si tamen ascensus in cælum, ascensus quidem est, cælum etiam ad quod ascendimus, cælum est, vbi plana, nequaquæ spatia inueniuntur, adeo iucunda, & amena; vt iustis dicant. *Bonum est nos hic esse.*

CHRISTVS etiam Dominus voluit in se ipso iusti vitam exprimere, dum enim perituram hanc vitam agebat, plurimos perpeffus est labores, nec aliquem diem lætum, vel iucundum habuit, multa ab scribis, & phariseis in illum coniecta sunt crimina; inedia, inopiam, sitim lassitudinem, vigilias, ærumnas, flagella, spinas, clauos, opprobria, crucem, ac demum crudelissimam, & ignominiosissimamque mortem sustinuit. sed ad vitam rediit tandem gloria, & honore, atque immortalitate circumfusus; ad etiam in eiusdem sectatoribus videmus expressum. Fortissimi enim Christi martyres craticulas, sagittas, lapides, gladios, carceres, flagella, atq; alia exquisitissima cruciatuum genera pertulerunt.

Matth. 17
nu. 1.

lerunt, ac tandem in cœlum emigrarunt, vbi cœlesti gaudio ac voluptate recreantur. Quid dicam de Christianæ religionis professoribus? quia illi cœlestem viam susceperunt: corporis maceratione, ieiunijs, vigilijs, fame, egestate, alijsque huiusmodi pœnis acerbissimis. Hac etiam iter fecerunt reliqui sancti: Patriarchæ nimirum, prophetae, Apostoli, ceterique omnes, qui immortalis demum gloria, suorumque laborum præmio, ac retributione perfruuntur.

NONNE iudicabunt recte cōsumptos esse labores in hoc itinere cōficiendo? Nonne illud Davidis carmē magna animi lætitia, ac voluptate concinent. *Læti sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala.* Hæc enim vox est eorum, qui superatis iam mundi laboribus, in summa cœli tranquillitate conquiescunt, quæ propter apte Cassiodorus ait: *Modo est nox, in qua esurimus tunc autem satiabimur vultu. Satiabor etenim cum apparuerit gloria tua.* Quæ

to illi afficiuntur gaudio, cum intueantur laboribus Christi susceptis, tantam sibi felicitatem comparasse?

EGREGIE Diuus Bernardus hac de re loquutus est: *Opportune, inquit, post tristitiam, gaudium subit, post laborē quies, post naufragium portus, placet cunctis securitas, sed ei magis, qui timuit, iucunda omnibus lux, sed euadenti de potestate tenebrarum iucundior. Transisse de morte ad vitam, vitæ gratiam duplicat. Pars mea hæc in cœlesti conuiuio, & seorsum ab ipsis spiritibus beatis. Hæc ille. Consideratione dignum est id, quod in his diui Bernardi verbis videtur significari, sanctos scilicet qui laboribus, vigilijs, ac cruciatibus, adepti sunt cœlum, hac vna in re, Angelis spiritibus quæ cœlestibus excellere, qui nullis susceptis doloribus, aut molestijs illud compararunt. Nam se potest Angelus iactare, quod a gratia, ad gloriam facile perueniant, sed non a tormentis & flagellis, Christi causa, perspersis: sancti vero iure in his gloriabuntur. Quam vehementer lætabitur Diuus Laurentius suis craticulis, Stephanus lapidibus in se coniectis, Sebastianus sagittis sibi infixis! Reliquique sancti cruciatibus, ac laboribus, quos patienter propter Christi domini fidem, tolerarunt, cum videant hinc tormentis immensam sibi gloriam fuisse promeritos. Hoc ergo quam sit iucunditatis, ac lætitiæ plenum, diuine explicat Esaias, qui totus in futuri euangelij splendore contuendo, ad Deum orationem conuertens, inter cetera hoc quoque ita prædicit: *Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores, capta præda, quando diuidunt spolia.* Magna quidem molestia, ac lassitudine angitur agricola, in spargendis*

feminibus,

feminibus, in effodienda terra, illaque aratro subigenda, sed ingenti afficitur lætitia, cum tempore messis magnos tritici manipulos colligit, & spicarum corona redimitus, præ nimia cordis hilaritate, gestit, atque tripudiat. Magna item sunt militum pericula, magni labores multaque vitæ discrimina sunt illis subeunda, ac sæpe sub dio pernoscendum, solisque æstus, & ardores crebro sunt ab illis perferendi, sed periculis, bellique difficultatibus superatis, demictis hostibus, ac victoria, pro qua defudauerant, parta, spolijs & diuisijs onusti, belli pericula feliciter petita esse putant, & magnopere laurea coronati gaudent, vehementerque lætantur. Similem euentum prædixit Esaias ijs, qui in misero huius vitæ curriculo Saluatoris mundi vestigia erant secuturi. In hoc enim statu elaborandum, ac defudandum illis est, ut strenui milites, atque agricolæ solent elaborare. *Venies ibant & flebant, mittentes semina sua.* Sed tandem tandem. *Venientes venient cum exultatione portantes manipulos suos.* En vobis bonorum vitæ discursus.

SED alius longe diuersus est ille, quem flagitiosi homines tenent, quem dubium non est quin spiritus sanctus verbis illis in scriptura descriperit. *Via peccantium complanata est lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebrae & pena.* Et iuxta aliam versionem, *complantata est lapidibus, ac si diceret illorum vitæ faciles, ac suaves, non lubricæ aut asperæ, sed planæ, lapidibus stratae, & ad deambulandum nullo modo difficiles. Ipsi enim delicijs, voluptatibus, honoribus, lautitijs, preciosis vestibus, conuiujs, ludis, alijsque huiusmodi vitæ tempus non sine iucunditate consumunt, sed in fine illorum extat ad inferos perpetuamque damnationem præcipitium.*

HOC etiam beatus ille Iob non obscure significauit, cum ait: *Impij viuunt subleuari sunt: & sicut ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Vbi Diuus Hieronymus horum de quibus hic loquitur, finis erit mors æterna, & perditio inferorum. Itaque verbum illud inferna, non sepulturam, sed inferorum loca, vbi damnati æternis afficiuntur pœnis significat.

QVID igitur ad nostras res habet ponderis ac momenti vita quantumcūque felicissima, si a deo miserum, atque infelicem exitum est habitura? Quid illis proderunt in inferis detentis, tot opes, tot facultates ac munera, quibus ipsi iam sunt potiti? Imo ut beati illi respicientes labores, quos Christi Domini causa susceperunt, non possunt non eximita voluptate perfundi, faustos illos, ac felices iudicantes: ita etiam perditos, ac damnatos, maiori vexabuntur dolore, ma-

ffff gis

Psal. 89.
nu. 11.

Cassiod. 6

Bernar.
Super cat.
ser. 68.

Esai 9.
nu. 3.

Eccle. 21.
nume. 11.

Iob. 21.
nume. 7.

Hierony.

giūque ac magis torquebuntur, cum meminerint voluptatum, quæ licet iam præterierint, in causa tamen fuerunt, ut ipsi tot cruciatibus ac pœnis afficiantur, quas ipsi frustra tamen execrabuntur. Satius ergo nobis ac fecelicius erit Christum Seruatorem nostrum subsequi, quamvis necesse sit præruptos, asperosque difficultatum montes deuincere, ut ad cœlestis gloriæ montem ascendamus, quam dæmones eiusque sectatores imitantes, ac delicijs omnibus affluentes ad inferos, pœnasque sempiternas detrudi. Suscipite quæso, per Deum immortalem, hanc iustorum viam, quæ cito ducit ad vitam.

Secundus Discursus ostendit Deum etiam in hac vita, sui sectatores solatijs ac gaudijs afficere.

(?)

Thema!

Accipit Iesus panes & distribuit discumbentibus.

Ioan. 6.

INSIGNE Epulum, lautumque conuiuium, Christus Dominus hodierna luce sui sectatoribus dedit, quorum quidem gaudia non omnia, ad futuram vitam spectant, sed in hac etiam, eorum animi mira quadam iucunditate potiuntur.

VERVM est Israelitas illis omnibus ærumnis, quas paulo altius retulimus afflictos esse cum per vastam, ac desertam illam solitudinem iter facerent, & si sæpe tamen afflicti, eorum profecto animi cœlesti quodam solatio, ac leuamine erecti, atque excitati fuerunt: Deus enim nubem illis interdum concessit, qua nimios solis æstus euitarent, noctu vero columnam igneam, quæ luce, splendoreque suo viam, quæ illis esset pergendum ostenderet. Ac tandem suauissimum cibum, quo ipsorum corpora alerentur, ac recrearentur simul, cœlitus demisit, cuius cibi suauitatem, atque præstantiam sapienter, sapiens ille Salomon explicuit. *Angelorum*, inquit,

esca

esca nutriisti populū tuū, & paratū panem de cœlo præstitisti eis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Cuius rei causam, ac rationem non prætermisit Salomon dicens. *Dulcedinem tuam in filios ostendebas.* Animaduertite dulcissimi Dei in suos indulgentiam. Panem illis elargitur, non hominum, sed Angelorum, sine aliquo eorum labore, ac denique omne delectamentum in se habentem & omnis saporis suauitatem. Quibus omnibus panis, quo quotidie vescimur, omnino caret. Eodem etiam modo in spirituali negotio se Deus gerit cum ijs, qui eum imitatione sequuntur. Quamuis enim illos pœnis ac laboribus afficiat, aliquando tamen cœlesti illos hilaritate recreat, maximaque iucunditate perfundit.

DE hac iustorum lætitia regius vates loquebatur, cū ait: *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te.* Cum rem aliquam verbis augere volumus, hoc vtitur loquendi modo: Quam pulchra res: Quam præclara ratio! Atque ita verba faciens, idem Dauid de dignitate tabernaculorum Dei, sic inquit: *Quam dilecta tabernacula tuæ Domine virtutum!* Et vt verbis auget diuinorum operum præstantiam, atque excellentiam ait. *Quam magnificata sunt opera tuæ Domine!* Ad expendendam vero diuinæ bonitatis magnitudinem. *Quam bonus Israel Deus ijs, qui refo sunt corde!* Ac denique ad maximam Dei misericordiam, explicanda, eadem quasi admirationis vocem usurpat Ecclesiasticus dicens. *Quam magna misericordia Domini.* Sic etiam vt modo vates ille sanctissimus magnitudinem gaudiorum, ac voluptatum, quibus perfuuntur iusti, aliquo modo explicaret. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, quam abscondisti timentibus te!* Neque satis esse duxit, si diceret. Quam magna dulcedo, vel quam multa dulcedo, sed vtrâque vocem coniungens, ait: *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ!* Seu vt Diuus Augustinus legit: Quam multa multitudo dulcedinis tuæ &c. Laborat enim propheta (vt recte Diuus Bernardus ait) inculcans & multiplicans verba, nec tamen sic digne magnificare valens quod vult, quantum versatur discrimen inter bonorum, & perditorum hominum voluptates. Existimant hi nihil esse iucundum, aut delectabile, nisi illud gaudium quod ex labentium rerum delicijs proficiscitur. Sed falluntur sane cū eorum lætitia ab illa, qua virtutis amatores afficiuntur longè latèq, superetur. Quod vt clarius perspiciatur, huius studiose lætitiæ causas inuestigemus.

Ffff 2

Prima

Sap. 16. nu. 20.

Ps. 30. nu. 20.

Ps. 83. n. 2
Ps. 91. nu. 6.

Ps. 71. n. 1.

Ecc. 1. 7.
num. 2. 8.

Bern. fest.
omn. sãct.
serm. 2.

PRIMA igitur est recta proborum hominum conscientia. Sanctus, itaq; spiritus inquit. *Fili custodi legem, atq; consilium: & erit vita anima tue, & gratia faucibus tuis: tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget si dormieris, non timebis, quiesces, & suavis erit somnus tuus.* Quid est gratia faucibus? D. Hieronymus sic ait. Quanto solertius quisq; Dei temperat iussis, tanto dulcius eius amorem concipit. Munus est præclaræ conscientia, gustum anime dulcem, ac suauem reddere. Magnæ liquidem iucunditatis est, & conscientia minime reprehendi, quare recte subdit. *Si dormieris non timebis, quiesces, & suavis erit somnus tuus.* Et infert diuus Hieronymus in hunc modum. Patet iuxta litteram quia securus, & dormit, & vigilat, & quiescit, & ambulat, qui se innocenter ante Deum, & iuste vivere meminit. Quamobrem merito ecclesiastes sic iustum alloquitur. *Vade, & come de in lætitia panem tuum, & bibe in gaudio vinum tuum, quia Deo placent opera tua.* Tantopere conscientia optimæ mentis iustos consolatur, vt diuus Paulus in ea gloriam, ac lætitiā suam, firam esse putauerit. *Gloria nostra,* inquit, *hæc est, testimoniam conscientia nostra.* Contra vero scelerum conscientia adeo vexat impios sublato etiam suppliciorum metu, adeoque illius stimuli pungunt, ac cruciant eisdem, vt ex ea horribiles existant impijs formidines, ac terrores, vt enim Rex ille, quem sacræ litteræ describunt ex altera parte diuitijs, hortarumq; amantitate utebatur, ex altera autem vehementissimo dolore pedum laborabat: Sic etiam scelerati homines, quanuis aliqua ex parte delicijs se dedant, voluptatibusq; fruuntur, maiori tamen ex parte magna sollicitudine vexantur, angore conscientia, scelerumq; furijs vehementer exagitari. At præclara iustorum conscientia eximio gaudio, ac voluptate, ipsorum animos cumulatur, vt modo dicebam. Hæc igitur conscientia securitas prima ratio est magnæ illius lætitiæ, qua iustorum mentes exultant.

SECUNDA vero nascitur ex magna spe, quæ illos salutis ac beatitudinis tenet. Quanuis enim de ea salute, non possit in hac vita vsq; quaq; haberi certitudo, absq; diuino afflatu, spe tamen quæ in bona conscientia ac recte factis innititur, eorum animi erecti, in maximam futuræ gloriæ expectationem inducuntur, eaq; mirifice recreantur, vt diuus Paulus scribit ad Romanos. *Gloriamur,* inquit, *in spe gloriæ filiorum Dei.* Ex hoc videlicet (vt bene interpretatur Diuus Thomas) quod speramus nos adepturos gloriam filiorum Dei. Quæ quidem spes maximam affert cordi iucunditatem

tæ, illudq; in quibusuis suis laboribus constitutum summopere delectat. Ea enim futuræ gloriæ expectatione delectabantur omnes Christi martyres, cum a tortoribus atrociter & inhumaniter torquebantur, & contrario autem mortis, æternæq; damnationis timor, ita sceleratorum animos conficit, agitatur, atq; excruciat vt nullis illis gaudijs, quiete, ac tranquille perfrui patiantur.

TER TIA autem radix atq; origo, ex qua tanta iustorum lætitia emanat, familiaritas quidem est, ac consuetudo, quæ inter eos & ipsum Deum intercedit. In ea enim cumulatisimis solent illi gaudijs affluere. Vt venuste diuina sponsa testatur, cum ait *Introdixit me rex in cellam vinariam & ordinauit in me charitatem.* In quem locum ita diuus Ambrosius loquitur. *Quam cito guttur meum dulcedinem gratiæ eius attingit, ita me recreatam spiritu, & ab amore terrenorum, in supernam translata sentio, ac si in cellam vinariam introducta sim, noui meri odore, & poculo refecta. Nec immerito hæc delectatio cum vini delectatione comparatur. Cuius vis, & natura ea est, vt si multum, aut immoderate potetur, ebrietas, & a sensibus alienationem inferat. Sed quoties suauitas, qua, illi qui Deo vacat, recreatur, eo peruenit, vt eos, tactus, gustatus, & alterius cuiuscunq; sensus vsu priuauerit: & multi tam copiosas a Deo eximiasque consolationes accipere, vt aliquis eorum illis mirifice abundans, ad Deum sepe clamaret. Satis est Domine satis est.*

DICANT igitur qui huiusmodi delicijs affluunt, & omni se voluptatum generi dederint, quando nam eas voluptates, præ nimia earum iucunditate a se amoueri petierunt? Nunquam sane. Non enim illæ animū, cordis ve secessum dulcedine vel suauitate delectant. *Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor.* Inquit Deus, *sed quid sibi vult dicēs, loquar ad cor.* Diuus Hieronymus ibi, & in id Esaiæ. 40. *Consolamini, consolamini popule meus, loquimini ad cor Hierusalem,* ait loqui ad cor, esse blandis verbis consolari. Dicitur autem hoc loqui ad cor, quia est solatiū ac leuamen cordis. Discrimen vero quod inter Dei, & mundi solatia versatur illud est, quod Deus nimirum interiorē cordis consolationem afferre, mundus vero sensibus duntaxat externis soleat. Quare hæc quæ extra apparent, si desint in mærorem, tristitiamq; improbos incidere, necesse est. *Extrema enim gaudij sui luctus occupat.* Nequæ mundus illis loquitur ad cor, quemadmodum Deus se iustis locuturum esse dicit.

MVLTAE alia spiritualium voluptatum causae possent afferri: Praesertim illa, quam hi qui caelesti se pabulo reficiunt, augustissimum eucharistiae sacramentum sumentes, experiuntur, sed consulto illas praetermitto, ut longiorem de illis sermonem alibi possim habere.

AT laboribus atq; ærumnis potius quam gaudijs vel delicijs iustos videmus cumulari. Ad illa enim perferenda a Christo Domino inuitantur. *Qui vult, inquit, venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Sanctus item Apostolus Paulus ait. *Qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs suis.* Quam ergo voluptatem capere possunt hi, qui crucifixi sunt. Recte hos alloquitur diuus Bernardus. Vident cruces nostras, sed non consolationes nostras. Quod etiam prius dixerat propheta in illo Psalmo supra a nobis adducto. *Quam magna multitudo dulcedinis tuae, quam abscondisti timentibus te.* Simachus & Aquila vertunt, quam repositam occultasti timentibus te. Diuus Gregorius affirmat Dauidem experimento didicisse hanc multam, & magnam suauitatem, quam praeparauit Deus in caelo diligentibus, seu timetibus se, sed non modo in caelo, verum in hoc vitae curriculo, mira illos suauitate, ac iucunditate lætificat, cum ipsis etiam doloribus, ac penis vexantur. Et in aspera, ac vasta solitudine lautum illis epulum parat, suauissimumq; cibum largitur. Quis non putaret, panem illum subcinericium Eliæ a Deo demissum, asperum ac durum esse? Sed tam miræ virtutis extitit, ut vim Eliæ dederit ad quadraginta diebus, totidemque noctibus de ambulandum, quovsque ad montem Dei Oreb posset peruenire. Quis etiam existimaret, hodiernum conuiuium hordeaceis panibus, duobusq; piscibus comparatum, tantam dulcedinem ac iucunditatem vescentibus allaturum, ut voluerint hi Christum Dominum, quod tam laurum, tamq; suaue epulum ipsis dederat, regem constituere? Hac ergo ratione piissimus Deus, non solum necessaria iustis suppeditat, sed ea magna cum suauitate ac iucunditate permiscet.

Discursus


CONCIO SECVNDA.

Discursus primus ostendit, Deum optimum maximum subministrare suis ea omnia, quæ natura exigit necessaria.
(.?.)

Thema. Cum subleuasset oculos Iesus & vidisset, quia multitudo magna venit ad eum, dicit ad Philipum. Unde ememus panes, ut manducent hi? Ioan. 6.

VEHEMENTER immortalis Deus minatus est hominibus, cum illos futuri periculi denuntiatione deterruit, dicens. *Non pascam vos quod moritur moriatur, & quod succiditur succidatur.* Minacem se Deus tunc ostendebat. Væ autem gregi quem huiusmodi clamor ac mimæ erant insequituræ Sed gratiorem ac iucundiorem nuntium hodierna nobis attulit historia, referens æternum Dei filium nostram carnem ac naturam indutum, in fœcundis montibus, agrisq; feracibus, oues suas pascere, & in illas diuinæ clementiæ oculos conijcere, id enim significare vult diuinus scriptor, dicens. *Cum subleuasset oculos, &c.* oculos scilicet, suæ prouidentiae, ac misericordiae.

HOC est vnum ex maximis priuilegijs, quibus Dei scætores gaudent, ut diuinæ prouidentiae oculos ad se se attrahant, qui ipsis ad spiritum reficiendum, nec non ad corpus ipsum sustentandum necessaria suppeditent. Arbitrantur quidem huius scæculi filij humanæ vitæ cultum, aut victum haberi non posse, nisi aut hæreditate parentum, vel propinquorum, aut proprio labore illum comparent, ex quo multa eorum scelera proficiuntur, vel saltem bonorum caelestium obliuio quædam oritur, adeo ut tantis bonis



bonis terrestria, ac peritura sæpenumero anteponant. Lamentabatur Ieremias, ciues Hierusalem, quos adeo fames vexauerat, vt dede-
terem. 1. rint preciosa quæque pro cibo ad refocillandas animas. Sed quot no-
nu 41. stra tempestate reperientur, qui in eadem re multo sunt deteriores
 illi enim aurum, argentum, & supellectilia pro cibo, quo maxime in-
 digebant, permutarunt, nunc vero multi gratiam, virtutes, ac reli-
 qua diuina munera cultui, victuiq; postponunt. Esau amplum pa-
 rentis sui patrimonium, pro lenticulis vendidit, hi vero Iesu Chri-
 sti, cælestiumq; bonorum hæreditatem vilibus terræ cibis commu-
 tant. Sequebantur olim Israelitæ, ac colebant illos, qui eis cibaria
ose. 2. n. subministrabant. *Vadam post amatores meos,* dicebat Israel *quidant pa-*
5. *nes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum meum, & po-*
tum meum. Sed pluris etiam hac nostra ætate reperiemus, qui eadē
 de causa immortalem Deum deserunt, & caducum, ac periturum
 mundum subsequuntur. Id quod hodie nobis fit manifestum, nō
 esse opus ad bona hæc corpori necessaria comparanda, Deos fal-
 sos aut mundum ipsum cultu, & veneratione prosequi, sed solum
 Deum nostrum verum Iesum, qui mira prouidentia viget in eos,
psal. 33. qui ipsum excipiunt, & insequuntur. *Oculi Domini super iustos* (ceci-
n. i 6. nit Regius vates,) & *aures eius in preces eorum.* Hoc pactum inter
 Deum & iustos videtur initum, vt Deus in illos, ipsi vero in Deum
car. oculos conijciant. *Dilectus meus mihi, & ego illi,* inquit sponsa. Ad iu-
 stum enim, Deo eiusquē præceptis obtemperare pertinet, ad ip-
 sum vero Deum, summo studio, ac diligentia iustum tueri,
 ac defendere. Hoc enim significant verba illa. *Oculi Domini super iu-*
stos. Neque vero dixit oculi Domini ad iustos, vel Dominus in-
 tuetur iustos. Sed oculi domini super iustos, quod singularemquā
 dam prouidentiam demonstrat: est enim maxime à natura insitum
 obtutum in ea re figere quam præcipuo quodam amore, aut studio
 complectimur.

SED illud cōsiderare oportet, Dei prouidentiam attingere om-
 nia à fine usquē ad finem, nequē aliquam esse creaturam etiam mini-
 mam, cui à Deo non subministrantur necessaria. *Oculi omnium in te*
psal. 141. *spesant Domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis tu*
num. 15. *manum tuam, & implet omne animal benedictione.* Fingebar hic Pro-
 pheta animo & cogitatione, omnia quæ Deus formauerat, opem à
 suo effectore postulantis, & omnium oculos in ipsum procuratōre
 conuersos contemplabatur, cuius rei admiratione captus vates san-
 ctissimus inquit. *Oculi omnium in te spesant Domine.* Deinde prospiciens

piciens etiam summam Dei in suos prouidentiam, subcitat: *Et tu das*
escam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam, & implet om-
ne animal benedictione. Neque enim solum Angelis, aut hominibus,
 sed animalibus etiam rationis expertibus, quantuncunque paruis,
 ac vilibus suppeditat omnium rerum, quas qualibet ipsorum natu-
 ra desiderat abundantiam, & copiam opportuno tempore necessa-
 riam. Idquē non tenuiter, aut parce, vt avari eleemosynas elargiuntur,
 sed large ac liberaliter. *Aperis tu manum tuam, & implet omne ani-*
mal benedictione.

MIRA profecto, ac singularis Dei prouidentia, qui diuinas mē-
 tes cœlesti beatitudine complens, & omnia tam diuina quam hu-
 mana temperans, ac gubernans, exigua etiam, & quæ nullius mo-
 menti videntur ita moderatur, ac regit, ac si ab illo vno reliqua om-
 nia minime penderent. Ipse enim est, qui iuxta prophetæ vaticiniū
Producit in montibus seruum, & herbum seruum uti hominum. Et vt hanc
 diuinam prouidentiam, quam sanctissimus vates, maxime prædicat,
 magis ipse commendaret, ait: *Qui dat iumentis escam ipsorum & pul-*
lis coruorum inuocantibus eum. Idem etiam Deus cuius consilio, ac
 prouidentia hæc omnia administrantur, sic Iob alloquitur. *Quis*
preparat coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad Dominum vagan-
tes, eo quod non habeant cibos. Naturales philosophi referunt hanc
 proprietatem esse coruis a natura insitā, vt cum videant natos suos
 primum in hanc lucem susceptos pillis albis indui, septem dierum
 spatio eos tanquam ignotos deserant, donec ipsi plumis nigris or-
 dentur, tunc enim illis tanquam filijs indulgent, cibumquē suppe-
 dicant, sed septem illis diebus erocitant ipsi pulli præ inedia, &
 summo Deo rerum omnium moderatore, ita disponente victus
 suppetit necessarius: Et quidem Diuus Chrysostomus asserit exigua
 quædam animalia in coruorum nidis à Deo collocari, quibus illi, eo
 tempore alantur. Euthymius vero existimat, illos miro quodam ro-
 re à Deo demisso tunc sustentari. Itaque quauis corui edacia quæ-
 dam animalia, & rationis omnino expertia sint, eximia tamen
 Dei prouidentia diuinitus eis victum cibosquē ministrat. Sed
 considerate vocem illam *inuocantibus eum.* Nunquid corui sciunt
 Dominum inuocare? Minime. Cur ergo Propheta dixit, *inu-*
ocantibus eum? Quia coruorum pullos præ fame erocitantes, qua-
 si clamare est, & inuocare Deum, ad cuius prouidentiam per-
 tinet, rebus omnibus, quas efficit, necessaria suppedicare:
 Oggg Sicut

Sicut etiam parentes debent liberorum indigentiam subleuare, & si liberi nullis id verbis sed tantum vocibus, lachrymisque depolcant. Si igitur Deus optimus maximus vilibus etiam, & despectis creaturis, tam singulari prouidentia præest, & ut ita dicam inseruit, quanta erit illius prouidentia in hominem, ad sui imaginem productum, & ad æternam beatitudinem factum? Quod si reliquis rebus creatis, eo quod ad homini inseruiendum & ministrandum procreatae sunt, tam liberaliter Deus distribuit necessaria, quanto maiori liberalitate, ac studio ipsorum hominum cultum, victumque, prouidebit?

Exo. 25,
nu. 30.

M A G N A M curam Deus optimus maximus adhibuit, ne vnquam in eius Templo mensa panis desideraretur prope sancta sanctorum *Panes*, inquit, *super mensam panes propositionis in conspectu meo semper*. Hebræus legit, panes facierum. Dicebatur enim panis facierum, eo quod Deus in suo conspectu illum collocare iubebat & ea ratione inquit Dominus: *in conspectu meo semper*, siue ut alij vertunt, ad facies meas iugiter. Vnde septuaginta dixerunt, panes præsentis & expositos. Panis denique is erat nunquam in Dei templo defuturus, & quem Deus ipse voluit semper in suomet conspectu collocatum intueri: Quo quidem pane, cum nullo pacto sempiternus Deus indigeret, ea ratione in suo templo, & conspectu iussit esse perpetuo, ut perspectum nobis esset, qua ille cura & diligentia escam, ac cibos suis procuraret.

Psal. 31.
nu. 11.

H A E C vero supræmi Domini in suos prouidentia adeo certa est, ut prius huius sæculi diuites suis diuitijs, quam ij victu necessario indigeant. *Diuites egerunt, & esurierunt*, inquit, propheta. *Inquirentes autem Dominum non deficient omni bono*. Hebræus ait, leones depauperati sunt, id est mundi potentes (qui ut ferocissimi leones egenos euiscerant, ad se ipsos enutriendos) egebunt, & esurient, Dei autem sectatores non item. Quod quidem egregie expressit sacra regum historia vbi Deus iubet Eliam in solitudinem, ac recessum se conferre dicens: *Coruis præcepi, ut pascant te ibi*. Sed cum Angeli, Dei sint ministri, eiusque imperio ac voluntati obtemperent, cur sapientissimus Deus iubet, coruos, qui natura sua edaces sunt Eliæ cibaria ministrare? Corui enim scriptura ita testante, deferebant ei panem, & carnes mane, similiter panem, & carnes vespere, corui qui solent ab alijs panes carnes-

que subripere, Eliæ panes carnesque intactas deferunt quasi ea tollentes a se, ut Dei famulo exhiberent. Voluit profecto Deus hominibus notum fieri: eam esse eiusdem in suos prouidentiam, ut cum in egestate, aut angustia aliqua versentur, ipsos mundi diuites, qui ut corui aliorum oculos conantur eruere, ad suorum famulatum adducturus sit, ut illis inseruiant, & ministrent.

N E Daniel animo concidat in leonum lacu detentus, illum enim si fames inediaque stimulauerit, à messoribus auferet Deus escam, qua ipsum enutriat. Ne sit Elias exiguo, ac pusillo animo, etenim Angeli, corui, egenaque vniuersi illi necessaria suppediabant, ne cadant animo Israelitæ in deserto, vastaque solitudine collocati, cibum enim suauissimum è cælo demissum subministrabit illis Deus, & Amorrhæorum, Iebuseorum, aliarumque nationum agros, & prædia abripiet quibus ipsi ali, sustentarique possint. Neque vos etiam auditores, abiiciatis spem, sed forti, magnoque animo estote: vel in magnis angustiis constituti. Ne hac in re Philipum Apostolum imitemini, qui cum in pecunia solum oculos coniceret, dixit: *Ducentorum denariorum panes non sufficient eis*. Neque Andream emulemini, qui cum suos etiam oculos ad quinque tantum panes, & duos pisces conuerteret, respondit: *sed hæc quid sunt inter tantos*. Sed ut Christus Dominus fecit subleuate oculos in cælum. Vnde veniet auxilium nobis, & victus cultusque, tam corporis, quam animi suppetet copiosissimus.

*Discursus secundus in quo probatur, nulla
mundi bona satietatem homini*

afferre posse præ-

ter solum

Deum.

(.?.)

Thema.

*Vt autem impleti sunt. &c.
Ioan. 6.*

HODIERNVM christi Domini conuiuium, non solum dulce, ac iucundum fuit, sed etiam lautum, atq; abundans. inuitati enim manducauerunt, quantum volebant, vt in euangelio vidimus, & impleti sunt. Vellem. equidem vos scire in Dei mensa, vsque ad saturitatem epulas ministrari. Id autem in ea, quã mundus instituit, nullo modo accidit: ducentorum denariorum panes, imo ducentorum millium non sufficient eis. Non enim in mundi conuiuijs, licet splendida ac magnifica videantur abundantiam, sed inediam, ac penuriam maximam reperiemus.

Prout.

Vt diuinus spiritus à mundi epulis hominem auocet, eum ita alloquitur. *Ne desideres de cibus eius, in quo est panis mendacij*. Sed quid dicitur, panis mendacij? Mendacium dicimus, quando interius non est illud quod exterius apparet. Et sic illum mentiri censemus qui ore aut verbis id negat, quod in corde & animo affirmat. Atq; hinc fit, vt ea mēdacia, & vana dicantur, quę re & interius non sunt, qualia in specie, & exterius iudicantur. Falsum & fallacē leonem dicimus, qui cum re, leo non sit, leonis tamen speciem præferat. Eodem igitur modo panis mendacij vocabitur, qui cum extra afere, ac satiare homines videatur, id tamē nulla ratione faciat. Hęc igitur bonorum temporalium proprietates, & quasi natura est, vt satietatem, quam ostentant nullo pacto efficiant, sed eos à qui-

bus

bus habentur potius esurientes quam saturos reddant. Quamuis enim hi pecunijs abundent. pecunias tamen auidissime exoptant. Et si honore maximo afficiantur, maxima adhuc cupiditate honores sitiunt, & exoptant, licet deniq; magnis perfruantur voluptatibus, maiores etiã delicias diligentissime insequuntur. Atq; ita quod olim poeta, de pecunijs cecinit, dicens, crescit amor numi quantum ipsa pecunia crescit. Id ipsum de reliquis mundi bonis affirmare verissime possumus: eo enim eorum amor, ac cupiditas magis augetur. quo illa etiã magis ac magis crescunt.

EXECRATIO autem illa Dei populo facta, in hos mundi sectatores, videtur etiã coniecta. *Seminastis, inquit Dominus, multum et intulistis parum. Comeditis, & non estis satiati, Bibistis, & non estis inebriati, operuistis vos, & non estis calefacti. Et qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum percusum.* Sed quam apte hæc execratio ijs quos modo diximus, conueniat, qui est quis non videat? quanta cura ac solitudine illi seminant, vt fructus colligant exiguos quidem ac perituros. Quam anxie, ac solcite litteratus in studijs, mercator in commercijs, ambiciosus in pompis elaborant: et tamen exiguam, ex tanto labore, ac studio utilitatem decerpunt, satietatem vero, omnino nullam. Quibus obijci recte potest. *Seminastis multum, & intulistis parum.* Semper hi seminant, dum semper student, negotiantur, & mundana quærunt, at tempore mēsis flaccidos manipulos colligunt, vel omnino vacuos, & inanes. Alij vero sunt, qui licet diuitijs, ac delicijs, affluat, honoribus abundant, famulis, supellectili, vasifq; aureis, & argenteis circūfluat, adhuc tamen diuitias quærunt, honores aucupantur, neq; eorum cupiditas & desiderium expleri, satiari ve potest, quibus merito, etiã obijciemus. *Comeditis, & non estis satiati.*

HOC enim morbo hominis appetitus affectus est, simili quodam hydropici, cuius fitis nunquam expletur: Sed potius quo ille plus bibit, plus fitit, & auidius aquam exoptat. Eodem etiã modo hominis in terrenis illis bonis desiderium satiari nequit, & si multis, magnisque diuitijs, ac voluptatibus abundant sicut ignis: qui quo plura illi ligna applicentur, eo magis crescit eius vis, atque calor, nequē eis extinguere vlla ratione potest, sed augetur potius. Recte igitur huiusmodi hominibus illud propheta carmen, conuenit. *Fames patientur vt canes, & circuibant ciuitatem.*

Gege 3

Verum

Aggei. 1.
num. 5.

Simile.

Psal. 58.
num. 8.

VERVM quidem est mundum quietem, ac fatietatem hominibus polliceri, illam tamen facere, aut talibus stare promissis, nequaquam potest. Quis vnquam putaret magni illius Alexandri desiderium totius fere orbis domina. u, non esse satiandum? At cum tantus rex à quodam Philosopho audiuit, alios esse mundos extra hunc nostrum, lachrymas effundens, has voces emisit, & quando illis ego dominabor? Non enim eius dominandi fitis expleta erat, licet ipsius potestas, & dominium plures orbis terrarum prouincias complecteretur, ò desiderium hominum inexhaustum! o insatiabilis humani cordis cupiditas! Erras insane homo, ac vehementer erras, si caducis, ac perituris bonis, tui cordis cupiditatem saturandam esse censes, quanuis enim Salomonis sapientiam, Sansonis fortitudinem, pulchritudinem Absalonis, fortunam, ac felicitatem Alexandri, Cresci diuitias, Sardanapali voluptates compares, simulq; Mathusalem valetudinem atque annos, ad ijs omnibus fruendum habeas, adhuc tamen ardentissima plurium bonorum fiti vexaberis, neq; lachrymas, vt olim Alexander poteris continere, quod aliis etiam orbibus dominari non possis. O miseram horum hominum conditionem! Et quid infelicius quam post tot corporis labores, animiq; angores ac molestias, quas homines, suæ cupiditatis explendæ causa suscipiunt, sitiant adhuc, & inexhaustum illorum desiderium, nequè in hac, nequè in altera vita satietur.

Fœlices profecto iusti, ac beati merito nuncupandi, qui exiguo victu, cunctiq; tenui contenti, illud tempus, quod alii in terrenis bonis perquirendis conterunt, quibus saturari non poterunt, in sui animi salute procuranda consumunt, quæ ipsis satietatē est allatura. *Satiabuntur enim cum apparuerit gloria domini, eo quod torrente voluptatis suæ potabit illos Dominus, cuius quidem voluptatis, vel guttula quædam sufficit ad omne hominum genus penitus saturandū.* Tu ergo Christiane, si satietatem desideras, caue ne illā in huius sæculi rebus quæras, ne postea sempiterna fiti, vt ille alter auarus premaris, sed illā in cælestibus bonis inquire, vt tibi illud idem, quod egentissimo Lazaro contigit, eueniat, qui licet summa paupertate, ac tenuitate in terra premeretur: in cælo autem satur, diuinisquè bonis circumfluens, immensæ gloriæ thesauris, ac diuitiis abundat.

HANC ob rem clementissimus Deus in illas voces erupit.

Omnes

Esai.
Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum proparate, emite, & comedite. Quare appenditis argentum, non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Omnes sitientes inuitantur à Deo, quod idem est, ac omnes homines inuitari, nullus enim est, qui dum huius lucis vsura fungitur, non sitiat aliqua bona, eorumquè desiderio maxime teneatur. Omnes igitur sitientes, ait, venite ad aquas. Sed ad quas aquas? diuus Hieronymus de his aquis, inquit, clamabat in templo Dñs. *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui biberit de aqua, quam ego dederò ei, flumina de ventre eius fluent aque viue.* Significans Spiritum sanctum, quem credentes accepturi erant, hæc ille.

HÆC ergo aqua gratia est, qua cœlestis gloriæ diuitiæ comparantur, quas nec difficilè quidem, aut cum eo labore, & sudore consequuntur, quo terrenæ solent obtineri, quæ nec vllam satietatē animis afferunt. Subdit igitur. *Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate, &c.* Cur igitur vitæ tempus conteritis in eis bonis, quæ saturare non possunt inquirendis: sed quæ satietatem facient ea commoda, quæ vana omnino sunt, atquè caduca? Et vero intuens, ac considerans illa ecclesiastes, dixit ea esse falsa, ac *vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Quare inflare illa poterunt, implere autem, & satiare non poterunt, sed vacuum inanem, atquè esurientem hominem relinquunt. Quapropter audite audientes me, estote prudentes, & ad bona illa cœlestia, quæ satietatem ac felicitatem maximam afferunt, toto animi studio, diligentia & cogitatione contendite.

CONCIO

CONCIO TERTIA.

*Primus Discursus, cur mundanis non satis
sint omnia bona quæ possident,
etiamsi plura sint.
(?)*

Them.

*Ducentorum denariorum panes
non sufficiunt eis &c.
Ioan. 6.*

COMMVNIS huius seculi hominum querela est, non sibi sufficere pecunias, annuos redditus, proventus, & reliqua quibus potiuntur vestigalia. Et cum tot sint homines locupletissimi (mira profecto res) nullum reperies, qui satis sibi esse, quæ possidet fateatur. Imo qui ditiores, ac locupletiores sunt, maiori inopia, ac necessitate coguntur. Videmus enim plura, ac magna patrimonialia, multo ære alieno oppressa ac pene consumpta. Plures etiam locupletissimas familias, quæ copiosissimos redditus singulis annis capiebant, exhaustas omnino, atque in summam egestatem reductas. Cuius incommodi, ac penuriæ causa, nulla alia reddi potest, quam redundancia, & profluentia, in victu, cultu, epulis, suapellectili, lautitijs, ludo, famulis, delicijs, alijsquæ huiusmodi hominum vanitatibus. Quilibet iam maiores sumptus facit, quam quos sustinere possit, cum opificum sumptus equitum diuitijs parcs sint, horum vero facultates magnorum, excelforumquæ hominum excedere velint. Hi denique sumptuosius se atquæ insolentius iactent quam principum, Regumquæ thesauri ferat. Arque ita nullæ super sunt facultates ad filias matrimonio collocandas, nedum ad egenorum inopiam subleuandam. Si homines adeo prudentes, tantiquæ consilij essent, vt moderatos sibi sumptus decernerent, illosque ex

facul.

facultate atquæ opibus deficiant, Deo, ac mundo, corpori & animo, terræ cæloquæ necessaria possiderent.

CVM magnus ille patriarcha Iacob ex mesopotamia rediret, occurrat illi obiit frater eius Esau, qui eum ita est allocutus. *Gradia Gen 33. mur simul, ero quæ socius itineris tui, cui Iacob in hunc modum respõ num. 13. dit. Nosti domine mi, quod paruulos habeam teneros, & oves, & boues feras mecum, quas si plus in laborando fecero de ambulare, morientur vna die cuncti greges. Præcedat Dominus meus ante seruum suum, & ego sequar paulatim vestigia eius, sicut videro paruulos meos posse. Quod per inde fuit, ac si diceret tu frater, ac Domine mi equitis quidem, ego vero pastoris munus obeo, quare te sequi non potero, sed ascende in equum, & præcede, quippe qui eques es. Ego certe eo modo quo pastoris officium ferat te subsequar. Quid mirum si pastor nequeat, etiam si velit equitem præcedere, vel saltem consequi. Si opificis vxor tam eleganti ac magnifica veste vititur, ac nobilissima cuius uis scemina, mirandum ne est eius virum ære alieno grauitè obstringi? si effusos pro suis facultatibus sumptus quibus faciat, non erit admirandum, cum ille magnum æs alienum contrahat, eiusquæ diuitiæ, & si amplæ, & copiosæ exhauriantur, si deniquæ pastor equitis gressus profequi velit, quid mirum si nequeat, si deficiat.*

SEDE extitit huius rei, & si tritum, memorabile exemplum, in filio illo prodigo, qui cum amplum patrimonium à parente suo accepisset, breui temporis spacio totum illud exhaustit, & in eam venit egestatem, vt abiectissimum quoddam munus obiret, *cupiensim Luc 16. plere ventrem suum (sacrarum litterarum verbis vtor) de siliquis, num. 16. quas porci manducabant, & nemo illi dabat. Sed quo pacto in tantam ille penuriam deuenit? Quia, vt sacra scriptura testatur. Dissipauerat substantiam suam viuendo luxuriose. Luxuria enim, deliciæ, & alia huiusmodi, amplissimas quasquæ diuitias consumunt. Ac deniquæ immoderatus sumptus magnas infert mendicitates, multaquæ facultatum incommoda, ac detrimenta.*

CVM præpotens Deus panem de cælo lapsum suo populo concessi, et voluit illum ad vescendum fumi in mensura quadam, quæ dicebatur Gomor. Nequæ, verò Deus cum mensura, & taxatione manna illud distribuebat, ne populus illius penuria premeretur, sed vt scirent homines, suos sumptus moderari, ni postea fame, & egestate vexentur. Et certe non ad penuriam homines adducunt necessa

Hhhh

rj

Genes 19.
num. 2.

rij sumptus, sed profusi, & cum prodigalitate facti. Iacobo illo patriarcha viuente, vt ex sacris litteris facile potest cognosci, omnibus ouiu gregibus aqua in illa terræ parte suppetebat, distribuebatur tamen illa ordinatim, & statutis quibusdam horis. Suppetebat quidem Deus earum rerum, quas respublica ad victum cultumque hominum desiderat, copiam & abundantiam, nulli tamen suæ facultates sufficiunt, quia omnes illas inordinate, immoderateque impendunt.

Ios.

DUX ille insignis Iosue in eo munere præstado præcipue operam ponebat, vt terræ promissionis vrbes, ac prouincias ex ordine filijs Israel diuideret, & ob eam causam nulli quanto opus erat, neque homines inopia, & egestate pressi aliena misericordia vivebant. Sed hac nostra tempestate tot fiunt impensæ, tam effusi, ac magnifici sumptus, vt passim hominū pecunia minuat, in magnaque egestate, & pauperie multi vitam degant, ac debita non soluant, nec soluendo sint villo modo.

AT in hodierna euangelij historia præclarum remedium proponitur vt omnia nobis satis superque sint. Quinquè tantum panes, & Duo pisces erant Christo Domino, ad alendum quinquè millia hominum. Existimans vero sanctus Andreas hæc nullo modo sufficere ad tot homines sustentandos, inquit: Hæc quid sunt inter tantos? Sed illi profecto satis fuere, atque etiam, vt sacra testatur historia, duodecim cophini fragmentorū pleni superfuerunt. Cuius rei causa ea fuit, quod cibaria illa, in seruatoris nostri manus coniecta sunt. Ecce igitur aptissimum remedium, vt vobis omnia suppetant, si illa in Christi Domini manus, confidenter tradatis. Quod cum ita non fiat, sed in Dæmonis potius quam in Dei manus, vestra omnia sumantur, mirum non est, si perditæ illa pereant, & in magnam rerum omnium penuriam homines deueniant.

SED quid est, panem in Christi Domini manus conijcere? Hoc exemplo fiet vobis manifestum. Tunc dicimus, partem aliquam panni, seu lintei artificis manibus tradere, vt vestem conficiat, cum illa pro arbitrio artificis præscindendam reddimus: ita vt opifex hinc manicam, illinc vero aliam, quam maluerit vestimenti partem rescindat, vt ea ratione pulchram, atque aptam corpori vestem faciat, sic etiam panem, facultatesque nostras diuini opificis manibus commitemus, si eas pro illius arbitrio diuidamus, & vt ei libererit, impensam sumptusque fecerimus. Christus autem Dominus omnia distribuit iuxta leges in sacro euangelio sancitas. Nihil enim bonorū
pro-

profusioni, vesti eleganti, magnificis & sumptuosis conuiujs, preciosa suppellectili, meretrici, aut alijs turpibus delicijs impertitur. Quæ quidem leges si ab hominibus obseruarentur, necessaria illis abunde suppetere. Sed cum alia mundi decreta acceperint obseruanda, in illiusque iniquissimas leges iurauerint, omnia illorum patrimonialia, omnesque fortunæ contrahescunt, ac penitus consumuntur. Quam ob causam putatis, Abraham, Isaac, Iacob, & alios huiusmodi sanctos, opibus abundasse, nisi quia illas Dei optimi manibus ac voluntati distribuendas tradiderunt? in cuius manibus magna tuarum etiam facultatum fiet accessio. Tam earum quæ tempore consumuntur, quam illarum, quæ vt pote diuinæ, & celestes nunquam sunt peritura.

Secundus Discursus, contra eos qui vt mundum sequantur, Christum Dominum deserunt.

(?)

Them.

Sequebatur eum multitudo magna.
Ioa. 6.

CELEBRIS fuit apud priscos, breuis illa Græcorum sapientum sententia, quæ sic se habet, Sequere Deum. Viderunt enim, sapientes illi, hominem ita inconsideratum, rationis inopem, expertemque consilij, & in his omnibus, quæ ad ipsum valde pertinebant, adeo temere, & imprudenter se gerentem, vt iudicauerint necessarium, præbere ei ducem, cuius ille consilio, doctrina, atque institutione regeretur. Ad hoc autem munus præstatum, nullum alium aptiorem, quam Deum inuenierunt. Quapropter hoc ei consilium datum est a sapientibus, sequere Deum.

Hhhh 2 Ante

Antequam immortalis Deus humanam naturam indueret, difficile quidem erat homini, illum sequi, cum corporeis oculis cerni non posset, eiusque, consilia, & arcana retrusa essent omnino, atque abditissima, sed diuina iam clementia, ac misericordia permotus Deus, sciens ad nostram salutem habere multum ponderis, ac momenti, si ipse exemplar ad imitandum nobis proponeretur, decreuit nostram humanitatem assumere. Quod non minus venuste, quam acute diuus Augustinus his verbis explicauit. Deus sequendus erat, qui videri non poterat, homo sequendus non erat, qui videri poterat, vt ergo exhiberetur homini, & qui videretur ab homine; & quem homo sequeretur, Deus factus est homo. Hæc illa. Sed plurimum profecto Deo optimo maximo debemus, qui propter hominum commodum, & vtilitatem tam arduum, ac laboris plenum negotium suscepit.

MIRVM sane est videre Deum factum hominum ducem, ipsos vero homines deuios, & à recta via deflectentes, ac remotos incedere, eo quod sequi nolint tanti, tamque, diuini ducis vestigia. Multi sunt ex Christianæ religionis assertoribus, qui se Christum sequi iactant, sed perpauca sunt, qui reuera illum sectentur. Qui quidem nomine Christiani, sed re mundani potius appellandi sunt, cum opera, ac factis ipsum mundum insequantur, eidemque studiosissime inferuiant. Sed huius rei causam si inquiras illam esse reperies. Quod Christus Dominus per vias asperas, ac difficiles ducit, mundus vero per semitas voluptatum ac deliciarum plenas, Christus per egestatem, mundus per diuitias, Christus per lachrymas, mundus per risus, Christus abstinentiam suadet, mundus ebrietatem monet. Vestes asperas Christus, mundus vero lenes, ac molles hortatur. Christus opprobria, iniurias atque, ignominias ostentat, gloriam autem honorem, & dignitates mundus pollicetur. Quibus ante hominum oculos positus, maior eorum pars Christum Dominum ac Seruatorem nostrum deserit, & mundum subsequitur. Cum principibus illis, quos diuus Ioannes se vidisse refert sectantes Babylonem. Quippe que circumdata erat purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide precioso, & margaritis, habens poculum aureum in manu sua.

QVOD si homines ratione, ac consilio ducerentur non admodum difficile iudicarem, eis persuadere, multo melius cum illis esse agendum si Christum inopem & egenum, quam mundum diuitem ac locupletem sequantur, cum mundus terrena & caduca, Christus

Tom. 10.
ser. 13. in
ordine.

Apo. 17.
num. 4.

Christus vero æterna ac celestia bona promittat. Videns sanctissimus Elias Israelitas modo Deo, modo Baal cultum, venerationem que adhibere, congregato omni populo, inquit: *Vsq, quo clauderitis induas partes? si Dominus est Deus, sequimini eum, si autem Baal, sequimini illum.* Viderur sane Elias tanquam firmum, & constans fundamentum habuisse illud, quod nos initio huius discursus proposuimus. Nimirum sequere Deum. Quis tam erit insanus, ac mentis expers, qui repudiato Deo, eius hostem, atque aduersarium sequatur. Mundus vero contrarius Deo est, quem ipse Deus oppugnasse dicit, cum ait: *Ego vici mundum.* Si ergo mundum superauit, aduersarius illi profecto est: quis igitur tam à sanitate alienus, ac mentis lumine obcaecatus reperietur, qui Deum deserat, vt contrarium illi subsequatur? *si Baal Deus est, inquit Elias, sequimini eum, & si Dominus Deus est, sequimini illum.* Idem ergo in presenti, auditoribus propeno, si mundus Deus est insequamur eum, si autem Christus sequamur, & amplectamur illum. At Christus ingreditur viam difficilem, asperam multisque difficultatibus plenam, sed certe satis est, Christum huius viæ ducem se præbere, vt quilibet forti, ac constanti animo dicat: *Magister sequar te, quocumque ieris.* Insequebantur Israelitæ columnam, & nubem illos ducentem per iuga aspera, & auia, montesque, præruptos, eo quod summus Deus nubem & columnam illam regeret, nos vero Christum Dominum ducem, ac præceptorum nostrum non sequemur, qui ipsemet Deus est.

Excellentissimum fuit illud promissum in Esaia a Deo factum. *Et erant inquit, oculi tui videntes præceptum tuum, & aures audient vocem post tergum monentis. Hac est via, ambulare in ea, & non declinetis neque, ad dexteram, neque, ad sinistram.* Non promittit Deus ducturum esse Israelitas per vias voluptatis, honoris, & letitiæ, sed illos habituros esse magistrum, ducemque celestem, qui eos recta ad beatitudinem dirigat. Dices, mundi iter à pluribus susceptum esse; illudque tanquam expeditum, ac facile a pluribus in initum fuisse: sed certe magnæ imprudentiæ est, aggredi viam eorum, qui licet plures sint, aberrauerunt tamen, & de via recesserunt.

MONVIT olim supremus Dominus suum populum. *Non sequaris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio, plurimorum acquiesces sententiæ, vt a vero deus Prudentum consilium est multitudinem si errauerit non esse sequendam.* Satius enim est, rectam viam inire cum paucis, quam cum multis ab illa decedere & alteri latebrosæ,

3. Reg. 18.
num. 1.

Esa. 30.
nu. 20.

Exo. 23.
num. 2.

& grassatoribus infestæ nos ipsos committere. Neque vero Christi Domini via adeo est deserta, ac solitaria, ut non sit prostrata, ac conculcata, à pluribus Martyribus, Christiane fidei professoribus, virginibus, alijsq; multis fortissimis viris, atq; etiam a sceminis admodum delicatis, quorum omnium speciem, ac naturæ similitudinem cum nos ipsi geramus, cur eorum etiam tutum ac expeditum iter nos suscipiamus?

Proth. 22. quoniam. 28.

S. V. M. M. A. E. etiam prudentiæ est metam, ac terminum utriusque viæ considerare, qui a Salomone recte ita describitur. *In semita vitæ vitæque iter, iter autem ducit ad mortem.* Vbi duplex iter nobis ostenditur. Alterum virtutis, cuius terminus vita est. Alterum vitij, cuius finis mors quidem est. Coniungamus igitur in unum, omnes studiose vitæ labores, ærumnas, vigilias, ignominias, dolores, ieiunia, ac reliqua huius generis incommoda. & in earum extremitate æternam vitam, ac felicitatem collocemus. Aliunde vero copulemus omnia mundi bona, diuitias scilicet, honores, epulas, delicias, dignitates, vasa præciosa, libidines, alijsq; huiusmodi voluptates, demus tamen illa omnia æterna morte summamq; miseria terminari. Quod nam eligendum est? Christi labores cum vita æterna, an mundi voluptates, quæ perpetua morte conficiuntur seligemus? alterutrum amplectendum est semel, vel æterna vita cum Christi cruce, & labore, vel perpetua mors cum mundi voluptatibus coniuncta. Sed quam multos reperies (quod quidem maxime deplorandum est) qui ut voluptatibus temporalibus, ac perituris fruantur mortem eligunt sempiternam. Quid tua interest, mortalis homo, vel quod commodum reportas, si mille, & pluribus annis magis te delicijs dedas, si æternos postea cruciatus, ac dolores maximos perferas? Quid autem ponderis, aut incommodi tibi est, quanvis longissimo vitæ tempore tormentis ac laboribus vexeris, si tandem perpetuam ac sempiternam gloriam consequaris? præsertim cum humani generis vindex, ac Servator Iesus, non solum nos ducat, viamq; quasi digito demonstraret sed ipse etiam præcedens, semitas, quas nos sumus ingressuri, prius conculcet. Si enim nobis ostendit viam, inopiæ, ac dedecoris plenam, inopia ille affectus est, & dedecore: si crucis, ac laboris iter nobis suscipiendum proponit, prius illud a Christo Domino calcatum est, & obtritum, & certe, & si Deus optimus maximus à cælo & beatitudine sua viam hanc nobis monstraret, ac diceret, *Hæc est via ambulata in ea.* Satis hoc esset ut libenti, & grato animo illam ingredere-

mur

mur, quanto magis cum ipsum, Christum intueamur portantem crucem, ac dicentem. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum.* & *Matth. tollat crucem suam, & sequatur me.*

MINATUR. Deus Israelitas non fructuros esse terra promissionis, quam sub iuramento pollicitus erat Abraham, Isaac, & Iacob, sed in itinere vitam amitturos; huius autem rei causa, explicuit ipse Deus, dicens: *Noluerunt sequi me, sed merito, & iure optimo damnati sunt, ne terram promissionis intrarent, qui Deum ad illam ducentem insequuti non sunt.* Christus Dominus ab editissimo ac cælesti sua maiestatis domicilio descendit, magistrum & ducentem se hominibus præbens, in hoc cælesti itinere persiciendo. Quem qui sequi noluerit, dignus profecto est, qui in felicissimam cæli patriam Christi sectatoribus promissam, pedem non inferat. *faxit.* Deus optimus maximus, ne tanto afficiamur supplicio, ab ipso ergo Deo illud summis contendamus precibus, trahen nos post te, & euremus, & salvi erimus.

CONCIO QUARTA.

Discursus primus explicat, quam sit expediens,

consilium alicuius exquirere in

rebus que habent ali-

quid ponderis, ac

momenti.

Thema. *Vnde ememus panes, ut manducent hi.*

Ioann. 6.

VIDETUR. hic Christus Dominus consulere discipulos, qua ratione in vasta illa solitudine tantam hominum

mult.

multitudinem cibo posset reficere, sed aduertit Diuinus Ioannes inquit: *ipse sciebat quid esset factururus*. Si ergo sciebat, cur sciscitabatur? consilium enim capiendum est in rebus dubijs, secus tamen incertis. Sed certe earratione id factum esse credere in Deo, qui magistrum se nobis praebeat, ac praecceptorem: Vt ipse nos doceret consilium studiosorum, ac prudentum hominum, esse a nobis exquirendum in his rebus, quae alicuius sunt ponderis, ac momenti: De liberandum enim est diu (vt recte dixit Seneca) quod statuendum est semel. Quod monitum sanctus ille Tobias filio suo tradidit, sic illum hortans: *Consilium se nuper a sapiente perquirere*. Semper inquit, a sapiente, haec enim daos in rebus auuis consultandis plurimum & seruari refert.

Tob. 4.
num. 19.

Prob. 12. *obvii stulti, inquit Salomon, recta in oculis eius, qui autem sapiens est audit consilia*. Dementis hominis est non inquirere aut consultare, quid in difficili aliquo negotio sit faciendum, an illud conducatur nec ne. Arbitratur enim se nihil ignorare, & ita alieno consilio non indigere, cum vero se deprehensum cognoscit, & in aliquem dilapsum errorem, illud habet in ore, non putaram. Quod verbum turpe esse in re militari dixit Scipio Africanus, vt Valerius refert. Quod si in militia corporali turpe iudicatur, quanto magis in militia spiritali, turpe & stultum iudicandum erit? *Via ergo stulti recta in oculis eius, qui autem inquit Salomon, sapiens est audit consilia*. Proprium enim est viri prudentis, circumspicere ac vereri pericula, in commodaque arretere, & quid sibi sit agendum alios consulere.

num. 15.

Val Max.
li. 7. c. 2.

VTILITAS autem quae in capiendo consilio sita est a sapiente optime explicatur, cum ait: *Vbi non est gubernator, populus corrumpitur*.

Prov. 12.
num. 14.

salus autem vbi multa consilia. Alii legunt vbi non sunt consilia populus corrumpitur &c. Itaque illud commodum ex aliorum consilio petendo reportatur, vt negotia felicem exitum sortiantur, infelicem vero si sapientum consilio non utantur. Exemplum nobis est Roboam filius Salomonis, quem cum omnis multitudo Israel obsecraret, vt de tributis, a parente suo impositis aliquid detraheret, inijt prius Roboam consilium cum senioribus, qui fuerant a consilijs Salomonis, quid in ea re faciendum esset. Qui omnes responderunt in hunc modum: *Si hodie obedieris populo huic, & petitioni eorum cesseris, locutusque fueris ad eos verba lenia, erunt tibi septuaginta dies*. Quod maiorum consilium cum displiceret ei, consuluit adolescentes quosdam maxime sibi familiares, vt responsum popu-

3. Reg. 12.
num. 4.

lo reddendum deliberarent. Qui cum Regis voluntatem, ac desiderium cognoscerent, vt placerent illi, hoc ipsi consilium dederunt. *Sic alloqueris populum. Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei, & nunc pater meus posuit super vos iugum graue. Ego autem ad dam super iugum vestrum. Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cecidam vos scorpionibus*. Quibus acquiescens Roboam respondit populo ea, quae a iuuenibus acceperat, derelicto consilio seniorum vt sacra testatur historia. Populus vero exardescens iraque incensus & inflamatus, bellum indixit aduersum illum, & decem populi tribus repudiato Roboam, constituerunt sibi Regem Ieroboam: & hinc inquit sumpsit vastitas, exercitus illius florentissimi regni Israelis.

iii. nu. 13.

MULTOS alios infestos, & infelices casus, sacrae litterae contigisse referunt, eo quod homines a sapientibus, & probatis viris consilium non petierunt, vel illud sapienter datum non acceperunt. Satis admonebat Noe tempore diluuij de excidio, ac calamitate imminente, iamque hominibus appropinquante, sed cum nihili facerent sanctissimi senis minas, neque in re tam graui sapientum consilio vti vellent, misere omnes interiire. Consilium praebuit Loth generibus suis, vt a Sodoma egrederetur, priusquam vrbs illa igne consumeretur: Illi autem respuerunt Loth monitum, & vt sacra refert historia *visus est eis quasi ludens loqui*. Et ita combusti sunt igne. Optime hortabatur Rubem fratres suos, cum suafit illis Iosephum saluum, & incolumem parenti suo seruari oportere, sed cum eius consilio nolissent acquiescere, innumeris laboribus ob hanc rem postea fuerunt vexati. Praeclarum consilium dedit Moyses filijs Israel in solitudine degentibus, cum eos cohortabatur, ne dimicerent contra Amalechitas, & Chanaanos, non enim ipsi erant eo tempore grati Deo, illi tamen bello inuito, funditus sunt euerfi, & ad exitium, & calamitatem vocati. Holofernes item a vita infelicitate non discessisset, si Achioris consilio uteretur in expugnatione Bethulie. Daniel etiam rectum praebat consilium Nabuchodonosori Regi. *Rex, inquit, consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiae pauperum: forsitan ignoscet delictis tuis &c.* Spreuit autem consilium Rex & poenas postea dedit acerbissimas, ab hominibus enim abiectus cum bestijs habitauit septem annis, & fenum vt bos comedit sexcenta huius rei exempla possum adducere, sed facile etiam esset plura afferre ad probandum: quam sit utile consilium, cum viris sapientibus

Gen. 6. &
+3.

Gene. 9. n.
4.

Ge. 37. et
42.

Num. 14.
42.

Iud. 6.

Dan. 4. n.
24.

bus inire. *salus enim est, ubi multa consilia, vt supra dicebam.*

Eccles. 32
nu. 24.

ILLVD præterea commodum in capiendo consilio inuenitur, quod Ecclesiasticus significauit, cum ait: *Fili sine consilio nihil facias & post factum non poenitebit.* Quasi diceret, si negotia geras sine consultatione, sæpe dolebis, non solum quod tuarum rerum exitus sint aduersi, sed etiam quia de illis consilium nullum ceperis, si vero alicuius probi, ac prudentis viri consilium requiras, licet res ex animi sententia non succedat (quod plerumq; fecus accidit) hoc tamen restabit solatium, te scilicet curasse pro viribus, vt negotia eū exitum haberent qualem optabas: obtento prius consilio.

Prou. 1.

Prædictum vero monitum non solum ignorantibus vtile & cōducens est, sed etiam expedit prudentibus, & magni consilij viris. Sapientibus enim nunquam aliorum sententia nocuit, sicut nec ri uulus magno flumini, aut flumen profundo, & immēso mari fuit impedimento. Vnde egregiē Salomon in prouerbiorum libro, initium fere sumpsit ab his verbis: *Audiens sapiens sapientior erit, & intelligens gubernacula possidebit.* In quæ verba inquit, Hieronymus Ostendit Salomon hic, neminem in hac vita sapientem fieri posse, cuius sapientia nequeat augeri, semperquē moris esse sapientum, vt dictis maiorum, aliquādo etiam minorum auscultent, & quidquid in eis vtilitatis audierint, ad se replicent, suoq; in corde recondāt.

3. Reg. 12
nu. 1.
Exo. 18.

Deniquē audiuit Regina sabba Salomonē, & sapiētior redit. Audiuit Moyfes focerū multo inferiorē, sublimior, & sapiētior redditus est. Audiuit Nicodemus, audiuit Gamaliel, audiuit discipulus eius tunc Saulus, nunc vero Paulus, sapientes utiq; verbū euangelij & sapientiores facti sunt, Hactenus Diuus Hieronymus: & quidem si hi quia sapientia & consilio videbantur excellere, aliorum sentē tias non audirent aliquarum rerum ignorantia tenerentur forte, & errarent.

HOC autem præcipuē, animaduertendum est nullum consiliū sequendum, aut accipiendum esse contra diuinam legem, nunquā enim illud foelicem fortietur effectū, sed teterrime, & aliter quam speretur procedet. Quod familiaris quidam patientissimi Iob inter alias sūmi Dei excellentias non prætermisit. *Qui dissipat.* inquit, *cogitationes malignorum ne possint implere manus eius quod ceperant. Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat.* Quæ verba explicās Diuus, Gregorius duo obseruanda esse censet: Primum Deum aliquādo iniquorum hominum consilium euertere, secundum etiam aliquando eisdē cōsilijs, quibus flagitiosi vtuntur

Iob. 5. n.
12.

vtuntur cōtra Deum ipsum, Deum de illis vindictam sumere, quod aptis quibusdam exemplis probans Gregorius, sermonem de hac re absoluit illa sapientis sententia. *Non est sapientia, non est prudentia, nō est consilium contra Dominum, omnia enim quæcunquē dominus voluit fecit in caelo, & in terra, in mari, & in omnibus abyssi.* Qua propter prudenter regius vates cecinit: *Testimonia tua meditatio mea est, & consilium meum iustificationes tue.* Prius enim Deum & diuinam eius legē confules, an scilicet hoc munus, hæc pactio, & mercatura, hoc deniquē commercium sit Deo, eiusq; legibus conforme. Si enim illi aduerfetur, infestum & aduersum tandem exitum habebit, quanuis diuitias, honores, & munia, quæ velis obtineas. Res igitur nostræ imprimis diuinæ sint voluntati conformes, Deum & studiosos, ac prudentes homines consulamus, sic enim fiet, vt ipse Deus nobis consulat, & illæ euentum habeant foelicissimum.

Prou. 21.
nume. 30.

ps. 118.
num. 24.

Secundus discursus. Quantum expediat primarijs, præsertim viris, oculos in pauperum indigentiam cōijcere.
(.?.)

Them.

Cum subleuasset oculos Iesus & vidisset quia multitudo magna venit ad eum.

Ioan. 6.

MAGNVS hic hominum conuentus, qui Christum dominum sequebatur, indigebat quidem victu, amore enim & fiducia, quam in Deo collocauerant, annonam obliuioni penitus mādauerant. Sed clementissimus Dei filius, de illis, eorumquē cibo & potu cogitans, *Subleuauit*, vt inquit, Euāgelista, *oculos & videns quia multitudo magna venit ad eū, cognoscens eorum indigentiam, statim*

liii 2 de ea

de ea subleuanda curauit. Hos commiserationis oculos in nobis Seruator hominum requirit, ita vt afflictæ egenorum miseria, ad misericordiam nos moueat. Præcipue tamen hoc in reipublicæ primarijs desiderat, qui vt oculi reipublicæ, circumspecturi sunt, quot, quantæ, qualesq; sint pauperum penuriæ, vt illis abunde subueniant.

SED proh dolor, quam exigua est, aut fere nulla in pauperes misericordia? Et quæ pauci sunt, qui de subueniendoinope aliquo modo curent? Sed cum vnus tantum diuitiæ, ad pluribus auxiliandum pauperibus satis essent, mauult tamen ille eas, in equis, canibus venaticis, ludis, supellecilibus, preciosis vestibus, lautis epulis, sumptuosiq; ædificijs, quam in pauperum inopia subleuanda, consumere. Et cū aliqui valde sint solliciti, vt domestici canes cibo, potuq; fatientur, nihil omnino curant de egenis cibandis, licet illi fame premantur, & ad vitæ exitium per inopiam penè perueniant. Cū etiam parietes preciosis peristromatis, sericisq; tapetibus, ornatos habeant, patiuntur tamen Christi pauperes frigore, & nuditate confici, & cum eos nudos omnino, aut certe cultu valde tenui, attritaq; veste indutos, conspiciant, oculos auertunt, & veluti abominantur eos. Vehementer Deus succenset huiusmodi hominibus ab humanitate, & misericordia alienis. Ammonitis, & Moabitis interdici iubet sacris, cuius rei causam idem Deus explicuit dicens.

Deu 23.
nu. 3.

Ammonites, & Moabites, etiam post decimam generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in æternum, quia noluerunt vobis occurrere cum pane, & aqua, quando egressi estis de Aegypto, & quia conduxerunt contra te Balaam, &c. In omnem æternitatem prohibet Deus suo domicilio, & perpetuò a suo conspectu excludit, ac submouet, priuatq; potestate ingrediendi Ecclesiam Domini. Illos, qui noluerunt egenis auxiliari. Solet Deus optimus maximus, iniquis & flagitiosis potestatem concedere adeundi suam domum, vt veniam impetrent peccatorum, ij autem qui misericordiam in pauperes non exercent aditum omnino interclusit.

I. Reg 25.
n. 10. et 38

NOTA est impietas. Nabal Carmeli erga Dauidem, qui a Saule vexatus, premebatur fame, quam a Nabal Carmelo satiari petijt. Ille vero petitionem respuens, respondit. *Quis est Dauid, & quis est filius Isai? Hodie increuerunt serui qui fugiunt Dominos suos, &c.* & ita nec panem quidem misit Dauidi. Quapropter adeo iratus est illi Deus, vt sacra historia testante, cum pertransissent decem dies, per

percutit Dominus Nabal, & mortuus est. Nonne satis erat, clementissime Deus eum eadem pœna plectere, quam peccatum ipsum mereri videbatur? Si inhumanitatis, & inclementiæ scelere obstrictus est, inhumaniter cum illo agatur, & de victu, ac facultatibus eius aliquid detrahatur, siquidem victum Dauidi negauit? sed alio maiori supplicio, morte scilicet, iustissimus Deus puniuit virum illum. Tanto enim odio prosequitur crudelitatem, feritatemque naturæ erga proximos, vt quauis Nabalis vxor viri immanitatem non ferens, cibaria abunde Dauidi suppeditauerit. Nabalem nihilominus, ob tantam in regem animi acerbitatem interfecerit, & decem illis diebus, quibus hoc mortis supplicium protractum est, Nabalis cor graui, acerboq; dolore laborauit, & vt Rabbi Salomon inquit, tot diebus elanguit quasi mortuus, eo quod decem iuuenes missos à Dauide confuderat. Ita diri, & inhumani homines a Deo puniuntur.

ACÉRBE, ac vehementer inuehitur Amos in decem tribus *Amos 6.* Israel, quibus hæc scribit. *Va qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samaria, optimates capita populorum, ingredientes pompæ Domum Israel, qui separati estis in diem malum, sed cur hoc? Qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti, bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti, & nihil patiebantur, super contritione Ioseph.* Id est, non tribuunt misericordiam fratribus suis egenis, & afflictis. Hoc erat quod Deo maxime displicebat, & ob id minacibus verbis insectatus est decem tribus. Quod cum sibi lautis epulis indulgerent de victu licet tenui pauperibus exhibendo nihil curabant. Quod cum nostra hac tempestate diuitibus etiam eueniat, metuendum similiter est, idem supplicium, & diuina iracundia, ac vindicta potiori iure pertimescenda. Si enim olim exarsit, & conquestus est Deus, eo quod optimates Israelis agnis, ac vitulis pinguibus vescerentur, egenis vero nihil distribuerent. Quid de nostri temporis primarijs dicemus, qui agnis, ac vitulis minime contenti amplissimas diuitias in suauissimis cibis, exquisitissimisq; epulis condiendis, & vorandis consumunt, ac dicunt nihil superesse pauperibus erogandum? Si ille qui agno solum vescitur nihil inopi impertiendo, iuste puniendus est a Deo, quo afficietur supplicio, qui cum opipare, lauteq; epuletur, nec frustum quidem panis, quo venatici canes abundant egenis elargitur?

QVOD si quis dicat, Deum quondam se præbuisse asperum, & rigidum in lege illa rigoris plena, iam vero nõ ita aspere, & seuerè

Luc. 6. n.
19.

inclementes punire. Meminerit Lazari, & diuitis sententiam, quæ sic se habet. *Mortuus est diues, & sepultus est in inferno.* Damnatus tamen est ille diues: his solum de causis, quod cum ipse purpura se indueret, splendideq; epularetur, Lazaro in squalore, egestateq; iacenti nihil, etiam rogatus elargitus est. Et cum ille lachrymis submissisq; precibus postularet de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, nemo illi dabat, ut facer refert Euangelista. In quam historia diuus Gregorius ait. Nonnulli existimant, præcepta veteris testamenti districtiora esse quam noui, sed hi nimirum improvida consideratione falluntur in illo enim non tenacia, sed rapina multatur, ibi res iniuste sublata quadruplici restitutione punitur, hic autem diues iste non abstulisse aliena reprehenditur, sed propria non dedisse. Hoc fuit quod hunc in infernum tradidit, quia in sua felicitate timidus non fuit. Quia accepta dona ad usum arrogantiae inflexit. Quia viscera pietatis ignorauit. Quia peccata sua redimere, etiam cum sibi abundaret precium, noluit. Hactenus Gregorius. Circa quæ verba attente considerandum est, quod quemadmodum in lege gratiæ, quæ lex amoris est, potiori iure pietas, charitas, & misericordia exigitur: ita crudelitas, & inhumanitas in proximos grauiori supplicio digna est. Non enim tantum mirandum est in lege timoris homines amore, & benignitate mutua caruisse, quantum in nostra lege, quæ clementiam, & amorem toties sui professoribus commendat. Sicut in secularibus, animi submissionem requiri, non adeo mirum est, ac in religiosis, qui humilitatem, & abiectiōem profitentur. Si ergo Deus tam aspere, & seuerè minabatur quondam, tantoq; supplicio afficiebat eos, qui diros, & immanes erga proximos indigentes se præbebant. Quid fiet modo illis hominibus, qui ut ditiores sint & sibi ipsis indulgeant, nihil opis vel subsidij ad egenorum inopiam subleuandam conferunt?

Lib. 4. de
prov. in fine.

HINC etiam præclare diuus Chrysostomus expendit supplicium illud à Rege inflictum iniquo seruo suffocanti suum conseruum, eo quod debitum non solueret. Videte, inquit, Chrysostomus dilecti. Mihi inter dicendum venit in mentem hæc cogitatio, ut non solum cupiditas alieni, & bonorum direptio, verum etiam vacuitas misericordię Gehennæ nobis causa sit. Hic enim non quod aliena iniuste acceperit, tortoribus tradebatur, nam debitorem fuisse illum scriptura commemorat.

Et

AT vero cum Christus Dominus ait, condemnandos esse improbos in nouissimo die, eo quod victum, cultumq; pauperibus non dederint, non solum loquitur cum Mosaycæ legis cultoribus, sed nobiscum etiam. Nosquæ præcipue admonet, sine clementia nobiscum esse agendum, nisi egenis benignos, & clementes nos ipsos præbeamus. Sancita enim est, & indicta lex ab Apostolo. *Judicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam.* Misericordi vero promissa est misericordia a Deo. *Beati, inquit, misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Et sicut faciendum & pertimescendum est, iudicium sine misericordia, ita amplectendum, & inquirendum illud, in quo Dei clementia lucet, ac splendet.

Math. 25
nu. 24.Iacob. 2. n
13.

Math. 5.

CONCIO QUINTA.

Discursus primus, de fructibus
elemosynæ.

(.?.)

Them.

Vnde ememus panes ut manducent hi?

Ioan. 6.

HIS verbis à Christo domino positus responsum est. *Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis ut vnusquisq; modicum quid accipiat.* Quod si modo aliquis, similiter quæreret, unde ememus panes ut manducent pauperes? Idem omnino responsum acciperet, non sunt facultates ad opem tot egenis ferendam, quæ quidem abunde suppetit ad epulas, ludos vestesq; preciosas.

VOLUIT Deus olim, ut aliqua sibi sacrificia offerrentur, quem cultum nolebant homines Deo adhibere, dicentes non sibi ad id suppetere requisita. Aliunde vero ut propheta ait, instituebant mensam large, ac liberaliter fortunæ. *Qui ponitis,* inquit *Esaïas, fortunæ mensam, & libatis super eam.* Vbi diuus Hieronymus ait, Israelitas, quorundam idololatrarum consuetudinem imitando posuisse mensam refertam varij generis epulis, & poculum multo mixtū. De qua re queritur Deus hoc in loco, ut clarius Hebræa translatio explicat, quæ iuxta interpretationem Simachi sic ait.

Esaï. 65.
nu. 11.

Qui

Qui ponitis fortuna mensam, & libatis absque me super eam. Docens (vt inquit Diuus Hieronimus) non sibi id fieri, sed dæmoni. Hanc Deus querimoniam habet de pluribus Christianæ religionis assertoribus, qui cum effusos sumptus ad mundo inseruiendum faciunt, ad Dei cultum procurandum eiusque pauperibus subueniendum, nihil sibi opis esse dicitant.

CVM filij Israel idolum, quæ diuinis prosequerentur honoribus, peteret, dixit illis Aaron, si uultis idolum fieri, cedito sumptus ad ipsum efficiendum. Tollite, inquit, in aures aureas de uxoribus & filiarum auribus, & afferte ad me. Fecitque populus quæ iusserat Aaron: sed ut ait Diuus Augustinus intellexit Aaron difficilium præcipere, ut hoc modo eos ab illa intentione reuocaret, factum est tamen illud ipsum difficile, ita. Nunquam legimus huiusmodi bona pauperibus erogata fuisse: idolo uero propterea, & libenter illa donatur. Hos certe emulantur hi qui cum omnes suas facultates idolo suo libidini scilicet, & æffrenatæ cupiditati tradant: Dei cultui, egenis ac miseris nullam opem impertiuntur. Sed dicunt in magna se ege diuitiarum penuria. Et quidem non tam illis est penuria facultatum, quam charitatis & misericordie consilijque arque prudentiæ. Alij forte sunt qui nolunt pauperibus subuenire, quia arbitrantur, omnia quæ egenis tribuunt reputari perdita & sine fructu consumpta. Quod à Christianæ religionis professoribus debet esse maxime alienum, cum multiplex ex pietate fructus decerpatur. Quod si nullus alius esset præter illum, qui in Deo colendo, eiusque sanctissimæ uoluntati obtemperando, defumitur, satis superque, esset ut omnes opes recte consumptas iudicemus, in pauperibus Dei causa optulando. Loquens Diuus Chrysostomus de laboribus Dei causa perperis, sic ait, etiam si nullam mercedem haberet res, hoc tamen solum magnum est premium, hæc multa retributio, quod ista mala propter Christum dilectum feruntur. Idem ego de elemosyna dicam, quæ & si nullam aliam afferret utilitatem, nullum uero premium, quæ ut illa propter Christum distribuatur. Hæc tamen esset retributio, hoc maximum commodum.

SED aliud nihilominus magnum, & excellentissimum infert ad utilitatem nostram, audi igitur spiritum sanctum ita loquentem. Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post tempora multa inuenies illum. Quid sibi uult mittere panem super transeuntes aquas? Quo item pacto sic missus panis inuenietur post tempora multa? Diuus Hieronymus sic interpretatur locum hunc, sicut qui super

iri.

irrigua seminat, fructum seminis expectat, ita qui largitur egenibus, non granum seminis, sed ipsum panem ferit, favore quodam multiplicationem illius præstolans, & cum dies iudicij aduenerit, multo amplius quam dederat recepturus. Elemosynam ergo elargiri nihil aliud est nisi opes augere, illaque in diem quo magis eis indigeamus reseruare, & ab hac in alteram vitam deferre. Cum quis e vita decedit, uulgo sæpe dicitur ille mille aureorum uestigal singulis annis capiendum reliquum fecit, tot facultates, tot domus, tot prædia &c. reliquit. Et quidem uerum est, omnia quæ habebat alijs reliquisse, illud uero secum detulit, quod pauperibus tradidit, id eorum manibus in cælum asportatum est.

QVA Mobrem Diuus Laurentius Decio exigenti diuitias ecclesiæ, quæ iam fuerant pauperibus distributæ, respondit. Facultates ecclesiæ quas requiris in cælestes thesauros manus pauperum deportauerunt. Cum ex hac vita migraueris, facultates, quas hæreditibus reliquisti, in lite, & in iudicio positæ nullum tibi emolumentum afferent, illas autem, quas egenis dilargitus es, gloriam, & beatitudinem in cælo comparasse reperies. Hinc fit præclarum illud Saluatoris nostri consilium, quo monuit discipulos. *Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, ubi erugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt, & furantur. Thesaurizate autem uobis thesauros in cælo, ubi neque erugo, neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, & furantur.* Appellauit etiam thesaurum hunc Christus Dominus. *Thesaurum non deficientem in cælis.* Sed quo pacto huiusmodi æterni, ac nunc quam perituri thesauri in cælo thesaurizandi sint, satis aperte explicuit idem Dominus, cum cuidam principi. interroganti *Magister bone, quid faciendo uitam æternam possidebo.* Respondit, ut seruaret Dei præcepta, subdens *Adhuc unum tibi deest, omnia quaecumque habes uende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo.* Sed prohi dolor? nihil omnino de huiusmodi diuitijs acquirendis homines curant, sed amplissimas opes, multorumque aureorum annuos redditus summo studio, ac diligentia comparant in terra. Vbi Christo Domino testante. *Erugo & tinea demolitur, & latrones effodiant, & furantur.* Et saltem unum latronem subterfugere nemo potest, mortem scilicet, qui cunctas quas acquisieris facultates, omnino aufret, teque omnibus spoliabit diuitijs. Quod quidem secus accidit, ut dicebam ijs qui elemosyna thesaurizant sibi diuitias sempiternas. Ob id recte Diuus Hieronymus scribens ad Turiam sic ait. *Velimus nolimus, se nescimus, parat sibi uaticum, quod longo itinere necessarium est,*

KKKK

secum

Matth. 6.

Luc. 12. n.

33.

Luc. 18. n.

18.

Hieron ad Turiam.

secum portet, & inuitus dimissurus est. Imo præmittat in cælum & si negauerit, terra sùptura est. hæc Hiero. satius profecto est deferre in cælum, quam relinquere in terra, deferre tibi diuitias, quam relinquere heredibus, qui illas dissipent, & in ludis, epulis ac delicijs consumant. Proxior es tu tibi, te ipsum primum heredem constitue, opem & opes pauperibus ferendo. Thesaurus cæli, inquit Chrysologus, est manus pauperis, quod suscipit, ne in terra pereat, reponit in cælum. Manus pauperis est gazophylatiũ christi, quia quidquid pauper accipit, acceptat Christus. Da ergo homo pauperi terrã, vt accipias cælũ, da nũmũ, vt accipias regnũ, da micã, vt accipias totũ, da pauperi, vt accipias tibi, quia quidquid pauperi dederis, tu habebis quod pauperi nõ dederis habebit alter. Hæc ille. Quod aptissime probant illa ecclesiastici verba, eleemosyna viri quasi facculũ cũ ipso, & gratiã hominis, quasi pupillã obseruabit. D. Augustinus legit signaculũ, & non sacculũ. Vt sensus sit. Ita custodit Deus eleemosynam, vt eam in suo penetrali obsignatam habeat. Solent homines publicas litteras, quæ alicuius sunt momenti, in recessũ aliquo occultoq, & tuto loco signatas custodire. Sic Deus in tutissimo quodam penetrali eleemosynas consignatas suo signo tutatur, & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit. Id est Deus hanc gratiam hominis quam facit pauperibus, conseruabit vt pupillam oculi.

QUANTVM deniquẽ præpotens Deus, eleemosynas egenis in terra impertitas, remuneretur in cælo, satis declarauit in Euangelio, cum honorem, quo pietatis ac misericordiæ studiosi afficiendi erãt explicuit. Hæc illis dicens *venite benedicti patris mei, possidete paruum vobis regnum à constitutione mundi, esurini enim & dedistis mihi mādūcare, sitiui, & dedistis mihi bibere, &c.* In quæ verba Diuus Chrysostomus inquit: Quomodo paria sunt pascere esurientem, & in die illa horribili fiduciam assequi, & audire verba nulli regno confetenda *Esurini & dedistis mihi mādūcare.* Glorifica Dominũ tuum, quod propter te, & propter salutem tuam permittat pauperem in paupertate versari, vt tibi via pateat, per quam peccata possis abluere, & dispensatis bene iis quæ sunt tibi à Domino. concessa, laudes illas merearis, quæ omnẽ rationẽ, & sermonẽ transcendũt. Audiẽ enim. *Euge serue bonũ, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui* Hæc Diuus Chrysostomus dicant igitur iam auari, diuitiarum appetentes, & qui nimia habendo cupiditate ardent, quod cõmertium inire possunt, ex quo maius sibi

Ser. de diuine, & Lazarus.

Eccles. 17 num. 18.

Matt. 25 num. 34.

Hom. 24. in genes.

sibi cõmodum, & emolumentũ accrescat, quã ex eleemosyna? quis existimabit deperditas diuitias, quas in ferenda ope pauperibus cõsumat, cũ tantam illẽ mercedẽ adipiscantur? Aquam quã domi tue habes, in arboribus hortisq, irrigandis dispergis, vt fructum postea decerpas, qui dignus sit multo maiori precio, quam aqua profusa: Quã nõ disperdere, sed potiori quodã iure retinere arbitraris. Tũc inquit D. Chrysostomus, aqua frustra diffunditur, cum in rigandis arboribus infæcundis consumitur, secus vero in fructiferis irrigandis. Sic etiam tunc homines, sua bona profundunt, fortunaq, disperdunt, cum pecuniam in ludos, epulas, cultumq, preciosum impendunt. Ille vero diuitiẽ frugiferæ recteq, consumptæ dicentur, quæ in pauperum inopiam subleuandam, aliorumq, miseris subueniendum infumuntur. Misericordia enim, cuius munus est illa opera exercere, defunctorum comes est, vt D. Ambrosius ait. quæ ad Dei tribunal te cõmitabitur, tuasq, partes aget, & temporales diuitias pauperibus distributas bonis æternis remunerabit.

simile.

Secundus Discursus docet in partitione bonorum temporalium Deum eiusque sanctissimas leges consulendas esse.

Them.

Accipit Iesus panes & cum gratias egisset distribuit discumbentibus.

Ioan. 6.

Diuus Matthæus in. 14. capite quod huic 6. respondet, sic ait. *Math. 14. nu. 19. Aspiciens in calum benedixit & fregit, & dedit discipulis panem &c.* In quo videtur Christus Dominus admonuisse homines, vt priusquã facultates suas distribuant, oculos in cælum attollant, summũq, Deũ consulant, & considerent, an impensa, quã volunt facere sit diuinis legibus conformis. Cõmune est apud huius sæculi filios, nõ Dei leges, sed mudi decreta, nec diuinã, sed mundanã (vt ita loquar) voluntatẽ in rebus agẽdis consulere. Hac ratione tot sumptus fiũt in cultu corporis, in lautis splẽdidisq, cõuiujs, nõ Deo sed mudo placẽtib. Ac deniq, in distribuẽdis bonis tẽporalibus nunquã

KKKK 2 illi

illi oculos in cœlum eleuant, vt Dei voluntatem in eis impenden-
dis exequantur, sed eos ad inferos demittunt, vt ea bona pro dæ-
monis arbitrio, ac voluntate disperdant.

*Ioel. 1. n.
nu. 4.*

PRÆDICENS Ioel calamitates quæ iudæam erant inuasuræ,
inquit, residuum euicæ comedit locusta, & residuum locustæ come-
dit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo. Itaq; inter bru-
chum, locustam, & rubiginem consumpti fuerunt fructus terræ,
nihil hominibus degustantibus. Hoc est quod in mundo deplorā-
dum, ac lamentandum cernimus. Quod ex ebrietate superest, in su-
mit ludus, & residuum ludi libido deuorat, quod vero ex libidine
relinquitur, turisitas in res vanas impendit, & nihil restat, quod
animis, Deo ve possit erogari.

Ose. 2. 7. 8

HOS & si Deus non aliter puniret quam permittendo eorum
pecunias adeo infeliciter dissipari, miserum sane huiusmodi sup-
plicium iudicaretur. Sed alio maiori quandoq; illos afficit, vt scilicet
in summam ipsi indigentiam, ac rerum omnium penuriam de-
ueniant, eorumq; opibus, & patrimonijs exteri potiantur. Allo-
quens Deus Israellem *Nesciuit (inquit) quia ego dedi ei frumentum,
& vinum, & oleum, & argentum multiplicavi ei, & aurum, quæ fecerunt
Baal, idcirco conuertam, & sumam frumentum meum in tempore suo,
& liberabo ladam meam, & linum meum.* Merito quidem Deus opti-
mus maximus abstulit ab Israelitis facultates, & opes quibus eos
cumulauerat. Siquidem illi aurea, argenteaq; idola ex his bonis
efficiebant. Et quemadmodum pater iuste a filio pecuniam, & su-
pellectilia amoueret, quibus ipse filius in patris perniciem vtiret-
ur, eodem & maiori iure Deus ea bona hominibus eripiet, quibus
illi contra ipsum Deum abutuntur. Sed attendite, ac modum lo-
quendi quo propheta vtitur cōsiderate, & *liberabo inquit lanam
meam, & linum meum* Num lana, & linum seruitute capiebantur,
vt Deus dicat, *liberabo lanam & linum?* Sed merito illa in seruitute
& velut in dira tyrannide esse dicuntur. Non enim ea ad offenden-
dum diuinum numen, sed ad Deo inseruiendum hominibus do-
nata sunt. Quod cum secus ab illis fiat, quasi in vi & tyrannide ea
bona premi dicenda sunt. Quapropter recte dicitur *liberabo la-
nam, & linum meum.*

*Luc. 15 n.
16.*

PRÆDICTVM Dei supplicium, satis expertus est filius ille
cognomento prodigus, qui cum amplissimas a parente suo
diuitias accepisset, post paucos dies in eam deuenit paupertatem,
vt cuperet implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabāt. &
nemo

nemo illi dabat. Cuius penuriæ, ac miseræ causa ea fuit, quam sacer-
euangelista non prætermisit dicens. *Dissipauit substantiam suam vi-
uendo luxuriose.* Quo etiã supplicij genere plures huius tēpestatis
homines multati sunt, eo quod sumptus cum faciunt, non attol-
lunt oculos in cœlum, vt de suorum bonorum partitione Deum
consultant. Itaq; sicut crescit & augetur in dies eorum pecunia,
quæ in pietatis, ac misericordiæ officijs consumitur, vt vidimus
supra in vidua illa sareptana, ita illorum diuitiæ, facile dissipantur,
ac disperduntur omnino, quæ immoderate consumuntur, & in res
vanas, & ineptas impenduntur.

SED non in hoc maior pœna sita est, alia longe acerbior restat
soluenda, cum ratio suarum facultatum, ab vnoquoque exigatur,
eiquè verba proponantur. *Redde rationem villicationis tuæ, iam enim
non poteris amplius villicare.* Neq; enim homo suarum opum Domi-
nus, sed villicus est, Deus autem vere est herus quippe qui pro-
prius est vniuersarum rerum Dominus, qui homini diuitias, ac fa-
cultates concessit, quibus negotiaretur vsq; ad diem mortis. Ideo
quæ in loco citato prophetæ *Oseæ, lanam meam & linum meum,*
dicit, nō hominis, sed meam. Nam in ditione Dei cuncta sunt posi-
ta. Vnde opes, quas tu tuas dicis, opes Dei vere sunt: quare in die-
mortis tuæ stricte est a te exigenda ratio, omniūq; rationum sum-
mam Deus præstringet, & in quas res vel minimum dipondium
insumpseris explorabit. Quod si deprehenderit in delicijs, epulis,
Iudis, alijsq; huiusmodi rebus consumptas esse pecunias, væ tibi:
timendum enim est ne æternis penis, cum diuite illo euangelij,
addicaris. Ne igitur dicas facultates, quas possideo, meæ sunt, easq;
prout mihi libuerit, impertiri potero. Dei enim illæ sunt, & pro-
illius arbitrio distribui debent. Quare si eas recte, & consentaneè
velis impendere, in cœlum prius aspice, & Deum, eiusq; legem con-
sulens sumptus tibi ex Dei præceptis, ac voluntate define, nec
illos iuxta mundi leges decernas. Eorum enim rationem Deus, &
non mundus exquiret, cui quidem si placueris in elargiendis pecu-
nijs, & gratiam comparabis in hac vita, & in futura, gloriam sem-
piternam assequeris.

KKKK 3

Fe

FERIA. 4. POST. 4. DOMINICAM QUADRAGESIMAM

De cæco a Natiuitate. Ioan. 9.

Salutatio.

Apoc. 16.

num. 10.

Apoc. 18.

num. 1.

Esai. I.

DVOS Angelos vidit Beatus Ioannes Apostolus valde inter se ditersos. Quorum alter phalam suam super regnum bestie misit (hoc nomine nuncupat: mundum, quo & dignus est) & sic factum fuit hoc miserum regnum tenebrosum. Alter vero Angelus, lumen attulit mundo. Perpendite quæso hæc duo Angelorum opera tam longe inter sese distantia. Alter enim illorum lumine, alter vero tenebris mundum offudit. Et quemadmodum alterum magnum à Deo supplicium ita & alterum singulare ipsius misericordie beneficium extitit. Quæ ergo quies, aut voluptas mundi regno erit? Floreant licet in eo hortus mira varietate distincti, nemora, atq; rosaria vireant, & omne chorearum ac muscorum genus obstrepat, si tamen vndequaq; tenebris obductum extet? Neq; vero solum tenebris, sed in finis propemodum alijs miserijs, atq; ærumnis, quæ cum ipsis tenebris coniunctæ esse solent miserrimè complebatur. Illachrymabatur sacer ille vates Esaias ægrotanti populo, & a pede ad verticem capitis sanitate penitus destituto. Quid faciunt, porfunt ve ferta? quid vestes ac elegantissimè pictæ, quid aurei torques, quid pretiosæ gemmæ, si valetudo deficiat? Qui capite grauius vexato pulchrum diadema placebit? qua lætitia afficient preciosi, ac pulcherrimi annuli digiti articulari morbo laborantes? Quid monile aureum cordi appositum, si illud mærore, ac dolore concidat, iuuabit? sic igitur incommoda valetudine mundus vtebatur, nec aliquo poterat solatio refici, sed adest iam cœlestis medicorum princeps, qui mundo sanitatem restitutus aduenit, cuius valetudinis initium a luce sumitur, & claritate, vt enim ægritudine oppressum curaret, illi prius lumen oculosq; reddidit, quos vt intueri, contemplariq; possimus, noua luce, cœlestiq; splendore nobis opus est, illum a Deo summis precibus contendamus, virginis deprecatione orantes. Aue Maria.

Primas

Primus discursus, ostendit quæ de causa, cum Christus primus mundo lucem attulerit, adhuc ille in tenebris, & caligine iaceat.

Thema.

Quandiu sum in mundo, lux sum mundi.

Ioan. 9.

INTER omnia flagella, ac supplicia, quibus Deus opt. max. populum suum multabit, illud extat grauisimum, quod eos scilicet templi candelabro, spoliauerit, & ab eis lumen penitus abstulerit, quod quidem crudele, & hostile supplicium est. Cum enim Deus in luce, ac splendore punit, vtilissimum est huiusmodi flagellum, illo namq; salutis remedia impijs patefunt. At verocum homines tetæ obscuritatis verberibus afficit, inflixa vulnera, liuorum ve signa, non perspicit iniquus, atq; iccirco medicinam salutari necessariam spernit.

SED vnum iam a Deo extat in ecclesiam maximum beneficium, quod in medio eius lucidissimum iubar constituerit, quo illa vndequaquæ splendidissimo lumine completeretur. Zachariam prophetam Angelus alloquitur. Quid tu vides? inquit: cui propheta, *vidi & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput eius.* Magna inter sacros doctores suscepta est disputatio, quid sit hoc candelabrum, & quid lampas desuper collocata. D. Cyrilus super hunc locum, & ceteri auctores ecclesiastici, teste D. Hieronymo, in hoc candelabro ecclesiam intelligendam esse censent, vnde sacra scriptura septem ecclesias septem candelabrorum nomine appellat. Neq; vero vocatur lucerna, sed candelabrum, quod quidem sicut non est ipsum lumen, sed luminis domicilium, ita etiam ecclesia non tam lux ipsa, quam lucis domus appellanda est. Lampas autem super candelabrum quid est? D. Athanasius, & Cyrilus alijsq; doctores, vt refert D. Hieronymus, hæc lucem affirmant esse Christum, qui est caput ecclesie. De quo etiã idẽ Hieron. interpretatur illud

Hieron. 52.
num. 9.Zachar.
4. num. 2.Cyril &
Hieron. ibi.

Apoc. 1.

Athanas.
7. 53.

cuan

Matt. 5. *Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum. Vbi docet, Christum Dominum vocari lucernam. Hoc ergo seruator noster denuntiat, cum in hodierna historia inquit. *Quandiu Ioan. 9.* *sum in mundo, sum lux mundi.* Et similiter diuinus scriptor Ioannes *Ioan. 1.* cum ait: *Erat lux vera, qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Atque, idem met Christus de se ipso ait: *Ego sum lux mundi.* Singulare profecto beneficium, & grauissima recordatione dignum a Deo in homines profectum est, cum mundo densissimis tenebris, tetraque caligine circumfuso, ipse eterni patris filius, sol, iubarque splendidissimum factus, lumen attulit salutiferum. Videnti Ioanni immensas caeli diuitias, demonstrata fuit simul lux illa, qua nobilissima Dei ciuitas illustratur, cuius lucem agnum esse restatur. *Et lucerna eius, inquit, est agnus.* Contemplamini igitur quantum sit Dei beneficium, vt agnus, qui caelestem urbem illuminat, idem nobis datus sit ad mundum sua luce, & splendore collustrandum. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Hoc igitur tanto lumine haud poterit ecclesia tenebris circunuolui.*

Apo. 21. n. *23.* *Ioan. 1. n.* *29.* *Iob. 2.* *33.* *104. 3. nu.* *19.* *Ps 51.* *Simile.* *Matt. 6. n.* *18.* *Ioan. 3. num. 20.* *Iob. 24.* *Greg. 16.* *git mor. c. 26.*

AT si intueri lubet, quam sit confusus ac perturbatus mundus, constituite Christum Dominum intermedium, tanquam splendidissimam lucernam cunctas hominum functiones, eorumque vitas illuminantem, & tunc clare mundi perturbationem, demeritamque cognoscetis. Animaduertite, quid Christus dixerit, quid fecerit contra splendida conuiuia, preciosos corporis ornatus, aliasque vanitates, quibus mundus decitus est, & reperietis hanc hominum insipientiam & confusionem luce clarius manifestasse. Ille enim crucem, abnegationem propriam, submissionem, veramque bonorum temporalium despicientiam commendauit: illa vero bona, quae cum ab hominibus maxime aestimabantur caelesti quadam luce, vilissima esse ostendit, & magnam aestimationem in virtute, ac sanctitate sitam esse monstrauit. Quare cum de acerbissima sua morte (in qua maiori lumine, ac claritate hanc veritatem manifestam reddidit) verba faceret, Iudaeis dixit. *Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebra comprehendat.*

SED quæres cum Christus Dominus hanc lucem mundo attulerit, quo pacto mundus oppositam viam sequitur? Si humani generis vindex caelesti suae doctrinae, ac vite lumine docuit, inutile, & vanum esse, homines diuitijs, honoribus, voluptatibus, alijsque fluxis ac perituris bonis se ipsos tradere, qua ratione huiusmodi bona tanto studio, ac diligentia ab hominibus inquiruntur? cruce poenitentia

tit, corporisque castigatione contempta? Aut mundus errat ait *Diuus Bernardus,* aut Christus fallitur. Sed impossibile est diuinam sapientiam falli, ergo mundus errat; quod si mundus in errorem rapitur, quomodo in illo tanta constantia persistit?

HUIUS rei causam hominum Seruator explicuit. *Dilexerunt inquit, homines magis tenebras, quam lucem.* Cui consonat illud psalmi. *Noluit intelligere, vt bene ageret.* Sed cur amore odiosas tenebras, odio vero amabilem lucem prosequuntur? in illis Christi verbis subditur. *Erat enim eorum mala opera.* Ille enim, qui flagitijs studet, lucem odit, neque ei sermones de diuinis rebus habet; neque libri sacri, neque studiosorum hominum familiaritas, aut obiurgatio placebant. Sicut enim qui somno se dat, oppilatis foribus, clausisque fenestris lucem fugit, vt sedate, tranquilleque dormiat, quia lumen quasi contrariatur somno, quem ille diligit, sic flagitiosus, qui scelerum amore tenetur, odio habet Christi lucem; quippe quæ suis flagitijs, ac sceleribus aduersatur. Qui magno animi affectu, ac desiderio honores, & dignitates aucupatur, iniquo animo feret eum, qui ea contemnenda esse dicat, & illius doctrinae lucem oculis fugiet. Qui pecunias summo studio, & amore prosequitur, qua ratione Christum Dominum audire volet, cum ait: *Beati pauperes spiritu. Vendite, quae possidetis?*

IN deliciarum tenebris iacebat Herodes, cum lucerna illa ardens, & lucens Baptista illum illuminare volens dixit. *Non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Cui quidem adeo hæc splendidissima lucerna displicuit, vt eam extingui iusserit. *Qui enim male agit, odit lucem.* Dilexit tenebras Herodes, quia erant opera eius mala, tollit e medio lucernam Ioannem, vt securius dormiret in tenebris.

DE huiusmodi hominibus præclare scribit Iob. *Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt vias eius, nec reuersi sunt per semitas illius.* Rebelles ait: rebellis ille proprie dicitur, qui voluntati, ac subiectioni maioribus debite resistit, homo vero cum ex propria sua natura sit rationis particeps, quasi iure naturæ debet sequi lumē ipsum rationis, cui cum resistit, rebellis merito nuncupandus est. Ipsi ergo, ait rebelles fuerunt lumini, id est, noluerunt obedire lumini, veritati, rationi. Ex quo factum est, vt penam sua culpa dignam subierint. *Nescierunt enim vias eius.* Sed si rebelles fuerunt lumini, quo pacto nescierunt illud? Præclare D. Greg. respondet, dicens. *Quia prius sciendo rebelles sunt, postea cæcantur, vt nesciant.* Contin-

git sæpe homines clare cognoscere veritatem aliquam, nouit enim quis maximam esse amentiam, Dei amicitiam, voluptati, lucroque vili postponere, aut in obscena libidine persistere, mortis, ac damnationis æternæ periculo posthabito. Cui veritati si resistat, iam est rebellis lumini. Cuius rebellionis pœna ea est, vt illa, quam antea habebat omnino careat cognitione. De quo vias luminis nescire recte dicitur a Iob. Ex quo illud præterea sequitur, quod maxime timendum est: *Nec reuersti sunt per semitas illius.* Solent namque aliquando homines radijs cognite veritatis illuminati, ab incepto flagitiorum itinere desistere. Hi vero, qui rebelles facti sunt lumini, in tenebris iacentes, nec eiusmodi radios conspicientes, in sceleribus ad mortem vsquæ persistunt, damnationique sempiternæ addicuntur. Cauete igitur fratres, ne lumini rebelles sitis, sed si quando animus diuinæ lucis radijs illustretur, hanc sequimini lucem, ea enim æternæ salutis iter patefiet, quod si susceperitis, sicut sol in cœlesti beatitudine fulgebitis.

Secundus Discursus ostendit cecitatem mentis multorum malorum, lumen vero, plurium bonorum causam & originem extitisse.

(.?)

Them.

Quandiu sum in mundo, lux sum mundi.
Ioann. 6.

CVM Deus optimus maximus hominis auctor, ac procreator extiterit, magno illum complectens amore, magno item studio eius salutem, & incolumitatem curat, cuius causa & in hæc lucem susceptus est, & vitam egit acerbissimam, mortemque ignominiosissimam pertulit. Hinc etiã diuina auxilia, ad subueniendum hominis imbecillitati, lumenque cœleste ad humanam ignorantia tenebras expellendas, emanarunt. Quod præstantissimis quibus

busdam miraculis Christus Dominus manifestum fecit, quibus tam quæ externis signis interna, & spiritualia beneficia nota fierent. Hodie igitur cuidam cæco vsum restitutum esse audiimus eo modo, talibusque ceremonijs, vt clare cõstet, in lumine corporis restituto, lucem animi à Deo reddendam significari. Recte igitur inquit Christus *Quandiu sum in mundo, lux sum mundi.*

CVILIBET animali valde necessarius est visus quam obrem philosophorum princeps ait. Ita se habet visus in oculo, sicut anima in corpore. Quod licet à philosopho dictum sit propter similitudinem vtriusque in dignitate, conueniunt tamen illa inter se, eo quod sicut animus corpus decorat, ita visus oculum mirum in modum perficit. Quare idem philosophus inquit, visum esse omnium sensuum præstantissimum, & ea ratione eius priuatio maximam animi mœrorum infert. Quod sanctissimus ille Tobias sensit videtur, cum Angelo, qui ipsi salutem attulit dixit in hunc modum. *Gaudium sit tibi semper, respondit. Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video.* Non enim putabat ille, gaudium esse posse ei, qui visu careret. Neque vero visus solum est ad animi lætitiã necessarius, sed etiam ad omnia illa, quæ animalium vita requirit. Vt idem Aristoteles testatur visus, inquit, inest animalibus salutis causa, vt moueantur ad alimenta & fugiant nociua. Quapropter idem de luce necessario dicendum est. Ad visionem enim æque necsaria est lux, ac ipsa potetia visus. Hinc fit, quam sit lumen necessarium, quantæque præstantiæ, cum ad vitam conseruandam ita deseruiat. Sicut ergo visus magni ponderis est ad vitam corporis tuendam, ita etiam ad salutem animi conseruandam plurimum refert. Mens quidem visus animi est, cuius lux nihil aliud est, quam lumen illud interius, quo animus videt, ac cognoscit quid vnaquæque res sit, quid æternum, quid temporale: quid sibi profit, quid noceat, vt alterum eligat, alterum vero repudiet.

EX quo cognosci potest, quantum sit Dei beneficium erga eum, cui cœleste illud lumen redditum est, quantumque supplicium in illum, qui eiusdem expertus existens, tenebris eius animus obducatur.

ACPRIMUM cum homo in tenebris versatur nullum opus perfecte exequi potest, si enim velit scribere, prægere, aut aliquid eiusmodi facere, lituris omnia obliterabit, cum luce priuetur. Hinc igitur tot ineptiæ in respirituali profic-

*Arist. 2. de
aita com. 9*

*2. de aia.
ten. 162.*

Iob. 5. 11

*Li de sen.
& sensat.
cap. 1.*

Esaï. 59.
num. 5.

ficiscuntur. Vates ille euangelicus loquens de antiquis Israelitis. *Oua aspidum, inquit, raperunt, & telas araneæ texuerunt, qui comederit de ouis eorum morietur. Telæ eorum non erunt in vestimentum, neq; operietur operibus suis, opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum. Pedes eorum ad malum currunt, &c.* Quorum malorum ratione subdit propheta dicens. *Viam pacis nescierunt, & non est iudicium in gressibus eorum.* Ex hac enim causa ea opera, emanare, mirum non est. *Raperunt igitur oua aspidum, & telas araneæ texuerunt.* Cōsiderate quæso duplex malum. Primum in utili quodā occupatione, nempe telis aranearum distenti erant. Discerpitur visceribus araneola in texendo rete ad culices aucupandos, quod quā primum texuerit, sæpenumero a vento disrumpitur, & dissipatur. Sic etiam illius antiquitatis, nec non & plures nostræ tempestatis homines quam plurimum elaborant in congregandis diuitijs multorumq; aureorum annuis redditibus cōgerendis, se seq; ipsos euis cerat, vt culices hoc est, exigua quædam mundi bona, aucupetur. Sæpe tamen, dum adhuc orditur tela, succiditur morte, nec aliquē fructum ex his omnibus reportant, eo quod vanis occupationibus impediti fuerunt. Neq; vero hoc primum malum adeo magnū iudicandum esset, si cum altero non coniungeretur, nimirum quia oua aspidum raperunt. Virus, ac venenum manibus contrectant suis, omni flagitiorum generi seipos tradendo. O illos miseros, atq; infelices, qui breue vitæ curriculum ad cælum comparandū concessum, in inferorum supplicijs promerendis cōsumunt, & tēpus ad Dei cultum destinatum, in sceleribus contra ipsum Deum perpetrandis, conterunt! Sed quæ nam est tantorum malorum causa, nisi cæcitas mentis? *Viam enim pacis nescierunt* (id est viam boni) *& non est iudicium in gressibus eorum.* Caruerunt lumine intellectus, & ea ratione tot sunt criminibus obnoxij.

Climacus
grad. 5.

VNDĒ optime D. Climachus dixit. Omnes dæmones primum intellectum nostrum obnubilare contendunt, atq; ita demum ea, quæ sibi sunt amica, suggerunt, nisi enim mentis nostræ claudantur oculi thesaurum nostrū furari nō poterūt. Hęc ille. Vt enim latrones, vt tutius furentur in noctis tenebris latēt, lucemq; extinguant. Sic dæmones, vt melius animi diuitias subripiant, gratiam scilicet, & virtutes, quæ preciosiores multo sunt, quam quouis alij thesauri, conantur internum mentis lumen opprimere, & veritatem cœlesti luce cognitam funditus ex animo delere. Quo lumine extincto, facile in omnes animi diuitias inuadunt. Et hac ratione

tot

totā mundanis scelera committuntur, vt qui incolunt Iesen, cum maxima admiratione dicant, sunt ne mentis compotes homines isti? vtuntur ne ratione, aut consilio? an ignorant appropinquandum sibi esse extremum vitæ diem? Num ultimi iudicii, inferorū, beatitudinisq; notitiam, ac fidem simul amiserunt? Qui ergo tā facile Deum offendunt, cuiusque leges, ac præcepta tam frequenter violant? Quo pacto temporalia æternis anteponūt & beatitudine cœlesti contempta, in mortem æternamq; damnationem delabuntur? Mentis profecto cæcitas, ac diuinæ lucis priuatio tantam illis intulit calamitatem.

Quod quidem in filio prodigo expressum esse videmus. Accepto enim patrimonio parentis domo egreditur, & aliquas terras, vrbes perlustrans, seq; totum deliciis, ac voluptatibus dedit. *Dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose, fameq; vehementer stimulatus, ac pene confectus, cupiebat saturari de siliquis, quas porci manducabant, et nemo illi dabat.* Cuius miseriam, ac calamitatis causam videtur sacræ litterę significare, cum inquit *In se autem reuersus* (scilicet prodigus) *dixit, quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo, surgam &c.* in se, dicitur, reuersus, ergo antea erat extra se. Ecce igitur vobis, cur ita ille desuperit in tantamq; miseriam deuenerit, erat enim extra se. Cum aliquis rationis, ac mentis lumine priuatus est, plerumq; id obiciamus, ille est extra se. Idem etiam de iniquis hominibus, quorum simulacrum existit filius prodigus, dicendum est. Si enim in se essent, vt ita loquar, lumineque rationis vterentur, non filium prodigum, sed eius fratrem maiore natu imitarentur, qui in sui patris domo remanens diuitias, ac fortunas tueri, conseruareq; curauit.

HANC animi cæcitatē (quæ, vt diximus, maximum est supplicij) Deus opt. Maxim. permittit, cū animus noluit vti illo lumine, quod cœlitus fuerat immissum. Quapropter egregie. D. August. inquit. Illa est pena peccati iustissima, vt amittat vnusquisque illud, quo bene vti noluit, cum sine vlla difficultate posset, si vellet, vt qui sciens, recte nō facit, amittat scire, quod rectū est. Ita Aug. Vi de ergo, ne id feceris, mortalis homo, ne tanto a Deo supplicio puniaris. Dū lucē habes, operare bonū ambula, & sequere ductū eius, ipsa enim ducet te in æternā felicitatē, illudq; prophetæ carmen in ore tuo versetur. *Emitte lucē tuā & veritate tuā, ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tuā.* In gloriam scilicet, cœlestemq; beatitudinem Amen.

Libr. 3. de
lib. arbi.Psal. 42.
num. 3.

LIII 3.

Primus

CONCIO PRIMA.

*Primus discursus in quo ostenditur cecitatem
animi multorum errorum
causam esse.*

Them a.

*Vidit hominem cecum.
Ioan. 9.*

QUAE AD MODUM in huius cæci curatione obcæcati animi curatio adumbrata videtur sic, in eiusdem cæcitate spiritalis lucis priuationem expressam censemus. Magnum sane est vtriusq; cæcitatæ damnus, sed longe maius est illud, quod in tetra animi caligine consistit. Exterior enim visus communis nobis est cum equis, canibus, reliquisq; animalibus, in interiori vero diuinarum mentium, ipsiusq; Dei quodam modo similitudinem gerimus. Atque ita diuinus sponsum oculorum sensum præcipue laudat in sponsa. Neque vero de externo, & corporali visu sponsum loqui dicemus, sed de interiori, & spiritali, cuius amore ille ardebat. Hæc enim mentis lumina tanquam maximum quoddam bonum ad se se Deum alliciunt. Horum autem priuatio multo deterior est, quam ea, quæ hominibus oculis corporis priuat.

*Cant. 4. 1
& 9.*

D' simile.

INTER alia vero interioris cæcitatæ incommoda, illud profecto magnum est, eam scilicet ab hominibus non cognosci. Ille namq; qui offusa oculorum caligine laborat, nouit se oculorum lumine orbatum esse, & hac de causa quærit, qui eum rectè ducat, & cautè, ac pedetètim graditur, ne labatur, & cadat. At qui mētis lumine priuatus est non solum suam cæcitatem ignorat, sed cum plāne cæcutiat, sæpè existimat se videndi acumine vigere, & animi, ingenij, consilijque lumine reliquos omnes superare: huiusmodi erant hi, de quibus ita humani generis seruator locutus est. *Abscōn disti hac a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* Insti-
tuebat

*Matth. 11
num. 25.*

tuebat tunc Christus sermonem de his, qui cum cælestia, & ea, quam ad animi salutem plurimum faciunt, ignorarent, vel sibi sapientes esse videbatur, vel saltem huius mundi sapientia florebat. Cuius rei exempla abunde nobis suppetunt.

QUAM primum ab Adamo scelus illud commissum est. *Abscō. dit se, scriptura ita testante, a facie Domini in medio ligni paradisi.* Sed qua ratione homo sapientissimus, & excellenti ingenio instructus, persuadere sibi potuit, inter arborum folia ita occultari adeo, què in latebris, & occulto latere, potuisse, vt Dei, qui vbiq; præsens est, oculos, & obtutum subterfugeret? Sed certe peccati caligine oppletus, mentisq; lumine priuatus id non agnoscebat. Quis non insanum ac dementem Pharaonem iudicaret, cum illos ad mare rubrum itinere Israelitas in sequebatur? Nonne, ecce, vides, mirallos Dei virtute protegi, ac defendi? cur ergo, quos Deus ita tue-
tur, persequeris? cur non times, ne tu tuiq; omnes in aquas a Deo deprimamini? *Persequar, inquit, & comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima mea, euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.* Cum tamen præpotens Deus in Pharaonem, eiusq; milites inuaderet. *Fugiamus, inquit, Israel, Dominus enim pugnat pro eis contra nos.* Sed nunc Aegyptij, post tot Israelitis facta beneficia totq; in vos calamitates a Deo profectas, animaduertitis, Deum pro eis, & contra vos pugnare?

MAGNA sane cæcitas, sed non minor fuit illorum amentia, qui cum idolum in solitudine effecissent, dixerunt. *Hi sunt Dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti.* O amentiam, & cæcitatem incredibilem! quo pacto Dij vestri sunt, quos manibus vestris formastis? Nonne hi, quos modo Deos appellatis, nuper inanes erant? *Vt quid dicitis, ab his vos eductos esse de Aegypto? quo iure fate mini eductos esse de terra Aegypti vitulo, quem multos post dies ab egressu Aegypti finxistis?*

SED quid de offusa illorum sacerdotum caligine dicam? *Cogitauerunt, inquit Euangelista, principes sacerdotum, vt & Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibant ex iudeis, & credebant in Iesum.* Quos apte, & acutè carpit D. Augustinus. O stulta inquit, cogitatio, & cæca sæuitia. Dominus Christus, qui suscitare potuit mortuum, non posset occisum? Quando Lazaro inferebatis necem, nunquid auferebatis Domino potestatem?

Sed.

IOA. II. n. SED perpendite in quos incidant errores, ac ineptias hi, qui mentis lumine orbatī sunt, ineunt præterea concilium aduersus humani generis Seruatorem Iesum, & vt sacra refert historia, dicebant. *Quid faciemus, quia hic homo multa signa facit.* Nonne clare respicitur eorum cæcitas, & amentia, qui licet omnis populi sapientissimi, quippe qui Reip. iudices, ac moderatores erant, vt Christum Dominum condemnent, miracula illi obiiciunt. Qui si hoc de quo loquimur, lumine illustrati essent deberent potius ad illum ipsum sequendum, colendumq; permoteri.

Matt. 28. nu. 13. **Sup. 75.** ILLVD deinde eosdem plane caligare probat, quod in Christi Domini resurrectione ab eis factum esse percepimus, cum custodes affirmarent ad vitam, Iesum, quem cruci illi affixerant, rediisse. *Congregati cum senioribus (ita D. Matthæo referente) consilio accepto pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes. D. cite, quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum vobis dormientibus.* Vere defecerunt, inquit Diuus Augustinus, scrutantes scrutationes. Quid est quod dixisti o infelix astutia, tantum ne deseris lucem consilij, pietatis, & in profunda versutia demergeris, vt hoc dicas? *Dicite, quia vobis dormientibus venerunt discipuli eius & abstulerunt eum?* Dormientes testes adhibes, vere & tu ipse obdormisti, qui scrutando talia fecisti. Hæc Diuus Augustinus. Nonne hos cæcos, ac plane dementes appellabimus, qui putantes se esse sapientes, stulti facti sunt?

Ezech. 12. & 41. 2. nu. 2. SED omnis antiquorum erroribus, quibus se cæcutire ostendebant, veniamus ad præsentēs; & clare etiam cognoscemus adhuc mentis tenebris multorum animos oppleri. Vidit propheta Deum egredientem ex Hierusalem, secumq; suam gloriā educētem, quod populus nequē vidit, nequē vllō modo animaduertit, quoniam cæcus omnino erat. Sed magis cæcutiunt modo, qui cum propter sua flagitia, Deum ab eorum animis discedere, certo sciunt, simulquē cognoscant æternis pœnis, ac cruentibus sua crimina fore puniēda, hoc nihili facientes, omni se turpitudini dedunt, & cum sint christianæ religionis professorēs, eiusquē leges, & præcepta teneāt, ita operantur, ac si in offusa caligine, tetrilquē tenebris versarentur.

Simile. Is. 13. 17. QVOS quidem conferam cum idolis, de quibus regius vates ille carmen scripsit. *Sin. macra argentum & aurum, opera manuum nominam, os habent, & non loquentur. Oculos habent & non videbunt.* Habent enim oculos ad videndum nociua, sed illis carent, vt profi-

cientia, & ad animi salutem pertinentia astruant.

QVARE noctu ac bubonis similitudine Equi illi gerunt; ea enim animalia noctu percipiunt omnia, diu vero videre non possunt, ita etiam hi acerrimis acutissimisq; oculis vident, vt tenebrarū opera, terribilique flagitia perpetrent, vt tamen clara, & studiosa munia exequantur, cæci omnino, sunt Sciri optime aparus scenus, vsuram quē facere, & magnam pecuniarū summam congerere, nesciet tamē ablatum restituere, nec egenis opem, auxilium ve ferre. Superbus item, vt dignitatem obtineat, sapienter se geret, vt nullam dignitatis comparandæ occasionem prætermittat, insipens tamen, & plane ignarus erit in cælestibus honoribus, diuināquē Dei filij dignitate curanda. De his autem loquutus est Dominus per Hieremiam dicens. *Stultus populus meus me non cognouit, filij insipientes sunt, & vecordes. Sapientes sunt, vt faciant mala, bene autem facere nescierunt.* **Jerem. 4. nume. 22.** Ecce in quo illi sapientes sunt, in malo, in bono vero nescientes. Hos Deus vecordes, & insipientes iure optimo appellat, scire enim malū, non tam scire, quam ignorare, ac dissipere est. Ille vero sapiens dicendus est, qui ea cognoscit, quæ ad animi salutem consequendam, attingunt.

HINC fit, vt sæpe illiteratus, & exigui ingenij, sapientior sit in diuinis rebus, quam litteratus, & acutissimus ingenio. Quod satis expressum est in eo, quod Balaam & eius asinæ contigisse nouimus. Cum enim Balaam insidens asinæ iter faceret, occurrit illi obiam Angelus habens gladium euaginatū aduersus illum, & scriptura sacra ita referente. *Cernens Asina Angelum stantem in via euaginato gladio, auertit se de itinere, quam verberabat Balaam, & volebat ad semitam reducere.* O rem admiratione dignam! Asina videt gladium euaginatū, propheta vero, qui futura præuidet, & cui gladius mortem minitari videbatur, ipsum gladium non cernit. Sed quoties idem hominibus euenit, vt homo rusticus consuetudinisquē mundanæ Dei gladium, æternumq; supplicium pertimeat, cū de his rebus sermonem haberi videt, vrbānus vero solers, & ingeniosus qui velut propheta futura scire tētat, nihil de illis curas, sine vllō profusus Dei timore culpas suscipit, sceleraq; nefaria committit. Hi ergo animi lumine orbatī dicendi sunt, hos certe dementes, & offusa mentis caligine affectos purabo. Hanc vos cæcitatē per Deum immortalem a vestris animis expellite, vt cœlestia aspicere, eiusdemq; frui cum lumine, & splendore possitis Amen.

Mmmmm Sc-

Secundus Discursus; ostendit cecitatem mentis obstinationis causam esse, efficere que ut homo in sua prauitate ad mortem usque persistat.

Them. Præteriens Iesus, vidit hominem cæcum a natiuitate Ioa. 9.

EXPLICVIMVS magnum quoddam incommodum, quod interior caligo secum affert, si quidem plurium errorum, ac ineptiarum causa est: aliud modo, si placeat, vobis ante oculos proponam, illam nimirum efficere, vt iniquus pertinaciter persistat in flagitijs.

Iudic. 16. **num. 21.** CVM Sanfon captus est à Philisteis, statim illi eius oculos eruerunt (sacrarum litterarum verbis vtar) & clausum in carcere molester fecerunt, præceperuntque, vt ante eos luderet. Eodem sane modo se cum improbis gerit humani generis hostis. Deinde eos in mundi piscina ad molendum detrudit. Quamobrem adeo lassus, ac defatigatus mundani, terronis occupationibus distectus, vt nec aliqua horæ pars illis ad Deo vacandum superfit. Ex quo fit, vt impius in sua prauitate obstinate permaneat. Nō curat Sanfon de suo reditu in Israelem, quippe qui cum cæcus sit, & in aliena patria versetur, neque videt, neque cognoscit viam, qua redeat ad propriam, atque ita in piscinis Philistin ludens, molamque versans perseuerat. Sic hi, qui animi lumine priuati sunt, non quidem contendunt amissa bona recuperare, & ad Dei gratiam, & amicitiam redire, neque scire putant, quo pacto illam possent conciliare, & hac de causa suis erroribus quadam animi pernicacia addicuntur. Et quod magis deplorandum est, in ipsa peccati seruitute capti iudunt, ac delentur, Quibuscum ita se mundus gerit, ac olim Rex Nabuchodonosor se habuit. De quo sic loquitur Abacu *Apse de regibus triumphauit, & tyranni ridiculi eius erant.* D. Hieronymus ait: Ducet ante curam suam captiuos reges, & habebit irrisui. Hebræus legit, & prius capes risui illi, id est, habebit secum reges captiuos, qui sibi seruiant, & risum moueant. Itaque sicut hi principes in regis seruitute erant, ac parafiti munus obire videbantur, ita in dira mundi tyrannide hi cæci præmuntur, illique, tanquam vilis scurra defensu, scurra enim munere funguntur hi, qui pecunias, quæ pauperibus erant distribuendæ, in lauticijs, ludis, alijsque profusis sumptibus consumunt, qui vt mudo placeat in migis, facerijs, ac detractione tēpus cōterūt.

DEINDE cum Rex Nabuchodonosor imperauit, sedechiam regem in custodia conijcit, iussit etiam, vt ait scriptura, vt illius oculus ruerentur. Arbitrans, nullis vinculis adeo illum posse astringi. Hæc est singularis Dæmonis caliditas ad homines capiendos. Prius illorum lumina effodit, vt hac ratione, qua illis fugiendum sit, nullo modo videant.

HOS cæcos videntur expressisse Aegyptij, cum densissimis oppletis sunt tenebris, quibus nō solum luce ad videndum, sed etiam virtute ad deambulandum prouati sunt. Sic enim sapiens loquitur de illis: *Vinculis tenebrarum, & longa noctis compediti.* Itaque illis tenebris tanquam vinculis, ac catenis capti tenebantur, vt nec gressum quidem facerent. Quibus quandiu obducti sunt: *Nemo vidit fratrem suum nec mouit se de loco, in quo erat.* Vt factæ litteræ testantur. Ecce vobis interiorum tenebrarum effectum. Nam quasi vinciunt, ac detinent hominem, ne gradum faciat ad Deum. Non tamen ita, vt turpem vitam detestari, & ad Deum se conuertere nullo modo possit, (ad id enim semper lumen, auxiliumque sufficiens à Deo suppeditatur) sed quia huiusmodi cæcitate affecti, abutuntur libero arbitrio, quo nihil de amensis lumine curantes, eligunt, in vitæ turpitudine persistere. Ad eum pene modum, quo Esau, postquam primo gemitu vana vilissimo precio fratri suo vendidisset, *pendens, quod primaque vendidisset.* In qua re duo sunt mala perpendenda. Alterum pro vilibus lenticulis tam amplum patrimonium Esau commutasse. Alterum vero, nihil tam graue incommodum pependisse. Primum à fame, qua premebatur maxima, secundum à cecitate, qua eius animus laborabat, effectus est. Eisdem effectus ab eisdem, etiam calidis in mundanis hominibus reperiemus. Primo enim vilissima terre bona, amplissimis cæli diuitijs anteponunt. Quod quidem prouenit ex fame siti, ardentissima, qua

Abac. 1. num. 10.

4. Reg. 25

Sap. 17. n.

Exo. 10. num. 23.

Gen. 25. num. 34.

honores, diuitias, ac voluptates desiderat. *Famen patientes, ut canes.* Deinde vero parui huiusmodi commutationem ducant, sed illud in eorum ore versatur. *Peccavi, & quod mihi accidit, triste? quid feci, quod ex priuatione lucis, ac cognitionis bonorum, æternorum proficiscitur.* Ex quo deniq; fit, vt quadam animi obstinatione in flagitijs perseuerent, quæcum illi non clarè cognoscant ea detestari, & ad meliorem se vitæ frugem recipere, nulla ratione curant.

At illud maxime dolendum esse arbitror, in his, qui interioribus tenebris offunduntur. Quod licet sacras audiant contiones, fateanturq; deos esse a via veritatis, adhuc tamen in flagitiosa vita perstant, neq; illam audent relinquere. Sed vix illis, *Reuelatur enim teste Apostolo, ira Dei de caelis super omnem impietatem, & iniustitiã hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitiã detinent.* At iuxta mentem D. Hieronymi illi veritatem Dei in iniustitiã detinet, qui scientes delinquant, qui Dei veritate cognita, iniuste agunt. Super hos ergo reuelatur ira Dei. Et merito quidè: Cum enim quis ex ignorantia scelera committit, illaq; cognoscens, ab eis non se abducit quo erit afficiendus supplicio?

IRA quidem Dei, & æterna pœna mulctandi sunt huiuscemodi peccatores, illi vero, qui licet peccent aliquando, respiscunt tamen, & animi dolore scelerum maculas confessione delent, leuiter a Deo temporali aliquo supplicio puniuntur. Quod non tam ira, quam misericordia appellandum est, cum ipsi ea pœna Deo satisfaciant, & a turpi vita discedant. Super eos autem, qui veritatè detinent in iniustitiã, ira Dei, vt explicauimus, superueniet.

IDEM a sapiente dictum esse arbitror, cum ait, *Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit, sed sequitur eum ignominia, & opprobrium.* Sunt nonnulli, qui non se totos peccatis tradunt, sed cadunt, & resurgunt, sceleribus merguntur, sed cito ex illis emergunt, culpas committunt, sed eas a se se diligenter emittunt, sunt quæ quasi in prauitatis initio, seu medio. Alij vero ita se impuritati, ac flagitijs dederunt, vt omnino illis adhæreant, & in eis obstinati permaneant, qui quidem dicuntur in profundum peccatorum venisse. Et qui ad hunc impietatis gradum peruenit, contemnit, omnem scilicet correctionem, & pœnæ comminationem. Vt

quædam glossa interpretatur. Obturauit enim iam aures suas lucemq; respuit, & veritatem Dei in iniustitiã detinet. *Hunc, Spiritus sancto attestante, sequitur ignominia, & opprobrium.* Quibus verbis huius supplicij naturam explicuit Salomon. Supplicium enim pœnitentiæ honorificum, ac gloriosum est, nam illo peccata teguntur, ac latent, & eorum simul ignominia cessat, proculquè depellitur. *Beati profecto dicuntur, quorum remissa sunt iniquitates, & quorum testa sunt peccata.* Supplicium autem illud, quod in Dei iudicio sumitur, ignominiam, & contumeliam parit, & de hoc locutus est sapiens. Quem locum explicans diuus Hieronymus ait: Qui peccandi sic fræna relaxat, opprobrium æternæ damnationis nulla ratione euadit. Quapropter existimo hoc genus tenebrarum, signum esse reprobationis.

HINC tremenda illa verba in Phariseos prolata sunt a Christo Domino discipulos suos alloquente. *Sinite, inquit, illos cæci sunt, & duces caecorum.* Ecce, in quas angustias prædicta cæcitas homines adducat. *Sinite illos, inquit Iesus, quia cæci sunt.* Hoc est, ne defatigemini in eorum scandalo auferendo, ne instituendis illis tempus conteratis. Relinquire eos, neq; frustra in eorum salute curanda laboretis. *Sinite illos, o finite illos!* o verba non verba, sed tonitrua, sed fulgura! Domine ne sic derelinquas me in ira tua, &c. Agite ergo fratres, & totis viribus intendite, ne sic a Deo destituamini. Ne, rogo patiamini in profundum peccatores venire, sed aspiciate celestem lucem, Deum sequimini, qui lumen vobis, auxiliumq; præbebit, quo & gratiam, & gloriam deniq; sempiternam assequamini.

Primus.

CONCIO TERTIA.

Primus discursus ostendit a quibus causis
animi cecitas di-
manet.

(?)

Thema. Præteriens Iesus vidit hominem cæcum.

Ioan. 9.

4. Reg. 6.
num. 68.

Sap. 5.
1.

ILLI, qui animi lumine priuati sunt, in æternam damnationem properare planè videntur. Et quidem cum præpotens Deus Elisei precibus commotus, oculos perstrinxisset militibus Syriæ, qui Israelitarum hostes erant, duxit illos Eliseus in Samariam, cumq; in media vrbe versarentur, tunc eorum oculos Dominus aperuit. Sed huius caliginis causa in medio hostiû cõstituti sunt, quos cum oculis cernerent, quid dicerent? quas voces emitterent? quo ve animi sensu afficerentur? Hoc idè euenit Ies, qui spirituali cecitate laborant. Gradatim enim ad inferos descendunt, & in crudelium hostium conspectum deueniunt. Quid vero inter medios dæmones locati, dicturi sint, prædictum est iam à Salomone. Ergo erramus, & via veritatis dicentibus iustitie lumen non illuxit nobis, & sol intelligentie non est ortus nobis. En suæ damnationis causa, priuatio nimirum lucis, ac cognitionis. Hanc significauit nobis cæcus, de quo in hodierno euangelio fit sermo. Iure igitur huius priuationis causa perquiram, vt illas omnes effugiamus.

Deut. 28
num. 28

PRIMA igitur est, graue Dei splicium, quo impios propter nefaria suâ scelera punit aliquâdo. Hanc pœnam minitabatur Moyses diuinæ legis violatoribus, eos execrans in hunc modum. Percutiat te Dominus amentia, & cecitate, ac furore mentis, & palpes in meridie, sicut palpare solet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas. Non tamen Deus ita flagellat, vt hominum mentibus tenebras immittat, sed permittit hominem cæcutire, & sine lumine ad inferos

ros detruat. Quod quidem ab horribili, & pertimescenda Dei ira fieri videtur. Vnde B. Cyprianus ait: Ira Dei est, non intelligere delicta, ne sequatur pœnitentia, sicut scriptum est. Et dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos vt non viderent, & aures vt non audiant. Quem locum apud D. Paulum inuenio, qui illum ex Esaiæ vaticinationibus depromptit, & verum habuit in Israelitis, qui adeo obcæcati sunt, vt Deum, ac Saluatorem suum cruci affixerint. Dedit inquit, spiritum compunctionis. Circa quod diui Pauli testimonium ita Diuus Chrysostom. loquitur. Compungi nihil aliud est, quam quasi in cluso clauo ad aliquid infigi, solideque conungi. Sicut enim is, qui in pietate compungitur, non facile in aliud transfertur, sic & qui in malitia compungitur, non facile commutatur, vt igitur inamedicabilem mentis, illorum morbum, immutabilemque exprimeret, spiritum compunctionis posuit. Ita Chrysost. Hoc autem eodem supplicij genere, quo multari sunt Iudæi, gentiles etiam affecti fuerunt, ipso Apostolo ita attestante. Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea que non conueniunt. De huiusmodi ergo cecitate dixit Cyprianus, ira Dei est, &c. est enim graue Dei supplicium propter grauissima scelera de hominibus susceptum. Obsecro igitur te Domine ne in hoc furore arguas me, neq; in tali ira tua corripas me.

Cyprianus
epist. 3.
Rom. 11.
num. 8.
Isai. 6.

Chrys. ho.
19. super
ad Rom.

Rom. 1. n.
29.

RERVM item ignorantia huiusmodi caliginem infert, ex qua oritur sepe, vt homo tanquam amens, ac vecors, nihil, quod sibi expediat, exequatur. His tenebris circumfusi erant Ethnici, qui cum nondum veritatis lumen aspexissent, ligna, lapides, aliosq; quos ipsi effixerat Deos, diuinis honoribus prosequabantur. Cui malo, vt homines remedium adhibeant, necessarium est, vt exquirant, quæ ad ipsorum pertinent statum, consiliumq; petunt, an hæc vel illa opéra, quæ efficiunt, diuinæ sint voluntati conformia.

ALIQUI tamen sunt, qui in errorum tenebris iacere gaudent, neq; volunt lucem aspiciere, aut studiosos, & sapientes consulere, vtrum hoc, vel illud commercium, cui dant operam, liceat, an verò diuinis legibus aduersetur. Quibus recte illud prophetae carmen conuenit. Noluit intelligere, vt bene agerer. In eius psalmi explicatio nem, ita D. loquitur Augustinus. Aliud est, quando quisquam conatur aliquid intelligere, & per infirmitatem carnis non potest, si cut ait alio in loco scriptura: Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.

Psal. 35.
Aug. ibi.

Sap. 9.
num. 5.

Et

Et aliud est, quando possit intelligere, si bona voluntas accederet, & non intelligat. Non quia difficile est, sed quia voluntas aduersa est. Sunt igitur homines, qui volunt intelligere, & non possunt, & sunt homines, qui nolunt intelligere, & ideo non intelligunt. Hec Diuus Augustinus; sicut igitur deteriores surdi sunt, qui oburdescunt, ne ea, que monentur, audiant, ita & illi cæci peiores; qui nolunt lucem aspicere, qui scire non curant, quibus sint obligationibus Deo, hominibusque deuincti, qui consulto volunt ignorare, quid Deus, quid ve leges præcipiant. Ac si ea ratione culpam, a se dimouerent, sicut illi qui obstrulis fenestris, & clausis foribus, in tenebris idola colebant, dicentes. *Non videt Dominus nos.* Sic hi exstimant, Deum non condemnaturum esse ea opera, quæ ab ipsis in illa caligine, & ignorantia fuerunt effecta. Sed vt intelligant hi, quæ to in errore, ac fallacia versentur, audiant vatem sanctissimum ita loquentem. *Dixi forsitan tenebræ conculcabunt me, & nox illuminatio mea in dilectis meis, quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur, sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.* Quorum verborum sensus est. Si stimulus appetitu, & cupiditate mea dixerò effrenatæ me libidini, ac voluptatibus tradam, quia forte tenebræ operient me, deprehensum me plane video, quia nox in tuis oculis Domine Deus, est velut lampas illuminans peccata mea, non enim tenebræ obscuræ sunt sibi, cui nox idem est, ac dies. Non igitur purgabit vos ea excusatio, neque culpam amouebit, sed auget potius, quia nolulistis intelligere, vt recte ageretur, & vos ipsi animum obcæcatis vestrum ignorantia quadam, quæ à theologis affectata dicitur. Et ideo vt ipsi fatentur, non excusat, sed accusat, aggrauat quæ peccatum.

ALIVD deinde principium interioris cæcitatæ est ægritudo animi, motus enim appetitionis excæcat mentem, sicut enim densi terræ vapores, qui a terra in cælum ascendunt, solent cælum nubibus, tenebrisque obducere, ita motus & affectus, qui ex terreo appetitu sensitivo, sursum in superiorem rationis partem ascendunt, solent mentem caligine & obscuritate obtenebrare,

QVAM offusa fuit Salomonis caligo? qui cum omnium sapientissimus esset, Deoque optimo & maximo magnificam, & sumptuosam domum dedicasset, idolis tamen tēpla ædificans, diuinum ho-

honorem, cultumque exhibebat, quod quidem ob turpissimum sceminarum amorem, vt enim sacra refert historia. *His copulatus est Salomon ardentissimo amore. Unq; iam esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur Deos alienos.* Videte ergo, quo pacto à nimio amoris motu obcæcatus sit Salomon.

SED quantis etiā tenebris offusus est Herodes, cui sanctissimū Baptistā impudentis scemina causa quam turpiter diligebat, occidi iubet. Quanta item caligine Susannæ accusatores cæcutiebant, qui cū ætate, sapientia, & consilio pollerent, quippe qui senes erant, ac rei publicæ iudices, sceminam sanctissimam accusarunt, fictumque in illam crimen conferentes, capitis damnarunt. Libidinis sane tenebris obcæcati, sic enim Daniel quædam illorū alloquutus est: *Species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum.*

IDEM etiam odij ægritudo præstat, quod amoris affectionem effecisse vidimus, vt notum fit in Saule, qui iniuste quidem octoginta quinque Sacerdotes interfecit. Post quorum necem, addit scriptura. *Nobe autem ciuitatem sacerdotum percussit in ore gladij, viros, & mulieres, & paruulos, & lactentes, bobemq; & asinum; & ouem in ore gladij, Quam ille stragem, clademque fecit, eo quod sacerdos quidam ibi hospitio accepisset Dauidem, quem summo prosequeretur odio Saul. Animi ergo affectiones si dominantur, mentem ad se se trahunt, illique tenebras offundant, adeo vt quod iniustum, & iniustum equum, & rationi consentaneum esse iudicet. Quoties auarus pecuniæ auiditate permotus, censeret commercium, esse iuri conforme, quod omni legi, tam diuinæ, quam humanæ contrariatur. Quoties iracundo videtur rationi consona vltio iniuriam, quam sinit? Quoties denique sui amatores sibi ipsis in multis indulgent, & ieiunium, ac corporis castigationem respuunt, fingentes hoc sue valetudini esse necessarium? O summam hominum cæcitatē! Considerate obsecro, reddendam esse a vobis rationem Deo, qui decipi nequaquam potest. Ne cupiditates, appetitionesque, vestras sequamini, sed lucem, quam humani generis vindex nobis attulit, aspiciate. Ea enim lucerna pedibus vestris existente, non deflectetis a recta via, qua ad gratiam, gloriæque domicilium peruenitur.*

Nnnn

Secun-

Exo. 8. 12.

Is. 1. 8. 9.

simile.

3. Reg. 1. num. 5.

ibid. n. 4

Marc. 6

num. 7

Dan. 1 3

num. 3 5

I Reg. 22

n. 19.

Secundus discursus ostendit Deum sæpe punire
Rempublicam propter hominum
flagitia, & esse huic malo
remedium ad-
hibendum.

(.?.)

The. Rabbi, quis peccauit hic, an parentes eius, ut cæcus
nasceretur. Ioan. 9.

MERITO hodierna luce grauem hanc, & vilem questionem
discutiemus, quis nimirum deliquerit in republica, cuius ob-
scera fame, bellis, pluribusq; alijs calamitatibus vexatur? Hu-
iusmodi enim flagellis non nisi propter gratia aliqua crimina solet ca-
stigare Deus. Quoniam, ut in proverbijs legimus. *Iustitia eleuat ge-
nem, miseris autem facit populos peccatum. Iustitia, inquit, eleuat: Id est*
extollit homines, clarosque reddit, & illustres: contra vero peccatum
miseris facit populos, hoc est, illos miseris, & erumnis, & calamitati
bus afficit. Quod quidem verum habuit in Iudeis a Deo precipue
electis. Cum enim honeste vitam ducebant, accipiebant ab immortali
Deo maxima beneficia, reportabant de hostibus victoriam, tran-
quillitate, valetudine, quiete, gaudioque fruebantur, & illis omnium
terre fructuum copia, & abundantia suppetebat. Quam primum ve-
ro Deum ipsum deserebant, unde quaque inuadebant in illos hostes,
& tyranni. Hinc Nabuchodonosor, illinc Antiochus eos perseque-
batur, & cælum ipsum, omniaque elementa illis infesta esse vide-
bantur. Quamobrem ait Dominus populo illi Super quo percutiam
vos ultra, addentes prauaricationem. Id est tot vobis inflixit vulnera,
ut nullum membrum inueniam, quod non sit plagis affectum, id-
que vestrorum criminum causa, quæ quia indies plura, & maiora
sunt, pluribus vos flagellis vellem cedere. Sed super quo percu-
iam, cum omni corporis parte vulnera, plagasque exceperitis?

A

Aplanta enim pedis, vsque ad uerticem capitis non est in vobis sanitas.
Cum ergo ipsi tantis nos videamus flagellis cædi, iure inquiremus
modo, quis peccauit ut tantis ærumnis premamur?

CVM propheta Ionas in nauim conscendit, ne Dei iusum præ-
staret, & hac de causa tam ingens suborta est procella, ut nauis pe-
riclitaretur conteri, diligentissime perscrutati sunt nautæ cuius sce-
leris causa tam magna ac turbulenta tempestas commota esset in
mari, cumq; sortes ducerent. *Cecidit fors super Ionam.* Inuestigarunt
igitur statim, quod ille flagitium commisisset, remediumque op-
portune adhibuerunt: Quod si illi, ethnici quidem, & nondum fi-
dei lumine illustrati, cognouerunt tempestatem illam propter ho-
minum peccata fuisse concitatum, eisque illico accurrerunt: Cum
Christianorum republicas tot fluctibus iactari, totque ruinis, ac
procellis commoueri videamus, rationi consentaneum erit, ut pri-
marij, ac moderatores, reipublicæ inquirent, ac perscrutentur, quis
peccauit? ut tantis malis afferant medicinam, alioquin si reipublice
flagitia persistant, & Dei etiam flagella persistant. Vnde ergo tot in-
festationes Turcarum, Maurorum, & Hæreticorum, qui sæpe con-
tra nos victores euadunt: nos vero Christiani victi? Cur Deus non
nobis qui ipsius sumus fauet, & prope videtur esse ori eorum? unde
fames tam frequentes, cur cæli ænei facti sunt nobis? cur nubes
detegant nobis aqua? Vnde tot infirmitatum genera, & sæpe epide-
miam, orbi, unde denique tot mala quæ toties circūdederunt nos?

VIDENS Ieremias magnis calamitatibus vexari populum, in-
numeratque hominum strages intuitus, comperit pseudopropheta-
rum causa illa euenisse. Sed cum respublica nullam his malis medi-
cinam afferret, sed potius in Ieremiam inueheretur, æquissimus etiã
Deus ab inferendis flagellis non destitit.

VATES item Oseas exploratum habuit, grauiam quædam suppli-
cia, quæ Deus minitabatur, ventura fore propter Samariæ principum
peccata, maximaque flagitia primariorum Israel, quæ cum illi non
euitarent, neque ab eis Deus calamitates amouit. Diuturna igitur
hominum flagitia sunt in causa, cur Deus opt. max. diuturnis illos
supplicijs afficiat. Illa enim si cesset, Deus ipse, qui misericordia ma-
ximus est, proiectis emanibus flagellis, miro quodã amore homines
amplexabitur.

CVM fortissimus Iosue scilicet promissionis terram de-
bellare inciperet, a ciuibus, Hai victus, scissis præ nimio do-
lore vestibus, in genua procumbens, consilium a Deo petijt

Nunn 2 eius-

eiusque clementiam magna animi submissione implorauit. Cui dixit Deus. *Surge, cur caces pronus in terra? Peccauit Israel, & prauaricatus est pactum meum non ero, ultra vobiscum, donec conuerteris, eum qui huius sceleris reus est.* Inquisiuit illico Iosue, quis peccauit, & cum certo comperisset Achan deliquisse, qui Dei voluntati non obtemperans, aliqua ex Hierico subripuerat, grauissime in illum eiusque liberos, & greges animaduertit, ut enim scriptura ait. *Lapidauit eum omnis Israel, & cuncta, quae illius erant igne consumpta sunt, congregaueruntque super eum aceruum magnum lapidum, qui permanet usque in presentem diem.* Quo quidem supplicio placatus Deus dixit Iosue. *Ne timeas, neque formides, ascende in populum Hai, ecce tradidi in manum tuam regem eius, & populum, urbemque, & terram, &c.* Et quidem si peccata ciuium adeo seuerè punirentur, non tot, tantisque ærumnis, & calamitatibus premeremur, sed mitigatus Deus benignum se nobis, clementemque, præbet.

IMPOSITVM est a Saule huiusmodi edictum: *Maledictus vir, qui comederit panem usque ad vesperam, donec vliscar de inimicis meis.* Quod Regis edictum cum Ionathas Saulis filius non audiuisset, tantillum mellis degustauit, quamobrem adeo iratus est Deus ut consultus de ineundo bello aduersus philisteos, nullum responsum dederit. Admiratus autem Saul hoc alicuius scelere fieri censens perscrutatus est, quis peccauerit, & cum comperisset filium suum Ionatham deliquisse, eo quod paululum mellis gustasset. Dixit Saul. *Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionathas.* & certe vitam filio hæredique suo abstulisset propter leue illud delictum, quod commiserat, nisi populus à parentis illum manibus oculisque, eripuisset.

QVOD si hoc diuini honoris studio Reip. primarij flagrant, nulla vnquam gens tantis a Deo cumuletur beneficijs, ac nostræ fidei assertores. Sed tanta est in ea re tepiditas ac negligentia, ut quâuis multi multis sint annis, pellicibus addicti, perniciosissimi sint, in republica ludi, tragediæ pestiferæ, procaces meretrices, publicæ inimicitiae, vsurarij quam plures, aliaque huiusmodi mala palam & in omnium conspectu fiât. Nescio cuius prudentiæ simulatione à iudicibus, ac moderatoribus illa prætermittuntur, præpotens tamen Deus nõ semper illa impunita abire patitur, sed multis premit rempublicam miserijs. Væ autem populi principibus, qui post mortem tantæ incuriæ pœnas dabunt acerbissimas, ipsa vero

vero Resp. assiduis calamitatibus vexabitur *Ad nihilum deuenient inquit vates, tanquam aqua decurrēs. Intēdit arcū suum, donec infirmetur.* Sermo enim habet propheta de hominibus flagitiosis. *Ad nihilū ait, deuenient tanquam aqua.* Aqua quidem vehementi quodam tonitu aliquando ex præruptis montibus descendit, statim vero eua nescit. Nè se inaniter impius iactet, delicijs diuitijsque abundans, citissimè enim ea omnia præteribunt. *Dominus intendit arcum suum.* Habet enim Deus plures sagittas, quibus sceleratos percutiat. *Donec infirmetur.* Quasi dicat. Non solum minabitur peccatoribus supplicia, sed re in eos grauissimè animaduertet, donec confringatur & pereant, peribit ita respublica scelerata,

Psal. 57.
num. 8.

SI vero Reip. moderatores tot, tantisque malis velint occurrere, Dauidem regem in hoc gubernandi munere imitentur, qui præclare illo fungens, dicebat. *Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam, qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum.* In matutino interficiebam omnes peccatores terra, ut disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem. Ac primum quidem expellebat iniquos, & iniustos iudices, ac consiliarios à foro, & tribunali suo, illisque negotia forensia interdicebat, sciens nulli futurum esse bonum, qui sibi nequam est. Deinde vero diligentissimè improbos quærebat, ut eos supplicijs afficeret, ut disperderet de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem. Qua sane diligentia felicitatem, ac pacem Reip. comparauit. At potiori iure Christianæ Reip. gubernatores idem curare debent, ut felici etiam tranquillitate fruamur, bonaque, cœlestia tam gratiæ quam gloriæ comparemus.

Psal. 100.
5.*Primus*

CONCIO QUARTA.

Primus discursus ostendit res aduersas saepe euenire homini non propter eius peccata sed ut maius ei bonum, Deoque gloria proueniat.

(.?)

Thema.

Neq. hic peccauit, nec parentes eius.
Ioann. 9.

NON in uniuersum verum habet, ut homines propter eorum suorum uel parentum flagitia laboribus vexentur, saepe enim ob excellentius iustorum meritum affliguntur. Quod cum Iob familiares non aduerterent, eius sceleribus adscribebant calamitates omnes, quibus sanctissimus Iob premebatur. Unde quidam illorum sic Iob alloquitur. *Recordare obsecro, quis unquam innocens perijt, aut quando recti deleti sunt.* In quem locum sic scribit Dominus. *Gregor. si nullus innocens periret, propheta non diceret. Iustus perit, & nemo est, qui recogitet.* Si rectos Deus prouidendo non raperet, nequaquam de iusto sapientia dixisset. *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum illius.* Si iustos animaduersione nulla percuteret, Petrus minime praenuntiaret, dicens, *Tempus est, ut iudicium incipiat de domo Dei.*

QUAPROPTER quotidie audimus, & videmus plures, qui licet virtutis sint studiosissimi, multa eis accidunt aduersa. Et quidem Iob ita sanctitate florebat, ut nullus ea aetate sanctior in toto orbe terrarum inueniretur, Deo id attestante, cum Satanæ dicit. *Nunquid consideraſti seruum meum Iob, quod non sit ei similis in terra. homo simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens a malo.* Et tamen cum in offerendis Deo sacrificijs totus esset, summa ei calamitas obuinit, qua fortunas, domus greges, liberos simulque, ualitudinem amisit.

To-

TOBIAS item, cuius eximia sanctitas, virtutesque, singulares in primo suae historiae capite ita late referuntur, ut longum mihi esset eas omnes recensere, ille inquam plurimis fuit laboribus affectus, & tandem oculorum lumine orbus. Ne quis autem existimaret hac illum aegritudine affligi propter aliquod ipsius crimen, celsus nuntius demissus est, qui illum ita alloqueretur: *Quia acceptus eras Deo necesse fuit, ut tentatio probaret te.* Id est, quia gratus eras Deo, illique studiose deditus, tantum abest, ut suorum scelerum causa acerbum quid pateretur. Neque, uero hi duo solum tot sunt aërumnas perpessi, sed alij quam plures sanctissimi uiri, Dauid nimirum, uir secundum cor Dei, Ioseph Patriarcha, alijque, ueteris testamenti patres, plurimi etiam christi martyres acerbissimis sunt cruciati doloribus. Virgines quoque castissimae, & fortissimae nostrae religionis assertores maximos cruciatus, ac labores toto uitae tempore, nullis obiectis flagitijs obierunt.

Itaque non omnino sapienter inquirunt hoc loco discipuli, *Quis peccauit hic, an parentes eius.* Adhuc tamen persistere uidentur illorum ratio dubitandi: Si enim nullam culpam caecus susceperat ea poena dignam, cur illa afficitur? Christus Dominus respondit: *ut manifestentur opera Dei in illo.* Duplici de causa solet Deus opt. Max. infortunijs, angoribusque, homines afficere, quanuis nullam illi peccata commiserint, tum quia ita Dei gloriae conuenit, tum etiam quia hominis bono, & beatitudini expediens est. Quae duo examinanda mihi sunt in praesenti.

PRIMUM igitur ex his rebus aduersis non exiguus honos redundat aliquando in supremum Deum, ut constat in expugnatione Bethuliae, cuius ciues adeo premebantur fame & siti, ut iam iam hostibus se tradere decerneret, sed in eas angustias adducti sunt, ut maior Deo gloria tribueretur. Qui egregio illo Iudith facinore quo victoria ab hostibus reportata est, gloriosius suum nomen reddidit, sequens ipsum uerum, & praepotentem Deum esse toto orbe terrarum ostendit, quippe qui imbecilli quodam instrumento, uictoriam superatis hostibus obtinuit! Eadem etiam de causa uoluit Israelitas angustijs undique premi, & cum eorum salus maximè desperata uidebatur, diuinitus aquas diuisit, facilemque illis aditum aperuit, quo ipse Deus notitiam ac timorem sui omnium animis iniecit.

Eodem

Tob. 12.
num. 13.

Iudith. 7

Iudith. 16

Exod. 14.
nu 18.

Iob. 4. n. 7
Gregor.
5. moral.
c. 15.
Es. 57.
84. 4.

Iob. 1. n.
81

EODEM diuinum consilium spectauit, cum tres illos sanctissimos pueros in fornacem Babylonis immitti voluit, non eo certe animo, vt ibi comburerentur pueri, sed vt ipse Deus incolumes illos seruans, illustrior, laudabiliorq; redderetur. Quod ex animi sententia contigit. Cum enim rex intueretur pueros solutos, & ambulantes in medio ignis, magnaquē vultus hilaritate collaudantes dominum. *Obstupuit, vt sacræ litterę testantur, & surrexit propeere &c.*

Daniel. 3.
num. 91.

& erumpēs Nabuchodonosor, ait, benedictus Deus eorum, sidrach videlicet Misach, & Abdenago, qui misit Angelum suum, & eruit seruos suos, qui crediderant in eum. Deinde vero edictum fecit rex in regno suo, iubens, vt omnis populus, tribus, & lingua quacūq; locuta fuerit blasphemiam contra Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, desperet, & domus eius vastetur, neq; enim est alius Deus, qui possit ita saluare. Præterea nō satis id esse ducēs, statim totius orbis regnis huiusmodi verba scripsit. Nabuchodonosor Rex omnibus populis, gentibus, & linguis, qui habitant in vniuersa terra: Pax vobis multiplicetur, signa & mirabilia fecit apud me Deus excelsus. Placuit ergo mihi predicare signa eius, quia magna sunt, & mirabilia, quia fortia, & regnum eius regnum sempiternum, & potestas eius in generatione & generationem. Ita igitur trium pueroꝝ tribulatio reddidit Deum toto terrarum orbe celebrem, & illustrem.

SIMILITER legimus in sacra euangelij historia aliquos, Deo ita disponente, grauiter affligi, vt ex hoc maior Deo gloria, & dignitatis accessio fieret, vt clare humani generis seruator ostēdit, cum nuncium de Lazari morbo audiens, dixit. *Infirmus hęc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, et glorificetur filius Dei per eam.*

Ioann. 11.
num. 4.

Non est ad mortem, sed ad miraculum, quo facto, crederent homines in Christum. Eodem igitur modo loquitur Christus Dominus de morbo, quo cecus uolter a natiuitate laborabat. *Ne, ut hic peccauit, inquit, nec parentes eius, sed vt manifestentur opera Dei in illo.*

DEINDE vero res aduersas Deus optimus hominibus euenire patitur, vt afflicti hominis virtus, ac dignitas clarior, gloriosiorq; fiat. Quod in D. Paulo factum esse legimus, cum mitylene vipera manum eius inuasit. *Vt enim viderunt barbari pendente bestiam de manu eius, ad nauem dcebant sacra historia ita referente. Vtique homicida est homo hic qui cum euaserit de mari, vltio non sinit eum viuere, & ille excutens bestiam in ignem, nihil mali passus est. At videntibus il-*

Actor. 28.
num. 4.

lis nihil mali in eo fieri, cōuertentes se dicebant eum esse Deum. Animaduerte quantopere. D. Pauli decus, & honos amplificatus sit, ex eo quod vipera eius manum inuasit. Nequē id eo factum est animo à Deo, vt Paulus Deus haberetur, sed vt tanto miraculo maxime fieret ab omnibus. Eadem etiam ratione vult immortalis Deus iustos tribulationibus tanquam viperis pungi, vt considerantes ceteri eorum in laboribus perferendis tolerantiam, plurimi illos faciant, illisque inuicta animi patientia multum decoris, ac dignitatis afferat.

Chryf. ho.
1. ad pop.

IDEM præclaro Iob exemplo Diuus Chrysostomus confirmat dicens. Quando Iob omnibus suis diuitijs circumfusus erat, quis esset, non multis manifestum erat, quando vero ipse velut veste excitus athleta abiicit, & ad pietatis certamina nudus intrauit, sic expoliatus spectatores omnes perculit, vt & ipse Angelorum Dominus super animi eius tolerantiam vehementer acclamaret, & victori illi applauderet, Hęc ille. Ita licet priusquam ærumnis, & laboribus premeretur Iob non parui æstimabatur ob prudentiam, misericordiam, aliaquē, quibus ornatus erat, virtutes. Nihil tamen eius nomen ita clarum, & gloriosum effecit, ac in laboribus subeundis tolerantia. Quapropter nō quidem prudentis, aut misericordis, sed patientis nomen patientissimus Iob obtinuit.

EODEM etiam animo Deus sæpe afficit iustos calamitatibus, ijs namquē illustriores redduntur, & pluri omnium existimatio ne habentur. In fordibus enim, squaloreq; miseriarū iacentes, splendentes eorum virtutes magis, ac magis elucescunt. Non omnino cognoscitur strenuus gubernator nauis, cum secūdis ventis, plenis velis, cœlo sereno, prosperaque nauigandi fœlicitate utitur, sed cum nauis fluctibus sæpe iactatur, aduersisq; ventis perdifficile remis propellitur, tardēq; & incommodē remulco trahitur, tunc illius opera, & industria apparere solet. Neq; miles fortiter ac viriliter se gerit, cum in otio se se iactans suas vires inaniter ostentat: Sed cum hostes prælio vincit, superatisquē difficultatibus, hostiū copias profligat, tunc eius robur, elucet, ac fortitudo, sic etiam in tribulationum pugna, aduersarūquē rerum tempestate ostenditur Christiani animi magnitudo, prudentia, tolerantia, humilitas, mansuetudo, fortitudo, aliaque animi virtutes, quæ in otio, & tranquillitate minime splendebant, quæ hominem clariorem reddunt, eiusquē dignitatem, & gloriam magnoperē amplificat.

Simile.

Oooo

VN

Prov. 17.
num. 3.

VNDE sapiens. *sicut igne, inquit, probatur argentum & aurum camina ita corda probat Dominus. Vbi Diuus Hieronymus ait argentum, vel aurum si reprobum est, igne consumitur, si vero probatum, igne declaratur. Idem ego dicam homini contingere, cum in tribulatione versatur, si enim improba indolis sit, sceleribusque astrictus, ibi sicut scoria consumitur, furore, & iniquo animo illam ferens, iustus vero, & spectatae probitatis vir, sicut preclarum quoddam aurum ibidem conseruatur, & illustrior, ac splendidior efficitur. Multo tamen clarius fulgebit in beatitudine, quando suae patientiae corona ornatus, caelestis gloriae splendore, immortalique claritate decoretur.*

Secundus Discursus ostendit Christiana religionis professores, vel ex eo solum quod Christiani sint, vinculo sanctitatis & perfectionis obstringi.
(.?.)

Them. *Me oportet operari opera eius, qui misit me.*
Ioan. 9.

1 ad Cor.
num. 17.

VNICUIQUE rei conuenit operari secundam eam naturam, quae praedita est, itaque Deum diuina quaedam opera decent: Angelum Angelica, hominem humana, animali etiam rationis experti, brutae operationes expediunt. Essentia vnus cuiusque rei respicit operationem, inquit Philosophus, esse congruentem, & operatio in omnibus creaturis est perfectiua ipsius esse. Similiter etiam in humanae naturae ordine multiplices sunt occupationes, variaque negotia peraguntur. Regi namque regia sunt opera exercenda, Pontifici summo Pontificia, seculari secularia, religioso religiosa, christianus denique, ut verus Christi fidei assertor operari debet. Quod quidem Apostolus edocuit, dicens. *Vnicuique, sicut dimisit Deus, nunquamque, sicut vocauit*

nit Deus, ita ambulet. Et hac ratione Dominus sic loquitur de se ipso in presenti: *Me oportet operari opera eius, qui misit me.* Me, inquit, quippe qui filius eius sum, & filium oportet patrem imitari, & sic opera eius facere. Hoc semper seruatori nostro ante oculos obuerfabatur, in hac re praecipue nauauit operam, postpositis quibuscumque alijs. Quapropter cum in templo remansit, cuiusque mater sanctissima percontata est ab illo. *Fili, cur fecisti nobis sic? Ecce pater tuus, & ego dolentes quarebamus te. Nesciebatis,* respondit, *quia in his, quae* Luc. 2. nu
49.
pateris mei sunt oportet me esse. Hoc tamen loco ea vocat opera patris sui, quae sibi erant a patre iniuncta, illique placebant, opera denique, quae filium talis, ac tanti patris decebant.

HINC sciemus, quae sint a nobis opera exercenda, qui Dei filij nuncupari volumus, caelestia enim esse debent, & tanto nomine digna ipsique summo Deo grata atque iucunda.

QVO circa D. Paulus fidei cultores hortatur in hunc modum. *Estate ergo imitatores Dei, sicut filij charissimi. Fornicatio autem & omnis immunditia, & auaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos.* Ecce Ad Ephes.
5. num. 1.
quo pacto ex eo quod filij Dei sumus, colligit Apostolus, quam pura, ac munda futura sint nostra opera, debent enim esse sancta, & Christiano homine digna, siquidem sanctitatem Christi, religionem profitemur.

CVM Tobias propinqui, ac familiares irridentes, & contemneres eum, dicebant: *Vbi est spes tua, pro qua eleemosynas, & sepulturas faciebas?* Tobias increpabat illos inquit. *Nolite ita loqui, quoniam filij sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus est ijs, qui fidem suam nunquam mutant ab eo.* Efficaces profecto rationes proposuit Tobias ad religionem, pietatemque colendam. Primo quia magna nos tenet spes beatitudinis assequendae, opere precium enim est, ut ij, quos tam magna praemia expectant, studiosam vitam degant, tantoque premio quoad fieri possit dignissimam. Deinde quoniam filij, inquit, sanctorum sumus. Ac si alicui ex regia familia, clarive parentibus nato diceretur: *AEmulare tui generis claritatem, & antiquitatem, vitamque institue tanquam is, qui nobili loco, honestaque familia procreatus est, sic loquitur Tobias, si filij sanctorum sumus, & nos etiam sancti esse debemus.* Similiter & Christus Dominus: *Me oportet operari opera eius, qui misit me.* Idemque, nobis dicendum ac faciendum erat. *Me oportet operari opera Dei opera diuina, & christiana, quia christianus sum, & in Christi familia, & fide natus ac institutus.*

Ad Epheſ.
4. n. 1.

HOC non humanis, sed diuinis precibus petebat Apostolus ab ijs, qui orthodoxam Christi fidem susceperant, *Obsecro*, inquit, *Vos ego vinctus in Domino, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati estis.* Explicans vero, qua in re confisteret, digne ambulare, subdit. *Cum omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia supportantes iniuriam in charitate.* Quam adhortationem his verbis Paulus absolvit.

Vnus Deus, & pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Ac si diceret. Vitam ducite sicut Dei filij Christi quæ religionis professores cum omni humilitate, & mansuetudine, & quæ digna sit vocatione, qua ad veram fidem, Christianamque religionem vocati estis. Si enim (vt inquit, diuus Thomas) si quis vocatus esset ad nobile regnum, indignum esset facere opera rusti cana multo indignius est, vt vocatus ad Christi fidem, Dæmonis opera æmuletur.

D. Thom.
super euan-
gelium loquens.I. Ioan.
2. n. 6.

HVIC consonat aptissimum illud D. Ioannis testimonium. *Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.* Quod si tu Christianus diceris, quod idem est, ac Christi membrum, tuum caput, quod Christus est, imitare. Oculus enim, manus ve leonis, operationes leonis exercent, ouis verò oculus, siue manus, ouis quidem operibus gaudent. cum autem, Christus Dominus humilitatem, patientiam, charitatemque coluerit, eis te operibus trade, & tanquam verum eius membrum, sicut ille ambulauit, & ipse etiam ambulare debes, vt diuus Ioannes admo-
nuit.

De vita
christiana
In Ioan.
13. vos
amici mei
estis, si se-
ceritis,
&c.

SED reuertamur obsecro ad Christianorum vitam, & paucissimos reperiemus, qui Christiani nomine debite fungantur, cum multi sint qui ethnicorū potius, quā Christianorum mores imitentur, superbiam nimirum studentes, auaritiæ, vltioni, iræ, ebrietati, atque libidini: quos equidem miror, qui se ipsos Christi fidei assertores, veraque Christi membra appellare non dubitent. Quæ ratione libidinosus oculus impuraque manus, purissimi Christi corporis manus, aut oculus dicitur? aut quo pacto audebit Christi se uis, nedum Dei filius vocari, qui mundo tam diligeret inseruit? optime D. Aug. inquit ille nō Christi famulus, sed subsannator, & irrisor est, qui eius se seruum dicit, cui seruire dissimulat. Præclare etiam D. Chryl. si quis, inquit, te de potentibus mundi aut hæredem vellet conscribere, aut amicum sibi coniungere, aut in filium voluisset forsitan adoptare, nonne admiratus, ac stupens totum
illi.

illi diceres obsequium? nonne curares ne in aliquo ille offensus, aut voluntatem reflecteret, aut dispositionem mutaret? Nunc vt re hæredem te Deus, amicū Christus constituit, & per eundem genitoris factus es filius. Si hæres es, testatoris legata cōserua, si amicus amicitiaæ fœdera intiolata ostenta, si filius es, lineamētā patris demonstra: vt enim hæres testamento, amicus officio, amore filius cōprobatur, ita Christianus esse qui dicitur, potuerit, si quod profitetur, impleuerit ita Christus.

TE igitur Christianæ religionis assertor te inquam oportet operari opera eius, qui misit te, vt tanti patris filius esse, iure quæ nominari possis. Hoc sibi voluit hoc loco Christus Dominus, dū ait. *Me oportet operari opera eius, qui misit me.* Quod iuxta Euthimij sententiam idē est, ac si diceret, me oportet operari opera, quæ me patris cœlestis filium esse ostendant. *Si filij Abrahæ estis, dicebat Seruator noster iudæis, opera Abrahæ facite.* Idem ego Christiane propono tibi. Si filius Dei es, opera filii Dei facito. Si enim Dæmonis operationes exequaris, non nisi filius dæmonis appellaberis. Malitiose quidem machinabantur iudæi Christo Domino mortem, quibus obiectum est. *Vos ex parte diaboli estis, & desideria patris vestri vultis facere, ille homicida erat ab initio.* Quo argumento conuicti illi sunt de sua malitia eosque cœlestis magister coarguit esse Dæmonis filios, cuius ipsi mores expresserant.

Ioan 8.
num. 39.Ioan 8 n.
44.

FINGET fortasse quispiam fati sibi esse ad salutem, & beatitudinem suam, sacro baptisinate initiari, veramque Christi religionem colere, sed errat sane opus enim illi est, vt Christi etiam vitam, moresque imitetur. Hoc in errore versabantur olim Israelitæ, videbatur enim illis fati esse ad sanctitatem comparandam angustissimo Dei templo uti. Sed hunc illis errorem eripit propheta. *Nolite, inquit, considerare in verbis mendaciy, dicentes templum Domini, templum Domini est.* Mendacia dicuntur hæc verba eo quod mentiebantur, ac planè errabant ij, qui dicebant sanctimoniam templi ad suam sanctitatem, & iustitiam sufficere. Atqui neque vobis fati erit sacro fonte, cœlestique lauacro perfundi, & Christi deinde fidem asserere, nisi Christiani etiam opera exequamini. Vnde optime antiquus, ac religiosus ille pater Saluianus. *Quamuis legem, inquit sanctissimam habeamus, si tamen ea, quæ barbari facimus, Oooo 3. barba-*

Ierem. 7.
num. 4.Contra
gentes.

barbaris etiam deteriores sumus, quod enim lex bona sit, nostrum non est, muneris Christi est, quare nihil in hac re nos Christi lex adiuvat, quin potius accusat, quod sub tali lege positi contra legem omnia faciamus. Quibus Saluiani verbis recte consonat D. Chrysof. dicens. Quibus indicijs te fidelem potero nominare? an quia sacra fontis aquas ingressus es? At hoc ipsum, quod tibi collatum fuerat in honorem, maioris tibi factum est causa supplicij, honoris enim magnitudo ijs, qui non digne viuunt honore, cumulus incipit esse poenarum. Fidelem ergo non ab ijs tantum, quæ ipse accepit a Deo, sed ab ijs, quæ obtulerit ipse Deo, conuenit existimare, & vndiq, esse notum, ac manifestum, & ab incessu, & ab aspectu, & à veste, & à voce. Nunc vero vndecunquè voluero te cognoscere, inuenio te a contrarijs accusari, si te ex loco scire curauero, in foro te deprehendo, vanissime tota die vacantem, si te à veste considerem, nihil te à scenico distare cognoscam, quod si à comitibus à sermone, à cibo, maior hinc accusationis materia nascitur. Vnde igitur, responde mihi, te fidelem esse cognoscere potero? Et quid dico, vtrum fidelis sis? nec si homo vere sis potero euidenter cognoscere. Quando enim vt taurus superbis, quando in epulis visorum imitator voratum, & pinguedine corpus brutorum more distendit, cum malitia camelum, lupum imitatoris rapina, cum irasceris vt serpens, & atrocitate scorpionum percutias, cum subdolè insidieris vt coluber, cum veneno malignitatis ameris, vt vipera, cum deniq, quasi diabolus ipse aduersus fratres crudelia bella suscipias, qua ratione in hominum te possum numero collocare? o rem plenam doloris, & lachrymarum! Fidelis & cathecum. eni distinctionem recipere volebam, sed nec inter hominem, & feras, quod sit discrimen inuenio. Quid igitur te appellare debeo? feram? Sed illæ vno aliquando horum vitio tenentur, tu vero simul in te omnia colligendo longe ferarum irrationale, stultumquè transgredieris. An Diabolum te potius appellem? Sed ille nec pecunias concupiscit, nec ventri obsequitur. Cum igitur plura in te vitia sint, quam in feris, & Dæmonibus, responde quæso, vnde te possim hominem nuncupare? Si vero hominem nequeo, quomodo Christianum, & fidelem appellabo? Verum hoc est multo deterius quod nec istam animi nostri deformitatem, atquè sceditatem

intelli

Homilia. 4
operis imp
fecti.

intelligimus, & cum apud tonsorem, speculo sumpto, diligenter formam, ac cæsariem cernentes componamus, & ipsum artificem consulamus, an incomptius alicubi properantis manus operatæ sint, animam nostram, quæ non solum deformis, sed idem ferarum omnium conformis, & quæ scylla aliqua, vel chimera, (vt fabulæ celebrant) effecta sit, non cernimus, non curamus. Hactenus, & elegantissime Diuus Chrysof.

H I N C fit, quantæ sanctitatis, & perfectionis vinculo deuincti simus, ex eo quod Christi fidem, veramquè religionem colimus. Et quanti supplicij causa obijcietur nobis in supremo illo iudicio, quantoquè iure conuincemur de culpa, si sacris, quibus vtimur, & lege sanctissima, quam profite-mur, abusi simus. Eo enim spectant feruatoris nostri voces *Va tibi Corozaim, va tibi Bethsaida, quoniam si in Tyro, & Sidone factæ fuissent, virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere poenitentiam egissent. Veruntamen dico vobis, tyro, & sidoni remissus erit in die iudicij, quam vobis &c.* Eadem Christi Domini Christianis verba propono Nisi enim augustissimam Christi fidem, ac legem coluerint, atquè seruauerint, acerbiores quidem poenas dabunt, quam ijs, qui in errorum tenebris iacentes, nunquam veritatis lumen aspexerunt. His tamen si pie, ac religiose vtimur maior nobis gratiæ, cælestisquè gloriæ accessio in beatitudine fiet.

Matt II.
num. 21.

Primus

CONCIO QVINTA.

Primus Discursus, ostendit. Quantum oportet hominem, dum vitam hanc vivit, honestis operibus se tradere.
(.?.)

Thema. *Me oportet operari opera eius, qui misit me donec dies est, venit nox, quando nemo potest operari.*
Ioan. 9,

simile.

psal. 103.
num. 20.

HAEC quidem verba dignissima sunt consideratione, quippe quae ad nos valde pertinent. Utitur vero humani generis magister fati apta metaphora: Dies enim ad operam, & laborem institutus est, nox autem, ut à labore cessemus, & animi curas in otio ac tranquillitate remittamus, ipsa quoque feræ venationem quaerant. *Posuisti tenebras,* (inquit regius vates) *& facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiae sylvae, catuli leonum rugientes, ut rapiant, & quarant à Deo escam sibi. Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur, exhibit homo ad opus suum, & ad operationem suam usque ad vesperam.* Idem, quod in noctium dierumque vicissitudine ab homine agitur, in eius etiam vita, atque interitu accidit. Vita enim concessa est illi a Deo, ut in rebus honestis operam ponat, qua aeternam tranquillitatem acquirat, mors vero ut conquiescat, suorumque laborum fructibus quieto animo fruatur, in hac vero nocte egrediuntur inferorum bestiae speluncis suis ad capiendas, & deuorandas animas, quibus resistendum nobis fortiter est, & dum vita durat, acriter laborandum, ea enim si praetereat, nullum nobis tempus ad promerendum relinquitur.

QVAM

QVAM obrem homines vitam, cum ea, quam mercenarius agit, comparavit Iob dicens. *Militia est vita hominis super terram, & sicut dies mercenarii dies eius, sicut mercenarius praestolatur finem operis sui, sic & ego habui menses vacuos &c.* Pugnat enim homo sicut miles & laborat tanquam mercenarius, qui ab ortu ad occasum solis potest operari, mercedemque acquirere, post diem vero, id est post hoc vitae curriculum, nihil praemij comparari potest, sed à labore cessandum est, meritaque mercede fruendum. Hoc est quod à D. Ioanne accepimus. *Audiui, inquit, vocem de caelo dicentem mihi: scribe, beati mortui, qui in Domino moriuntur, à modo enim iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis, opera enim illorum sequuntur illos.*

HAC de causa illam vineae parabolam Christus Dominus proposuit, in qua mercenarios appellat eos, qui potituri sunt caelestis beatitudine. In qua etiam scriptum est. *Cum autem sero factum esset dicit Dominus vineae procuratori suo, voca operarios, & redde illis mercedem laborarunt quidem interdum, die autem elapso laboris mercedem susceperunt, quae aeternis seculis aletur. Quo circa regius ille vates cecinit. Beati omnes, qui timent Dominum, qui ambulant in vijs eius, labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Saepe alienis laboribus ditiores fiunt homines in hac vita, & parentum opera, ac fatigatione, filij sine aliquo labore, aut lassitudine fruuntur. In altera vero nullus alienis meritis sed tantum proprijs locupletabitur, ideo dixit propheta. *Labores manuum tuarum non dixit manuum aliarum, sed tuarum.**

EODEM loquendi modo utitur spiritus sanctus, cum admonet: *Ante obitum tuum operare iustitiam, quoniam non est apud inferos, (id est in sepultura) inuenire cibum.* Ac si diceret, dum frueris huius vitae vsura, multum opera, studijque, confer in acquirendis opibus, quibus post hanc vitam, & vivere, & alii possis, alioquin conficeris fame. Cui consona est ecclesiastes sententia. *Quodcumque, inquit, facere potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas.* Id est in alia vita, sic enim interpretatur D. Hier. locum hunc, quem idem significare ait, ac is, quem praemanibus habemus, operamini scilicet, dum dies est. *Venit nox, quando nemo poterit operari.* Itaque, instanter operare. Nullum praeterat instans otiosum, in quocumque, enim possumus gradum saltem gloriae promereri, qui multo maiori precio, ac estimatione dignus est, quam omnes copiae, ac facultates, quas magnus ille Alexander toto vitae tempore comparavit.

PPPP

HINC

HINC eorum amentiam perspiciemus, qui non modo instantia sed horas etiam, ac dies, nec non & menses, pluresque annos conerunt, nullum animis commodum acquirentes, sed terrenis lucris occupati, quod reliquum est temporis totum illud in somno, epulis, ludis, venationibus, variisque musicorum generibus consumunt. Et tunc illi dicunt, se tempus traducere. O inanes hominum occupationes! O tempus frustra consumptum! quod quidem tanta preterit celeritate, ut curandum nobis esset illud manibus, totisque viribus, si aliqua ratione posset, remorari. Illo enim preterito, nihil negotiari possumus, in easque adducemur angustias, ut nec fructum quidem panis acquirere; comparare ve possimus. Quod recte a Salomone dictum est. *Propter frigus, inquit, piger arare noluit, mendicabit ergo estate, & non dabitur ei.* Vbi D. Hieron. sic ait. Qui nunc propter desidiam in Dei seruitio laborare neglexit, venturo die regni mendicabit, & non dabitur ei, quia, *quacunque seminauerit homo, hac & metet.* Fingite animo segnem quandam agricolam, qui hyberno tempore, quo sulcum imprimendum est, & sementem terram mandandum, cum mane reliqui coloni ad excolendos agros, terramque aratro subigendam proficiscuntur, ipse frigoris vim pertimescens, domi manet, & in alterum diem agrorum cultionem differt: illo vero lucefcente, cum videt pruinam, & omnia gelu obrigescere, cubitum redit, & de die in diem laborem reicit: appropinquate autem vere, quaesito illi opus est, & merito nullum inueniet, qui triticum ei commodet, aut panem, quo vescatur, distribuatur; & hac ratione fame pene confectus, ac perditus iaceat. Idem igitur eueniet homini in spiritali satione. Hodie enim occupatione aliqua distentus, dicit, se seminare non posse, neque ad sacram confessionem accedere: quam in crastinum differt, cras vero in alterum producit diem, quo quidem albescente, in alterum tempus reicit, & nunc in illo festo, nunc vero in ventura quadragesima se crimina expiaturum esse promittit, quae cum per confessionem non eluat, aduentante morte, se fructibus omnino vacuum videt. Hic ergo mendicabit, ut Salomon ait, in aetate, in altera nempe vita, & non dabitur ei neque aliquem, qui quidquam illi commodet, reperiet.

CVIVS rei exemplum nobis est diues ille auarus, qui cum tempus in delicijs contriuisset, neque aliquod bonum sementem sparsisset in hac vita, nec guttulam aquae ad refrigerandam sitim in altera commoda para-

Prov. 20.
nume 4.
Hiero. ibi.

Simile.

parare potuit, quanuis eam summis precibus ab Abrahamo deposceret. Idem contigit quinque illis virginibus insipientibus, quae cum oleum opportunè non quaesissent, illud postea a sapientibus petierunt, quod tamen non est illis concessum, neque a quo illud emerent, inuenerunt: Cuius pigritiae, ac negligentiae meritas dederunt poenas cum ad caelum ingressus interdictus illis fuerit.

Luc. 16.
num. 23.

Matth. 25
num. 1.

CVM manna illud suauissimum caelitus demissum est, ita Moyses alloquitur Israelitas. *Sex diebus colligite, in die autem septimo sabbatum est Domini. Idcirco non inuenietur, venitque septima dies, & egressi de populo, non inuenerunt.* Itaque qui sex illis diebus non colligebat manna, & in septimum diem sibi illud referuabat, cogebatur eo die a cibo omnino abstinere. Idem sane hominibus eueniet, qui quidem, nisi hoc breui vitae curriculo, quod ad fructus meriti comparandos nobis conceditur, nisi inquam hoc sex dierum spatio quaerimus cibum, quo in aeterna vita aliamur, in summa tunc egestate erimus, neque quicquam illius caelestis manna, quo animi reficiantur, vlla vnquam ratione comparabimus. Hanc caelestem doctrinam praclare Iob ille didicerat, cum immortalis Deo dicebat. *Memento quia ventus est vita mea, & non reuertetur oculus meus, ut videat bona, neque aspiciet me visus hominis. Quid sibi vult. Nec reuertetur oculus meus.* Ad videnda bona inquit. D. Greg. extincti oculi non reuertitur, quia ad exhibenda recta opera exuta carne anima non recurrit. Quid vero significet Iob, cum addit: *Neque aspiciet me visus hominis.* Ab eodem Gregorio accepimus, qui ait visus hominis est misericordia Redemptoris, quae insensibilitatis nostrae duritiam cum respicit, emollit. Vnde teste quandoque euangelio dicitur. *Respexit Dominus Petrum, & recordatus est Petrus verbi quod dixerat Iesus, & egressus foras fleuit amare.* exuta vero carne animam iam visus hominis non respicit, quia post mortem non liberat quem ante mortem gratia ad veniam non reformat. Hinc psalmista ait. *Quoniam in seculum misericordia eius.* Quia nimirum quae nequaquam modo misericordia eripit, sola post praesens saeculum iustitia addicit. Hinc Salomon ait. *Quia lignum in quocunque loco ceciderit, siue ad austrum, siue ad aquilonem, ibi erit.* Quia cum humani casus tempore, siue sanctus, siue malignus spiritus egredientem animam claustra carnis acceperit: in aeternum secum, sine vlla permutatione retinebit, ut neque exaltata ad supplicium proruat, nec merita aeternis supplicijs, vltra ad remedium ereptionis ascendat. Haec enim D. Greg.

Exod. 16.
num. 26.
Enigura

Iob. 7. n. 8

8. moral.
num. 13.

Ibidem

Luc. 22.

Psal. 117.

Eccles. 11

simile.

CVM Alexander ille magnus Macedonum rex urbem aliquā obsidebat, facem iubebat accendi, præconioq; declarare, ut quicūque ex his, qui obsessi tenebantur, vellent se ipsos tradere, Regisq; potestati subijcere, dum funale accēsum permanebat, salui, incolu mesq; seruarentur, secus vero hi, qui post extinctam, & consumptam facem se dedidissent. Obsidione quidem premit Deus flagitiosos, hæc enim quadragesima armorum, belliq; tempus est, cuius prima die diuinum illum præconem (Ioelē nimirum) tuba canentem audiimus. Nunc ergo præpotens Deus tanquam fortissimus quidam bellator circumstat, obsessione q; occupat peccatores, imperatq; sub pena capitis ut illi cedant, deditiōemq; faciant, quod si id ipsi non fecerint, dum vitæ lucerna succensa manet. sine vlla dubitatione priuabuntur vita, sempiternisq; pœnis addicentur.

Exod: 14.
num. 38.

OPTIMO consilio cepto olim rex Aegypti in annis fertilissimis multam tritici copiam intra horrea recondit, qua in annis sequentibus sterilitatis eximiæ, frui potiriq; potuit, at qui simili prouidentia non sibi annonam præpararunt, in miseram famem ac sterilitatem deuenerunt. Quam prudens rex, quā imprudentes reliqui fuerunt! Sed prudenter quidem ille, qui videns modo magnam diuinarum misericordiarum copiam, prouidet sibi, pro æternitate sequēti, in qua tanta sterilitas est, ut nec granum frumenti inueniendi sit locus: quanta vero imprudentia miseri mundani nūc misericordias domini, lachrymas, pœnitentiamque contemnunt, quarum rerum in alia vita sterilitas summa est: nullus enim ibi pœnitentiæ locus datur. O fratres expergiscimini quæso, colligite frumenti copiam, ecce nunc tempus acceptabile ecce nunc dies salutis, nolite illud æternæ sterilitatis tempus expectare. sed &c.

Galat. 6.
num. 10.

EX quo consecutionem diui Pauli optime infero. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, &c. Bonum facientes non deficiamus. tempore enim solummodo, quasi diceret tempus promerendi acquirendiq; diuitias cœlestes simul cum vita terminatur, dum igitur huius vitæ vsura fruimur, honesta, rectaque opera exequamur. Ecce nunc tempus acceptabile ecce nunc dies salutis, nunc enim vel vna tantam lachrymula pro peccatorum sordibus eluendis emissa, & Deo erit grata, & vobis etiam maxime proficiat: post hanc vero vitam etiam lachrymarum fluij copiose profusi nihil omnino proderunt. Dum vitam hanc agis, as, vel dipondius, quem pauperi distribuas præmio, & mercede

mercede non caret, in altera tamen, quanuis cressi Gazas atque thesauros dilargiaris, nihili a Deo opt. Max. ducentur, salutationem Angelicam si pie, ac religiose recites in hac vita, plura bona impetrabis à Deo, in altera vero & si diū noctuq; preces effundas nullomodo exaudieris. Nunc deniq; si dolore animi scinēl peccauis, dixeris, scelera, quæcunq; commiseris, remittentur, post mortem autem licet doleas & ingenti corporis cruciatu, ac castigatione acerbissimas pro sceleribus pœnas suscipias, in his quæ sub eundis illos Aegypti Anachoretas lōge, lateq; superes peccatorū veniam consequi nulla ratione poteris, venit, ergo nox quando nemo potest operari.

SED dicet aliquis, se non post extinctam vitæ lucernam sui animi expiationem differre, neq; expectare ut dies omnino prætereat, quo se ad Deum conuertatur, & ad meliorem vitæ frugem recipiat, id tamen in aliud tempus, quod morti proximum sit, reijcere. Sed quam sit hoc ineptum & ab omni ratione alienum, quis non videat? summæ enim dementiæ est, tanti ponderis negotium in tempus morti, ac caligini maximè coniunctum, plurimumq; difficultatum plenum, reseruare, quando difficile valde est, nos a pluri bus alijs negotijs expedire.

HOC videtur olim significasse Deus, cum cygnum iterum atq; iterum reprobauit, qui licet albus pulcherq; sit, hoc tamen est illi maxime proprium ut maiorem, ac præstantiorem sui cantus suauitatem in finem vitæ reijciat. Id etiam optimus Deus præcipue respuit ac detestatur in peccatoribus, qui cum omnem fere vitā turpiter, ac flagitiose degant, mortis tempore à turpitudine vitæ ad honestatem se redituros asserunt. Quos iure optimo aspernatur Deus, ut etiam olim reiecit Cain, propterea quod despiciatissimos terræ fructus illi obtulerit, sic enim ij deterius, & magis neglectum vitæ tempus supremo Deo, suæq; animorum saluti deferunt.

NE igitur, per Deum immortalem, negotium hoc, in quo magna res nostra agitur, in eas temporis angustias protrahamus, sed curemus quam primum fieri possit, scelerum maculas confessione delere, & à dæmonis castris ad christianam militiam transfugere, ad honestamq; vitæ rationem nos ipsos referre: ita enim antequam veniat nox, quando nemo poterit operari, ad honestam viuendi rationem reuocabimur, & facilius a Deo gratiam, cœlesteq; beatitudinem consequemur, &c.

Leuit. 11.
n. 18.Deut. 14.
num. 16,
figura.Simile.
Gen. 4. n.

S.

*Secundus discursus ostendit in animorum curatione remedijs a Deo adhibitis
fidendum esse, licet ea
nobis aduersa
videantur.
(.?.)*

Thema:

*Liniuit lutum super oculos eius.
Ioan. 9.*

QUIS vnquam putaret, luto restituendum esse visum, illud enim aptius ad obcæcandum & perstringendum oculos alicui, quàm ad eos illuminandos esse videbatur? sed certe in huius cæci fanitate, qui corporali oculorum lumine orbatus erat, vult Deus opt. Max. spiritali aliquorum cæcitati medicinam afferre, qui quidem remedijs à se adhibitis & nullis alijs existimant se sanitatem adepturos. Contingit sæpe, aliquè ad Deum se conuertere, ac magnopere desiderare, ab omnibus delictis, etiam leuibus expiari, ex alia vero parte, quadam animi pusillanimitate, conscientiaë stimulis pungitur, quibus non modo præterita flagitia non fugere, sed in alia denuo incidere, sibi persuadet. Optat, quis diuinarum rerum contemplationi vacare, quam si aggrediatur, inquitum se videt, crebriusq; mundanis cogitationibus eius animus agitari. Cupit alter subsidia deferre proximis, vt & illis, & suæ etiam animæ consulat, non tamen ei placet, cū inde nullum se commodum reportare censeat. Vult deniq; alius se totum Deo tradere, & flagitiosam vitam, mundumquè relinquere, at quo magis ipse Deo adhæret, & à turpi vita discedit, eo sibi videtur maioribus tentationibus affici, magis à Deo reijci, pluribusq; ac turpioribus cogitationibus exagitari. Admirantur hi, neq; nosse possunt, quo pacto clemētissimus Deus, qui bonitate maximus est in promissisq; fidelissimus, non eos consolatione aliqua permulceat, mētis iucun-

ritudine afficiat. Cur deniq; nullum eis solatium præbeat, cū ipse cunctos ad se vocans homines dixerit. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis & ego reficiam vos.* Cur non auxilia præstet, quæ desiderant & petunt ipsi.

SËD sane opus est, vt huiuscemodi homines oculos in hodiernum cæcū conijciant, qui quidem nō respicit medicinam a Christo Domino factam. Neq; ei obiecit, cur Domine luto, ac terra oculos linis meos? me ne per iocum irrides? aut vis me ipsum luto luto magis obcæcare? quis vnquam vidit, legit, vel audiuit? visum restitutum esse luto? Nihil horum dixit cæculus, sed excæcās, (vt ita loquar) suam iudicium, obediuit medico, adhibitamq; ab eo curationem libētī animo suscepit, & hac ratione sanus, & ab omni cæcitate liber euasit. In quo recte instituuntur ij, qui Christum, tanquam medicum, ac ducem sequi volunt, debent enim remedijs ab illo factis fidem habere, quauis ea humanæ rationi contraria videantur, medijs enim, quæ opposita apparent solet efficere sapientissimus Deus, vt præclaros, optatosq; fines assequamur, cuius rei quamplurima nobis exempla sacraë litteræ suppeditant.

SERPENTVM moribus Dei populus percutiebatur, vt autem ad salutem adduceretur, iuber supremus Deus serpentē æneū effici. *Fac, inquit, serpentem æneum, & pone eum pro signo, qui percussus aspexerit eum viuet.* Serpētum quidem aspectus ineptissimus videtur ad depellendos morbos, sanandaquè vulnera ab ipsis met serpentibus inflicta. Sed hoc remedio, quod huic morbo hominibus videbatur ineptum, curationem Deus attulit vulneratis.

CONQVEREBATUR euangelicus propheta, eo quod polluta essent eius labia, *Va mihi, inquit, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum.* Cum autem præpotens Deus vellet eius labia pura, ac pulchra reddere, inaudito sane remedio, usus est. *Volauit (inquit idemmet vates) ad me vnus, de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari & tetigit os meum.* Quid labijs magis oppositum, quam ignis? igne enim saucianda essent potius quam sananda labia: Sed Deus, qui supremus est omnium medicus, ipso igne quo aliorum linguæ vulnerarentur, & ad voces emittendas impedirentur: emundauit Esaiæ labia, eaq; ad eloquendum reddidit aptiora.

CVM

Exod. 15.
num. 23.

CVM Israelitę vasta illa, ac deserta solitudine iter facerent, amaras quasdam aquas inuenerunt, & murmurauit omnis populus contra Moysen, dicens, quid bibemus? Moyses uero clamauit ad Dominum, qui ostendit ei lignum, quod cum immisisset in aquas, in dulcedinem uersę sunt. Animaduertite, obsecro, qua ratione summus Deus aquas dulces fecerit: ligno etenim suauissimę aquę in amaras, infulsasquę mutarentur, sed in eo diuina sapientia uiget, quę aquas dulcissimas reddidit, eo ipso, quo corrumpendę uidebantur, quo quidem docemur, nunquam nos amissuros esse fideliã, cũ amaritudine, animiq; męrore, uel in ipsis rebus spiritualibus angimur: scit enim noster Deus męstum, & amarum animum magna iucunditate, suauitateq; perfundere.

Num. 20.
num. 11.

ET quis putaret, aquam uinumq; à Deo suppeditandum esse eo modo, quò sacrę litterę testantur? Cum filij Israel indigebant aqua, iubet sapientissimus Deus Moysen ex durissima petra aquam educere. Moyses uero percutiens uirga bis silicem, egressę sunt aquę largissimę, ita ut populus biberet, & iumenta. Et uero ex percusso silice non aquę, sed ignis erumpit, sed unde homines igne, inde Deus aquam prodire facit. Cum item idem Deus in Cana nuptijs uinum prouidere uoluit, iussit lapideas quasdam hydrias impleri aqua quę profecto illico in præstantissimũ uinũ conuersę sunt. Nos quidem uinum aqua miscemus, quod si magna aquę copia in fundatur languet uinum: at præpotens Deus ex aquarum abundantia fortissimum, ac suauissimum uinum efficit. Cum igitur, mortalis homo te duriorẽ silice, siccioremq; petra conspexeris, ne animo cadas diuina enim uoluntate fiet, ut ex ea animi duritate copiosissimi, ac dulcissimi aquarum fontes erumpant. Cum etiam tepidior sis, ac frigidior aqua, sciet maximus Deus, magno te animi ardore, atquę suauitate afficere.

HUIVS autem rei causa nulla alia est, quam diuina omnipotentia, quę cum à causis secundis non pendeat, & niue vrere & igne frigefacere pro libito potest, & ueneno uitam, antidotoq; mortẽ inferre, subest enim illi cum uoluerit posse, cum enim omnium rerum creator sit, ac conditor Deus, omnibus etiam rebus pro libito & uoluntate utitur, & ita lachrymis consolari, rebusq; aduersis lætificare potest, sic etiã in hodierna historia legimus, luto, quo obcæcari homines solent, cæcitatem esse ablatam, uisumq; ipsi cæco restitutum.

AT

AT non inficior, inquit, Deum summe sapientem, ac potentem esse: ignoro tamen, an ipse uelit in me uti sua sapientia, ac potestate, uerum quidẽ est id a te ignorari, scire tamen debes, Deum æque bonum, æque sapientem, ac potentem esse: ad eius autem bonitatem pertinet, bonum se, ac misericordem præbere ijs, qui eius famulatu dediti sunt. *Quam bonus Israel Deus, inquit uates, his qui recto sunt corde, non dixit bonus est, sed quã bonus, id est optimus æ summe bonus, neq; dixit quam bonus in se, sed ijs qui recto sunt corde; non enim tantum in se bonus, sed rectis corde, infinita etiã est eius prouidentia, ad quã attinet ijs præcipue consulere, qui uirtutem, ac sanctitatem colunt, si enim ethnico, ac flagitioso homini uictus, cultus, solatiumq; suppeditat, potiori iure ea omnia iustis, uereq; religionis sectatoribus ministrabit. *sentite igitur de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis, quærte illum, quoniam inuenitur ab sap. 12. his, qui non tentant illum, apparet autẽ ihs, qui fidem habent in illi. Præsto enim est omnibus inuocantibus, eũ in ueritate, ut consolatione illis præbeat, gratiam donet, & gloriam deniq; sempiternã reddat.**

Feria. 6. post. 4. Dominicam. quadragesima.

De Miraculosa Lazari resurrectione.

The. Lazarus mortuus est. Ioa. 11.

CLARISSIMUM Ecclesię lumen Augustinus: inter omnia inquit miracula, quę fecit Dominus noster Iesus Christus, Lazari resurrectione præcipue prædicatur, miraculum hodiernum in signe quidem fuit, & celebritate conspicuum propter speciales aliquas circumstantias quę in illius editione euenerunt, quas in sacri euangelij historia intuebimur, si cœleste lumen nobis diuinitus immitatur, quod à Deo optimo Max. Beatissimę uirginis deprecatio - ne suppliciter imploremus, recitantes Aue m.

Salutatio.
Aug.

Primus Discursus in quo ostenditur quo pacto peccatum sit mors animæ.

Them.

Lazarus mortuus est. Ioann. 11.

SCRIPSIT immortalis Deus epistolam cuidam Episcopo in hunc

Apoc. 3.

Qqqq

hunc

modum. Scio opera tua, nomen habes quod viuas & mortuus es. Si ergo mortuus est Episcopus, quare Deus magne, ad illum litteras mittis, quo pacto epistolam leget, qui omnino vita caret? In hoc clarè perspicitur non de corporis, sed de animi morte locutum esse Deum. Hæc enim merito appellari potest mors, altera vero, qua corpus perit, somnus a Christo Domino in præsentī historia nuncupatur. Lazarus, inquit, *amicus noster dormit*. Et quidem hi, qui animi vita priuantur, plures sunt, horumq; mortuorum plenus est orbis terrarum. Quamuis isti non habeantur mortui, comedunt enim, ludunt, ac lætantur, vt viui. Et quemadmodum illa Babylonis simulachra exterius aurea erant, ac splendētia, interius vero cariōsa, vermibusq; ac foraminibus plena, sic flagitiosi, & peccatorum maculis fædati, egregia quidem ac decora specie, pingues, ornati, & elegantes in hominum conspectu versantur, intus tamen deformes exiles, ac demortui omnino sunt. Nomen habent, quod viuunt, & mortui sunt.

IN hodierno homine, quæ humani generis Seruator à mortuis excitauit, volunt sacri Doctores peccatorum resurrectionē intelligi, qui demortuam animam in viuo corpore gerunt. Ac primū D. Greg. ita de ea locutus est. Ex hac resurrectione, quæ gesta est in illius corpore signatur, qualiter nos resuscitemur in corde. Idem sentit. D. Hierony. explicans illa Apostoli verba: *Omnes quidem dormimus, sed nos omnes immurabimur*. Eidē subscripsit. D. Aug. latiusq; eandem sententiam docuit super hoc Ioan. Euan, Ambros. item Ber. ipsiq; theologiæ scholasticæ princeps in hunc locum.

ID igitur præcipue accipiendum in sacra hodierni euangelij historia lethalem scilicet culpam animo miseram mortē afferre. Omnis enim, qui peccat, moritur, teste D. Aug. qui nullo modo de morte corporis loquitur. Etenim mortiferum vulnus a peccato homini infixum, habet se tanquam ictus quidam fulminis, qui nulla extrinsecus citatrice imposita, interius maxime vulnerat, omniaq; ossa pernitus comminuit, & vagina incolumi persistente ensē in ea inclusum frangit, ac omnino comminuit. Et vt Plinius inquit, fulgur conterit ferrum clausum in capsula cerea, non confrecto quidem

signo ceræ, sic etiam lethalis culpæ vulnus animam corpore inclusam interimit, ipso corpore saluo, sanoq; permanente. Quoniam, vt D. Thomas ait, sicut corpus viuunt per animam vita naturali, ita anima viuunt per Deum vita gratiæ. Vnde, ego inquit Iesus, *sūm via, per quam vitæ*. Moyses etiam Dei populo dixit. Elige ergo vitam, vt &

tu viuas, & diligas Dominum Deum tuum, atq; obedias voci eius, & illi adhæreas, ipse est enim vita animi nostri, & quemadmodum corpus emoritur, si ab eo animus, qui vitam illi reddit, separatur, ita animus sua vita priuatur, si Deus, qui ipsius vita est, ab eo discedat. Egregie itaq; D. Greg. in illa psalmi verba. *Collocauit me in obscuris sicut mortuos sæculi*, inquit, quid infelicius? viuebam olim Deo, mortuus sæculo, nūc ē cōtrario mortuus Deo, mūdo viuo. Quid enim est peccatum, nisi mors? hinc etenim scriptum est. *Nō est in morte, qui memoretur tui & iterum. Intrauit mors per fenestras nostras*. Mors namq; est, quæ animā à Deo separat, sensuq; interiorum intercludit officia, diuinam deturpat imaginem. Qui sic moritur, in sepulchro conscienciæ tumultatur, ligatur concupiscentiarum institis, à conspectu Dei proijcitur, duritiæ operitur, lapide iniquitatis intus clauditur.

HINC etiam Apostolus scripsit ad Romanos. *Si secundum carnem vixeritis, moriemini*. Quid sit autem viuere secundum carnem, ex eiusdē Apostoli verbis facile constare potest. *Manifesta inquit, sunt opera carnis, que sunt fornicatio, imunditia, impudicitia, luxuria, idolorū seruitus, inimicitia, cōtētionēs, emulationes, ira, discordiæ, diffensionēs, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia*, inquit ergo Paulus. *si secundum carnem vixeritis, moriemini*. Cū enim huiusmodi operibus lethiferum peccatum coniungitur, quasi pugione quodā animus confoditur, eiusq; vita extinguitur.

IDEM cōprobat. D. Iacobus dicens: *Vnusquisquē tentatur à concupiscentia abstractus, & illectus, deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum, peccatum vero cum consumatum fuerit, generat mortem*. Duo in his Apostoli verbis indicantur. Primum quis animam occidat, & quo pacto. Secundum qua ratione animus intereat, & quidem concupiscentiam hominis docet Apostolus esse homicidam animi, appetitus enim hominis ipsi homini mortem infert, cum eum lætitia, ac voluptate videtur afficere, à concupiscentia, inquit abstractus, & illectus. Ecce vobis quomodo necem illi moliatur. Abstractus, inquit S. Thomas, à bono incōmutabili, & illectus ad bonum commutabile, ex quo peccatum oritur, ex peccato vero tristes miserq; animi interitus proficiscitur.

HINC illum sacre scripturæ locum intelligemus, vbi dicitur: *Filius vnus anni erat Saul, cum regnare cœpisset, duobus autem annis regnavit super Israel*. At quo pacto verum hoc esse potest, cum

Deut. 30.

Sup. 7. ps. penit.

Rom. 8. 7.

13.

Galat. 5.

num. 19.

Iac. 1. 8. 14.

Acto. 13. ex eisdem sacris litteris constat, Saulem quadraginta annis regnum
 num. 21. imperiumque tenuisse: si quadraginta annis (D. Luca attestante) im-
 perium tenuit, quo modo hic duobus annis regnasse dicitur? Res-
 pondet D. Hieron. Sic erat Saül innocens, quando regnare cepit,
 sicut filius est unius anni, & in eadem innocentia duobus annis reg-
 nasse dicitur, Hæc ille, itaque iuxta sacræ scripturæ phrasim non
 perfectæ vitæ dicitur nisi illa, quæ cum animi vitæ coniungitur. Ius-
 tus igitur, cuius mentem Deus maximus colit, verè dicitur vivere,
 mori vero dicendus est, cuius animus Deo, eiusque celestis gratia
 prius natura.

Quo circa humani generis assertor peccatores mortuorum no-
 mine nuncupare solè in euangelio, cum enim quidam eorum, qui in
 eius se disciplinam volebat tradere, ab eo potestatem peteret eun-
 di ad parentis corpus in sepulchro condendum. Respondet illi
 christus. *Sine mortuos sepelire mortuos suos.* Id est qui animi vitæ or-
 bati sunt sepeliant eos, qui vitæ corporis functi sunt. Cum item de
 filio prodigo loqueretur dixit fratri maiori natu. *Frater tuus hic*
 Luc. 15. *mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est.* Et quidem cum
 mortuus dicitur, fermo est de prodigo illo, dum flagitijs libidini,
 ac voluptati se totum dederat, quamuis enim tunc videretur sibi
 late, in cuius de quæ vivere, eo tamen tempore mortuus esse asseri-
 tum.

IDEM discrimen docet D. Thom. versum inter peccatum mor-
 tale, & veniale, ac inter mortem & ægritudinem. Ægritudo enim
 non est mors, disponit tamen ad mortem, sic etiam veniale delictum
 non infert animo mortem, sed ad eam disponit. Peccatum
 autem mortale mors, inquit, est animæ, quia per eum auertitur ho-
 mo à Deo, cui vnitur per charitatem.

Propter tantum ergo lethalis peccati damnum, admonet spiri-
 tus sanctus. *Fili quasi a facie colubri fuge peccata, & si accesseris, ad*
 Eccl. 21. *illa suscipient te, dentes leonis dentes eius interficientes animas homi-*
 num. 2. *nū.* *Quasi romphæa bis acuta omnis iniquitas, plaga illius non est sanitas.*
 Quasi à facie colubri, inquit, fatis enim est dixisse, colubri, ut eius
 vulnus mortiferum esse plane cognoscamus. Quoniam ut ibidem
 Eccl. 25. *dicatur.* *Non est caput nequius super caput colubri.* Pungit aliquem co-
 num. 22. *luber, seu vipera, neque aliqua fere cicatrice corpus afficit, sed mor-*
 simile. *tiferum virus cordi iniicit, quod illico mortem infert. Sic etiam*
 peccatum cum hominem percutit, nullam videtur cicatricem inu-
 rere, suam enim voluptate occidit, & sæpe cum impius scelera gra-
 uia.

uia commiserit, lætus atque hilaris inquit. *Peccavi, & quid mihi accidit*
triste, illius tamen veneno cor, animusque petitur, misereque occidi-
 tur. Deinde dicitur. *Dentes leonis, dentes ipsius.* Quibus verbis peccati
 feritas ostenditur. Leoni enim dentes sunt fortissimi quibus du-
 rissima etiam ossa comminuit, ita flagitium non solum animo vi-
 tam adimit, sed & vires omnes videtur auferre. Denique, *quasi rom-*
phæa bis acuta omnis iniquitas. Culpæ enim ictus eiusmodi est, ut
 duplici ex latere hominem petat. Quamuis enim verum sit, ani-
 mam ab eo præcipue vulnerari, ipsum etiam corpus ab eadem per-
 cussione læditur, quippe quod simul cum ipsa anima æternis cru-
 ciatibus addicitur. Quod quidem vulnus adeo graue est, ut solū præ-
 potes Deus curatione illi possit afferre. Cōtingere profectopoteest,
 ut homo viperè veneno infectus aliquo antidoto sanetur. Ossa etiã
 à leonis dentibus perfecta aliqua hominum arte valida, firmaque
 reddi queunt: vulnera item per romphæam bis acutam, inflicta
 ab egregio aliquo chirurgo sanari possunt, & corpus plagis, vulne-
 ribusque confosum poteest in pristinam valetudinem restitui, si à
 perito aliquo chirurgo curetur. Vulneri vero à peccato incusso
 nullum remedium adhiberi poteest in terra nisi à Deo proficisca-
 tur. Quod si quis hoc vulnere, ac veneno culpæ moriatur, nulla
 omnino expectari poterit medicina.

FUGITE ergo peccatum magis quam à facie colubri, animique
 vitam summo studio, maximaque diligentia tuemini, hæc enim vi-
 ta, quæ gratia, & charitas est si in nobis conferuerit, celestis vi-
 tæ gloriam, nullis vnquam sæculis perituræ consequemur.

*Secundus discursus ostendit quam sit
 pertimescenda mors
 animi.*

Thema. *Lazarus mortuus est, &c. Ioan. 11.*

DIXIMVS ex sanctorum patrum testimonijs, in Lazaro cor-
 porali vita functo, animi mortem significari, hæc autè mors,
 quantum afferat detrimentum, quamque timenda sit, in præsen-
 ti discursu videamus.

NIHIL sane est, quod ardetiori amore prosequamur, quam
 vitam

Tract. 49
in Io. m. c.
II.

vitam, neq, quod maiori odio detestemur, quam mortem. Quod quidem luculente D. August. expendit in hunc modum: Quid nō facit homo sub mortis periculo constitutus? Gladio impendente ceruicibus pro dederunt homines, quidquid sibi vnde viuerent reseruabant. Quis non continuo prodidit, ne percuteretur, & post proditionem fortasse percussus est? quis non, vt viueret, continuo perdere voluit, vnde viueret, eligens magis vitam mendicantem, quam celerem mortem? cui dictum est, nauiga ne moriaris, & distulit? Cui dictum est, labora, ne moriaris, & piger fuit? Hæc ille.

3. Ethic.
c. 16.

HINC facile colligi potest, quanti æstimari debeat animi vita, cum eā, qua corpus viuit, tam longo interuallo superet. Quamquē horribilior sit mors animi quam corporis. Etenim mors corporis timorem, & horrorem incutit, quia vita hominem priuat. Mors, inquit Philosophus, maxime omnium est terribilis. Quoniam est vltimum vitæ, id est, est amissio vitæ, & ea ratione maximum omnium malorum malum dicenda est. Egestas quidem spoliat hominem diuitijs, dedecus honore, ægritudo valetudine, mors autem vitam illi eripit, quæ præstantius bonum est, quam diuitie, honor, vel valetudo. Quod si magnum reputatur damnum, cum, quis oculis, lingua, auribus, ve priuatur, quod erit mortis malum, quo auditus, visus, lingua, & reliqua omnia huiusmodi bona amittuntur? Iure igitur Aristoteles dixit, mortem omnium esse maximè terribilem. Sed profecto nequaquam ille nouit spiritualem animi interitum, hunc enim si sua assecutus esset cognitione, nullo modo corporis mortem supremum omnium malum appellasset, tanto enim peior miserabiliorq, est priuatio aliqua, quanto bono quo priuatur melius et foelicius est, in morte autem corporis ipsum corpus anima duntaxat orbat, anima vero cum interit, summo, ac maximo Deo priuatur, quid igitur perniciosius? quid detestabilius, aut magis formidandum, carere hominem anima, an ipso immortalis Deo priuari? Et quidem hæc immortalis Dei amissio tanta est, vt à nullo homine, neq, ab ipsis diuinis mentibus omnino comprehendī & explicari queat. Eo enim vt cepimus dicere grauior est alicuius rei iactura, quo maius in ea bonum deperditur, & ea ratione maior existimatur amissio valetudinis, quā fortunarū, quia præstantius bonū in valetudine, quam in fortunis sitū est. Perniciosior itē est vitæ, quā valetudinis iactura, cū vita excellētius quid sit, quā ipsa valetudo, si ergo bonū quo priuatur homo, cū animi morte afficitur, immensum, atq, infinitum est, cum sit ipse met infinitus Deus, quanta, quamq, formidanda erit huiusmodi amissio? quis eam animo,

mo, aut cogitatione complecti poterit.

CVM præpotens Deus magna Israelitis supplicia minitaretur, illud tanquā omnium maximum proposuit. *Vae*, inquit, *eis, cum recessero ab eis*. Cum alibi etiam grauissimas minas iactauit, maximumq, illis terrorem inferre voluit, in has voces prorupit. *Frudite Hierusalem, ne forte recedat anima mea a te*. Hæc igitur Dei ab anima separatio est ipsa mors animi, quæ tantū, tamq, horribile malū est, vt nō sit æque graue, æternas omnium dānatorum pēnas acerbissimōq, sanctissimorū martyrum cruciat⁹ perferre, quā hac diuina vita priuari.

Osee. 9.
num. 18.
Ier. 8. n. 8.

DEINDE vitam animi longe excellentius bonum esse, quam vitā corporis ex eo perspicitur potest, quia vita corporis cōmunis est nobis cum reliquis animantibus rationis expertibus, superna autē vita, qua animus fruitur, diuinarū metiū ipsiusq, supremi Dei similitudinē gerit. Est enim vita gratiæ, quæ quidē est participatio naturæ diuinæ, vt omniū theologorū schola cū D. Thom. docet. idem etiā doctōr angelicus, inquirens, vtrū Deus sit causa gratiæ, inquit Donū gratiæ excedit omnem facultatem naturę creatę, cum nihil aliud sit, quā quædā participatio diuinæ naturæ, quæ excedit omnē aliā naturā, & ideo impossibile est, quod aliqua creatura caperet gratiā: sic enim necesse est, quod solus Deus deificet, cōmunicādo cōsortiū diuinę naturę per quandā similitudinis participatiōnē. sicut impossibile est, quod igniat nisi solus ignis. Hęc est verissima D. Thom. theologia, ex qua habemus, gratiā esse deificā, vt ita loquar, & supernaturalē vitā animi, quā solū præpotens Deus cōmunicare potest. Hæc igitur diuinā vitā lethale peccatū adimit ex quo colligi potest, quātū sit in animi morte malū, cū in ipsius vita tantū sit bonū, & quātō deterior, ac detestabilior sit huiusmodi mors, quæ cœlesti vita priuat, quā ea, quæ vitā homini, canibusq, communem aufert.

1. 2. q. 110.
4. 3. c. 4.
1. 2. q. 112.
47. 1. 6.

ILLVD præterea incommodum in morte corporis cernitur, vt hominem quantumuis pulchrum, egregia, atq, eleganti forma præditum, sædum, ac deformem reddat, ipsiq, sibi familiaribus formidabilem. At si oculis cerneretur demortui animi turpitudine, ac deformitas, nō dubito, quin illius fœditate deterriti eius aspernamur aspectū, hæc enim mors tetrum animū dæmonisq, fœditate simillimū efficit. Nā quid aliud nisi mortifera culpa dæmonē turpē ac fœdū reddidit? quā si ille nō cōmississet, venustissimum quidā angelica existeret. Quod si vnica duntaxat culpa dæmonis deformitate pulcherrimā mētē affecit, quā tetram fœdā, ac sordidam animam tot tantaq, peccata reddent, egregie descripsit huiusmodi animā

cuant-

euangelicus ille vates Esaias, cum de Iudæa loquens, flagitiosi ho-
 minis animum ita depinxit. *Erit cubile draconum, & pascua struthio-
 num, & occurrunt demonia, onocentaurus, & pilosus clamabit alter ad
 alterum, ibi cubavit lamia, & inuenit sibi requiem: ibi habuit foueam eri-
 cis, & enutrit catulos, & circumfodit, & fouit in umbra eius. ibi con-
 gregati sunt milui alter ad alterum.* Diuus Greg. vult in his feris, atq;
 animantibus varia flagitiorum, ac demonum genera significari. Di-
 cemus itaq; animam scelerum maculis affectam Demonum esse do-
 micilium, ac deinceps inferorum locum eam merito appellabimus.
 Quid enim in inferis inuenimus, nisi dæmones, culpas, pœnasq;
 damnatorum? Quæ omnia in improborum animis reperiemus,
 qui non solum culpis, sed etiam grauissimis propriæ conscientiæ
 pœnis, ac stimulis agitantur, ab ipsisq; demonibus incoluntur. Et
 enim vbi primum Deus animam deserit, efficitur illa dæmonū spe-
 lunca, & ingressi habitât ibi, si igitur talis anima inferorū sedes est
 quid potest esse illa deformius?

ITEM, non solum mors aufert venustatem, ac pulchritudinem,
 sed omnes sensus, ac potentias, omnesq; facultates, quas toto vitæ
 tempore homo industria, ac labore comparauerat, sed longe ma-
 ius damnum est illud, quod à peccato infertur, quod quidem occi-
 dens animam, non modo gratiæ decore priuat, sed Dei etiam amici-
 tia, charitate, alijsq; bonis diuinis, nec non & omnibus meritis, quæ
 dum spiritali vita fruebatur, opera, studio, diligentia, auxilijsq; cæ-
 lestibus acquisierat. Atque iccirco Deus optimus, maximus dixit:
*Si auert erit se iustus a iustitia sua. omnes iustitia eius, quas fecerat, non
 recordabuntur.* Quæ verba explicans Diuus Thomas, ait. Res viua
 per mortem perdit operationem vitæ. Vnde per quandam similitu-
 dinem dicuntur res mortificari, quando impediuntur à suo proprio
 effectu, & operatione. Effectus autem operum virtuosorum, quæ
 in charitate fiunt, est perducere ad vitam æternam, quod quidem
 impeditur per peccatum mortale sequens, quod gratiam tollit. Et
 secundum hoc opera in Charitate facta mortificata dicuntur per
 sequens peccatum mortale: summum profecto peccati detrimen-
 tum, quo non solum gratia, sed ipsa gloria, quæ meritorum iure de-
 bebatur, simul amittitur. Quod si quis cælesti beatitudine fruente,
 eam, quam adeptus est gloriam, adimeret summum illi damnum in-
 ferre fateremur, maximum etiam dicendum est illud, quod homi-
 ni iusto ipsum peccatum affert. Quemadmodum enim fere æquæ
 incôm-

Simile.

incommodum illi regi fieret, a quo regnum, quod re possidebat,
 auferretur, ac illi, qui cum nōdum hæreditatem regni adiuisset, e-
 tamen priuatur, cui certissimo hæreditatis iure succedebat, sic eti-
 æquale quodammodo detrimentum fit iusto, ac beato, cum ei cæ-
 lestis beatitudo eripitur, quam & iustitiæ, & hæreditatis iure erat
 aditurus.


ALIO etiam modo mors corporis hominem lædit, animi siqui-
 dem illum motu, omnique actione, atque operatione priuat. Mag-
 na sanè miseria, sed multo maiore à peccato afficimur, quod quidē
 omnino impedit, ne homo cælestium rerum negotijs occupetur,
 aut in his, quæ ad animi salutem, ac beatitudinem promerendam
 pertinent, motum, gressum ve faciat. Quamobrem scelerati homi-
 nis opera mortua appellat Apostolus. *Sanguis, inquit, Christi emun-
 dabit conscientias nostras ab operibus mortuis.* Quem locum sic inter-
 præatur D. Thomas. Res dicitur viua, quando habet officium pro-
 priæ virtutis, à quo cum deficit, dicitur mortua, opera autem nostra
 sunt ordinata ad beatitudinem, quæ est finis hominis, & ideo quan-
 do non ducunt ad beatitudinem, nec ordinari possunt dicuntur
 mortua, & hæc sunt opera facta in peccato mortali. Hoc sacre
 theologiæ principium, facer ille doctor gentium Paulus verbis au-
 gebat cum ait. *Si linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem au-
 tem non habeam, factus sum velut æsonans, aut cymbalum tintiens.* Id est
 si orbatus sim charitate, quæ animi vita est, (qui enim non diligit in-
 quit discipulus ille dilectus) manet in morte. licet angelorum, homi-
 numque linguis concionem habeam, nullum maius emolumentū
 id mihi affert, quam cymbalo sonitus quantumuis vehemens, quod
 sine vlla profus vtilitate ipso sono frāgitur, vel decurtatur. Qua-
 re merito subdit Apostolus. *Si habuero prophetiam, & nouerim myste-
 ria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita vt montes
 transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum, & si distribue-
 ro in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meū
 ita vt ardeat, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Floreat
 igitur quis Diui Pauli doctrina, Apostolorum linguis, sapientia,
 quæ prophetarum, sit in elargiendis eleemosynis liberalissimus,
 clarior miraculis quam Diuus Petrus, fortior in tormentis subeun-
 dis, quam Laurentius, & reliquorum martyrum cruciatus constan-
 ti animo toleret, si tamen diuina gratia careat, nullum præmium
 his omnibus rebus in beatitudine cōparabit. At si gratia, & charita-

Rrrr

tc

Ad Heb. 6.
 & 11.
 Super. ad.
 Hebr. 6.
 lect. 6.

1. Corin.
 13. nu. 1.
 Ioan. 3. nu.
 14.



te præditus sit, studiose quous opere æternam, cœlestemq, remunerationem merebitur. O magnam hominum inconsiderantiam! O incredibilem temeritatem! Quis enim si attente secum, consideraret, quavis lethali culpa tantarum rerum iacturam fieri, adeo temere sceleribus, flagitijsquē se totum committeret?

psal. 33. n.
22.

SED certe nullus dicendi finis esset, si reliqua omnia mala, quæ mors animi secum affert, explicanda mihi essent in præsentia. Paucis tamen illa regius ille vates videtur explicuisse, cum ait: *Mors peccatorum pessima*. Non dixit, mala, non peior, sed pessima. Triplici mortis genere peccator afficitur, tum temporali in hac vita, tum etiam æterna in inferis. Deinde vero gratiæ vita priuatur, quæ sane mors initium habet in hoc sæculo, assidua tamen continuatione in futuro perseverat. Et quidem prima mors, quæ naturalis dicitur, mala est. Secunda vero peior, quippe quæ æterna est tormentorumquē plena. Tertia deniquē, quæ a peccato infertur, merito, iurequē optimo: propter ea, quæ paulo altius diximus, pessima appellatur.

RESPICITE ergo tandem per Deum immortalem, mundani ac scelerati homines, & attentis animis considerate, quanta vobis metipsis incommoda, ac detrimenta, peccando comparetis, ne vestrum animum ita misere interficiatis, quod si iam vita priuatus est ad hominum Seruatorem confugite, clemens enim est, & ad miserendum propensus, & ab ipso qui Lazarum reuocauit ad vitam summis contendite precibus, vt vobis etiam gratiæ vitam restituat sempiternamq, beatitudinem condonet.

CONCIO SECUNDA.

Primus Discursus, in quo explicatur animam a solo Deo posse reuocari ad vitam, eaque de causa obligari homines ne eum sceleribus offendant.

(.?.)

Them. Vado vt a somno excitem eum.
Ioan. 11.

IN sacra Regum historia fertur, missum esse Giezi ab Eliseo propheta, vt puerum quendam ipsius prophetae baculo à mortuis excitaret. Abijt ergo Giezi, & posuit baculum super faciem pueri dormituri, non tamen ille ad vitam redijt, donec ad eam sanctissimus ipse vates puerum reuocauit. In quo quasi adumbratum esse videtur non Dei ministros, non Prophetas, non cœlites ipsos sufficere ad vitam mortuo animo restituendam, sed necessariam esse præpotentis Dei operam, vt anima peccati vulnere interfecta resurgat.

4. Reg. 4.
nume. 29.

HOC sibi voluit Regius ille vates, cum ait: *Deus noster Deus saluos facienti*. & *Domini Domini exitus mortis*, vbi Diuus Augustinus, Multum, inquit commendatur gratia, quis enim saluus esset, nisi ipse sanaret: illud autem *Domini Domini exitus mortis*. D. Hierony. vertit ex Hebræo *Domini Dei mortis egressus*, & exponens hoc ipse ait. Diaboli introitus est mortis, Dominus vero eam educit. Sed consideranda est repetitio illa *Domini Domini*, vbi diuinum quoddam mysterium latet. Nam in Hebræo primo loco *Domini* ponitur nomen illud excelsum, & ineffabile tetragramaton, quod Dei substantiam, & ab omni concretionē seiunctam signifi-

psal. 67. n.
2 I.
Aug. ibid.

cat Secundo loco ponitur dignissimum illud ac celebre nomen Adonai, significatque commune imperium, quo omnibus rebus præest, & dominatur. His duobus præclaris nominibus nuncupatur Deus a propheta, cum de illo tanquam de humanæ salutis auctore tractat: ac si diceret Tetragrammaton, & Adonai est proprium seruare nos à morte, à peccato, & damnatione. Atque, iccirco loquens Ieremias de Christi Domini in terras aduentu, ac de diuino Seruatoris nostri nomine, sic ait. *In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel. habitabit confidenter, & hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus iustus noster.* Hebræus vertit, & hoc est nomen, quod vocabunt eum. Tetragrammaton. Ac si diceret, Deo quatenus ineffabili, & excellentissimo, competit animam à peccato eripere, illaque, ad vitam sempiternam traducere, nec alicui tanta. vquam fuit cõcessa potestas.

Ierem. 23

ApoC. I. n. 18.

ITEM quidam Angelus sub Christi nomine dixit D. Ioanni. *Ecce, inquit, ego sum viuens in secula seculorũ, & habeo clauas mortis, & inferi.* Habeo, inquit, clauas mortis, ipse enim solus vtitur clauibus suæ omnipotentia, quibus aditus ad mortem intercludi, patefieri ve potest. Neque solum habet clauas huius vel illius mortis, sed cuiuscunq, tam illius, quæ corpori vitam adimit, quam eius, quæ animum vita priuat, ipsa enim potest quadriuanum Lazarum ab inferis reuocare, & Saulum etiam, latronem, & Magdalenam, pluresq, alios longo tempore spirituali vita functos è mortis faucibus eripere, & in iucundissimam diuinæ vitæ lucem vindicare. Quod si Christus Dominus has mortis clauas alicui ad aperiendũ concesserit, poterit ille quidem diuina virtute fretus, oppilatas mortis fores referare, non inquam virtute propria, sed diuina qualis sacerdotibus ecclesiasticis est concessa.

Ezec. 37

ÈGREGIE hoc expressum esse viderur, cum immortalis Deus prophetam, illum ad campum siccis ossibus plenum, educens, dixit illi, *Fili hominis, putas ne viuunt ossa ista?* cui vates respondit, *Domine Deus tu nosti.* Ac si diceret, ignoro prorsus qua ratione, qua hominum industria, ac potentia, quibus ve viribus, de mortua ossa possint ad vitam reuocari, quod tamen tu optime nosti. Iubet illico Deus, vt propheta alloquatur ossa in hunc modum. *Ossa ariæ audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus Deus ossibus his, ecce ego intro mittam in vos spiritum, & viuetis, & dabo super vos nervos, & succrescere faciam carnes, & super extendam super vos cutem, & dabo vobis spiritum, & viuetis, & scietis, quia ego Dominus.* Quæ verba, vt primum

num ab Ezechiele habita sunt. Accesserunt ossa ad ossa, vnum quodq, ad iuncturam suam, & super ea ascenderunt nervi, & carnes, & extenta est in eis cutis de super, itaq, ad vitam illis restituendam, id solum supererat, vt spiritu ea fouerentur. At tunc dixit dominus propheta. *Vaticinare ad spiritum, & dices ad spiritum* (omnia hæc sunt sacræ scripturæ verba) *hæc dicit Dominus Deus. A quatuor ventis veni, & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant.* Quod cum sanctissimus vates effecisset, ad vitam illa corpora reuiderunt. Hanc historiam quasi tropologicè explicans D. Hieronimus inquit. Nos autem spiritualiter post crucem Domini Saluatoris hæc completa memoramus, & quotidie fieri in his vel maxime, qui instar Lazari peccatorum suorum fascijs colligati ad vocem domini suscitantur: intrante enim spiritu gratiæ, & porrigente domino manum, de profundo inferi liberantur. Hæc ille. Nonne animaduertistis, cum de resurrectione sermo fieret, ignarum se vatem, & nulla virtute præditum fateri, ipsumq, Deum ad diuinũ spiritum huiusmodi opus reijcere. Itaq, quanuis propheta vocem emisisset, vt ossa illa viuerent, diuinus tamen spiritus fuit, qui præcipue illa ad vitam reuocauit. Quo quidem docemur nullum sine speciali Dei opera à peccatorum morte ad vitam gratiæ posse resurgere.

Hiero. ibi.

QVA propter Israelè alloquitur Dñs, dicens. *Perditio tua Israel, ex te tãtum modo in me auxilium tuũ.* Ac si dicat, vt interpretatur Rupertus. Tu ipse perditionis tuæ causa es, tu tibi perditionem thesaurizasti, recedendo à me, qui solus tibi poteram, & confueueram auxiliari & nusquam tibi auxilium est, nisi apud me, si egeris penitentiam. Quæ verba verum quidem habent in animi morte, vitæque restitutione: potest enim quis peccare non tamen se à peccatis, nisi Deo præcipue auxiliante, expiare. Sicut potest quis graui se vulnere afficere, vitamq, sibi adimere, nequit tamen ipse ad eã redire, & vitam corpori restituere, nisi Dei opera, auxiliumque præstetur. Et quidem animi mors habet se velut ostium quoddam quod à quolibet obserari posset, referari tamen nequit, nisi ab eo qui clauem habeat, sic etiam licet quiuis possit nobis ianua animũ operire, at solus ille aperire potest quem diximus, habere clauas mortis & cuius sunt exitus mortis. Perpende igitur mortalis homo, quanto feriaris vulnere quantoq, afficiaris incommodo, cum scelus aliquod committis, cum præpotens solus Deus illi possit remedium aut curationem afferre.

Ose. 13. n.

9.

Rupertus.

A T, dicēs, satis mihi est, Deum nosse ac posse mihi medicinam adhibere, & a mortuis me suscitare, vt intelligam me salutem, ac vitam adepturum esse. Sed his verbis tuæ dementiæ te conuincam. Dementis enim, & insani hominis est, eum maledictis laceffere, offensusq; lædere, qui solus potest offensam remittere, veniam concedere, vitam, salutemq; donare. Sed quanta Deū offensa afficias, quantumq; illum ad iracundiam prouoces, cum lethalia flagitia committis, ex D. Pauli verbis coniectaberis, qui cum peccatore loquens, ait. *Secundum autem dūritiam tuam, & impenitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.* Eandem de flagitiosis derulit querelam supremus Deus, dicens. *Ipsi me irritauerunt in vanitatibus suis, & ego in gentes stulta irritabo illos, ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsq; ad inferni nouissima.* Peccata enim non solum irritant Deum ad iram, sed ad furorem, ignisq; supplicium de illis sumendum. Hanc summi Dei in sceleratos homines iracundiam explicuit propheta, de ipsis peccatoribus dicēs. *Tentauerunt, & exacerbauerunt Deum excelsum, & testimonia eius non exquisierunt.* Id est, quia testimonia eius non custodierunt, exacerbauerunt eum. Sed considerate verbum exacerbauerunt, significat enim, incitare aliquem grauiter ad iram, illiq; bilem commouere, amaritudine eius animum afficiendo.

HOC animaduertere, & cogitare, animo debent ij, qui effrenate suis voluptatibus infertientes, certō sibi veniam, beatitudinēq; pollicentur, reijciantes suam salutem in solam Dei misericordiam. Qui sane valde timere debent, ne cum tot, ac tantis flagitijs diuinam clementiam irritauerint, neq; obedierint Dei voci sæpe clamanti. *Lazare veni foras,* Pertimescant, inquam, ne ad inferos miserē, detruantur. Ille autem diuinæ pietati, ac clementiæ merito cōsuet, qui flagitiosam vitam detestatus, honestam sequitur, & turpitudinem relicta, magna animi deliberatione totum se Deo tradidit, & vni se virtuti penitus dedit. Eia igitur auditores, si hoc vestris animis consilium, si huiusmodi propositum suscepistis, pergite per Deum immortalē, quod si non ad vitam gratiæ omnino rediistis, confugite ad Seruatorem nostrū Iesum, qui Lazarum, quatuor dūm a mortuis ad vitam reuocet, vt tanquam verus Elifens vobis conuincat, vt tanquam verus Elifens vobis conuincat, vt tanquam verus Elifens vobis conuincat, vt tanquam verus Elifens vobis conuincat. Tu, vero sanctissime Spiritus, respice tot ossa arida in latissimo mundi campo iacentia, & vitam illis restitue, nullus enim alius præter te, qui vita es, potest de mortuam animam suscitare.

Secundus

Secundus discursus, in quo explicatur,

Deum non solum velle, vt flagitiosus

egregia aliqua opera exequatur,

sed etiam vt a turpi

viuendi statu omni

no abdicatur.

(?)

Thema.

Lazare veni foras.

Ioan. 11.

QVEMADMODVM mors Lazari hominem spirituali vitam functum significauit, sic tumulus, quo Lazarus sepultus est, peccatoris stratū, in quo ille misere iacet, ostendit, a quo vult Deus opt. Max. vt decedat ille, qui ad vitam rediturus est. Huic ea Christi Domini verba dicuntur. *Lazare veni foras,* & a flagitioso viuendi strato in quo sepultus es egredere.

ID etiam sibi voluit Apostolus, cum ait. *Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus.* Non præbet Deus vitam lucē, nisi ei, qui surgit, & exurgit a mortuis, id est, ab operibus mortuis, vt exponit D. Thom. Alioquin in tenebris, & caligine manebit sepultus homo, qui a Deo vocatus, illi non assurgit. Ephes. 5.
num. 14.
S. Tho. ibi.

ALIQVI sunt, qui manum è sepulchro educunt, vt opem pauperi ferant, sed perstant in flagitijs. Alij in alterum latus se vertunt, relinquentes eam peccatorum viam, quam ingressi fuerant, aliam tamen turpem ac flagitiosam suscipiunt. Nonnulli vero Dei vocem audientes caput extollunt; honestam vitam appetentes, sed non omnino surgunt è sepulchro. Alij deniq; omnino surgunt, & stantes paulisper, illico iacent ac recumbunt. Nihil igitur horum satis est, vt peccati morte interfectus ad iucundissimā gratiæ lucē reuocetur: nō enim ad id recta desideria studiosaq; opera sufficiūt, nisi etiā flagitiosus viuendi status relinquatur.

Abst.

Esaï 58. num. 3. Abstinebant se à cibis Israelitè, eorum tamen abstinentiam aspernabatur Deus, ad quem illi quæremônias deferentes dicebant. *Quare ieiunauimus, & non aspexisti, humiliuimus animas nostras, & nescisti? Quibus huiusmodi responsum datû est. Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. Hoc est, inquit D. Hieronymus, vt non Dei, sed vestram faciatis voluntatem. Vnde & in eodem loco de ipsis dicitur. Me etenim de die in diem quarunt, & scire vias meas volunt, quasi gens, quæ iustitiam fecerit, & quæ iudicium Dei sui non dereliquerit. Sed quid est, sic quærere, & velle scire vias Domini? Idem Hieronymus hoc proprie, inquit, Iudæis conuenit, qui per singulos dies currunt ad synagogas, & legem Dei meditantur, scire cupientes, quid Abraham, Isaac, & Iacob, quid & cæteri sanctorum fecerint, & libros prophetarum & Moyfi reuoluentes memoriter, dicunt quæ diuina mandata: quibus recte illud aptari potest: Quærent me mali, & non inuenient. Hęc Diuus Hieronymus. Hi sunt ergo, qui dicuntur apud Esaïam, quærere Dominum, quasi gens, quæ iustitiam fecerit. Ex quibus verbis fit, non satis esse, dare operam sacris litteris, diuina mysteria cognoscere, ieiunijs, pœnisquæ voluntarijs corpus macerare, & Deum ipsum quærere, nisi iustitiam etiam sequamur, & flagitiosa uiuendi via relictâ, ad honestam nos vitæ rationem referamus.*

Exod. 8. num. 26. Hoc quidem consilium excogitauit humani generis hostis, ad decipiendos animos, quibus studiosa aliqua opera exequi concedit, vt trãquille, placidequæ uiuant, ita tamen vt à turpi uiuendi instituto non decedant. Idem consilium à Pharaone inuentum est. Cum enim Iffraëlitè moleste ab eo peterent facultatem, facienti sacra Deo insolitudine: eam illis hac ratione concessit. *Ite, inquit, & sacrificate Deo vestro in terra hac.* Vbi interlinealis habet: Nolebat eos ire, quo dicebant, ne longe à se recederent, eodem etiam modo, cum animaduertit Dæmon sceleratum aliquem hominem conscientia stimulis agitatam, velle Deum colere, & diuino se obsequio tradere, pro viribus ipse contendit, vt licet peccator sacra Deo faciat, illumquæ diuinis honoribus prosequatur, permaneat nihilominus, in Aegypto in suæ vitæ turpitudine persistens. Permittit sane, vt scenerator subueniat pauperi, egenorum quæ miseriam subleuet, non tamen, vt iniuste parta restituat, & pecuniam soluat creditoribus, concedit ei, qui effrenatæ libidini inseruit, studiosis afflicti desiderijs, & aliquas ad Deum preces funde-

re, impedit tamen a turpitudine vitæ ad honestatem illum reuocari. Non multum laborat si iracundus, ac vindictæ cupidus humum se, ac benignum reliquis præbeat, dū tamen iniuriâ ab aliquo acceptam condonare nolit. Neque studium, & operam suam ponere iuuenis indulgentiæ, lauticiæ, ac vanitati deditur concionibus sacrisque intersit, dummodo eum in medio Aegypto suæ cupiditatis inseruientem habeat. Ad rem nostram facit, quod S. Anselmus refert in libro de Simili. c. 189. de quodam puero, qui auiculam filulo alligatam manu tenebat, quam aliquando laxius permittebat ire, auis vero fugam capere volebat, sed puer filum & auem ad se retrahabat. Ingês gaudij & magnum risum hoc puero præstabat. In tuebatur hoc S. Anselmus, & dixit simili modo iocatur diabolus cum hominibus multis, quos irretitos suis laqueis tenet. Sūt enim quidam peccatores malæ consuetudini addicti. His contingit aliquando cū sua facta cōsiderant, flere, sed quia prauo vsu irretiti ab hoste tenentur in eadem via deijciuntur. Hęc ex Anselmo. Horum igitur peccatorum qui non omnino peccata deserūt Deus lacrymas & opera bona ad iustificationem non accepit. Non nulli versabantur in Hierusalem, qui cum magnis scelèribus essent astricti, sacra tamen in templo immortali Deo faciebant. Quibus Dominus dixit. *Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? plenus sum holocausto arietum, & adipe pinguium, & sanguinem vitulorum & agnorum, & hyrcorum nolui. Ne offeratis vltra sacrificium frustra, incensum abominatio est mihi, &c. Facti estis mihi in saecietatem. Nequam dimittam peccata vestra, & cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos a vobis, & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam vos. Manus enim vestrae sanguine plene sunt.* At, quid hoc sibi vult? Nunquid non sunt Deo grata sacrificia? Non ne illi placent hominum preces? Ipse quidem & sacrificia, & orationem instituit, eaquæ a nobis exigit, qua igitur ratione illa sic Deus aspernatur? D. Hieronymus in hunc locum ait: Potest hoc & de his accipi, qui cum Dei præcepta non faciant, donis varijs, ac muneribus Deum redimere posse se credunt, sed certe iisdemmet Deus huius rei causam clare proposuit, cū dixit. *Manus enim vestrae sanguine plene sunt.* Et quidem cum famulus horrida, immundaq; manu cibum etiam suauissimum tibi ministrat, fastidio, & offensione quadam illum spèrnis; sacrificia, preces, aliaquæ huiusmodi religionis opera præclara sane sunt, fordida tamen, & immundè impiorum manus, qui-

bus ea Deo offeruntur. Quare mirum non est, si illa purissimus Deus detestetur.

SED remedium quo nobis utendum sit, ut nostra sacrificia grata sint, ac iucunda Deo, ipsemet eodem in loco adhibuit subdens.

Ezech. 37
num. 10.

Lauami ni, mundi estote. Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruerse, discite bene facere, &c. Quod etiam paucis Christus Dominus dixit in hodierni euangelij historia, cum ait. *Lazare veni foras.* Ossa illa, quae vidit Ezechiel, ad vitam reuocari, non solum surrexerunt, & supra pedes steterunt suos, sed etiam egressa sunt e loco ubi iacebant mortua. Hoc etiam modo redeundum est nobis ad vitam, relinquenda enim est iniqua viuendi ratio sumenda sunt arma, quibus caelestem illam ciuitatem debellemus. Idcirco clamat hodie humani generis vindex, & magna vocis contentione dicit. *Lazare veni foras.* Veni igitur foras, perditissime homo, egredere e peccati sepulchro, relinque flagitiosam, quam ingressus es viam, detestare turpem viuendi rationem, quam tot annis tenuisti, relinque linteum funebre, quo inuolutus es, fuge foetorem sepulturae, & squalorem, ac tenebras in quibus iaces & toto te animo ad Deum conuertens, & ad meliorem vitae frugem recipiens, piam, ac religiosam viuendi normam sequere. A daemone castris ad Christianam militiam transfuge, a tenebris ad lucem, a peccato ad gratiam redi, ac tandem ad gloriam, & beatitudinem euolabis.

CONCIO TERTIA.

Primus discursus ostendit. Cur Christus Dominus lachrymas super Lazari sepulchrum effuderit.

Them.

Et lachrymatus est Iesus. Ioan. I 7.

QUIS non mirabitur, cum Deum lachrymantem videat? Quis non in magnam rapietur admirationem, cum eum, qui ipsa laetitia, atque hilaritas est, deplorantem intueatur? & illum, qui afflictis solatium, mestis laetitiam, tristibus hilaritatem, ipsiisque beatissimum gaudium alacritatemque praebat in caelo, in terra lugentem cernat?

cernat? quam sempiternus sempiterni Dei filius lachrymas profudit? Iussit olim Maximus Deus, ne sacerdotes suorum ciuium mortibus, neque etiam principum funeri interessent, nisi eorum tantum, qui sibi maxima erant propinquitate coniuncti, videbatur enim Deo, sacerdotum auctoritatem dedecere, etiam in funeris exequiis illachrymare. Sed hoc strictius praecipit summo ac Maximo sacerdoti, quem neque parentum morti, aut funeri adesse, his verbis iussit. *Ad omnem mortuum non ingredietur omnino, super patre suo, & matre non contaminabitur.* Cur ergo Pontifex maxime, terrae caelique, sacerdos summe, te lachrymas super Lazari sepulchrum effundentem conspicimus? Tanquam nouum & admirabile in sacris litteris refertur, Dauidem cuiusdam principis funeri interfuisse, ibique lachrymasse. Sed inauditum quidem est, & maiori admiratione dignum, Angelorum hominumque principem Deum, in Lazari morte, ac sepultura lachrymas profudisse. Neque vero leui de causa humani generis Seruator lachrymatus est. Huius tamen luctus causas a sanctis patribus exquiramus, magna quippe harum lachrymarum admiratio eos tenuit.

Leu. 21. n. 2.

2. Reg. 3. nume. 3. 2.

AC primum magnus ille Basilius ait. Non propter Lazari mortem Christum deplorasse, quia inquit, sciebat Christus Lazarum de proximo suscitandum, sed ut nobis exemplum modestiae, temperataeque tristitiae in his rebus habende praebere. Et hoc Seruatoris nostri exemplo eos grauius obiurgat, qui immoderate lugent & assiduis se lachrymis in huiusmodi euentibus conficiunt. Atque hanc D. Basilius rationem, tradidit etiam S. Augustinus in Ioannem.

Bas. orat. p. grat. actio. & de merore et tristitia

D. vero Hilarius censet quoque non illachrymasse Christum ob Lazari mortem, pro qua laetitia potius, quam luctu afficiendus erat, in ea siquidem illustrior Dei gloria futura erat. Neque etiam (ait) fleuit Christus, quia tempore mortis Lazari non fuit ibi praesens, imo & hoc laetitia causa fuit illi, unde & discipulis dixit, dum esset absens. *Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, ut credatis, quia non eram ibi.* Censet itaque Hilarius Christi Domini fletum eo spectare, ut veram suam humanitatem notam omnibus faceret, seque verum hominem esse palam ostenderet.

Aug. tit. 49. in Ioan. Hilar. 10. de Trinit.

AT si Diuum Bernardum consulamus de his lachrymis, ea ratione effusas esse dicit, ut commiseratione illa, qua sororum Lazari lachrymis commotus est Iesus, cum flentibus ipse fleret. Ad tumultum, inquit, Lazari nec flentes arguit, neque a flatu prohibuit, insuper & fleuit cum flentibus. Fuerunt lachrymae illae testes profecto naturae

Ber. serm. 26. super cant.

Ambros. lib. 2 de pœnit. non iudices diffidentia. Deniq, & prodijt mox ad vocem eius, qui fuerat mortuus: ne continuo putes fidei præiudicium dolentis affectum. Hæc tamen Bernardi ratio prius a D. Ambrosio, ac Chrysof. excogitata est.

ap. 7. SED aliam rediderunt nonnulli, has Christi lachrymas intuentes, vt diuinæ legis scriptor Ioânes retulit. Ecce, inquit, *Quomodo amabat eum.* Hi quidem asserunt lachrymatum esse Iesum propter mortem Lazari cui amicitia, ac benevolentia erat coniunctus. Neq, ab his dissentit S. Irineus, dicens, Christum lachrymatum esse super Lazarum. Quibus videtur subscribere D. Aug. qui disputans contra Pelagianos asserentes, Deum mortem fecisse hominemq, moriturum fore, etiam si nullum comississent crimen, quia Dominus (inquit) fleuit Lazarum mortuum, non autem quod ipse fecit, dolore debuit. Quam sententiam multi alij probant. Quâuis enim Christus Lazarum de proximo suscitandum, certo sciret, ex eaq, morte magnam gloriam accessuram esse Deo, ipsa tamen mors aliquod malum est, quod & lachrymas & tristitiam Servatoris animo potuit excitare, sicut etiam eiusdem morte, ac doloribus appropinquantibus, *apit ipsemet pauere, tedere, & mastrus esse*, licet certissima cognitione sciret, cito subeundam esse sibi mortem, & ex ea maximam Deo gloriæ, & dignitatis accessionem fore faciendam.

Hilar. super ps. 68. SED his omnibus rationibus, earumq, discussione prætermittenda, ad eam, quæ magis ad nos pertinet, deueniamus. Præclara est enim D. Hilarij sententia quæ asserit, lachrymatum esse Iesum propter Iudæorum infidelitatem, qui tanto miraculo adhuc credituri non erant. D. item Epiphanius, lachrymatum, inquit, est Dominus propter hominum obstinatam duritiem. In quibus verbis indicat Epiphanius profusas esse à Christo lachrymas propter Iudæorum pertinaciam, animiq, obstinationem, qui tantis tamq, egregijs miraculis ab ipso editis, suis erroribus pertinaciter addicebantur, vel deplorasse iniquorum hominum peruiaciam, in sua prauitate obstinato animo perstantium, quæ in defuncto ac sepulto Lazaro significari videbatur. Peccata deniq, sunt, quæ plerumq, Deo lachrymas, atq, fletum excitant. Atq, iccirco instituens D. Bernardus sermonem de luctu & vagitu Christi in præsepicio, ait. Plorat Christus, sed non sicut cæteri, aut certe non quare cæteri solent. In alijs sensus, in Christo præualeat affectus, patiuntur illi non agunt, vt pote nec ipsius adhuc vsus voluntatis habentes. Illi ex passio-

ne lugent, Christus ex compassione, illi iugum graue quod est super filios Adæ, Christus filiorum Adæ peccata deplorat. D. etiam Hierony. in illa Ezechielis verba: *Rex lugebit, & princeps induetur merore.* Ita loquitur, possumus regem lugentem nostra vitia, atquæ peccata Christum dicere, qui appropinquans Hierusalem, fleuit super illam. Hæc Hierony.

SAEPË audiuius, & in plerisq, sacrae scripturae locis legimus, lachrymatum esse Iesum. Nusquam tamē percepimus eum risisse. Ac primum vt in hanc lucem editus, susceptusq, est, lachrymulas illum effudisse concinit ecclesia, cum ait. Vagit infans inter arcta conditus præsepia. Fleuit etiam super ciuitatem Hierusalem, sacri euangelij scriptore ita attestante. *Videns ciuitatem, fleuit super illam.* Lachrymatum item est in Lazari sepulchro, vt hodierna nobis historia declarat. In sua deniq, morte, *preces supplicationesq, obtulit ad Deum cum clamore valido, & lachrymis, vt attestatur apostolus.* Sæper tamen eas lachrymas nostrorum scelerum causa profudit. Sed mirum sane est, quod flagellis acriter cæsus, opprobrijs affectus spina rum corona redimitus, clauis, vulneribus, plagisq, percussus nullas lachrymas legamus effudisse, ob hominum tamen flagitia toties se lachrymis dederit. Cum in morte acerbissimis oppressus doloribus cum lachrymis offerebat preces, vt dixit Apostolus. Non fleuit, vt D. Tho. inquit, sed pro nobis, quibus passio ipsius profuit.

Augeant alij peccati grauitatem, summamq, illius malitiam pluribus alij medijs, ac rationibus amplificent. ego certe maximum huius malitiæ testimoniū Christi lachrymas esse duco. Non enim deceret Deum lachrymas fundere, nisi grauisima de causa, grauisima ergo est peccati malitia, cuius causa Deum toties lachrymatum esse cognouimus. Deus, inquit philosophus, scælix est, ac beatus, non per aliquod externorum, sed per seipsum, quia talis est secundum naturam. Quomodo igitur tanto animi dolore angipotuit vt fremuerit, fleuerit, seq, metipsum turbauerit, vt narrat euangelista? Si summe Deus, scælicissimus es, quod malum ad te potest accedere, quod te luctu, atq, merore afficiat, nisi peccatum malorum omnium grauisimum? Insignis ille, & antiquus Philosophus Seneca sermonem habens de tristitia Aritudo, inquit, in sapientem virum non cadit, serena enim mens eius est, nec quidquam incidere potest, quod illam obducat. Nihil tam hominem, quam magnus animus decet, non potest autem magnus esse idem

Hier. in Ezech. 7.

Luc. 19. num. 14. Ioann. 11. Ad Hebr. 5. num. 7.

S. Tho. super id ad Hebr. 5. in diebus carnis suæ.

Arist. 7. Politic. 1.

Ioan. 11. num. 13.

Senec. lib. 1. de clementia. c. 5.

si meror contundit, hoc sapienti neque, in suis accidit calamitatibus, eandem semper faciem seruabit placidam, & inconcussam, quod facere non posset, si tristitiam reciperet. Hæc vero Senecæ verba, si de perituris, ac temporalibus malis intelligantur, non sunt a ratione aliena. Non enim est viri sapientis, ac magnanimi in huiusmodi infortunijs, tradere se lachrymis, ac tristitiæ, si autem de flagitiorum damnis Seneca loquatur, longe à ratione, ac veritate aberrat, merito enim sapientissimus quilibet ob scelera in Deum commissa dolet, ac lachrymatur, unde merito propter peccatum suum lachrymas profudit Dauid: de quibus ipse dicebat. *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam*, similiter & sanctus Petrus qui propter negationem, *fleuit amare*, & alij etiam preclarissimi viri. Hac ratione denique, intuemur hodie sapientissimum, ac maximum Deum tristem, ac lachrymantem. Sed tanti Dei lachrymæ merito pro tanto malo profunduntur, neque, seraphicæ mentes illud pro dignitate lugere possent, summum enim, & infinitum malum est peccatum, ac summi, & infiniti Dei lachrymis deplorari debet.

O preciosissimas, ac dignissimas Dei lachrymas! & quis audebit illud scelus perpetrare, quod Deo lachrymas merito excitare possit? Quod si admiratione dignum est, humani generis vindicem, peccatorum causa fleuisse, magis equidem admiror homines post eas Christi lachrymas tot culpas suscipere. Mirum sane fuit, quod eo tempore, quo vates ille Isaias deplorabat Babylonis calamitates, ipsius Babylonis ciues delicijs, ac voluptatibus se dederint, & cum propheta Ezechiel Aegypti miserias lugeret: nihil de illis Aegyptij ipsi curarent. Ac Ieremias Hierosolymæ urbis ærumnas lamentans, sibi ipsis illius incolæ inferuientes suis erant negocijs, ac studiis distenti. Sed in maiorem multo admirationem rapior, cum summum prophetam, totiusque orbis Dominum intueor hominum flagitia lugentem, ipsos vero homines in sua prauitate, animi obstinatione persistere.

CVM Dauidis exercitus victoriam ab Absalonis militibus reportauit, certior factus Rex de filij sui morte, lachrymatus est, quem cum eius duces, ac milites plorantem conspicerent. *Versa est* inquit scriptura, *victoria in luctum in omni populo, audiuit enim populus in die illa dici, dolet rex super filio suo &c.* Nos audiuius hodierna die, lachrymatum esse Iesum propter hominum peccata. Luctu eum nos lachrymisque sequamur.

Apte

APTE & luculenter D. Bernardus scripsit. Fratres, inquit, lachrymæ Christi mihi dolorem pariunt, & pudorem. Ludebam ego foris in platea, & in secreto regalis cubiculi super me ferebatur iudicium mortis. Audiuit hoc vnigenitus Dei filius, exijt posito diademate, sacco vestitus, aspersus cinere caput, nudus pedes, flens, & eiulans, quod morte damnatus esset seruulus eius, intueor illum subito procedentem, stupeo nouitatem, causam percontor, & audio quid facturus sum, adhuc ne ludam, & deludam lachrymas eius? sane si insanus sum, & mentis inops, non sequar eum, nec simul cum lugente lugebo. Hæc ille. Quid igitur agitis flagitiosi, adhuc ne Christi Domini lachrymas eluditis? adhuc perstatis in sceleribus, quæ Deo lachrymas excitant? videtis Regem vestrum plorantem nequè rogabitis ab eo, cur ploret? pro vobis ergo luget, vt vos etiam luctu, ac lachrymis peccata vestra deploretis.

Bern. ser.
3. de nat.
li Christi.

Secundus discursus ostendit, quam sit rationi consentaneum, vt lachrymis sua homines peccata lugeant, cum illa etiam Christus Dominus deplorauerit.

(.?.)

Thema:

Et Lachrymatus est Iesus.
Ioan. 11.

PRAETER rationes illas, quas superiori discursu ex sanctis patribus accepimus, ad Seruatoris nostri lachrymas expēdēdas, ea D. Thomæ rursus, causam indagādā, aliā. Angelicus doctor reddidit in hoc hic, D. Ioānis, de quo loquimur, testimoniū, dicens. Fleuit ex causa Christus, vt doceret: hominē propter peccatum fletibus indigere, id est, vt homo christi lachrymis motus addisceret peccata sua lugere. D. itē Aug. super hūc locū, eādē affert rationē, Fleuit, inquit, Christus, fleat

Aug. in
Ioan.

fleat se homo. Quare enim fleuit Christus, nisi quia flere hominē docuit. Considerauit humani generis vindex, cum lazarus vita functum aspexit, miseram demortui animi conditionem, & simul illi venit in mentem communis corporalis mortis causa, peccatum scilicet. *(Per peccatum enim intrauit mors in hunc modum, ut ait Apostolus)* & iccirco lachrymatus est, docens homines, quid lugere, & qua de causa tristari debeant. Quod si nihil aliud præter Christi lachrymas proponeretur nobis ad deploranda peccata, illud certe satis esset ad fletum oculis nostris permouendum. Sed ad id alias causas speciatim inquiram, cur scilicet peccata nostra flere debeamus.

Ac primum dubitari non potest, quin malum mæroris, & lachrymarum obiectum sit, quamobrem tristitia, & lachrymæ a cælo longissimè absunt, quia malum ibi adesse nulla ratione potest, damnati vero in luctu semper versantur, & tristitia, assiduisquæ lachrymis consumuntur, eo quod in inferis, vbi illi iacent, omnium malorum semina reperiantur. Quo circa in hoc mundo gaudium cum mærore permixtum est, quia in eo bonum malumquæ copulantur. Itaque malum seu damnum est causa fletus, atquæ tristitiæ, quod quidem quo maius est, eo maiorem fletum, ac luctum cōmouet. Quid igitur lachrymas, animiq; dolorem æquè excitare poterit, ac peccatum, quod plane, plenisque buccis malum appellari potest, vnde regius ille vates cum homine iusto loquens, ait. *Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.* Discrimen ponitur hoc loco inter malum, & pœnam. Pœna etenim dicitur flagellum, quid vero malum nuncupetur. D. Bernardus, explicat, in hunc modum. malum est, quod sua quidem anima animam priuat, quod separat inter te, & Deum, vt eo regnante tanquam corpus sine anima, sic sit anima sine Deo plane mortua in se met ipsa. Et Paulo post. Vera, inquit, animi vita Deus est, & inter hæc quoquæ separat malum, sed malum animæ, quod non est aliud quam peccatum. Ecce quo pacto sacræ litteræ, Sancti peccatum planè malum appellent, cui nullum aliud comparari potest. Magnum sane malum est in inferis cruciari, sed si contentio quædam, & comparatio fiat, maius profecto est peccati damnum. In illis enim damnatorum cruciatibus sicut & in alijs quibuscunq; pœnis aliquid boni splendet, & quissima nimirum Dei iusticia, qua sceleratos homines punit. Qua propter recte

D.

Diuus Dionysius puniri non est malum, sed fieri pœna dignum. At in peccato nulla ratio boni reperiri aliquomodo potest, & ob id inter omnia mala omnino malum merito appellatur, & in sacris litteris malum absolute nuncupatur. Atquæ iccirco, vt propheta admoneat hominem, ne peccet. *Declina, inquit, a malo, & fac bonum,* non ait Declina à peccato, sed à malo, quia nihil est plane & omnino malum, nisi peccatum. Ideo humani generis assertor Christus, celebrem illam, cultuq; dignissimam orationem his verbis absoluit. *Sed libera nos à malo.* Vbi Diuus Augustinus pro illa voce malo peccatum intelligit. Chrysostomus vero, dæmonem, quod idem sane est, malum enim quo Dæmon afficitur, peccatum est.

DEINDE ratione conuinci potest id, quod intendimus. Illud enim vere, & proprie malum dicitur, quod hominem malum reddit, quemadmodum appellatur albedo, quæ illud, cui inest, album efficit, nigredo vero, quæ nigrum reddit, & cum nihil aliud sit, quod hominem malum constituat præter peccatum, illud profecto malum iure optimo appellari potest. Egestas quidem pauperem constituit hominem, sed non malum, ille enim pauper simul esse potest, ac bonus, ægritudo ægrum efficit, dedecus inglorium, & mors ipsa demortuum, sed neq; ægritudo, neq; dedecus, neque mors hominem malum reddit, quia bonus egrotat, cōtumelijs afficitur, ac moritur. Imo ipse Dei filius, qui summa bonitas est, egestatem, labores, opprobria, & mortem ipsam subiuit: Cum ergo solum peccatum sit, quod animum malum efficit, solum illud iure malum est appellandum: quod si malum est tristitiæ, & lachrymarum causa, neq; aliquid dici potest omnino malum nisi peccatum: illud profecto solum hominum animis mærorem, & lachrymas merito excitabit.

AT detrimenta etiam, & calamitates, quæ hominibus eueniunt, lugendæ quidem sunt, cum damnum illis afferant, ac perniciem. Sed certe neq; huiusmodi damna, neq; quælibet alia cum eo, quod peccatum infert, conferri potest. Nulla nocebit aduersitas, inquit Gregorius, si nulla dominetur iniquitas. Hæc enim si de medio auferatur, nihili reliqua detrimenta facienda sunt, quæ potius vtilitatem maximam iustis solent afferre. A postolo namquæ testante: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Sed quæ nā omnia? inquit Anselmus, omnia quæcunq; ipsis accidunt, non solum illa quæ appetuntur, vt suauia, sed etiam illa, quæ vitantur vt molesta

Tttt Quod

Roman. 5.
num. 12.ps. 90. nu.
10.Bern. sap.
ps. qui habitat. ser.
mon. 10.

Dionys.

ps. 36. nu.
27.Matt. 6.
num. 13.

Grego

Roman. 8.
num. 22.
Ansel. ibi.

Quod quidem eiusdem Apostoli exemplo comprobari potest, qui ex omnibus laboribus, & ærumnis, quibus maxime vexabatur, maximam sibi utilitatem, inuicta quadam animi tolerantia, comparabat. *Maledicimur, ait, & benedicimus, blasphemamur, & obsecramus, persecutionem patimur & sustinemus, &c.* Sed à peccato ex se sumpto nullum potest elici emolumentum, quanuis Deus, qui potestate maximus est, & bonitate optimus, ex hominum flagitijs aliquod aliquando commodum eliciat, id vero per accidens euenit peccato.

DAMNA item, quæ ærumnas, & calamitates secum afferunt, exiguam sane sunt, quia exiguis nos bonis spoliunt, egestas enim diuitijs, dedecus decore, infirmitas valetudine, mors denique, vita solum corporali priuat. At lethale peccatum spirituali, ac diuina vita, gratia, charitate, donis cœlestibus, ipsoque Deo hominem orbat. Ex quo fit nihil æquè lugendum ac deplorandum esse, ac peccatum.

MERITO igitur sanctissimi viri ob sua & aliorum peccata in magnum fletum eruperunt. Cum ille Dauidis filius, qui nuper ex Bersabe natus fuerat, in morbum incidit, procumbens in genua Dauid, precibus, ac ieiunijs à Deo optim. maxim. pueri valetudinem postulauit. Cum autem sciret filium suum vita decessisse. *Surrexit Dauid de terra. (sacræ scripturæ verbis utar) Et locutus, vnde usque est, cumque mutasset vestem, ingressus est domum Domini, & aderauit, & venit in domum suam petiuitque, ut ponerent ei panes, & comedit. Dixerunt autem ei serui sui, quis est sermo, quem fecisti? Propter infantem, cum adhuc viueret ieiunasti, & flebas, mortuo autem puero, surrexisti, & comediti panem? quibus Dauid respondit. Propter infantem, dum adhuc viueret, ieiunavi, & fleui: dicebam enim, quis scit, si forte donet eum mihi Dominus, & uiuat infans? Nunc autem quia mortuus est, quare ieiuno? Num quid potero reuocare eum amplius. Ac si diceret, ideo iam non me à cibis abstineo, nec lachrymas effundo, quia nullum infanti vita fucto abhiberi potest remedium, obiit vero post aliquos dies alter eius filius nomine Absalon, quod cum ei nunciatum esset. *Contristatus Rex (sacra historia ita attestante) ascendit canaculum portæ, & fleuit, & sic loquebatur, vadens Fili mi Absalon, Absalon fili mi, quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te, Absalō fili mi, fili mi Absalon? Sed cur cum infans e uita discessit, non fleuit Dauid, qui ipsius pueri incolumitatem tantopere desiderat? eo quod nulla eum medicina sanari posse**

1. Cor. 4.
num. 12.

2. Reg. 12
num. 16.

2. Reg. 18
num. 33.

se arbitraretur In Absalonis vero morte multas ipse lachrymas effudit, cum nequæ Absaloni vita posset restitui. Incestum Amnon, inquit, D. Ambros. fleuit Dauid, occisum parricidam Absalon, doluit interemptum, crimina doluit, non exitum filiorum. Hæc ille. Cum obiit puer sperabat Dauid illius animi salutem, cum autē uita functus est Absalon, æternam eius damnationem pertimefcebat quippe qui in peccato uitam amiserat, quod merito luctu, ac lachrymis deplorandum est.

Amb. ora
tio. de obi
tu Valent.

HINC etiam factum est, ut cum sceminæ quædam Christum Dominum proxime iam ad mortem accedentem lamentarentur ipsis à Domino dictum est. *Filia Hierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flere, & super filios vestros* Acerbissimi Christi dolores digni quidem erant lachrymis, ac lamentatione, uult tamen Iesus ne illæ mortem, ac pœnas, quas ipse patitur, deplorent, sed se ipsas, suosque filios lachrymis prosequantur, eo quod multæ sint ab illis susceptæ culpæ, à Deo vero, non item: omnis enim ille peccati expers est, peccataque digniora sunt lachrymis, quam ipsa passio Christi in quantum mera passio fuit.

Luc. 23.
nume. 28.

HUIUS etiam rei causa magnis se lachrymis dederunt multi, qui cum infinitam peccati grauitatem agnosceret, diutius in luctu uersantes, & in magnum erumpentes fletum, multis contabescebant lachrymis, De Beata Maria Magdalena, sic ait S. Luc. stans *Retro secus pedes Domini lachrymis cepit rigare pedes eius.* Quales exitimas fuisse ac quãras lachrymas illas quæ non solum faciem madefacere, & maxillas proprias tingere, sed etiam Christi pedes rigare sufficiebant? Quis nam in corde uersabatur dolor qui talium lachrymarum causa erat?

Luc. 7.
nume 38.

DAVIDEM autē præcipue ante oculos proponite, qui nullum finem lachrymis imponens, peccatum, quod in Deum commiserat adeo acerbelaementatus est, ut idem asserat. *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam* Exitus inquit non lachrymas minutatim, nunc unam & aliã postea, sed riuos unde tam multas lachrymas effudit, ut illis stratum suum rigauerit, *lachrymis meis stratum meum rigabam.* Lugebat item sua flagitia grauiterque, suspirans, rugiebat à gemitu cordis sui, & peccati terrore iniecto, illud horrendum, ac reformidans, aiebat. *Non est sanitas in carne mea a facie ire tue, non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum* Qui immanè illum Gigantem non timuit, nunc peccato ante oculos obiecto, perhorrescit? Qui animose uersos aggressus est, ipsoque fortissimos

Tit 2 leones

nes fortiter inuasit, ac dilacerauit, flagitijs in conspectu positjs, timet, ac deficit? *Non est inquit sanitas in carne mea a facie iræ tuæ, non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.* Animaduertite verba Dauidis à facie iræ Dei carnem suam timidam esse, affirmat, à facie vero peccatorum suorum totis ossibus se, dicit, contremiscere. Magis enim sua met peccata, quam Dei iram horrebat. Et merito sane, cum peccatum formidabilius malum sit, quam ipsa Dei ira, quam peccati causa excitamus. Plus ergo lugendum, ac deplorandum est peccatum, quam diuina vindicta, hæc enim aduersus hominem excitatur, iustumq; homini supplicium infert. Culpa auté perit, ac lædit Deum, & contra ipsum admittitur. Iure igitur regius ille vates aiebat. *Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ, non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.* Deniq; tanto dolore, ac mærore propheta afficitur ob Dei offensam, quam fecerat, vt dolore tabescens, assidua animi tristitia conficeretur. *Miser factus sum, inquit. & turbatus sum vsq; in finem, tota die contristatus ingrediebar.* Quibus ergo lachrymis, quo fletu, quo animi mærore homines peccata sua deplorabunt, qui & plura commiserunt, & illa verba quæ Dauidi nunciata sunt, non audierunt? Nimirum, *Dominus transtulit peccatum tuum.* Iudicabat D. ille Augustinus, vt auctor est D. Thom. se esse dignum vt oculos cæcaret. plorando. De beato Petro scitum est quod S. Lucas ait *egressus foras fleuit amare*, quia scilicet peccauerat contra Deum negando illum: fleuit ergo & non quomòdocumq; sed amare, D. Chrysof. ait non fleuisse Petrum propter pœnam quam mereretur, sed propter culpam quam commiserat, propter hanc ergo fleuit amare, & non solum tunc, sed, vt ait S. Clemens per totum vitæ spatium: quotiescunq; noctu gallum cātātē audiebat, surgebat, & orans lachrymabatur propter peccatum suum, & addit S. Clemens Papa. discipulus S. Petri, adeo fuisse Petrum in lachrymis assiduum: vt maxillas præ lachrymis veluti consumptas, & combustas haberet, sic perfecti penitētes dolēt & lachrymātur. Plorare igitur & vos, qui maiora multo flagitia perpetrastis, vt peccatorū maculas lachrymis animiq; dolore deleatis, & æterno, ac cœlesti gaudio perfruamini.

CON-

CONCIO QVARTA.

Primus Discursus agit de causis, a quibus animi duritia dimanet, & quæ sint illi remedia adhibenda.
(.?.)

Them.

Lazare veni foras, & statim prodijt qui erat mortuus.

Ioan. II.

VOX Domini in virtute, vox Domini in magnificentia, cecinit regius ille vates. Quæ quidem verba verissimè esse ostenduntur in hodierno miraculo, quod præ manibus prædicandum habeo. Quæ enim vox esse potuit maioris virtutis, ac magnificentiæ, quam illa, *Lazare veni foras?* Quæ qui demortuus fuerat, & in sepulchro iam conditus, ad vitam redijt. Et ille qui feterè dicebatur, quia quatrduanus erat, è sepulchro prodijt, ligatus pedibus, & manus institis, & facies illius sudario ligata. CVM igitur tanta sit diuinæ vocis vis, ac potestas, quid causæ erit, cur illa improborum animos sæpe non frangat? vox, quæ homines à mortuis excitat, cur omnium animos ad iucundissimam vitæ lucem non reuocat? Quo pacto flagitiosi vocem illam non audiunt, qua condita sunt vniversa? Neq; solum Dei voces, sed neq; eius lachrymæ, ac miracula, illos à turpi viuendi ratione reuocare possunt?

DVRVS, & obstinatus habetur Pharao, quippe qui insignibus pluribusq; miraculis à Deo editis in AEGYPTO, emolliti non potuit. Sed longe maior est obstinati animi durities, quæ nec vocibus nec miraculis, neq; ipsius Dei lachrymis leniri potest. Refert Matthæus puellam quandam ad vitam redijisse ex eo solum, quod Christus tenuerit manum eius, sed quoties idemmet Christus

Tttt 3 opem.

opem tibi, manumq; porrigit, vt demortuam tuam animam susci-
 tet, ea tamen nullo modo resurgit. Alter etiam adolescens cū ad
 sepulturam deferretur, Christi Domini voce reuixit. Cum enim
 cum alloqueretur Iesus. *Adolescens* (inquiens) *tibi dico surge, resedit,*
 ait scriptura, *qui erat mortuus, & cepit loqui, & dedit illū matri suæ.*
 At eadem tibi verba relata sunt, & sæpe humani generis assessor
 tecum in hunc modum alloquitur. *Surge qui dormis & exurge a mor-*
tuis. Adolescens tecum loquor, perditæ, ac flagitiose homo, tibi
 dico surge. Tu vero obsurdens, iaces in tenebris, neq; vis resur-
 gere, & Christo Domino assurgere. Cum illius Sunamitidis filius
 vita functus esset. *Ascendit Eliseus, & incubuit super puerum, posuitq;*
os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super
manus eius, & incurruauit se super eum, & calefacta est caro pueri. Ma-
 ximus tamen Deus magis coniunctus est nobiscum, siquidē diui-
 nam naturam cum humana copulauit, & ipsius hominis pedes, ma-
 nus, atq; oculos assumpsit, vt eum excitet, ille vero nec calefcit.
 Explorandum est quæ sit tantæ duritiæ, & obstinationis causa.
 Ac primum hoc supplicij genere puniri solent homines à Deo,
 iuxta illud D. Pauli testimonium. *Cuius vult miseretur, & quem vult*
indurat. Vbi D. Thom. ait. Cuius vult miseretur per suam miseri-
 cordiam, & quem vult indurat per suam iustitiam, quia illi, quos
 indurat, hoc merentur, vt indurentur ab ipso. Eandem causam fa-
 cræ litteræ reddunt, cum de obstinata Pharaonis pernicia loquū-
 tur. Cum enim præpotēs Deus post alia illi inflicta flagella, graui-
 bus affecisset vulneribus, *indurauit Dominus* (sacra Exodi historia
 referente) *cor Pharaonis, & non audiuit eos.* Sed priusquam hæc ita
 euenirent, Dominus Moyse enunciauerat, se induraturum esse
 cor Pharaonis. *Quid est ego indurabo cor eius?* inquit Augusti.
 nisi cum abfuerit gratia mea, obduret eum nequitia sua. Sicut
 quoties nimio frigore constringitur aqua, solis calore superteniē-
 te resoluitur, & discedente sole iterum obduratur, ita peccatorum
 frigore refrigescit charitas multorum, & velut glacies obdurantur
 & cum calor diuinæ misericordiæ superuenerit, resoluuntur,
 quod in Pharaone impletum esse cognouimus, à quo quoties
 flagella remota sunt contra Deum se obduratus erexit, quo-
 ties vero afflictus est, humiliter supplicauit. Hæc ille Deus itaq;
 eatenus indurare dicitur hominem, quatenus ob eius scelera au-
 fert ab ipso præcipua quædam subsidia, quibus re, ille conuerte-
 retur,

Lyc. 7.
 n. 14.

4. Reg. 4.
 num. 34.

Rom. 9. n.
 18.

D. Thoma.
 ibi.

Exod. 9.
 num. 12.

Ex. 4.
 num. 21.
 August.
 serm. 88.
 de tempo-
 re.

retur, præbens tamen eidem generale auxilium, quod à Theolo-
 gis sufficiens dicitur, vt salutem consequi possit, nunquam tamen
 eo solum à turpitudine ad honestatem huiusmodi obduratus re-
 uocabitur de facto.

SED tantæ animi acerbitati illud remedium adhiberi potest,
 quo vti sunt sorores Lazari, cum a Christo Domino fratris sui
 vitam petierunt, preces enim sunt nobis Deo fundendæ, & ab eo
 submisse postcendum, vt corporis duritiem emolliat, duos namquē
 hominum animos lenire, præcipuum est Dei Maximi benefi-
 cium, & iccirco illud Dominus populo suo pollicebatur. *Dabo,*
inquit, vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri, &
auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum, &
spiritum meum ponam in medio vestri. Quod sic Diuo Hierony-
 mo explicatur. Quando cor nouum datum fuerit, & spiritus
 nouus, tunc auferetur de corde Iudaico omnis duritia, quæ
 lapidi comparatur, vt pro lapideo corde sit cor carneum, mol-
 le, & tenerum, quod spiritum Dei in se possit recipere, & in
 scribi litteris salutaribus, & tunc ambulabunt in præceptis Do-
 mini. Hactenus Hieronymus, ex quo plane fit, speciale
 Dei esse in homines beneficium, cum dura, ac lapidea eorum
 corda mollia, & humana reddit. Sic Magdalenzæ, & latronis ani-
 mos emolliuit, sic etiam Saulum, qui pertinaciter Christum,
 eiusquē sanctissimæ legis assertores insectabatur, adeo mollem
 tenerum, ac humanum reddidit, vt facilem, & benignum se præ-
 bens omnibus, Christum, eiusquē sectatores mira quadam be-
 neuolentia amplecteretur. Quis igitur dubitabit, quin hæc
 mutatio sit dexteræ excelsæ. Huiusmodi Dei opera celebravit
 regius ille vates, cum ait. *Montes sicut cera fluxerunt a facie*
Domini à facie Domini omnis terra. Diuus Augustinus censet,
 in hoc loco locutum esse vatem de his, quæ mirifice in Christi
 Domini aduentu ab ipso Deo gesta sunt, atquē hoc Dauidis
 carmen exponens, vbi est, inquit, altitudo potestatum? vbi du-
 ritia infidelium? *Montes fluxerunt sicut cera à facie Domini,*
 ignis enim eis fuit Dominus, illi tandiu duri, donec ignis ille
 admoueretur, complanata est omnis altitudo, modo blasphemare
 Christum non audet. Hæc Augustinus. Cōfirmato quidē ani-
 mo Iudæi suæ sententiæ addicti erant, plurimi tamen ad Deum

Ezech. 36
 num. 6.

Hiero. ibi.

Psal. 96.
 num. 5.
 Aug.

se conuertebant, obstinatissimi erant ethnici, quorum pene innumeri ab erroribus deducti, & ab inueteratis suis opinionibus depulsi, veram Christianæ religionis legem susceperunt. Potest enim Deus durissima hominum corda lenire. Cum Elias in vasta versa batur solitudine, in eam immortalis Deus se contulit. *Ecce Dominus transit, (ait sacra regum historia) & spiritus grandis, & fortis subuertens montes, & conterens petras ante Dominum.* Hæc sane est diuinæ virtutis vis, vt corda etiam lapidea comminuat, si igitur, mortalis homo, obstinati animi, ac duri cordis es, ad benignissimum humani generis Seruatorem confuge, eumque suppliciter in hunc modum alloquere. Tolle, Domine lapidem hunc, & diuinæ tuæ vocis virtute, ac magnificentia confringe durissimum meum animum, & demortuam animam excitans, iube, vt prodeat & foras exeat hic Lazarus quatri duanus.

ALIAM deinde huius duritiæ causam in ipso homine esse reperio, quippe qui obstinate resistit ijs medijs, quibus Deus vtitur ad illius salutem reparandam. Quauis enim in hominis obstinatione, & diuina illa voluntas, quam Theologi permissiuam vocant, & ipsius etiam hominis pertinacia coniungantur, ea tamen sæpe in sacris litteris hominum repugnantia tribuitur, sic enim loquuntur de populo illo, qui duræ cervicis erat, ac dicebatur, *Sicut frigida facit cisterna aquam suam, sic frigidam facit malitiam suam.* Vbi D. Hierony. ait. Quomodo cisterna, vel lacus frigida facit aquam, sic in medio Hierusalem, malitia, quæ in ea est, omnem calorem perdit vitæ. Sancto enim spiritu accensi feruentes appellantur, mala autem frigida sunt, vnde scriptum est. *Quod in nouissimis diebus, quædo multiplicata fuerit iniquitas, refrigescet charitas multorum.* Hæc ille. Cisterna autem frigida facit aquam, quia in abdito & opaco loco, atque à calore, radijsque solis remoto, illa constituitur, vbi per antiparistatim ab aere concreto, qui natura sua maxime frigidus est frige fiat. Ita etiam huiusmodi peccatores frigidi, ac gelidi cordis sunt eo quod illud à diuini solis radio cœlestiq, calore se semoneat & frigidissimo mundi aere, qui huc, illuc effluens, ventos efficit, frige faciant, quo quidem frigore diuino calori resistunt, neq, cœlesti illo igne à Deo immisso volunt calefieri: Quo circa merito idem propheta sic Dominum alloquitur. *Domine percussisti eos, & non doluerunt, attrivisti eos (id est flagitiosos homines, qui habitabant in Hierusalem) & ennerunt a. cipere disciplinam, indurauerunt facies suas*

3 Reg. 19
num. 11.

Jerem. 6.
num. 7.

Hiero. 1bi.

Matt. 24.

Jerem. 5.
num. 3.

suas supra petram, & noluerunt reuerti. Nequæ enim hic dicitur. Domine tu indurasti eos, & noluisti ad honestatem reuocare. sed ipsis flagitiosus vitio vertitur, non fuisse conuersos. *Noluerunt*, inquit, *reuertere, indurauerunt facies suas supra petram.* In quæ verba ait D. Hierony. Hoccapitulo discimus, inferri supplicia, vt vitia corrigantur. ita Hier. At illi attriti laboribus reuenerunt accipere disciplinam. Quibus apte accommodari possunt illa verba. *Ipsi rebelles fuerunt luminibus.* Rebelle ille dicitur, qui contra fidem alicui datam, arma sumit ad ipsum debellandum. Rebelle enim significat iterum bellare, hi ergo qui veritatis lumine aliquando conuicti, iterum contra lumen, & veritatem armis muniuntur, & pro viribus diuinæ luci resistunt, rebelles iure dicuntur, & voluntaria animi obstinatione afficiuntur. Quod ex Christi Domini verbis constat, qui ita cum rebellibus, & obstinatis loquitur. *Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti.* Noluiti (ait) Ecce vobis obstinati animi causa, voluntaria nimium hominis repugnantia, ac rebellio, nolle conuerti. **HUIUSMODI** ergo obstinatis illud, quod olim Moyse dixit Israelitis, obijciam. *Gens absq, consilio, & sine prudentia, vti nam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent.* Inopes enim sunt rationis, & consilij expertes, qui Deo resistunt, vti nam cauti hi essent, ac sapientes, & nouissimi diei memoriam non amitterent, sed illum animo perpederent, considerantes, cor durum male habiturum esse in nouissimo. AEquum enim Dei supplicium est, vt in morte obliuiscatur eius, qui in vita obliuus est Dei. Vtinam nouissima prouiderent, animum referentes ad vltimam illam rationem, quam ab eis exigit humani generis vindex, supremusque hominum, & Angelorum iudex, in cuius iudicio obstinationis suæ conuincuntur. Hodie ergo fratres, si audieritis vocem eius, nolite obdurare corda vestra, sed molli, ac tenero animo vos ipsi subijcite, vt sub eius alas congregati, tanquam dilectissimi recremini.

Hierony.

Iob. 24 n.
13.

Matt. 23
37.

Deut. 32.
num. 28.

V. V. V.

Pri-

Secundus Discursus ostēdit. Cur patiat̄ Deus
iustos laboribus in hac
vita vexari.

(?)

Them. Ecce quem amas infirmatur.
Ioan. I I.

Ioan. II.

Ecc. 2. n. 1

VERVM quidem est Lazarum præcipuo quodam amore, ac be-
nevolentia à Christo Domino diligi, quod & ipsius sorores
attestantur, cum aiunt. *Ecce quem amas, infirmatur.* Et diuine
etiam legis scriptor Ioannes affirmat dicēs. *Diligebat Iesus Marthā,
& sororem eius Mariam, & Lazarum.* At in hac re illud videtur dif-
ficile, quo pacto, si Iesus Lazarum amore prosequitur, illum egra,
atq; in commoda valetudine vti, patiat̄? si a Deo ille diligitur,
quomodo infirmatur, & moritur? Ardua sane quæstio, & sepe à san-
ctis Patribus nostrisque concionatoribus discussa. Cur nimirum
Deo grauissimi, ac carissimi erumnis, ac rebus aduersis afficiantur.
Atq; itcirco ecclesiasticus eos, qui diuino se obsequio tradunt, ad-
monet. *Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & in timore, &
prepara animam tuam ad tentationem.* Gerit se spiritus sanctus in hoc
loco perinde ac cum viro quodam, qui vult militiæ nomen dare,
quem ita alloqueretur. Fili para telum, clypeum, gladium, & armatu-
ram ad ineundum bellum, ac cum hostibus fortiter dimicandum,
multa enim tibi sunt pericula subeunda, multæquæ difficultates su-
perandæ, quas vt acriter deuincas armis muniri debes, eodem mo-
do loquitur in præsentem cum eo, qui à dæmonis castris ad christia-
nam militiam transfugit. Fili accedens ad seruitutem Dei, confligen-
dum est tibi cum humani generis hoste & ad manus, pugnamq; de-
ueniendum, præpara animam tuam ad tentationem, ea enim premun-
tur ij, qui huiusmodi prælium inire volunt. Idem à sacro illo do-
ctore

ctore gentium indictum est. Omnes (inquit neminem excipit) qui
pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. 2. Thim. 3.
nume. 12.

SED quam persecutionem? *Multa tribulationes iustorum, cecinit
regius ille vates. Mundus enim, Dæmon, ipsorum appetitus, ipseque,
Deus quodammodo eos persequetur, plurimisque, laboribus vexabit,
Etenim alij ludibrii, & verbera experti, insuper & vincula, & carceres,
lapidati sunt, setti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, cir-
cuierunt in melotis, & in pellibus caprinis, egentes, angustiat i. asilicti,
quibus dignus non erat mundus.* Mirum sane est tantæ sanctitatis vi-
ros tam grauiter, Deo ita volente, diuexari. Cum Israelitæ capti te-
nebantur existimantes iam, Deum eorum. memoriam penitus de-
posuisse, dicebant. *Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei*
Quibus idem Dominus respondit. *Nunquid obliuisci potest mulier in-
fantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit, e-
go tamen non obliuiscar tui: Ecce in manibus meis descripsi te.* Cur ergo
Deus immortalis, si a deo clementiæ tuæ infixi sunt, & tam suauissi-
ma recordatione in animo tuo versantur, tot ipsi ærumnis, ac cala-
mitatibus afficiuntur? cur sanctitatis studiosi tot infortunia susti-
nent? cur tibi amicissimi tot premuntur angustijs? Audite obsecro,
quid sacri doctores propositæ quæstioni respondeant, quas ve-
rationes afferant, vt præsentem difficultati satisfaciant.

Ad hebrae.
II. nu. 36

Esai. 49.
nu. 14.

PRIMVM autem D. Gregorium audiamus, cuius est illa ratio. *Greg. I. 6.
mor. c. 30,*
Quisquis in vita, inquit, præsentem recta agit, & aduersa sustinet, la-
borare quidē in aduersitate cernitur, sed ad benedictionem hære-
ditatis perpetuæ consumatur. Censet igitur Gregorius, iustos prop-
ter excellentius eorum meritum affligi. Quod quidem ex D. Paulo
videtur sumptum, qui ait. *Id quod in presenti est momentaneum, & le-
ue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pon-
dus operatur in nobis.* Quapropter B. Iacobus eum appellat scelicem
qui patienter sustinet tribulationes. *Beatus, inquit, vir, qui suffert tē-
tationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam ve-
promisit Deus diligentibus se.* Cum ergo æternæ gloriæ pōdus, sum-
mumq; in beatitudine præmium laboribus correspondeat, benefi-
ciū Dei est, cū iustos afficit laboribus. Si ignominia, ægritudo ege-
stas, aliæque eiusmodi ærūne æquo animo toleratæ celestē honorē,
salutē, diuitias, æternūq; gloriæ pōdus operatur in nobis, maxi. Dei

2. Cor. 4.
num. 17.

Iacob. I.

simile.

in homines extat promeritum, si eos huiusmodi res aduersas tranquille ferre, patiatur. Cum quis desiderat, vt filius, quem vnice diligit ad maximas fortunas, honoresq; deueniat, sollicitè curam adhibet, vt alicuius muneris labores & sudores adeat, vel in mercaturæ arte, vel in studijs litterarum. Nec permittit eum voluptatibus, genio, & ocio indulgere, sed noctu diuq; nauare operam litteris, vel terras mariaq; peragrarè. Desiderat enim per huiusmodi labores, diuitias & honores filio cõparare, & licet filius flens & eiulàs sic mittat semina sua, veniens postea veniet cum exultatione, portans manipulos fructuũ ex laboribus acquisitos, & gratias patri referet pro laboribus sua prouidentia antea susceptis. Eodem modo clementissimus ille futuri sæculi pater optans cœlestibus diuitijs, atquẽ honoribus eos cumulare, quos miro amore prosequitur filios, magnis illos premi ærumnis, assiduisq; laboribus confici sinit.

Psalm. 65. 12. Psalm. 85. 1. Chryf. hom. 1. ad popu. 2. Cor. 12. num. 7.

Quocirca fortissimi Christi martyres, ac reliqui viri sanctissimi, qui cœlesti iam præmio potiuntur, immortales Deo gratias referunt, eo quod in hoc vitæ curriculo magnis sint cruciati tormentis, plurimiq; laboribus fracti. *Transuimus*, inquit, *per ignem, & aquam & eduxisti nos in refrigerium.* Et magna animi alacritate illud Dauidis carmen modulantur. *Latati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala.*

SECUNDA item D. Chrysofomi ratio ea est, quia cum facile, inquit, in arrogantiam propter meritum magnitudinem extollantur, sanctos sinit affligi. Quod trito illo, apto tamen Apostoli exemplo confirmat. Qui postquam dixisset se in tertium cœlum raptum fuisse, ibiq; audiuisse arcana verba, subdit. *Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ. Angelus satanæ, qui me colaphizat.* Id est, poterat Deus, (vt interpretatur

Chryf. ibi. Chrysof.) continere persecutiones, & tribulationes assiduas. Sed quoniam in tertium raptus fuit cœlum, & in paradysum delatus, ne harum reuelationum magnitudine extollar, & altum sapiam, permittit persecutiones has, & Angelos satanæ homines scilicet, Diabolo ministrantes, infideles, tyrannos, & gentiles per tribulationes, & persecutiones me colaphizare, vt non extollar. Hæc ille. Plurima Deus confert in iustos beneficia, cœlestiq; eos consolatione permulcet, quibus ne illi superbia efferantur, varijs eos laboribus affligit, vt submissè de se sentiant, ac loquantur, quemadmodum enim pedica accipitrem continet, ne adeo euolet. & in sublimè feratur, vt aucupis & venatoris conspectum fugiat, ita iusti

tri

tribulationibus continentur, ne inaniter efferatur, sed de se humiliter sentientes, ad omniũ pedes humiliationes supplices abijciatur. Atq; iccirco regius ille vates tribulationes, vt ita loquar, appellat. *Bonũ ait, mihi, quoniã humiliasti me.* Id est tribulasti me, vt exponit *Psalm. 117. Ambros. August.* *D. Ambros. & Aug. ibidem. Nisi quia lex tua meditatio mea est, tunc forte perissem in humilitate mea, id est, tribulatione mea.*

ALIAM deinde huius rei rationem sacre litteræ reddunt, cum de ærumnis, quibus sanctus ille Tobias afficiebatur, verba faciunt. *Hanc, inquit, tentationem, (cæcitatem intellige) ideo permisit Dominus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti tob.* Hinc occasionem captauit B. Ambrosius admonendi iustos laborum tolerantiam, dicens. Qui humiliatur, non deiciat animum, neq; frangat, sed magis humiliando proficiat, vt superbũ humilitate sua mitiget, insolentes morum seueritate confundat, contumeliosos patientia sua frangat, auaros nonnunquam etiam æquanimitate dispèdij à iurgij intètione deducat, sic enim legit. *Quia iustificata est sapientia à filijs suis.* Dum Christus se offert supplicio, dedit iniurijs, non subducit opprobrijs, neq; à confusione sputorum auertit faciem suam, & ideo omnes sapientia sua instruxit, liuore sanauit. Hactenus Ambrosius.

AUDIAMVS tamen Senecam (si fas est philosophos ethnicos in hac re consulere) qui duplicem rationem affert, vt eandem difficultatem soluat, quam nos hodierna concione discutimus, quare bonis viris aduersa multa eueniunt? Responder enim primo. Non vides quanto aliter patres, aliter matres indulgeant? Illi exercitari iubent liberos, & feriatis quoq; diebus non patiuntur esse ociosos, & sudorem illis, & interdum lachrymas excutiunt. At matres fouere in sinu, continere in vmbra volunt, nunquam flere, nunquam contristari, nunquam laborare. Paternũ Deus habet in viros bonos animum, & illos fortius amat, & operibus, doloribus, ac damnis exagitat, vt verum colligant robur, languent per inertiam saginata, nec labore tantum sed mole, & ipso sui onere deficiunt. Non fert vllum ictum illæsa felicitas, at vbi assidua fuit cū incommodis rixa, callum per iniurias duxit neq; vlli malo cedit, sed etiam si cedat genibus flexus pugnat. Hæc est prima Senecæ ratio. Et quidẽ audire mihi videor hoc in loco vocem illã cœlitus delapsam, quam diuus Paulus se percepisse testatur cum ipsi conquerenti, eo quod ab Angelo satanæ colaphis cæderetur, &

Vvvv 3. semel,

semel, atq; iterum non roganti solum, sed etiam obsecranti, ut hu-
 iusmodi afflictio cessaret, diuinum illud responsum datum est.
 2 Cor. 1. Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Ac si dice-
 num. 9. ret, si tribulatio, qua angeris, magna est, auxilium etiam, quo tibi
 oppitulabor, satis superq; erit, ad illam æquo animo ferendam, ac
 fortiter superandam, nequè tibi expediens est illa carere, nam vir-
 tus in infirmitate perficitur. Mirus loquendi modus, inquit diuus
 Thom. in hunc locum perinde ac si diceret, ignis in aqua crescit,
 quid igitur est, virtus in infirmitate perficitur? Hoc est, inquit ille, in-
 firmitas est materia exercendæ virtutis, humilitatis, & patientiæ,
 & temperantiæ, &c. virtus enim non perficitur in delicijs, ibi ete-
 nim potius inficitur, & extenuatur, sed in labore, ac pugna, qua
 Thom. ibi. opposita vitia deuincuntur. Quo circa cum sacra historia causam
 Iudic. 3 n. afferret, cur præpotens Deus non interficeret omnes, qui aduersa
 I. bantur Israeli, *Hæ sunt, inquit, gentes, quas Dominus dereliquit, ut eru-
 diret in eis Israel, & omnes qui non nouerant bella Chanaanorum, &
 postea discerent filij horum certare cum hostibus, & habere consuetudi-
 nem praliandi.* Noluit Deus immortalis eos remissos, & inertes
 esse, & ad debellandum ineptos, & hac ratione reliquit hostes in
 Israel, quibus cum manus conferentes, strenui, fortes, & ad bella
 fierent aptissimi. Eadem de causa iusti rebus aduersis vexantur,
 ne effeminati sint eorum animi, sed adeo fortes, ut viriliter, ac stre-
 nuè hostes aggrediantur, ac vincant. Marcet enim sine aduersario
 Seneca. virtus, ut recte Seneca supra? Doluit Scipio ille Carthaginensis, ut
 antiquæ referunt historiæ, & acerbe tulit Carthaginis exitium.
 Quauis ea vrbs ab hostibus teneretur, & in illa expugnanda
 plurimum ipse elaborasset: Dicebat enim valde expedire Roma-
 nis, cum Carthaginensibus bellum gerere, ut cum exteris hosti-
 bus certantes, domestica, ac ciuilia prælia, quæ perniciosiora sunt
 nullo pacto mouerentur. Sic ego in spiritali bello necessarium
 esse cenfeo: cum exteris inimicis, hoc est, cum rebus aduersis dimi-
 care, ne ab interioribus animi affectionibus, quæ maiorem homi-
 ni perniciem afferunt, expugnemur, cum in hoc etiam certamine
 fortiores, ac robustiores ad hostes acriter superandos, efficiamur.
 Quapropter non solum non moleste, sed iucunde perferenda
 Iacob. I. sunt aduersa, ut B. admonet Iacobus *Omne gaudium, ait, existimate*
 num. I. *fratres, cum in varias tentationes incideritis, scientes, quod probatio*
fidei vestra patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet,
 vt

vt sitis perfecti, & integri in nullo deficientes. Ut sitis, inquit, perfe-
 cti, ad sustinendam tribulationum diurnitatem, ut explicat D. Thom. ibi.
 Thom. & integri ad sustinendam eorum omnimodam diuersita-
 tem. Ideo diuus Paulus, *Placet, inquit, mihi in infirmitatibus, in con-*
 2. Cor. 12. *tumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo.*
 Et rationem reddit, dicens, *Cum enim infirmor, tunc potens, sum.* Ut
 enim vasa fictilia igne redduntur fortia, sic iusti tribulatione fiunt
 Simile. robustiores.

SECUNDA vero Senecæ ratio & præclarior est, & Theologo
 Christiano dignissima. Miraris tu, inquit, si Deus ille bonorum
 amantissimus fortunam illis, cum qua exerceantur, assignat. Ego
 vero non miror, si aliquando impetum capiunt, spectat Deus
 magnos viros colluctantes, cum aliqua calamitate. Nobis interdum
 voluptati est, si adolescens constantis animi irruentem feram ve-
 nabulo excepit, si leonis incursum interritus pertulit, tantoque
 spectaculum est grauius, quanto id honestius fecit. Non sunt ta-
 men ista, quæ Dei possunt in se vultum conuertere, sed puerilia
 & oblectamenta humanæ leuitaris, ecce spectaculum dignum, ad
 quod respiciat intentus operi suo Deus, vir fortis cum mala for-
 tuna compositus. Non video inquam, quid habeat in terris Deus
 pulchrius, si conuertere animum velit, quam ut spectet Catonem
 iam partibus non semel fractis stantem, & nihilominus inter rui-
 nas publicas erectum. Hæc ille. In quo animaduertendum est, quã
 ta Deus immortalis afficiatur lætitia, ac voluptate, dum homines
 intuetur cum rebus aduersis dimicantes, & labores Christi causa
 æquo animo ferentes. Quæ quidem tolerantia tantæ dignitatis est
 vt D. Chrystomus asserat in laboribus subeundis, vel ex eo solum,
 quod Dei causa perferantur, in æstimabile quoddam bonum reperiri, *Chrysof.*
 quod & iustis valde utile, & ipsi Deo gratum est, atq; iucundum *Super. c. 4.*
 Duo in acerbissima Christi Domini morte reperio, quæ præcipua *ad Eph.*
 consideratione digna sunt. Primum quidem eam ab eo esse suscep-
 tam, ut colapsum hominum genus repararet. Deinde sublatam
 fuisse ob æterni sui Patris amorem, & quidem excellentius est Chri-
 stum æterni patris causa mortem, crucemq; subijisse, quã omnes homi-
 nes in libertatem vindicasse: si ea igitur est dignitas, & excellētia,
 quæ in laboribus summi Dei causa ferendis, reperitur, si tantum nobis
 meritum, tantumq; commodum ex laborum tolerantia cõparamus, nul-
 lus ærnis, & calamitatibus affectus, iure cõqueretur, ac dicet De-
 minus oblitus est mei, Dominus dereliquit me. Quin potius, si ea
 patienter

patienter ferat, magna animi iucunditate affectus, dicat, Dominus recordatus est mei, Dominus suscepit me, fidens, se a Deo diligi illi, gratum esse, & tanquam filium ad æternam æterni Patris hereditatem peruenturum fore.

CONCIO QUINTA.

Discursus primus ostendit, quam sit difficile, eum à flagitijs abduci, qui diuturna peccandi consuetudine concalluit.

(.?.)

Them. *voce magna clamavit. Lazare veni foras.*
Ioan. 11.

NOVIS quidem, & inusitatis ceremonijs usus est Christus in hac Lazari resurrectione. Primo enim lachrymatuſ est, deinde fremens in semetipſo venit ad monumentum, lapidem irè amouere iubet. Præterea prius ad patrem orat, ac deniq, voce magna clamat *Lazare veni foras*. Alios quidem a mortuis Christus Dominus excitauit, nullum tamen legimus hac voce, his lachrymis huiusmodi què clamore, ac ceremonijs reuixisse. Cum ad vitam reuocauit illam Archisynagogi filiam, tenuit manum eius, & surrexit puella. Cum à mortuis etiam illius viduæ filium suscitauit, hæc solum verba protulit. *Adolescens tibi dico, surge, & resedit, qui erat mortuus, & cepit loqui, & dedit illum matri suæ*. Quid ergo hodiernæ resurrectionis ceremoniæ significant? quid sibi vult vox illa magna qua clamauit Iesus, cum submissa voce, imo & sine vlla omnino voce posset Lazarum ab inferis reuocare? Venuste, & ingeniose de hac

Matth. 9
num. 25.
Iu. 11.
14.

ac triplici resurrectione D. loquitur Augustinus. Tres tantum, inquit, à Domino resuscitatoſ mortuos in euangelio nouimus, & forte non frustra, Domini quippe facta, non sunt tantummodo facta, sed signa, si ergo sunt signa, præter id, quod mira sunt, aliquid significabunt. Resuscitauit filiam Archi synagogi adhuc in domo manentem, resuscitauit iuuenem filium viduæ extra portam ciuitatis delatum: resuscitauit Lazarum sepultum, & quatruiduanum. Intueatur quisque animam suam, si peccat, moritur, peccatum mors est animi sed aliquando in cogitatione peccatur, delectauit quod malum est, consensisti, peccasti, cõsensio illa occidit te, sed intus est mors, quia cogitatum malum nondum processit ad factum. Talem animam suscitare se significans Dominus, resuscitauit puellam illam, quæ nõ dum fuerat foras elata, sed quia in domo mortua iacebat, quasi peccatum latebat. Si autem non solum malæ delectationi consensisti, sed etiam ipsum malum fecisti, quasi mortuum tuum extra portam tulisti, iam foris es, & mortuus elatus es, tamen & ipsum Dominus resuscitauit. Tertius mortuus Lazarus est, genus mortis immane mala consuetudo appellatur, aliud est enim peccare, & aliud peccandi consuetudinem facere. Qui peccat, & continuo corrigitur, cito reuiuiscit, quia non est implicatus consuetudine, non est sepultus: qui autem peccare consueuit, sepultus est, & bene de illo dicitur, fetet, incipit enim habere pessimam famam tanquam odorem teterimum. Tales omnes assueti sceleribus, perditis moribus, dicis ei, noli facere, quomodo te audiet, quem sic terra premit, & tæbe corrumpitur, & molle consuetudinis prægrauatur. Hactenus Augustinus. Lazarus ergo ligatus, sepultus, quatruiduanus, & fetens flagitiosum hominem significat, qui sub duro turpis moris lapide sepelitur, & cuius animus multis iam sceleribus exercitatus adeo calluit, vt peccandi consuetudine ligatus, difficillime dissolui possit, & a peccatorum sepulchro egredi. Is vt à peccatis, quibus maximè adheret, resurgat vt à sepulchro ad vitam reuocetur, maximo clamore opus est, ad huiusmodi mortuum excitandum, nimis vocem cõtendit Iesus, clamoremq, profundens, tot, ac talibus ceremonijs utitur, non quia sine his non posset Lazarum suscitare, sed vt ostenderet, quam sit difficile illum hominem à peccatis amoueri, qui flagitiorum consuetudine concalluit.

MIRVM sane fuit Ionam illum prophetam in ventre piscis quasi in sepulchro conditum ad Deum ibi clamasse, precesquè fuisse

Xxxx

&

Ionæ. 2.

Aug. 111.
49.
in Ioann.

& tandem saluum atq; incolumem ab illo loco euasisse. Sed maiore in modum miror, cum hominem vita functum, ligatum pedibus, fetidum, & sub duro, ac magno lapide sepultum ad Domini clamorē ad vitam rediisse cerno. Huiusmodi quidem est obstinatus homo qui in summa perstans prauitate, obduru, & diuturna peccatorum consuetudo callum eius animo obduxit.

ITA fatetur D. Augustinus loquens de eo tempore, quo in errorum tenebris iacebat. Ligatus, inquit, eram, non ferro alieno, sed mea ferrea voluntate, velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & constrinxerat me, quia ex voluntate peruersa facta est libido, & dum seruitur libidini, facta est consuetudo, & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas. Quibus quasi anulis quibusdam sibimet in nexis (vnde catenam appellauit) tenebat me obstrictum dura seruitus, voluntas autem noua, quę mihi esse cęperat, vt te gratis colerem, nondum erat idonea ad superandam priorem vetustate roboratam. Ita duę voluntates meę vna vetus, & alia noua, illa carnalis, & hæc spiritualis confligebant inter se, atq; discordando dissipabant animam meā sed tamen consuetudo aduersus me pugnator ex me facta erat, quoniam volens, quo nollem perueneram. Ex quibus D. Augustini verbis satis perspicitur quanta sit vis, & quasi natura prauę consuetudinis. Quam quidem paucis, sed egregie expendit D. Chrysostomus, dicens. Manna comedebant iudæi, & cepas de Aegypto quærebant consuetudine ducti. Præclare sane explicuit Chrysostomus quantum mala consuetudo præualeat, quis enim cibus dulcior, ac preciosior, quā māna illud cœlestis. *Habens in se omne delectamentū, & omnis saporis suauitatē.* Quis vero magis insulsus, aut vilior, quam cæpe, cucumeres, pepones, porriq; & alia, quorum desiderio tenebantur iudæi, suauissimum illum cibum repudiantes. Quod ideo illi faciebant, inquit Chrysostomus, quia de more habebant vilissimis illis cibarijs vesci, manna vero nunquam degrauerant. Idem etiam in diuinis rebus euenit. Quid enim virtute suauius? quid excellentius quam meditationi, sacrisq; rebus vacare, & ad sacram Christi mensam frequenter accedere? quid autem vilius, aut abiectius quam diuitiæ, voluptates, honoresque perituri? Mundani tamen hæc omnia caduca, & temporalia æternis, ac cœlestibus anteponunt, ista querunt, & aucupantur, hæc vero, quę multo iucundiora, ac excellentiora sunt spernunt, ac minimi

fa-

faciunt, cuius rei causa consuetudo profecto est, qua terrenis his rebus illi assuefacti sunt, quę cum inualuerit, ægre, ac difficile ab eisdem abducuntur. Vnde merito sapiens inquit. *Proverbium est. Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea.* Solent iuuenes consilij, ac rationis expertes delicijs se, ac libidini tradere, quibus adeo adherent, vt etiā in senectute, vbi ratio & consilium viget, difficulter à turpi vita discedant, & ad honestam vitam rationem non facile se recipiant. Quare D. Chrysostomus. Fertur (inquit) Plato, quanuis certo eorum intelligeret errorem, qui Deos colerent, solennitatibus tamen, & alijs Deorum ceremonijs condescendisse, vt qui consuetudini repugnare non posset Græcorum etiam historia enarrat Alexandrum magnum nunquam abiectis corruptos mores, quibus in pueritia, ac iuuentute imbutus fuerat à præceptore suo Leonide, quanuis diligentissime curaret, honestissimi ac clarissimi viri nomen per omnes terrę partes obtinere. Quemadmodū enim, inquit D. Basilus difficile est, patrię linguam, quam ab infantia addiscimus, obliuioni mandare, aliamq; denuo perdiscere, ita etiam improbus difficulter flagitiosam quā ingressus est viam, relinquet. vt piā, atq; honestam sequatur, vt enim ipse ait, consuetudo vetustate firmata naturę vim nancisci solet.

OPTIME videtur hoc declarasse quidam ex Iob familiaribus, cum de quodam flagitioso homine loqueretur. *Offa eius, inquit, implebuntur vitijs adolescentie eius. & cum eo in puluere dormient.* Diuus Hieronymus. Hoc ait, quod à iuuentute sua, ex qua grauiora peccata committere cęperit, in eisdem peccatis suis vsquē in senectam permanferit, pro quibus nunquā voluerit pœnitere, etiā vsquē ad mortem, quę fit per resolutionem corporis huius. Pro ossibus senectutem intelligit Hieronymus: propter veterositatem annorum, & duritiem senij præmaturatam. Ac si diceret, inueterata consuetudo efficiet, vt improbus equē flagitiosus sit in senio, ac in iuuentute. Quanuis etiam dici posset in ossibus vera hominum ossa significari, quibus peccata inhaerent, tamquam thysica quędam febres, quę difficilem, aut nullam curationem habet, huiusmodi hominibus dixit olim Christus. *In peccato vestro morsemini.*

HOC ipsum immortalis Deus aptius explicauit, inquit. *Si mutare potest ethiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.*

Xxxx 2 Hi-

Aug. 8. cō
fes.Chryf.
hom. 3. de
panit.sap. 16.
num. 20.
Num. 11.
Num 5.Prou. 22.
num. 6.

Chryf.

Hist. græc

Simile.

Basil. in re
gulis dispu
tatione 6.
Iob. 20.

Hier. ibi.

Ioann.

Ierem. 13.

Hieron. l. 11.

Hyperbolice loquitur in hoc loco scriptura sacra ad augendam difficultatem, quam experimur in extirpando vitio, quod iam prorsus occalluit. Quocirca exponens D. Hieronymus hunc locum, ait. Quidquid discitur non naturæ est, sed studij, & propriæ voluntatis, quæ nimia consuetudine, & amore peccandi quodammodo conuertitur in naturam. Qua vero ratione grauissimo huic morbo adhibenda sit curatio, in sequentem discursum reijcimus explicanda in.

Secundus discursus agit de remedijs, quibus inueterata peccandi consuetudo curari possit
(.?)

Thema.

Lazare veni foras.
Ioann. 11.

Eccles. 11. num. 12. Simile.

SUPERIORI discursu vidimus, quantam vim habeat improba consuetudo ad detinendum hominem in flagitijs, ex quo percipi potest quam difficile sit huiusmodi malo remedium adhibere. *Læquor prolixior gravat medicum. Breuem lanx uerã præcidit medicu*, inquit Ecclesiasticus. Quemadmodum ergo hi, qui curandis corporibus dant operam, difficile medentur ei, qui diuturna ægritudine laborat, sic etiam per difficile est animorum medicos, eum, qui in peccatis occalluit, sanare. Quod satis constat in energumeno illo quem Marcus Euangelista refert. Cum enim ille à Christi discipulis curari non posset, ad ipsum Christum adducitur, & cum vidisset eum, statim spiritus conturbavit illum, & Elifus in terram volutabatur ipsum, & interrogavit Christus patrem energumeni. *Quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit?* & respondit *ab infanti. &c.* Iesus vero sic Dæmonem alloquitur *Sande, & mute spiritus, pro præcipio tibi, exi ab eo, & amplius, ne introcas in eum* & exclamans, & multum discerpens eum, exijt ab eo, & factus est sicut mortuus. Inquiri igitur modo, cur Christi alumni non poterunt illum Dæmonem ab huiusmodi corpore expellere, cum

Matth. 23. num. 29.

cum alios sepe expulissent? Cur ille adeo difficulter decessit, ut exiret exclamans, & discerpens multum? Id ea etiam ratione factum esse puto, ut in hoc homine, qui ab infantia fanaticus erat, indicaretur nobis, quantum habet difficultatis, ac laboris diuturnum peccatum, quod æque deforme est, ac ipse Dæmon, ab hominum animis eijcere, quod quidem si eijciatur, inuitus, stridens, ac discerpens exit.

SED quo utendum est remedio, quæ curatio adhibenda, quæ afferenda est medicina, ut huic occurramus malo, tantæque, medica mur ægritudini? Illud primum remedium accipiendum est, quod huius fanatici pater (cuius modo mentionem feci) accepisse cognouimus, cum energumenum filium ad Christum Dominum adduxit, ut ei remedium, & curationem adhiberet. Contractas, inquit Basilius, ex superioribus peccatis labes oratione elidita, & perpetua Dei decretorum conseruatione abstergere poterimus. Nullum enim peccatum est quantumuis inueteratum, quod Deus precibus, & obsecrationibus allectus facile condonare non possit, licet cum maxima difficultate illud homo relinquat. Quocirca exponens D. Hieronymus illum Ieremiæ locum in fine præcedentis discursus à me propositum, in illud verbum, *Si non aere potest æthiops*, inquit, hoc quod hominibus impossibile est, Deo est possibile, ut nequaquam æthiops, & pardus suam videatur mutare naturam, sed ille qui in æthiopo operatur, & Pardo, dicente Apostolo. *Omnia possum in eo, qui me confirmat*. Hæc ille. Atque, idcirco de hac (ut ita loquar) impossibilitate illud dici potest, quod olim Christus Dominus de illa altera, qua significauit diuitem non posse cœlum adire dixisse fertur cum asseruisset. *Difficilius esse, camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum Dei*. Et ei Apostoli obiecerunt, *quis potest saluus fieri*. Respondet Iesus. *Quæ in possibilibus sunt apud homines, impossibilia sunt apud Deum*. Quapropter diuus Chryostomus Theodori animum oratione sua confirmans, & excitans, ne spem recuperandæ salutis abijceret, inquit. Si cadæ mon tantum potuit ut à vertice illo, & fastigio virtutis in extremum maliciæ detruderet, multo magis Deus in pristinam te poterit vindicare libertatem, neq, in eam solum, sed tibi multo faciliorem perficere, quam priora fuit. Hæc eadem Chryostomi verba tibi, frater propono: Quauis enim longa peccandi consuetudine occalleas, ne animo cadas aut spe decidas Deus enim, qui

Vide supra concio ne. 4. d. 1.

In regis interro 6.

Hierony.

Ad Phil. 4.

Luc. 18. num. 27.

Epis. 5. ad Theode. Lapsum.

pote-

potestate maximus est, & bonitate optimus, poterit à te durum peccati iugum depellere, & in filiorum libertatem asserere, atq; in beatam, & sempiternam vitam traducere, si eius te voluntati committas, vt D. fecit Augustinus, qui cum se inducta errorum consuetudine irretitum aspiceret, ad Deum confugiebat. ipsumq; lachrymis, ac precibus implorabat, & hac ratione eam, quæ omnibus nota est, gratiam, & sanctitatem obtinuit.

ILLVD deinde remedium præbuit D. Basilius, perpetua nimirum Dei decretorum conseruatione antiquas peccati labes abstergere. Iure enim exigitur ab eo, qui in flagitijs, exagitante, ac reuente conscientia, diuinaq; lege prohibente, permansit, vt etiam in virtute, diuinorumq; præceptorum obseruantia perseveret, inuitis adhuc mundi affectionibus, ipsiusq; pessima consuetudine repugnante *Humanum dico*, inquit Apostolus *propter infirmitatem carnis vestra, sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditie, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitie in sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitie.* Ac si diceret, si cunctis animi, ac corporis viribus incubuisti in turpitudinem sectandam contra Deum, eiusq; legem rationi consentaneum est, omni etiam studio contendere, vt Deum, turpitudine relicta, omni animi vi, totoq; pectore sequaris. Cum in peccato iacebas, seruitute premebaris, modo vero libertate fruieris, neq; fas est, peccati seruum melius in seruire peccato, quam liberum, ac Dei filium ipsi Deo, cum hoc illi magnum commodum, illud vero summam perniciem afferat. In hoc, inquit D. Paulus, humanum dico. Vbi D. Thomas dicit esse humanum, quia secundum relictum iudicium exigeretur vt homo multo plus seruiret iustitiæ, quam antea seruiret peccato. Vnde Baruch. 4. dicitur. *Sicut fuit sensus vester, vt erraretis à Deo: decies tantum iterum conuertentes requireretis eum.*

ILLVD tamen ad hanc rem maximè refert, principijs scilicet obstare, sero enim medicina paratur, cum mala per longas conuoluerit moras. Atq; iccirco admonet Ecclesiasticus. *Fili, peccasti, non adicias iterum, sed & de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur.* Quod quidem consilium ea ratione præbet nobis Ecclesiasticus, quia ea est vis, & quasi natura peccati, vt quo plura committuntur, eo magis hominum animis dominetur, & maius in illos imperium te neat, ipsiq; facilius, & perulantiùs peccent. Quod in Petri negationibus

ñibus cernitur manifeste. In prima enim cum accusaretur, eo quod in Christi se disciplinam tradidisset, solum respondit accusatori: *Nescio, quid dicis.* In secunda vero: *cum iuramento negauit*, audacius perpetrans illud scelus. In tertia deniq; non solú iurat, sed detestatur dicens, *se hominem non nouisse.* Hac enim ratione crescit peccatum, & vires in dies colligit maiores, nisi mature illius impetum frangas, & vi vitæ eius roprimas. Huius negationis gradus expendit S. Thomas, & ita sermonè de hac re absoluit: *Qui cito non se à malo retrahit, labitur in peius. Qui enim spernit modica paulatim decider.* Sicut enim hi, qui mare ingrediuntur, in primo maris aditu quæcunque illos procella perturbat, ac timorem eorum animis incutit: cum vero in altum prouehuntur, omnem abijciunt metum, neq; maxima tempestate turbantur: sic homo cum primum se vitijs dedit, conscientia stimulis agitur, Deum timet, ac terribile eius iudicium reformidat, cum autem iam prauitati assuefactus est, nihil timet, nec aliquod eum supplicium à turpitudine deterret. *Impius*, inquit Salomon, *cum in profundum venerit peccatorum contemnit.* At, quid contemnit? sacrorum certe concionatorum voces, minas, ac supplicia in sacris litteris sceleratis hominibus proposita spernit, & mortis, inferniq; pericula nihili facit, ea denique quæ prius vehementer timebat, nullo modo veretur. Audite ergo Auditores, spiritus sancti consilium. *Ante languorem*, inquit, *adhibe medicinam, & ante iudicium interroga te ipsum, & in conspectu Dei inuenies propitiationem.* Medemini quæso principijs obstando, & animi vulneribus, crimina ritè expiantes, ac pœnas pro sceleribus suscipientes, sic enim ante iudicium flagitiorum veniam obtinebitis, & gratiam, atq; immortalem Deinde gloriam assequemini. Amen.

Matth. 26
nu. 70.

D. Tho. ibi

Simile.

Prou. 18.
num. 3.Eccles. 18.
nu. 20.*Dominica*

*Dominica quinta quadragesima, qua dicitur
in passione*

CONCIO PRIMA.

*Primus Discursus, in quo explicatur
vinculum, quo Christo Domino de-
vincti sumus, eo quod nos tan-
to suo labore
redemerit.*

(?)

HODIERNVS dies Dominica in passione appellatur, tū quia appropinquat iam tempus, in quo Seruatoris nostri necē, doloresquē recolimus, atq; iccirco ab hac die sanctissimæ crucis signum in templis effertur, illudq; carmen christiana Ecclesia modulatur, vexilla regis prodeunt, tum etiam quod in hodierno euāgelio multa ex his, quæ Christus Dominus passus est, enarrantur. Neq; enim ad eius passionem solum attinent flagella, spinæ, clauis, aliaq; huiusmodi, quæ ipse in corpore pertulit, sed etiam ignominia, iniuriæ, opprobria, ac contumeliæ, quibus de honore, cultuq; illi debito detractum est. Quanta autem huius generis mala perpetus sit, nostri euangelij historia satis declarat, vbi Iesus appellatur samaritanus, dæmonium habens, alijsquē opprobrijs afficitur, qua propter Ecclesia lugubri veste ornatur his diebus, admonetq; fideles, vt mæsti, ac grati animi recordatione acerbissimam recogitent Christi Domini passionem.

OBVERSARI igitur debet nobis ante oculos hoc tempore immensum illud, & nunquam pro dignitate prædicatum nostræ redemptionis beneficium. Cum enim hominum salus in hoc vno sita

sita esset, vt aliquis homo tot, tantosq; dolores, crucem etiam, mortemq; subiret, summum profecto Dei est in homines pro meritis hæc omnia ab ipso fuisse suscepta. Nam quis alius præter clementissimum Dei filium tantam, tamq; difficilem prouinciam susciperet? quis tot dolores atq; grummas libenti animo ferret? pro alijs, pro indignis, pro inimicis.

CVM iussum est prophetæ illi Ionæ, vt Niniuitis enuntiaret periculum futurum, nisi pœnas pro sceleribus subiarent, corporisq; castigatione animi maculas eluerent, noluit tunc Ionas in Niniue se conferre, sed in nauim conscendit, ne Dei mandatum exequeretur: Idq; ea ratione factum esse dicunt Diuus Hieronymus, Gregorius, Remigius, & Rupertus Abbas, quia sciebat vates Niniuitas conuertendos esse, ex horumq; ethnicorum conuersione iudæorum pertinentem profecturam. Illudq; addit idem Hieronymus, Ionam nimium egre tulisse: se ad ethnicorum prædicationem eligi, cū alij vates ad instruendo s fideles missi fuissent. Alij vero sacri doctores inquit, Ionam hic aliquid humanum passum esse, existimabat enim ille, Deum vtpote clementissimum facile condonaturum esse se supplicium Niniuitis, si ad ipsum se illi conuerterent, tuncq; vereretur, ne mendax ab hominibus haberetur, eo quod illis prædixisset. *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuerietur, & hac de causa au- fugit, neq; Niniue adire voluit. Quam quidem rationem illa eiusdem prophetæ verba confirmant, quæ tunc ille dixisse fertur, cum sui peccati veniam à Deo optim. maxim. obtinuit. Obsecro inquit, Domine nonne hoc est verbum meum, cum adhuc essem in terra mea? propter hoc præoccupauit, vt fugerem in Tharsis. Scio enim, quia tu Deus clemens, & misericors sis, patiens, & multa miserationis, & ignoscens super malitia. Videtur ego prophetam timuisse, ne mendax haberetur, si ea, quæ enuntiaret, non ita euenirent. Ex quo clare cognoscemus, quam sint homines sui honoris studiosi, cum egregius ille vir, ac propheta Ionas, tot homines perire patiebatur, ne ipse aliquod honoris detrimentum pateretur. Quid igitur nobis fieret, si salutis nostræ remedium huiusmodi hominibus committeretur, ad quod illi adhibendum, tot dolores, opprobria, contumelias, acerbissimamque necem subituri erant? Imo si in nobis meritis salutis nostræ remedium positum esset ea ratione, vt quæ humani generis vindex pertulit, nos ipsi pateremur, misere profecto in tenebris, ac sordibus prius iaceremus & periremus omnes.*

Yyyy Quod

Quod quidem ex hominum desidia venire manifeste constat. Quis enim Christus Dominus acerbissimos iam dolores, crudelissimamque necem eorum causa subierit, & pro eorundem flagitijs cumulatissime æterno Patri satisfecerit, ipsi tamen nihil operæ, aut laboris in sui animi salutem acquirendam conferre volunt, & cum facile eam tueri possint, & ad beatam, ac sempiternam vitam animum traducere, suis sceleribus adhærentes, inferis, pœnisq; sempiternis se ipsos addicunt, ne leui quodam labore à cibis se abstineant, & aliqua corporis castigatione animi maculas deleant, & a voluptatibus vacent. Quia igitur ratione huiusmodi homines opprobria, flagella, crucemque, & reliqua omnia tormenta quibus cruciatus est Iesus, perferrent, cum nequē, exiguum quidem laborem ob maximum suæ beatitudinis præmium velint suscipere? Quo circa ea omnia libenti animo immortalis Deus sustinuit, ut æternam homines salutem, vitamq; cœlestem assequantur. Qua ergo grati animi recordatione tanti beneficii memoriam retinebimus?

M A G N A apud omnes æstimatione fuerunt tres illi viri, qui cum audirent Dauidem Regem ita loquentem. *O quis mihi daret potum aqua de cisterna, qua est in Bethlehem iuxta portam.* Illico se itineri dederunt, & cum magno suæ vitæ discrimine irruerunt castra Philistinorum, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehem, eamque Dauidi detulerunt. Quod quidem tanti fecit Dauid, ut eam aquam tanquam aliquod maximi precij donum summo Deo libauerit, nequē illam ausus fuerit degustare. Perpendite quæso quāti æstimauerint omnes seruorum erga suum Regem officium, ut inde perspiciatis, quanto potiori iure æstimandum sit summum illud summi Regis in homines beneficium, quo non solum se vitæ periculo exposuit, sed etiam magnis superatis laboribus, vitam nobis, salutemque comparauit.

MAXIMI etiam fecerunt omnes Abisai filium sarniæ, eo quod in bello, in quo Rex Dauid pugnabat Philistæus quidam fortissimus, cuius ferrum hastæ trecentas uncias appendebat, missus est percutere & occidere Dauid, & ipse Abisai præsidio fuit Regi, ipsumque incolumem seruans interfecit Philistæum, pulchrum quidem facinus! At quanto illustriora facinora totius orbis Dominus hominum causa effecit, quam ille miles sui ducis, atque imperato-

ris

ris gratia fecerit? Quod si ille vitam in discrimen adduxit sui Domini, ac Regis causa: Christus propter seruos suos, atque hostes vitam etiam obtulit in discrimen: ille quantumvis se vitæ periculo obiecerit, vitam tamen non amisit: Christus vero non solum se vitæ periculo commisit, sed ipsam plane mortem subire voluit: ille quantumvis ab hoste, cum quo dimicabat, interficeretur, non plurimis se, asfiduisq; doloribus offerebat, cum vnico duntaxat ictu confossus morti traderetur: Christus autem nimios, cerbissimosque dolores pertulit & acerrimam deniq; mortem adiuit: ille demum suum caput in discrimen adduxit, non suum honorem, ac decus, quin potius præclaro illo factō multum sibi decoris, ac dignitatis adiunxit *ps.* at humani generis assertor, iniurijs, & contumelijs maximis affectus occidit, factus quidem opprobrium hominū, & abiectio plebis, maleficus, & fanaticus à Iudæis dictus, spūitus illitus, opprobrijs saturatus, ac denique turpissima morte inter sceleratos homines condemnatus. Quod igitur beneficium profectum est ab hominibus, quod huic possit iure conferri? Quando nam vllis sæculis audita est tam ardens atque eximia beneuolentia, ac ea, qua præpotēs *Ad Eph. 2.* Deus hominum genus amplexatus est? Nimiam vocat hanc Dei *numer. 4.* charitatem Apostolus. Vere nimiam, inquit D. Bernardus, quia mē *ser. fer. 4.* suram excedit, modum superat, plane supereminens vniuersis. *hebdom.* *Maiores* (ait Ioannes. i. 5.) *charitatem nemo habet, quā vt animam suam penose.* ponat quis pro amicis suis. Tu maiorem habuisti Domine, ponens eam etiam pro inimicis. *Cum enim adhuc inimici essemus, per mortem tuam & Patri, & tibi reconciliati sumus.* Quæ nam alia videbitur esse, fuisse, vel fore huic similis charitati? vix pro iusto quis moritur, tu pro impijs passus es, moriens propter delicta nostra, qui venisti iustificare gratis peccatores, seruos facere fratres, captiuos coheredes, exules reges, etiam pro transgressoribus rogans, ut non perirēt *Pater ignosce illis, ait, quia nesciunt quid faciunt.* Volat irreuocabile verbum tuum Domine, nec reuertetur ad te vacuum, sed faciet ad quod misisti. Vide nunc opera Domini, quæ posuit prodigia super terram, flagelliscēssus est, coronatus spinis, clavis confossus, affixus patibulo, opprobrijs saturatus, omnium tamē dolorum immemor, *ignosce, ait, illis.* O quam multus es ad ignoscendum Domine. O quam firmata est etiam super impios misericordia tua. Mira res. Iudæi clamāt, crucifige, Christus clamat, ignosce. O charitas patiens, & compatiens! Hæctenus Bernardus.

Yyyy 2

COLAMVS

COLAMVS igitur benevolentia sempiterna tanti beneficij memoriam, & pro hac summi Dei erga nos charitate gratos nos Deo, memoresq; præstemus.

CVM Iacob ille Patriarcha morti proximus esset, dilectissimū sibi filium Iosephum alloquitur in hunc modum. *Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo.* Depopulata vrbe Sichem per filios Iacob, inquit Hebræi, populi, qui erant in circuitu, congregauerunt se, vt irruerent super Iacob, & filios eius, sed ipse armavit se, & familiam suam, & Domino auxiliante, nihil mali ab inimicis tulit. Hanc igitur partem tradit Iacob filio suo Iosepho, quod vt pluris æstimet, dicit se illā tulisse in gladio, & arcu suo, id est cum magno labore illam comparasse. Sed quanto maiori iure nostræ redemptionis beneficium æstimandum est à nobis, cum in eo perficiendo verus noster Iacob tantopere laborauerit. Non enim solum muniuit se armis contra hostes, & aliena opera Sichem depopulatus est, sed suam met-vitam in acie profudit cum magno labore, summaq; corporis defatigatione, vt hanc nobis preciosam partem dilargiretur, reliqua vero omnia facile, & exiguo precio nobis comparauit. Atq; iccirco Bernardus ait. Vide quam magnificauerit facere tecum illa maiestas, de omnibus, quæ in cælo, & sub cælo sunt, dixit, & facta sunt, & quid facilius dicto? Sed nūquid solo verbo factū est, cum te, quem fecerat, refecit? triginta & tribus annis super terram visus est, & cum hominibus conuersatus, habens in factis calumniatores, in dictis insultatores, & non habens vbi caput suum reclinet, Hæc ille. Quibus cum si nos reliquos omnes labores, quos nostri causa toto suæ vitæ tempore Christus pertulit, consideremus: non dubito, quin & nostræ reparationis beneficium maximi faciamus, & illud grati animi recordatione colentes, magnam nobis ex eo vtilitatem comparemus.

Secundus

Secundus discursus ostēdit, quam dignus sit immortalis Deus propter se solum: vt omnibus eum officijs prosequamur, & secundo quam utile & incundum id nobis sit.

Thema: *Quis ex vobis arguet me de peccato.*
Ioann. 8.

RECTE Deo optimo hæc verba conueniunt, Quemadmodū enim ille natura sua est omnipotens, iustus, clemens, optimus atq; maximus, ita etiam sanctissimus, ac pulcherrimus. *Rectus Dñs Deus noster* (cecinit Regius ille vates) *& non est iniquitas in eo.* Rectus, inquit, quia nihil in eo deuium, aut distortum est. Non iniquitas in eo, quia est ipsa æquitas per naturam. Et sequenti psalmo ait. *Dominus regnavit decorem indutus est.* Contingit quidem plures pulchra, & eleganti veste ornari, quæ certe non est ipsa pulchritudo, sed illam aliquomodo participat: Deus vero eadem venustate, ac pulchritudine se induit. De quo optime diuus Augustinus. Effugit, inquit, omnem sermonem, atq; omnem sensum humanæ mentis excedit decor ille, pulchritudo illa.

QVAE cum ita sit merito vates sanctissimi, cœlitesq; miratur, quæ ratione sint aliqui, quibus tam decorus, atq; amabilis Deus displiceat. Hac de re conquestus est Deus, & grauiter in huiusmodi homines querellas detulit. *Quid inuenerum* (inquiens) *in me patres vestri iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt.* Ac si diceret. Cuius me culpæ conuincitis, vt adeo me deseratis, aut quid boni in mundo reperitis, vt ita eum sequamini? Nunquam tamen absoluta est hæc questio, quam hodierna die æternus Dei filius proponit in hunc modum *Quis ex vobis arguet me de peccato? quod si non possum de eo conuinci, & veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* explore-

Yyyy 3 mus

Cant. 2.
num. 2.

mus igitur, cur tunc Pharisei, nunc vero flagitiosi homines Christum relinquunt, & studiose mundum prosequantur? sicut malus inter ligna sylvarum, dixit sponsa, sic dilectus meus inter filios. Omnibus ille decore, & venustate excellit, cur ab eo fugitis? vox eius dulcis est, & facies decora, quare illum spernitis? Manus illius tornatiles auree sunt, & plena hyacintis, cur eum contemnitis? speciosus forma pro filiis hominum, inquit regius vates, diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in aeternum. Specie tua, & pulchritudine tua, intende prospere, procede, & regna. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Sponsa item eum sic alloquitur. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Eia igitur Auditores si aliquam in eo deformitatem, aut culpam, vel aliquid ipso gratius, aut amabilius cognoscitis, illico in lucem proferte.

Luc. 19.
num. 21.
Num. 13.
28.

& N. 14.

AT, non eum relinquimus dicitis, eo quod aliquid in eo deforme turpe ve inueniamus, sed quia acerbe, & aspere se cum sui sectatoribus gerit. Homo austerus est, & vult metere, vbi non seminavit. Grati quidem erant Israelitis fructus, quos terra illa promissionis abunde suppeditabat: iter vero, ac labores, quos illi erant in ipsa via superaturi, eos ab itinere deterrebant. Sic etiam multi sunt, qui recte de Christo sentiunt, ac loquuntur, difficile tamen ipsis videtur eius sequi vestigia, quippe qui docet. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Considerant hi Deum idola Aegypti evertentem, flagellantem Philisteos, eorumque idolum Dagon deturbantem, conculcantem Samariae flores, & facto ex funiculis flagello eicientem de templo emptores, ac venditores, ac denique numulariorum subuersis mensis, pecunias effundentem. Quamobrem, nolimus, inquit, huc regnare super nos.

Luc. 19.
num. 14.I. Reg. 5.
num. 3.

HAEC fuit Philistheorum querella, hac de causa reiecerunt illi Deum. Nota est historia haec: intulerunt arcam domini in templum Dagon, & arca noluit simul cum Dagon ibi commorari, & ideo proiecit, semel & iterum in terram idolum Dagon & confregit illud. Quae enim conventio Dei ad Belial & Dagon, decebat quidem tunc Philistaeos si desipere in omnibus non vellent, ipsos arcam adorare, & verum Deum nostrum in facto illo recognoscere. At quid dicant audiamus. Non maneat arca Dei Israel apud nos, quoniam dura est manus eius super nos, & super Dagon Deum nostrum. O infati Philistaeo tardi, & duri corde, &c. Hec ergo est perditio

rum

rum hominum sententia, hoc eorum consiliu. Aspere, inquit, & austere Deus cum hominibus se gerit, mundus vero blandé, leniter, ac suaviter indulget enim suis, maximisque, illos voluptatibus perfundit, & iccirco fallaci quidem mundo obsequuntur, verum tamen & supremum Deum repudiant, ac deserunt.

HI vero, qui adeo sinistrè de Deo sentiunt, ac loquuntur, aperte conuincuntur suae stultitiae, ac falsitatis, ac immerito hoc in illu crimen confingunt. Quapropter iudicium de hac re inire vult Deus maximus cum hominibus. Iudicium Domino, ait Micheas, cum populo suo, & cum Israel diiudicabitur. Sed quod nam est iudicium? quae est Dei cum hominibus querella? Popule meus (Audite obsecro iudicium, & querellam) Popule, inquam, meus, quid feci tibi? aut quid molestus fui tibi, responde mihi? Quia eduxi te de terra Aegypti, & de domo seruentium liberaui te: Popule meus, memento quae, quid cogitauerit Balach rex Moab, & quid responderit Balaam, vt cognosceres iustitias Domini. Quae quidem verba satis summi Dei lenitatem, ac suauitatem ostendunt, cum in eis ita se blandé, ac comiter gerat Deus cum ijs, quos merito lacepsit. vlcilci poterat & de ipsis grauius supplicium sumere. Popule meus, non ne eduxi te, inquit, Deus de terra Aegypti? In qua magnis illos laboribus vexabat Pharaon, assiduaque, lassitudine, ac fatigatione premebat, & licet illi in libertatem essent asserti, & plurimis a Deo beneficijs cumulati, vehementer tamen cupiebant ad Aegyptum redire, ipsumque Deum relinquere. Sic mundani homines non attendunt idem esse mundo quod Pharaoni deseruire. Quid enim mundani colligunt in mundo nisi paleas, quae auri colorem habet sed vacuae sunt. Quid aurum, & diuitiae nisi paleae vacuae. Vanitas enim vanitatum & omnia vanitas. Quid praeterea mundani nisi lateres operantur? Lateres enim terrae sunt. Quid autem in terra nisi terrea poterunt inueniri. Qualis vero labor in his lateribus conficiendis insumatur, dicant hi qui eos conficiunt, & tamen, satius sibi esse putant, sic mundo seruire, & terreis perfrui voluptatibus, quamuis conscientiae stimulis pungantur, & suae malae cogitationes, animique terrores mærorem illis, ac formidinem incutiant, quam animi tranquillitate, gaudijque caelestibus recreari, & in terram promissionis duci.

SCIENDVM tamen est, Deum ita nobiscum se gerere, ac noscum illo: quod regius ille vates testatus est, cum enim Deum alloqueretur ait. Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris

Mich. 6.
num. 4.Psal. 17.
num. 29.

D.

Bas. Theo. Diuus Basilius in hoc Dauidis carmen. Theodoretus, & Cassiodo-
Cassi. Ber. rus, ac etiam Bernardus epistola. 29. inquit, Talem se Deum ho-
 mini præbere, qualè ipse homo se Deo præbuerit, si enim quis piã
 ac religiosam vitam agat, Deus etiam se illi piũ, ac clementem of-
 tendet, si autem peruerse, ac flagitiose uiuat, aspere quidem, & acer-
 be à Deo punietur. Quod etiam minitatus est Dominus suo popu-
Benit. 26. lo. *Si ambulaberitis inquit, ex aduerso mihi, ego quoque contra vos ad-*
nume. 23. *uersus incedam, & percutiam vos septies propter peccata uestra.* Non
 itaq, acer, & durus est Deus bonis, sed improbis, & sceleratis.

VTINAM isti animaduernerent id quod eos Dominus horta-
Jerem. 2. tur, vt videant: *Vide inquit, quia malum & amarum est, reliquisse te*
nume. 19. *Dominum Deum tuum, & non esse timorem mei apud te.* Proposuerat
 prius sui populi calamitates, & miserias, quas ea ratione euenisse te-
 statur. *Quia illi dereliquerunt Dominum Deum fontem aqua viue, &*
foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ non valent continere aquas. Existi-
 mant mundani, se pœnas, ac dolores fugere, cum à Deo discedunt,
 sed tunc illis potissime afficiuntur. *Pacem meam do vobis.* (dixit hu-
 mani generis Seruator ijs, qui in eius se tradiderant disciplinam)
Ioann. 14. *Non quomodo mundus dat, ego do vobis.* Mundus enim fallaci quadam
nume. 27. ac labili tranquillitate homines donat, Deus autem veram constan-
 temq, pacem elargitur, *Vtinam attendisses mandata mea: facta fuisset*
sicut flumina pax tua, dixit Dominus. Ea sane pax, quæ in his caducis,
Esai. 48 ac perituris rebus reperitur, non flumini, vel fluuio comparatur,
nume. 18. sed rori, qui leni solis radio tabescit. Huiusmodi enim tranquillitas
 ac lætitia facile quidem fluit, & quolibet euentu aduerso deperit.
 Quæ maior pax, ac iucunditas potuit esse, quam ea, qua fruebatur
 Aman, cum graciosus erat Regi Assuero, & multum illi reliqui de-
Ester. 3. ferentes, singulari eum veneratione colebant, grauitèr tamen do-
numero. 9. luit, ac turbatus est, vel ex eo solum, quod Mardocheus non eum
 sibi honorem, quem reliqui tribueret, nequè summam reuerentiã,
 vt ceteri, adhiberet. Iustorum vero pax facta est sicut spatiosum
Lnc. 2. 14. quoddam flumen, atq, iccirco non ita facile perturbantur, ac com-
 mouentur illi. Qua propter pax enunciatuè hominibus bonæ vo-
Prou. 1. 11. luntatis, & cœlitus ad eos defertur: angustia vero, & animi pertur-
32. batio his, qui operantur malum. Iustis etiam fit huiusmodi promif-
 sio. *Qui me audit, absquè terrore requiescet, & abundantia perfruetur, ti-
 more malo sublato.* Vbi Diuus Hieronymus *Qui Domino,* inquit, per

perfectè deseruit, nullis terretur aduersis, & in ipsa morte quasi de
 ingressu vitæ lætatur, quietumq, semper à superuacuis cogitationi-
 bus, ac tumultibus tentationum pectus gerit, iuuante spiritus sancti
 gratia. Ita Hier. In quibus verbis cum satis rectæ conscientie tran-
 quillitas, ac iucunditas explicetur, ad diluendum argumentum ini-
 tio discursus propositum deueniamus.

Laboribus, inquit mundani, vexatur Christi sectatores, & ad
 crucem, egestatè, aliaq, ærumnas perferendas ab ipso Christo inui-
 tantur. Quibus D. Bernardus respondet. Vident cruces nostras, &
 non consolationes nostras. Nescis, mundane, nescis, quibus gaudijs
 qua animi lætitia, ac iucunditate perfruuntur iusti, eorum intueris
 abstinentiam, paupertatem, corporis castigationem, aliosq, huiusmo-
 di labores, quantum vero gaudij, atq, lætitiæ ex his omnibus illi
 capiant, prorsus ignoras, qui quidem magna animi alacritate affecti
 aiunt. *Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, annis, quibus vidi-*
mus mala. Non dicunt, iam dolore leuati sumus, & præteritorum la-
 borum memoriam amisimus, sed lætati sumus pro laboribus, quos
 perpessi sumus, & pro annis, quibus corporis mala, atq, incommo-
 da sustinimus. Neq, vero solû in beatitudine lætantur hi, eo quod
 assidui eorum labores cœlesti præmio remunerentur, sed etiam in
 misero huius vitæ curriculo futuræ remunerationis fiducia gestiūt,
 gaudentq, vehementer. *Domino seruientes* (inquit Apostolus) *spe gau-*
denies, in tribulatione patientes. Gloriosa sane spes, qua D. ille Igna-
 tius leonibus se dilaniandum libenti animo obtulit. Laurentius ig-
 nitis craticulis superpositus magna animi hilaritate sic tyrannum al-
 loquitur. Assatum est iam, versa, & manduca, & Andreas Aposto-
 lus iucundo hilariq, vultu crucem amplexatus est, ac reliqui demû
 Apostoli. *Ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti*
sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Huiusmodi enim spes non cõ-
 fundit, sed animos addit, eximiamq, lætitiã affert afflictis, quibus
 hominum vindex ac Redemptor Christus dixit. *Gaudete, & exulta-*
te, quoniam merces uestra copiosa est in cœlis. Quæ cum ita se habeant
 quis arguet Deum de peccato? quis illum acerbitalis, animiq, duri-
 tiæ conuincet? quare ergo non creditis illi.

Bernard.

Ps. 39. 15

Rom. 12.
num. 12.

Matth. 5.

ZZZZ

CON

CONCIO SECUNDA.

*Primus Discursus, in quo quantum
debeat esse Christiani
animi candor,
ostenditur.*

(.?.)

Thema. *Quis ex vobis arguet me de peccato? Ioan. 8.*

SOLVS quidem Deus huiusmodi verba usurpare potest, neq. ali
cui alteri possunt competere. Ecquis enim ita peccati expers est,
vt suam innocentiam ab ipsis inimicis explorari velit? magnum
sanè Christi integritatis argumentum. Nam vt D. Chrysostronus
asserit, magna fiducia iustitiæ est, vbi causa etiam aduersario com-
mittitur. Atq. iccirco vt explicaret Moyses Dei maximi naturam,
ait. *Non est Deus noster, vt Dii eorum, & inimici nostri sunt iudices.* Hæc
igitur vitæ integritas, quæ in Christo dño splenduit, requiritur, &
exigitur suo modo ab ijs, qui ad æternam Dei hæreditatem, ascen-
dunt, vt nullus scilicet possit eos criminis conuincere. Hunc ani-
mi candorem suavitè Apostolus alumno suo Tito, cui sic scripsit.
*In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in inte-
gritate, in grauitate, verbum sanum, irreprehensibile, vt qui ex aduerso
est vereatur nihil mali habens dicere de nobis.* Ecce vobis describitur
ab Apostolo qualis futurus sit ille, qui Dei filius, atque hæres dici,
ac nominari possit, debet esse perfectissimum sanctitatis exemplar,
in quo omnes virtutes, quas reliqui velint suis animis exprimere,
depingantur, adeo vt vereatur, id est timeat aliquid contra eum di-
cere is, qui ex aduerso est. At quis dicitur ab Apostolo is, qui ex ad-
uerso est? D. Ambrosius Respondet, vt hi, qui profani sunt, & inimi-
ci fidei, erubescant videntes, quia quæ verbis docet, vera esse pro-
bat factis: ea itaq. debet esse discipuli Xpi sanctitas, vt nec flagitio-
sus aliquis possit eum prauitatis arguere, sed videntes omnes illius
bona opera glorificent patrem eius, qui in cælis est. Quo circa,

Beat.

Beat. Petrus. *Conuersationem, inquit, vestram inter gentes habentes bo-
nam, vt in eo quod detrectant vobis tanquam de malefactoribus ex bonis
operibus vos considerantes glorificent Deum, in die visitationis.* D. vero
Chrysostronus pro eo qui ex aduerso esse dicitur a B. Paulo, censet
intelligendum esse diabolum, omnemquæ illi obsequentem, atquæ
ita eam voluit esse Apostolus Christiani animi integritatem, vt nõ
solum scelerati homines, sed nec infestissimus humani generis ho-
stis, cuius visus acutior, ac perpicacior est, aliquam in illo culpam
inueniat, quibus omnibus iure possit illa verba proponere. *Quis ex
vobis arguet me de peccato?*

SED perpendamus, si placet, qua ratione tantam in nobis san-
ctimoniam, animiquæ candorem immortalis Deus desideret, cum
hominum genus adeo sit ad malum, prauitatemq. procliuè? Et qui-
dem hanc primum arbitror esse huius rei causam, quia ad suam nos
Deus familiaritatem, ac domicilium euocauit, cum quo sanctitas
necessario est cõiungenda. *Domum tuam* (ait vates ille sanctissimus)
deceat sanctitudo, Domine, in longitudine dierum. De qua domo D. Hiero-
nymus loquitur in hunc modum. *Ecclesiam tuam deceat sancti-
tudo, quam exhibuisti tibi. Non habentem maculam, aut rugam,* vt ha-
betur ad ephesios. c. 5. Huic ergo competit sanctitas, & candor. Ne-
quæ vero dicit illi cõuenire diuitias, dignitates, sumptus, supellecti-
lia, corporisq. ornatus, sed sanctitudinè, hæc enim est preciosa su-
pellex, hæc dignitas, & amplitudo, qua supremi Dei domus orna-
tur, non vno vel altero die, sed in longitudine dierum. Iustorum
enim sanctimonia diuturna, esse debet, & quæ nulla temporum va-
rietate deleatur, sed ad supremum vitæ diem perseueret. Ad hanc
ergo sanctitatem vocati sumus, qui Dei domestici esse, & appella-
ri volumus. Ea itidem ratione studendum est nobis sanctitati, quia
electi sumus, vt *Dei filij nominemur, & simus.* Quod si præcipua, vt
diximus, sanctimonia requiritur, vt Dei serui, ac domestici esse-
mus, quantum futurus est nobis animi candor, vitæq. integritas ex
eo quod ipsius Dei filij nuncupemur? Immerito ergo præstantis-
simo hoc nomine gaudebit is, qui animi sordibus, ac flagitijs
oppletus est. Probauerat Christus dominus miraculis à se
editis se esse filium Dei, modo vero id confirmat suæ vitæ in-
tegritate, cum nullus sit, qui eum possit sceleris, nec delicti qui-
dem arguere. Preclarum sanè testimonium est ad cognoscendum

Zzzz 2 dignum

I. Petr. 2.
num. 12.

D. Chrys.
sup ad Ti-
tum. 2. ho-
mi. 4.

ps. 92. n. 5

Hiero. ibi.

Chry. hic.

Deut. 32.
num. 31.

ad Titum.
2. num. 8.

Amb. ibid.

dignum Dei filium, si nullo ille peccato conuincatur. Fateor equidem nullum esse hominem, qui non peccet, & iustum etiam leuibus saltem delictis esse obnoxium, emundari tamen debet, ac purgari frequenter, qua quidem munditia, ac sanctimonia certius quã alijs miraculis se Dei filium esse comprobabit. Quanta deniq; in Dei filijs requiratur sanctitudo, paucis ille, qui natura verus est Dei filius, explicuit. *Estote ergo vos* (inquiens) *perfecti, sicut pater vester cœlestis perfectus est.* Non illis proposuit ad imitandum sanctissimos veteris testamenti viros, aut mentes illas seraphicas, sed ipsum sempiternum, cœlestem q; Patrem, cuius perfectione, quo ad eius fieri posset, æmulari contenderent. Neq; enim Angelorũ, sed Dei filij extiterant, quo circa non cœlites, sed ipsum cœlestem Deum nobis ad imitandum dedit.

Neq; vero solum futuri sumus sancti, ac perfecti eo quod Dei domestici, ac filij simus, verum etiam quia diuina cum eo sponsalia sunt nobis in eunda: Christi enim ecclesia sponsa Dei est, cum qua ille nuptias celebravit. *Simile est regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo.* Hic vero homo Deus, qui facit nuptias Christo, & ecclesiæ, vt D. Hieronymus explicat, cui subscripsere S. Aug. Origines. D. Thomas, & Euthymius. Hoc eodem nomine Christus decorauit ecclesiam, cum in sacra euangelij historia suos discipulos filios sponsæ appellauit. Angelus etiam D. Ioannem euocauit, ac dixit. *Veni, & ostendam tibi sponsam vxorem agni, (id est Christi,) & ostendit illi ciuitatem sanctam Hierusalem descendentem de cœlo.* Hanc ciuitatem censet D. Ambrosius esse ecclesiam Christianam, de qua dixit magnus ille Baptista. *Qui habet sponsam sponsus est.* Quantus ergo animi candor diuinus, noster sponsus in huiusmodi sponsa requirat, egregie explicauit Apostolus. *Christus dilexit* (inquiens) *ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret mundans eam lauacro aquæ in verbo, vita, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi.* Voluit quidem animarum sponsus, vt quæ sibi in sponsam eligeret, venustate, ac pulchritudine decoraretur maxima, adeo vt non solum non macula, id est grauioribus flagitijs, sed nec ruga hoc est leuissima turpitudinis nota aliquomodo deformaretur, vt tam eximio illa decore affecta, tantisq; condecorata monilibus obsequeretur cœlesti suo sponso quam maxima posset vitæ, morumq; integritate.

Hinc

HINC cognoscemus, qua ratione in canticis canticorum sponsa eisdem, quibus sponsus ornatur donis, eisdemq; laudibus effertur. Commendatur enim ibi aureum sponsi caput, oculi, manusq; tornalites. *Candidus deniq; dicitur, ac rubicundus electus ex millibus, & totus desiderabilis.* Hæc eadem de sponsa prædicantur, quam deum sic sponsus alloquitur. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, & se identidem laudans. Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus,* inquit sponsa: sponsus vero. *Ecce tu pulchra es amica mea, & decorus,* inquit sponsa. Sed quo pacto inter dissimiles, & inæquales tanta potest esse donorum similitudo? Potest ne creata sponsæ pulchritudo cum increato diuini sponsi decore æquari. Minime: curare tamen debet Christi sponsa, Dei perfectiones quoad eius fieri possit, imitari. Idcirco hortabatur Apostolus Ephesios. *Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulat in dilectione sicut & Christus dilexit nos.* Ac si diceret, decet Christi sponsam sponsi sanctitatem æmulari, vt sit valde sancta, quia ipse valde sanctus est. Indecorum enim est, vt sponsus venustis, sponsa vero lippis oculis vtatur, ille candidus, ac rubicundus sit, hæc nigra, ac deformis, hæc deniq; superba, iracunda, ac flagitiosa extet, hu mili illo, miti, sanctoq; existente. Decet ergo Christianos omni modo candor & sanctitas, quia Dei domestici sunt, & quia filij & sponsæ Dei secundum vocationem suam.

SED proh Deum immortalem, quam exigua, ac pene nulla est in hominibus sanctitudo. Quam vero pauci reperientur, qui possint Dei filij, ac sponsæ merito nominari! Et quidem si nunc Christianæ religionis professores inquirerent. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* quot illi obijcerentur crimina, quot blasphemiarum quot vsuræ adulteria, furta, iurgia, quot deniq; omnis generis flagitia? *O te miserum, & infellicem hominem, quam turpiter flagitiorum sordibus scœdatus es? Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicij iustitia habitauit in ea, nunc autem homicida, argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuum mixtum est aqua, principes tui infideles socij furum, omnes diligunt munera sequuntur retributiones.* Recte quidem hæc verba, quæ Hierosolymæ dicta sunt, ad Christi ecclesiam eiusq; sponsam referemus. Vbi est pristinum illud charitatis vinculum quando erat cor vnum, & anima vna? vbi illa diuitiarum despicientia, cum omnes opes, ac facultates ad pedes Apostolorum abijciebantur à Christianis? vbi tot sacrarum virginum continentia? vbi antiqua sanctorum martyrum fortitu-

Zzzz 3

do

do? vbi religiosissimi Aegypti, ac Palestinæ monachi? vbi ardor animi flagrantissimus, quo primi illi Christianæ fidei cultores ad sacram Christi corporis mensam quotidie accedebant? fluxerunt iam omnia illa, & in perditissima, ac miserrima deuenimus tempora, vbi inimicitijs, furtis, ac periurijs plena sunt omnia. Audite igitur, quid Deus posthac faciet. *Propter hoc ait Dominus, Deus exercituum fortis Israel, heu ego consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis.* Noluistis vitam agere tanquam Dei domestici, filij, atq; sponsæ Christi, vobiscum ergo tanquam cum extraneis, atq; inimicis agetur, & magnorum flagitiorum conuicti dabitis acerbissimas pœnas.

Isa. I. nu.
24.

*Secundus discursus agit de obligatione, qua de-
uincti sunt primarij viri ad piam
& honestam vitam
sequendam.*

(.?.)

Thema. *Quis ex vobis arguet me de peccato?*
Ioann. 8.

QUANVIS in omnibus Christianæ religionis professoribus animi candor, ac vitæ integritas reperiri debeat, (vt superiori discursu vidimus) adeo vt quilibet Christianorum possit etiã aduersarijs proponere illa Christi Domini verba. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* id tamen præcipua quadam ratione immortalis Deus exigit ab ijs, qui in aliquo dignitatis gradu constituti, alijs præsumunt, ac dominantur, hi enim strictiori quodam vinculo ita debent vitam instituere, vt ab eis omnium virtutum exempla peti possint. Primarij namq; exemplaria quædam sunt, secundis ac postremis populi hominibus ad imitandum proposita, quod si illi flagitijs se dedant, & hi etiam turpitudinem sequentur, & hac ratione quanuis Israelitæ diuina lege, ac sacrificijs vterentur, flagitiosam

tiolam atq; ethnicam vitam susceperunt, si enim Reipublicæ moderatores honestam viuendi rationem inirent, eandem etiam reliqui ingrederentur.

PRAECLARE hoc ab ecclesiastico scriptum est in hunc modum. *Secundum iudicem populi, sic & ministri eius, & qualis rector est Eccle. 10. ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.* Quod etiam dixerat magnus ille philosophus Plato. *Quales sunt, inquit, Principes in Rep. tales solent reliqui esse ciues, & venuste illud poetæ carmen.*

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Mobile mutatur semper cum principe vulgus.

QUOD non modo de Principe, ac iudice, sed de his omnibus, qui alijs præsumunt, iure optimo affirmari potest, quales enim fuerint Episcopi, tales erunt, & clerici, & patrem familias eius domestici imitabuntur: serui exemplum transferent a Dominis, ac liberi parentum vitam, moresque sequentur.

FVERVN.T apud Ezechielem duæ sorores (in quibus duæ præcipuè ciuitates, Samaria nimirum, & Hierusalem significabantur) quarum vna quæ natu maior erat, omni se turpitudini tradidit, quam obrem grauitè in eam animaduertit Deus. Minor vero liberius cupiditatibus suis in seruiebat, sororis suæ exemplo permota, vt ibidem indicatum esse videtur, cum Deus eidè dixit. *In via sororis tuæ ambulasti.* Animaduertite quæso, quantam vim habeat exemplum ad animos permouendos. Quanuis enim hæc sororis suæ crimina, Dei què maximi iram, qua eam supplicio multauit, cognouisset, nullomodo alieno periculo sapuit, sed eius potius vitam, ac mores imitatione expressit. Sic attestante propheta. *Quod cum vidisset soror eius (minor scilicet) plus quàm illa insinuit libidine, & fornicationem suam super fornicationem sororis suæ (maioris nimirum) ad filios Asiriorum præbuit impudenter.*

ALIVD huius rei exemplum ex sacra Regū historia depromi potest. Cum enim Saul in quodam prælio aduersus Philistæos inito, grauitè esset à sagittarijs vulneratus, dixit ad armigerum suum (vt sacre litteræ referunt) *Enagina gladium tuum, & interfice me, ne forte veniat incircuncisi isti, & interficiant me, illudentes mihi, & noluit armiger eius, fuerat enim nimio terrore perterritus. Tunc arripuit Saul gladium suū, & irruit super eū, quod eū vidisset armiger eius, videlicet quod mortuus esset Saul, irruit etiã ipse super gladium suū, & mortuus est eū eo.*

Perpendite

Perpēdite obsecro quam efficaciter exemplū regis, interitum suo fertuo persuaserit, qui enim nec rogatus voluit alium occidere, se ipsum, nullo id postulante, interfecit, sui regis exemplo permotus, quod si exempla principum tantum efficacitatis habent in his que ingrata omnino, atque iniucunda esse solent, ut mors, & alia huiusmodi, quantum habebunt in turpibus, ac vitiosis rebus, que iucunda, ac grata esse solent, & maximā homini voluptatē afferre.

ps. 4. n. ii

HO Cadumbravit regius ille vates, cum ait. *Vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate. Die ac nocte, circūdabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & iniustitia. Et non deficiet de plateis eius usura, & dolus. Detestatur propheta iniquitatem & contradictionē ciuitatis Hierusalem, explicans vero, qua ratione hec ibi essent, inquit, super muros iniquitas. Et quidem prauitas in muris ex lapidibus structis nequaquam esse potest. Quid ergo vult significare Dauid in muris? Super muros eius, id est, super munimenta eius, tenens quasi capita eius nobiles eius. Ita D. Aug. & merito quidem sicut*

aug. ibid.

enim muri ad defendendam, ac propugnandam urbem constituuntur, sic a Deo moderatores destinantur, ut subditorum defensionē, propugnationemque suscipiant. Quemadmodum etiam in muris sunt speculatores ad excubias agendas propter ciuium incolomitatem, ita gubernandi munus Reip. primarijs defertur: ut in speculis sint pro suorū salute, incolomitateque tuenda, sunt enim ij quasi menia, ac propugnacula ciuitatum. Cum ergo dixisset vates, *Super muros eius iniquitas*, subdit illico, *non defecit de plateis eius usura, & dolus*. Hoc enim ex illo quasi necessario prouenit, si enim muri, id est principes Reip. iniqui sint, ac flagitiosi, reliquam ciuitatem turpitudini, ac prauitati studere necesse est, qui enim potest in regia Herodis curia castitas, & pudicitia reperiri, cum ipse Rex adeo libidini dederetur, ut uxorem fratris sui turpiter, & impudice adamat? Quid mirum in regis Nabuchodonosor domo superbos, & arrogantes exstitisse, cum tam esset Rex superbia elatus, ut iussit stat uiam suam diuinis honoribus ab omnibus obseruari? Quid mirum si in curia Regis Assueri comessationibus omnes vacent, si Rex exorbitans illud conuiuium facit centū & octoginta dierum spatio? Quis in Regia Sardanapali temperatos, & in exercitu Alexandri honorum contemptores quærat, quando ille adeo intemperans, & hic adeo extitit ambitiosus? Quo pacto illius diuitis serui mendico Lazaro opem aliquam elargientur, cum eorum dominus ita esset auarus, ac inhumanus, ut licet ipse epularetur quotidie splendide

nun.

nunquam tamen egenum, ac saucium Lazarum, vel frusto quidem panis refecit? Qua denique ratione honesta, ac pudica erit filia, si turpem, ac libidinosam matrem habeat: aut quomodo filius virtutis erit studiosus, cuius pater amator est prauitatis?

HAC sane de causa deberent ij, qui alijs præsumunt, eam vitæ rationem, inire, ut ab eis virtutum exempla peterentur, sic enim. vi xisse fertur senior ille, ac eximia virtutis vir Eleazarus, qui cum impelleretur a quodam tyranno carnem porcinae contra Dei legem mādudare, maluit ipse capite plecti, quam aliquod Dei præceptum violare. Cum autem pergeret ad supplicium. *Quidam* (ut sacra refert historia) *iniqua miseratione commoti, tollentes eum secreto, rogabant afferri carnes, quibus ei vesci licebat, ut simularetur manducasse sicut Rex imperauerat, de sacrificij carnibus, ut hoc facto à morte liberaretur. Quibus sanctissimus ille senex respondit. Præmitri se velle in infernum. Non enim, inquit, etati nostra dignū est fingere, ut multi adolescentes, arlitantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum, et ipsi propter meam simulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur. Maluit igitur senex ille eximia sanctitate præditus acerbissimis flagellis cædi, ac mortem ipsam oppetere, quam prauum alijs alicuius culpæ exemplum relinquere.*

Væ autem ijs, qui cum debeant esse spectatæ virtutis, ac probitatis, non quidem probitatis, sed improbitatis exemplum cæteris præbent. Cum Assuerus Rex splendidum illud magnificumque conuiuium instruxit, Vasthi uxorem eius iubet accerfiri, illa tamen regis iussui parere noluit. Quo circa iratus est Rex, & nimio furore succensus consuluit sapientissimos viros, qui erant sibi à consilijs, quid decernendum esset in ea re. Responditque Mamuchan (vnius scilicet ex consilio regio) *Non solum Regem laesit Regina Vasthi, sed & omnes populos egredietur enim sermo Regina ad omnes mulieres, ut contemnant viros suos, & dicant, Rex Assuerus iussit ut Regina Vasthi intraret ad eum & illa noluit. Atque hoc exemplo omnes principum coniuges Persarum, atque Medorum paruipendent imperia maritorum. Acquieuit Rex huiusmodi consilio, & ut occurreret huic malo, repudiavit Reginam Vasthi, & aliam ducens uxorem. Misit Epistolas ad vniuersas prouincias sui Regni, ut per cunctos populos diuulgaretur supplicium quo affecta est Vasthi propter scelus inobedientiæ, quod illa pararat, & improbitatis exemplum, quod præbuerat, sic etiam succenset Deus, & animaduertit in illos qui cum debeant eximia virtute*

2. Mac. 6. nume. 8.

Esther. 1. Simile.

Aaaa florere

1. Reg. 15
num. 23.
scelerum, ac prauitatis exemplo sunt alij. Hac etiam de causa re-
diatus est Saul, & regia dignitate priuatus. *Pro eo*, (inquit Samuel
Sauli) *quod abiiecisti sermonem Domini, abiecit te Dominus, ne sis Rex.*
Sed cur tam graui poena multatus est Saul ob leue illud inobedien-
tię delictum, nisi quia maiori ille vinculo astringebatur (quippe qui
rex erat, ac moderator populi) ad sanctiorem vitam agendam, &
obediencię, ac reliquarum virtutum exemplum omnibus exhiben-
dum.

Leuit. 4.
Glossa.
Greg. in pa-
storali.
Leuit. 4.
QVA propter instituens Deus Maximus sacra, quę facienda erāt
pro peccatis, discrimen constituit inter populi, ac sacerdotis pecca-
ta. *si sacerdos inquit, qui est vnctus peccauerit, delinquere faciens popu-
lum, offeret pro peccato suo vitulum, &c.* Delinquere, ait, faciens popu-
lum, quia, vt glossa ibi explicat, a peccatis sacerdotis sumit popu-
lus peccandi argumentum, dicens. Quare non facerem hoc, ex quo
sacerdos meus facit hoc. Vnde Diuus Gregor. Cum pastor, inquit,
per abrupta graditur, cōsequens est, vt grex ad præcipitiū sequatur.
Agēs vero Moyse paulopost de totius populi peccato, ait. *Quod
si omnis turba filiorum Israel ignorauerit, & per imperitiū fecerit, quod
contra mandatum Domini est, & postea intellexerit peccatum suum, of-
ferat pro peccato suo vitulum.* Cur ergo omnis populus non plura of-
feret pro omnium culpis, quam sacerdos pro suo duntaxat crimi-
ne? Id certe ea ratione iustum esse arbitror, vt nobis indicaretur,
quanta esset peccati grauitas in eo, qui in aliquo dignitatis gradu
tanquam virtutum omnium exemplar constituitur, veluti omniū
quippe culpa iudicatur culpa eius qui omnium exemplar est, quia
omnibus peccandi ansam præbet, sicuti magister qui discipulis
mendosum exēplar ad scribendum proponit omnium defectuum
discipulorum in causa est.

simile.
Num. 25.
num. 4.
Orig. hom.
29. in Nu.
HINC potest facile percipi, cur cum grauiter peccasset Israel in
terra Madian, dixerit Dominus Moyse. *Tolle cunctos Principes populi
& suspende eos contra solem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Is-
rael.* At, quid sibi vult huiusmodi supplicium? Delinquit populus,
& illius primarij suspenduntur? Præclare respondet Origenes, dicēs.
Populus peccat, & principes suspenduntur, non enim tantum pro
suis arguuntur delictis, pro populo enim coguntur principes red-
dere rationem, ne forte non docuerint, non monuerint, non folici-
te arguerint eos, qui primum peccauerunt, ne contagio dispergere-
tur in populos. In ipsos enim conuertitur ira Dei, & cessabit a po-
pulo. Hęc si cogitarent homines, principatum non ambirent, suffi-

cit

cit enim pro peccatis proprijs argui, & reddere rationem. Hęc ille.
Quid ergo merebitur ille qui non solum non docet cum tenetur
sed insuper scandalum præbet? Qui ergo Reip. moderatores estis,
aut aliquo gubernādi munere fungimini, respiscite obsecro, & alie
no periculo sapite, eamque vitę rationem suscipite, vt possitis illa
Christi Domini verba merito vsurpare. *Quis ex vobis arguet me de
peccato?* Sic enim fiet, vt & virtutum exempla a vobis reliqui petāt,
& earum vos præmium, ac remunerationem præstantiori quodam
modo consequamini.

CONCIO TERTIA.

Primus Discursus, in quo ostenditur quam
iniquo animo excipiat veritas
ab hominibus, &
qua de causa.
(?)

Them. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?
Ioan. 8.

HANC querellam detulit Christus Dominus ad iudæos, *si verā
tatem inquit, dico vobis, quare non creditis mihi?* Quod licet
non eandem nobis obiiciat, quippe qui tāquam eius fidei pro-
fessores, omnibus illius verbis fidem habemus, aliam tamen huic si-
milem querimoniam nobiscum habet. Cur scilicet, cū ipse, sacra q,
legis præcones veritatem vobis enuncient, eam mundani audire
nulla ratione velint, odio ipsam veritatem prosequantur, & ægre,
ac moleste ferant eos, qui verum enuntiant, obsequium enim ami-
cos, veritas odium parit. Ira incenditur, qui turpi alicuius amore
flagrat: si vel sanctissimus ille Baptista ei dicat. *Non licet tibi ha-
bere uxorem fratris tui.* Odio habet procax illa foemina D. Cypria-
num, qui lauticias, ac fucos, quibus turpiter illa ornabatur, vitupe-
rauit. Grauiter fert pecuniarum appetens, si in auaros B. Ambros.
inuehatur. Ac moleste ipsum Dei Prophetam audit, qui ait. *Arguit*

Ezech. 7. *eorum foras projicietur, & aurum eorum in sterquilinum erit, argentum eorum, & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini.*
 nu. 19. Obsurdescit ille, qui multis est peccandi occasionibus implicatus, cum eum humani generis Redemptor sic alloquitur. *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te, bonum est tibi vnum oculum habere in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in Gehennam ignis.*

INQVIRAMVS igitur huius rei causam, & rationem indagemus, cur veritas, cuius tanta est vis, dignitas, ac pulchritudo, ita ab hominibus despiciatur, ac repudietur. Nota est omnibus sententia illa, quæ pro veritate prolata est in regia Darij curia, cum omnes populi clamauerunt, & dixerunt. *Magna est veritas, & praualet.* Magna quid est veritas, sed quo pacto nõ praualet hac tēpestate in ecclesia Christiana, vbi veritas colenda, atq; asserēda est, cuius auctor est ipse Deus, qui ait. *ego sum via, veritas, & vita.* Hæc nostra in felicia illa, ac calamitosa tēpora quodāmodo dici possunt, de quibus D P Paul. asseruit, *Erit tēpus, cū sanā doctrinā nõ sustinēbūt, sed ad sua desideria coaceruabūt sibi magistros pruriētes auribus, & a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.* Facile enim nostræ tempestatis homines ad fabulas, & obscenas scenas, audientias conuertuntur, a veritate vero, quæ in sacris concionibus enuntiatur, auditum quidem auertunt. Id certē ex eo prouenit, quoniā non quærunt iam homines, quod sibi magis expedit, sed quod maiorem afferat iucunditatem, atq; iccirco dixit Apostolus *ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros.* Non ad suam, inquit, vilitatem, sed ad sua desideria. Hæc enim sequuntur, his inseruiunt, atq; obsequuntur: Et ideo hac effrænata cupiditate ducti, eos quærunt concionatores, ac confessarios, qui facile cedant, & eorum cupiditatibus seruiētes, eo facile trahantur, quo ipsorum velit libido.

HVIVSMODI erant hi, qui (Esaia referente) dicebant *videntibus, nolite videre, & aspicientibus nolite aspicere nobis ea que recta sunt.* Si igitur recta sunt, cur ea ab immortalis Dei prophetis annuntiarī renuitis? Audite huius rei causam. *Loquimini inquit, nobis placētia, videte nobis errores.* Quasi dicerēt, errores, ac mendacia quæcunq; loquimini, dummodo grata nobis sint, ac iucunda, quæ dicitis, libenter audiemus.

HANC etiam ob causam filij Israel deseruerunt olim verum Deum, eiusq; præcones, ac Prophetas, & diuinis honoribus prosequēbantur.

quēbantur idola, eorumquē colebant sacerdotes, illi enim vera, & animis vtilia prænuntiabant, eorumq; errores, ac flagitia obiurgabant vehementer. Idola vero silebant omnino. Neq; aliquid ipsis delectabile a falsis idolorum sacerdotibus interdicebatur.

SINGVLARI quadam veneratione coluerunt quondam Israelitæ Venerem, quæ reginam cæli nuncupabant, vt refert Theodoretus. Nam quam nos latine Venerem, vel vt alij volunt lunam illi græce Vraniam, id est, cœlestem, appellabant, offerentes illi panes quosdam rotundos, quos placentas vocabant, in quibus erat impressa effigies lunæ. Hac de re grauius illos carpit Ieremias, & magnum illis supplicium, atq; exitium minatur, nisi ab huiusmodi idolorum cultu, ac veneratione desisterent. *Responderunt autem Ieremia omnes viri scientes (ita refert sacra scriptura) sermonem quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audiemus ex te sed facientes faciemus omne verbum, quod egredietur de ore nostro, vt sacrificemus reginæ cæli, & libemus ei libamina.* Stulta responsio, vt recte inquit Theodoretus, confitentur eum loqui in nomine Domini, & non acquiescunt, sed sequuntur prauitatis suæ cōsiliū. Sed audiamus, si placet, quam illi reddant huius consilij rationem. *Saturati sumus inquit, panibus, & bene nobis erat, malumq; non vidimus.* Ex eo autem tempore, quo cessauimus sacrificare reginæ cæli, & libare ei libamina, indigni sumus omnibus, & gladio & fame consumpti sumus. *Ecce vobis causam, cur illi relicto Deo, spretisq; sanctissimi prophetæ verbis, Venerem sequantur, suisq; cupiditatibus pareāt, quia hac ipsi ratione satiantur panibus.* Quod si ab eo, qui corporis voluptatibus deditus est, quæram, cur mundum sequatur, Deū vero deserat, ac repudiet, respondebit profecto (si verum ille loquatur) ad eam se vitæ rationem retulisse, quia mundus panem suppetit, potestatemq; cōcedit faciendi omne id, quod in libidine venerit, Deus vero abstinentiam præcipit, atq; animi cupiditates iuber amputari.

EA deniq; est vis, ac potestas libidinis, vt sæpe hominem adducat ad negandam veritatem, ipsumq; mendacium tanquam aliquid verum affirmandum. Vt apud eundem prophetam fertur Israelitis euenisse, cū enim illi ancipiti vexarentur cura, an Aegyptum adirent, an in Palæstina, vbi laboribus afficiebātur, permanerent, Ieremiam conueniunt, illumq; in hunc modū alloquuntur. *Cadat oratio nostra in conspectu tuo, & ora pro nobis ad Dominum Deū tuum, & annuntiet nobis Dominus viam, per quam pergamus.* Quibus

res respondit. Ecce ego oro ad Dominum Deum vestrum secundum verba vestra, omne verbum quodcumque, responderit mihi, indicabo vobis, nec celabo vos quidquam. Inquiunt vero illi. Sit Dominus inter nos testis veritatis, & fidei, si non iuxta omne verbum, in quo miserit te Dominus Deus tuus ad nos, sic faciemus, siue bonum est, siue malum. Voci Domini Dei nostri, ad quem mittimus te, obediemus. Et vero post decimum diem responsum dedit, illis Ieremias, vt manerent in Palæstina dicens. Hac dicit Dominus exercituum, Deus Israel, si posueritis faciem vestram, vt ingrediamini Aegyptum, & intraueritis, vt ibi habitetis. Gladium quem vos formidabitis, ibi comprehendet vos in terra Aegypti, & facietes, pro qua estis solliciti, adhærebit vobis in Aegypto, & ibi moriemini, &c. Cum autem accepissent à propheta huiusmodi responsum, dixerunt illi: Mendacium tu loqueris, non misit te Dominus Deus noster.

Recem. 43
num. 4.

At cur hi, cum promiserint prophetæ verbis se fidem habituros, adhibito Deo teste, nunc eius responso non credunt, neque volunt ei fidem tribuere? Ea profecto fuit huius rei causa, quia illi magno tenebantur desiderio Aegyptum adeundi, cum vero Ieremias ab ea illos cupiditate curaret auertere, & huiusmodi discessum dissuaderet, obijciunt illico, sanctissimi prophetæ verba falsa esse, & à veritate aliena.

3. Reg. 22
num. 8.

Idem contigit pessimo illi Regi Achab, qui Michæam prophetam in eius curia versantem odio prosequabatur. Ego odi eum, aiebat Rex, quia non prophetat mihi bonum sed malum. Malum appellat Michææ consilium, eo quod non sibi gratum esset, & hac ratione non sequutus est illud. Vnde cum idem vates mortem ipsi prænuntiaret, si ille bellum iniret, in carcerem per Regem detruditur. Qui quidem ad pugnam adhuc, manusque deueniens, vitam in acie infeliciter profudit, eo quod falsis quibusdam prophetis fidem tribuisset, qui eius gratiâ adulationibus aucupabatur, vero autem Dei prophetæ noluisse credere, quippe qui ad illius voluntatem non est locutus.

VERVM igitur est tritum illud vetustate proverbum. Quod vult, non quod est, credit, qui cupit errare. Rapitur enim mens à voluntate, quæ superior est animi vis, sicut cælestes orbis externa primi orbis motione impelluntur, & contra interiorem motum, quem natura dedit, illius pulsu agitantur, & summa quadam celeritate feruntur, hinc fit, vt facile intellectus trahatur, quo illum voluntas rapit, & homines quibuscumque, veris propositis, ac postpositis quibusvis animi periculis, ad omnes cupiditates explen-

das

das cæco quodam impetu efferantur. Et non solum quæ consona sunt veritati (quod a sidiuis quidem lachrymis deplorandum est.) sed quæ in verâ Christi fide asseruntur, falsa esse defendant. Cur enim tot hominum multitudo hac nostrâ misera, atque infœlici tempestate in Lutheri, ac Caluini hæresim prolapsi sunt, nisi quia huiusmodi hæresiarchæ vulgi auribus inseruiebant, & ad colligendam illius gratiam, & benevolentiam, ad eius voluntatem loquebantur?

Vnusquisque ergo sibi consulat, & de animi flagitijs periculum faciens diligentissime eius propensionem, cupiditatesque, discutiat, atque illi ea verba proponat, si veritatem dicit tibi Christus, quare illi non obtemperas? & quam inuenerit effrænatam libidinem frænet, contineat, ac studiosissime comprimat.

Secundus discursus ostendit Deum sequendum esse, quia verax est, mundum vero relinquendum, quia fallax.

(.?.)

Thema.

Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?

ADMIRATIONE quidem dignum est, Iudæos olim verissimis Christi verbis non habuisse fidem, sed æque mirum est, modo Christianæ veritatis assertores illi non obedire, neque audientes esse eius dicto, quod iam verum esse fateamur. Non sequebantur eum Iudæi, nec illi parebant, quia nec ipsi fidem, auctoritatemque tribuebant, nunc vero, qui Christo credimus, & illum fidelem esse censemus, cur ei non obsequimur? cur item mundum, & quascumque illius leges exequimur, cum totus ille sit ex fraude, & mendacio compositus?

Ex-

EXPLOREMVS igitur hodierna die, vter verum dicat Christus Dominus, qui summa veritas est, an mundus, qui futilis est, ac omnino fallax, vter quis sit merito sequendus cognoscamus, & in huiusmodi discussione sanctissimum illum Eliam imitemur, qui cum intellexeret bonam Israelis partem obtemperare, ac seruire Baal, *Accedens, Elias ad omnem populum* (vt facta regum historia enarrat) vsq; quo, ait, *claudicatis in duas partes? si Dominus est Deus, sequimini eum: si autem Baal, sequimini illum* Eadem vobis, auditores, verba propono, vsq; quo claudicatis in duas partes, nunc obedientes Deo, nunc mundo, iam Deum, iam mundum colentes, atque sectantes, si mundus verax est, veraq; promittit, sequimini eum, si vero mendax, ac vanus, detestamini illum, & humani generis Seruatorem subsequimini, qui & verax est, & viam Dei in veritate docet.

MUNDVS quidem felicitatem sui sectatoribus, & ad eam asequendam diuitias honores, cōiuiua, ludos, venationes, hortos, valetudinem, longamq; ac iucundā vitam pollicetur & beatum dixerunt *multi populum, cui haec sunt* Christus vero beatitudinem etiam promittit suis, quae in oppositis omnino rebus sita est. *Beati*, inquit, *pauperes spiritu, beati qui lugent, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.* Hos ille felices, ac fortunatos appellat. Ac demum. *Omnis*, inquit, *qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam eternam possidebit.* Quae quidem summa est felicitas, ac beatitudo. Ecce vobis in rebus omnino contrariis Christi, & mundi felicitas constituitur. Inquiramus igitur vter verum, vel falsum dicat, & mendaci, ac fraudulentio relicto, veracē, & in suis promissis constantem magna animi alacritate sequamur.

NONNE ergo mundus fallax est, & dolosus, ac omni simulandi arte praeditus? Nonne sui sectatores in fraudem saepe deduxit? Audiamus obsecro regium illum vatem, cum illis ita loquentem. *Filij hominum vsq; quo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium?* At qui dicuntur à propheta filij hominum? Diuus Chrysofomus ornatissime explicans hunc Dauidis locum, eos, inquit, vocat hic filios hominum, qui viuunt in improbitate, qui sunt procliuēs ad malum, eos, qui vitae curis paulo plus dediti sunt, vocat filios hominum. Praclare quidem expendit hoc Chrysofomus

mus

mus, qui enim spreto vitij, ac corporis voluptatibus si enatis, Christum Dominum sequuntur, filij Dei vocantur in sacris litteris, vt D. Hierony. aduertit, ponderans illam seruatoris nostri interrogationem, cum à sacris suis discipulis quae fuit. *Quem dicunt homines esse filium hominis?* ad ipsos orationem, vultumq; conuertens. *Vos autem*, inquit, *quam me esse dicitis?* Vbi Hierony. Attende quod ex consequentibus, textuq; sermonis Apostoli nequaquam homines, sed Dei appellantur. Haec illè. Cum mundanis regibus vates loquens filios hominum vocat, & subdit primo: *Vsque quo graui corde.* Graui corde sunt, inquit aureus ille doctor, qui sunt crasso corde, carnales affixi terrae, improbitatem exercentes, libidine, ac voluptate corrupti. Talis enim est homo carnalis, & vitam eorum reprehendēs, ostendit fontem impietatis, significans hoc esse eis maximo impedimento, quominus ad alta dogmata perueniant, nihil enim facit cor adeo graue, vt libido, & ad ea, quae ad hanc vitam pertinent, affectio, & terrae affixum esse, quod tale est, non errauerit, qui corlutum appellauerit, & ideo id graue cor dixit. Ex corporibus enim alia quidem deorsum ferri solent, vt lapides, & ligna, & quae sunt eiusmodi alia vero sursum, vt ignis, aer, quorum natura leue quid est, si quid ergo eorum, quae deorsum feruntur, ei quid leue alligaueris, nulla est utilitas, cum vincat grauitas, ita etiam si quis pedes habuerit aggrauatos, vel propter malos affluētes humores, vel propter aliam aegritudinem, nihil iuuat, si reliquum corpus sit leue, si autem hoc est in corporibus, multo magis in corde. Leuis est natura nostra, & sursum tendens facta est, nos autem ipsam praeter naturam facimus, & ideo propheta reprehendit cordis grauitatem. Si enim naturalis esset non reprehendisset. Hactenus Chrysofomus. His ergo, qui cordis grauitate premuntur, dixit propheta. *Vsque quo graui corde?* ac si diceret, vtq; quo mundum sequimini, eiusque diuitias, honores, ac voluptates aucupamini, quibus cor vestrum terrae adheret, & quasi quibusdam pedicis ligatur? At magna dicitis, in hac re iucunditas est, ac beatitudo. Audite tamen quid sanctissimus vates subdat. *Vt quid diligitis vanitatem & queritis mendacium?* Vanum illud dicitur, teste Chrysofomo, quod est inane, quādo nomen quidem fuerit, res vero nequaquam, sicut apud infideles nomina Deorum multa, res vero minime. Mendacium vero quid significet notum est, mendacium enim in rebus idem est, quod vanum, sicut in verbis, illud verbum mendacium dicitur

B b b b quod

5 Reg 18.

Matth. 5:

Matth. 19.

nume. 29.

ps 4. n. 3:

Chryf. ibi.

Hieron. ibi.

Matth.

Chry. sup.

Chryf. ibi.

quod re non est, vt voce profertur, sic illud mendacium appellabimus, quod re quidem non efficit id, quod profertur, sicut de vanitate dixit Chrysofomus, inquit igitur regius ille vates. *Filij hominum, mundani homines, vsque quo graui corde? vsque quo corda vestra terrenis, ac perituris rebus affixa sunt? cur mundum diligitis, & ea, quæ in ipso continentur, cum omnia illa leuia sint, nugatoria, falsa, vana, ac penitus mendacia, sicut mundus ipse mendax est, & inanis? Hęc igitur est sanctissimi vatis in hac re sententia, quæ mundum mendacem esse asserit, & omnia, quæ ille ostentat, aut promittit, vana animo esse, atque futilia. At veram esse Dauidis sententiam ostendam, si mundi dolos, ac fraudes patefaciam.*

AC primum sæpenumero ille decipit homines fallaci quadam spe, qua magna illi, ac præclara sibi expectent, exigua tamen atque inania bona postea consequitur. cum humani generis hostis persuadere voluit Euz, vt arbore a Deo prohibita, vesteretur, supremam illi cognitionem promisit, qua Dei similitudinem generet. *In quocumq; ait, die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri. & eritis sicut Dijs scientes bonum, & malum.* Hanc tamen fidem non ille soluit, sed potius illius arboris fructu degustato, tam ipsa Eua, quam Adamus, totaque eius posteritas in summam deuenit miseriam & calamitatem. Eadem etiam simulandi, ac fallendi arte vtitur mundus, vt hominem decipiat, cur licet multa, atque eximia bona promittat, nihil tamen præstat, neq; seruat villo modo promissa.

POLLICITVS est quondam Absaloni diadema regium si a patre suo Dauide descisceret, & bellum in illum compararet, cum vero ille putaret, regnum se iam, imperiumque tenere, suspensus quidam ex quercu, & magnis vulneribus confossus occidit. Promisit item principi Aman magnam apud Regem Assuerum gratiam, plurimamque, apud omnes auctoritatem, & vltionem etiam de infestissimo sibi Mardocheo, cui cum iam arbitrareretur ceruices esse frangendas, in eodem met patibulo, quo Mardocheus suspendendus erat illic Aman infeliciter fuit suspensus. Obrulit etiam Babylo-ni supremam regni amplitudinē, sed illa illusa, subito Angelus clamauit. *Cecidit, cecidit Babylon illa magna.* Promisit deinde magno illi Alexandro Macedonum Regi pacatam totius terrarum orbis possessionem amplissimumque regnorum omnium imperium, cum vero esset iam in multarum terrarum possessione, his omni-

bus

bus sibi fruiturus videtur. *Decidit in lectum, vt sacra refert historia, & cognouit quia mureretur, & regnauit Alexander annis duodecim, & mortuus est.* Hunc exitum habuerunt omnia illa præmia, quæ pro certo illi mundus pollicebatur, & quod magis lamentandum est, ab eo mortis die acerbissimis inferorum pœnis cruciatur, vbi omnes suas spes delusas esse cognoscet, & cum plurimis alijs mundi dolos, ac fallacias plane perspiciet, ac summo cum mœrore detestabitur.

EGREGIE hoc scriptum est à sapientissimo illo Salomone, cum tristes damnatorum querellas referens, ait *Talia dixerunt in inferno hi, qui peccauerunt, quoniam spes impij, tanquam lanugo est, quæ a vento tollitur, & tanquam spina gracilis, quæ a procella dispergitur, & tãquam fumus, qui a vento diffusus est, & tãquam memoria hospitis vnius diei prætereuntis. Iusti autem in perpetuum viuunt.* Ac si diceret huiusmodi est damnatorum euentus, quos sua fefellit spes, hæc enim admodum inanis, ac vana est, vt merito vento, spumæ, fumo, alijsque huiusmodi, quæ citissime prætereunt, ac euanescent, comparetur. Quod quidem verissime dictum esse, ipso experimēto didicimus: quot enim omni animi cura ac cogitatione litterarum studia instituerunt, sumos honores, magnasque dignitates appetentes, quot etiam qui gratia valebant apud principes, magna sibi pro certo pollicebantur, quot denique, mercatores terras, mariaque, traicientes, amplissimas sibi facultates promittebant, quibus omnibus longe aliter ac sperabant, euenit, cum enim adhuc ordirentur, præcisa est velut à texente, eorum vita. Nitebantur enim falsis mundi verbis, qui cum totus sit ex fraude, ac mendacio compositus, non potuit non eorum spes deludere, & in fraudem illos, fallaciamque, deducere.

AT, demus, mundum in diuitijs, & honoribus promittendis, si dem soluere, sed nec tunc quidem verax est omino, in huiusmodi enim bonis beatitudinem pollicetur, quæ hominem felicem reddere nulla ratione possunt, sed neque illa bona dicenda sunt, cum plurimi sceleratissimi homines eis abundant, neque illum, qui eis fruitur, bonum efficiant: quod si bona esse concedamus, exigua quidem, & nullius momenti esse necessario fatebimur. Præclare hoc Diuus ille Chrysofomus explicuit, sicut simulachra, inquit, nomina Deorum habent, res vero minime, ita diuitiarum nomen diuitiarum habent, res vero minime, & gloria nomen gloriæ habet, res vero minime, & potētiam nomen potētiam habent, & remanet solū

Bbbbb 2 nomen

I. Mach. 6.
I nume. 6.Sapient. 5.
num. 4.Simile.
Chryf. ho.
in ps. 4.

simile.

Gen. 3. n. 5

2. Reg.

Ester.

Apoc. I 4.
numero. 8.

nomen. An non vitæ voluptates, & foelicitates tales sunt? Non ne omnia hæc mentiuntur, & decipiuntur? etiam si dixeris gloriam, si diuitias, si potentiam, omnia sunt vanitas. Hæc ille, cui consonat illa Salomonis verba. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, vidi cuncta, quæ sunt sub sole, & ecce vniuersu vanitas, & afflictio spiritus.* Aptè quidem inquit D Hieronymus in hunc locum: si cuncta quæ fecit Deus sunt valde bona (Genes. 1.) quomodo vanitas, omnia & non solum vanitas, verum etiam vanitas vanitatum, vt sicut in cantico canticorum inter omnia carmina excellens carmen ostenditur, ita & in vanitate vanitatum vanitatis magnitudo môstratur. Hæc est D Hieronymi quæstio, quæ hoc nititur fundamêto, quæ scilicet ratione tot mundi imperia, diuitiæ, honores, aliq, huiusmodi bona vana, imo & vanitas vanitatum appellantur? Sed sibi met Hieronymus optime satisfacit. Legimus, inquit, in Exodo, glorificatum vultum Moyfi, ita vt filij Israel in eum aspicere non possent. Quam tamen gloriam Paulus Apostolus ad comparationem gloriæ euangelicæ dicit esse non gloriam, nam nec glorificatum est, quod glorificatum fuit in hac parte propter excellentem gloriam. Possumus igitur & nos in hunc modum omnia, quæ in hoc mundi circulo continentur, bona quidem per se dicere, sed ad Deum comparata pro nihilo esse. Et quomodo si igniculum lucernæ videns, contentus essem eius lumine, & postea orto sole, non cernerem quod lucebat sic aspiciens rerum multiplicem varietatem, admiror quidem operum magnitudinem, recogitans autè omnia pertransire & mundum suo sine senescere, solumq, Deum illud semper esse quod fuerit, compellor dicere non semel, sed bis. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Hactenus Hieronymus. Fraudulentus igitur, ac mendax est mundus, qui foelicitatem pollicetur in his vanis atq, inanibus terræ bonis, quæ tanta celeritate prætereunt, & cum ipsa caduca, ac peritura vita finiuntur. Si ergo mendacium dicit vobis mundus, quare vos creditis illi? filij hominū vsq, quo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

AT vero Christum Dominum veracem esse, manifestum est, cum enim ille, eiusq, præcepta mundo, ac mundi legibus sint opposita, & mundum mendacem esse clare nouerimus, aperte constat ipsum Deum esse veracem. Neq, enim humanæ salutis auctor promissis deesse potest, sicut fallax mundus, qui vix vnquam prestetit quod promissit, ille enim quippe qui verus Deus est. *Cælū,* inquit,

& terra transibunt, verba autem mea non prateribunt. Quod si beatos appellat pauperes, lugentes, mundos corde, pacificos, misericordes, huiusmodi verba re ipsa confirmauit, si foelicitatem, ac satietatem cœlestem pollicetur, ea sane afficit sanctorum animos, atq, iccirco regius illè vates aiebat. *Satiabor, cum apparuerit gloria tua.* Quæ quidem beatitudo non perit, sicut illa, quam diximus, mundanorum foelicitas. Iusti enim in perpetuum viuunt, & apud Dominum est merces eorum. Hæc sunt igitur Christi Domini promissa, quæ quidem exequitur, & verissime seruat, ac tuetur. Si ergo Iesus veritatem dicit vobis, quare non creditis illi? Si vero mundus decipit, & mentitur cur illi adhibetis fidem? Mundum dixi decipere & mentiri, non bene dixi, nolo contra mundum tale proferre testimoniū falsum. Restituere volo mūdo honorem suum & recantare palinodiam sepe enim in hoc discursu mundum mendacem & falsum nūcupaui, at mundus neminè fallit. Quin potius ab huiusmodi supra dictis erroribus nos liberat manifeste, nam quotidie (Experientia teste) docet omnes suas diuitias caducas & vanas esse, mortem & spes & fortunas velut in opinatus fur à nobis eripere, & his similia, non ergo decipit nos mundus, sed vnusquisq, *decipitur à sua concupiscentia abstractus, & illectus,* ab hac caueto frater. Cauebis autem si audieris Christum Dominum, illi crede, ipsum sequere ipse enim & veritatem docet, & ad vitam ducit æternam,

CONCIO QUARTA.

*Primus discursus, in quo, qui Deo obedit,
Dei esse filium,
probat.*

Thema: *Qui ex Deo est, verba Dei audit propterea, vos non auditis, quia ex Deo non estis.*
Ioann. 8.

EXPLICANS Origenes hoc Christi Domini testimonium. inquit. Ex Deo esse, est spiritum Dei habere, quo filij Dei
Bbbbb 3 aguntur

Orig. hic. aguntur, sicut Apostolus ad Romanos scribit. *Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei*, Aguntur autem homines à spiritu Dei in diuinorum præceptorum obseruantiam, & obedientiam. Et hoc vocat Christus Dominus verba Dei audire, non quidem aure tenus (vt docet etiã D. Gregorius) hoc enim & mali faciunt, sed aure cordis attendendo, & obediendo, quod filiorum Dei est. Est igitur nostri thematis sensus hic. Qui Deo spiritu, gratiaque afficiuntur, diuinis quidem verbis obtemperant, qui vero illis non obsequuntur neq; Dei filij vere sunt, neq; eius gratiam, spiritumque participant.

Greg. he. 13. in ena gel. **FINGITE** ergo vestris animis fratres, totam hominum multitudinem duplici factione seiunctam, quarum vna ex huius sæculi filijs, altera vero ex Dei liberis, atq; amicis constituitur. Omnes quidem, qui in hoc vitæ curriculo commorantur, alteram harum partem sectantur, quis vero hæc, quis autem illam sequatur, incertum sane est. Sunt iusti, atq; sapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen nescit homo verum amore, vel odio dignus sit. Qua tamen ratione in huius rei cognitionem possimus aliquomodo deuenire, humani generis vindex, ac magister ostendit, cum ait. *Qui ex Deo est, verba Dei audit.* Leuitæ dignoscantur quondam ex corporis cultu, Nazarei ex capillis, & quælibet deniq; gens propter aliquod speciale signum internoscitur, vt B. Clemens enarrat. In hoc autem harum partium sectatores cognoscuntur, si vel Christum audiant, vel mundum. Quod quidem hoc simili clarius intelligemus. Contingit sæpe prope regij palatij portas plures esse ministros, ac pedisequos, inter se se permixtos, cui tamen singuli ministrent, prorsus ignoramus, cum vero ab aula regia eques decedit, ac ministros euocat, eos qui illi assurgunt, illius esse famulos asserimus, eos vero, qui aliorum voces audiunt, illosq; sequuntur, & comitantur, horum esse ministros, & asseclas affirmamus, hac igitur ratione dignoscemus eos, qui Dei, vel mundi factionem sequuntur, illi enim ex Deo esse dicentur, qui Dei vocibus obsequuntur, qui vero mundum audiunt, ac sequuntur, mundi esse ministros iure optimo asseremus, hi quidem præsto sunt, vt mundo pareant, qui si splendida conuiuia celebrari præcipiat, si iubeat, vt illi vlciscantur iniurias, & precioso corporis cultu ornentur, immoderatè sumptus in vanas, ac futiles ineptias conferant, statim illi obediunt & semper sunt illi obediens, dicto citius, quibuscunq; vitæ periculis, corporisq; laboribus postpositis. Quod si, vt ij mûdi madata

exc-

exequatur, necesse sit sacro, & diuinis concionibus, deesse, & sacra omnia, diuinaq; præcepta violare, facile quidè ab his huiusmodi flagitia comittentur, ne mûdi voluntati aliquomodo aduersentur.

E contrario vero, qui sint veri Dei filij, ex eo cognoscitur, quod diuinã in rebus omnibus voluntatem sequantur, & quanuis Deus illis difficilia præcipiat, nimirum vt iniurias condonent, a cibis se abstineant, vigilijs se dedant, diuitias pauperibus erogent, omnia hæc exequatur, & vt Dei seruiant voluntati, vitã, si opus fuerit, sanguinemq; profundent, quod æternus ipse, ac naturalis Dei filius effecit. Qui vt D. Bernardus asserit, vitã perdidit, ne perderet obedientiam. Atq; idcirco cum iam iam animam ageret. *Inclinato capite emisit spiritum*. Quasi æterno suo patri diceret, cum me acerbissimam mortem subire iubeas, caput meum inclino in signum meæ erga te obseruantia, singularisq; obedientia.

HOC diuinus ille scriptor Ioannes asseruit, dicens. *Omnis qui natus est ex Deo, non facit peccatum, quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. In hoc manifestati sunt filij Dei, & filij Diaboli*. Quem locum explicans D. Thomas, ait intelligendum est coniunctim, id est, quando natiuitatis spiritualis gratiam custodit, peccatum non facit, scilicet mortale. Hæc ille, itaq; gratia manente, peccare non potest, quia semen Dei, id est gratia manet in eo, cum qua peccatum lethale simul esse nõ potest, & subdit Euangelista. *In hoc manifestati sunt filij Dei*. Id est, manifesti sunt filij Dei, & filij Diaboli quia scilicet illi peccant, isti vero non, vt D. Thomas interpretatur.

IDEM egregia quadã similitudine Christus Dñs exposuit in sacra euangelij historia, vbi ad discernendos prophetas veros a falsis, hæc signa proposuit. *A fructibus eorum cognoscetis eos, nõ quid colligunt de spinis vus, aut de tribulis ficus? sic omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autè arbor malos fructus facit*. Quælibet arbor fructu sui similitè producit. Pirus enim pira, malus mala, nux vero nuces, & hac ratione ex fructu arborem internoscimus. Et vero hominem inuersam arborem appellarunt prisci illi sapientes. Ad dignoscendũ autè, qualis sit huiusmodi arbor illius fructu intueri necesse est, si bonus illè sit, arbor quidè bona erit, si vero malus, mala etiã arbor appellabitur, si homo spiritus fructum afferat, colligemus certe diuino spiritu, gratiaq; celesti illius animũ ornari, si tamè carnis fructu producat, carnis etiã spiritu eũ præditũ esse cognoscemus. Qui autem, ac quales sint huiusmodi fructus, præclare explicuit

Apostolus

Apostolus. Manifesta, inquit, sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, im-
 munditia, impudicitia, luxuria, inimicitia, contentiones, invidia, homici-
 dia, erietates, comestiones, & his similia, qui talia agunt, regnum Dei non
 consequentur. Qui etiam & quales sint fructus spiritus, idem Apосто-
 lus exposuit, ibidem dicens. Fructus autem spiritus sunt charitas, pax,
 patientia, bonitas, mansuetudo, modestia, continentia, castitas, &c. Nul-
 quisq; ergo fructum aspiciat, si arborem, a qua ille productus est, vo-
 lit cognoscere.

HAC etiam ratione voluit eterni Patris filius ab hominibus dig-
 nosci, quo circa cum ab eo quærent sanctissimi Baptiste discipu-
 li. *Es tu qui venurus es, an alium expectamus?* Non aliter respondit il-
 lis quam egregia quædam ac diuina opera efficiendo, & tunc. *Renun-
 ciare, inquit, Ioanni, quæ audistis & vidistis, cæci vident, surdi audiunt,
 claudi ambulant, pauperes euangelizantur.* At non respondit quidem,
 ego sum, quem vos expectatis, sed opera ipsa, ac miracula in vestri
 conspectu edita testificentur, an ego sim humani generis vindex,
 ac Redemptor Messias, vobis omnibus expectatus, et atibusq; promif-
 sus. Quærebant iterum Iudæi Christum interficere (vt sacra narrat hi-
 storia) quia patrem suum dicebat Deum, & qualem se faciens Deo.
 Quibus vt Christus satisfaceret, si ego ait, *testimonium perhibeo de
 me ipso, testimonium meum non est verum?* At non ne satis est Deus op-
 time testimonium, quod sanctissimus ille Ioannes de te perhibet?
 Ego, inquit, habeo testimonium manus Ioanne, ipsa opera, quæ
 ego facio, testimonium perhibent de me, quia pater misit me.

ANIMADVERTENDVM item est, duplex præstantissimo-
 rum operum genus in Christo Domino viguisse, tum enim egre-
 gijis quibusdam miraculis, tum etiam integerrimis moribus excellit.
 Et quauis miracul, quæ diuinitus ille edidit, ipsum verum esse
 Deum ostenderint, tamen si miracula ex se ipsis considerentur, non
 æquè manifeste declarant aliquem esse Dei filium, & amicum, ac
 studiosa vita, moresq; sanctissimi. Qua propter cum idemmet Deus
 voluit Iudæos perfidiæ, ac obstinationis conuincere, non illis mira-
 cula, sed suæ vitæ integritatem proposuit. *Quis, inquit, ex vobis ar-
 guet me de peccato?* Atque iccirco cum explicuisset, quo pacto essent
 pseudoprophetæ dignoscendi dicens: *A fructibus eorum cognoscetis
 eos, vt ostenderet nobis huiusmodi fructus non esse miracula sub-
 didit. Non omnis qui dicit mihi Dñe, Dñe intrabu in regnum cælorum,
 sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis est. Multi dicent mihi in
 illa*

Ioan. 8.
 Matth. 7.
 num. 20.

illa die. Dominus, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomi-
 ne tuo damania eiecimus? & in nomine tuo virtutes multas fecimus &
 tunc confitebor, quia nunquam noui vos. *Discedite à me, qui operamini ini-
 quitatem.* Ecce igitur quo pacto hi non in filiorum Dei numerum
 referuntur, sed à cœlestibus sedibus excluduntur, quauis eximia
 atq; egregia miracula edidissent.

APTE igitur, ac lucullenter, D. Gregorius. Probatio, inquit, san-
 ctitatis non est signa facere, sed vnunquenque proximum vt se di-
 ligere de Deo vera cognoscere, de proximo vero meliora quam
 de semetipso sentire. Nam quia vera virtus in amore est, non vero
 in ostensione miraculi, veritas ipsa demonstrat, quæ ait. *In hoc cog-
 noscem omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inui-
 cem.* Qui enim non ait, in hoc cognoscetur, quia mei discipuli estis
 si signa feceritis, sed ait, *si dilectionem habueritis ad inuicem.* Aperte
 indicat, quia veros Dei famulos non miracula, sed sola charitas pro-
 bat. Hactenus Gregorius.

Greg. 20.
 moral. 8.

SI igitur coniectura assequi cupitis, an sitis Deo grati tanquam
 veri eius filij attento animo vitam vestram, ac mores considerate.
 Animaduertite, an illius semper voluntatem spectetis, eiusq; man-
 data exequamini. Quod si vestra vos conscientia minime repre-
 hendit, illa vos consoletur, ac mirifica quadam voluptate reficiat.
 Perditi item, ac seclerati homines considerent secum ipsi, an Dei
 dicto sint audientes, & illius seruiant voluntati. Cogitet auarus,
 quid animo sentiat, cum illam Christi Domini vocem percipit.
*Qui non renuntiat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse disci-
 pulus. Quid prodest homini, si vniversum mundum lucretur, anima ve-
 ro sua detrimentum patiatur.* Meditentur qui sibi ipsis indulgent,
 quo pacto audiant Iesum ita loquentem. *Qui vult venire post me, ab-
 neget seipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Intento ani-
 mo perpendant vltiores, infensiq; iracundi illa Saluatoris no-
 stri verba. *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, benefacite his
 qui oderant vos, orate pro persequentibus & calumniantibus vos.* Ponant
 impudici ante oculos suos eam sacri euangelij sententiam. *Qui vi-
 derit mulierem, ac concupiscendum eam iam mechatus est eam in corde suo.*
 Qui vero alijs occasionem peccandi præbent, ad hoc Iesu Chri-
 sti testimonium animum referant. *Si oculus tuus scandalizat te, erue
 eum & proice ab te.* Edaces deniq; atq; hëlluones, mente, & cogi-
 tatione circumspectant, quo animo illud Christi Domini documen-
 tum excipiant. *Attendite vobis, ne forte grauentur corda vestra in cra-*

Luc. 14.
 num. 33.
 Matth. 16
 Matth. 5.
 num 44.
 Ibid n. 28
 Matth. 18
 num 9.
 Luc. 21.
 num. 34.

pula, & ebrietate, & curis huius vitæ, & superueniat in vos repentina dies illa. Quod si hæc, & alia huiusmodi Dei verba non audiunt, neque diuinis obtemperant præceptis, sciant plane, se Dei filios nulla ratione existere.

Secundus Discursus ostendit quo pacto diuinis verbis obtemperas

a morte eripiatur.

piatur.

(?)

Them. Si quis sermonem meum serauerit, mortem non gustabit in æternum.

Ioan. 8.

Aristot. 3. ethic. 6.

INTER ea omnia, quæ natura comparari possunt, nihil est amabilius vita, neque ita subodiosum, ac mors, quæ ut philosophus testatur, omnium terribilium terribilior est, ex quo fit, ut magno homines studio vitam tueri, ac conseruare curent, & cum incommoda valetudine vtuntur, diligentissime studeant conualescere ac pristinam valetudinem assequi. Valde igitur amabilis est huius lucis, qua fruimur vsura, cum in eam augendam, & conseruandam omnem curam, ac diligentiam conferamus. Hodie ergo verba facit humani generis seruator cum his, qui diurne vitæ tenentur desiderio, quibus cœlestem proponit cibum, quo si vescantur, vitam æternam, & nullis vnquam sæculis perituram. Qui quidem cibus nihil aliud est, quam diuinus Dei sermo, quem qui serauerit, mortem non gustaturum in æternum, asseritur. Neque, vero hic mentio fit de temporali morte, sed de æterna, illam enim omnes sunt necessario subituri, cum Apostolo teste: Statutum sit hominibus semel mori. Hanc vero si quis effugiât, foelicissimus haberi potest, & quidem amissio vitæ temporalis nihili faciêda est, dum modo æternam illam vitam assequamur. Ad hanc ergo adipiscendam diuinus nobis sermo hodierna luce adhibetur.

Hebræ. 9. num. 2 7.

AT quâ ratione diuinum verbum vitam nobis restituat, ac tueatur

Ioan. 2.

rat cœlestis ille medicus declarauit. Si quis, inquit, sermonem meum serauerit, mortem non gustabit in æternum. Obedientiam sane postulat, & diuini sermonis obseruantiam. Nonnulli quidem diuina verba, ac mandata perlegunt, alij in eorum cognitionem studio, & cogitatione incumbunt, alij ea tradunt discipulis, alij longam de his concionem habent, alij deniq, illa à concionatoribus, ac magistris accipiunt. At nullis ijs modis cœlestis illa diuini verbi medicina vitam reddit, nisi eam quis accipiat, ac decoquat. Quemadmodum enim arbor vitæ in paradiso quondam constituta, non afferebat vitam ijs, qui illam duntaxat intuerentur, vel tangerent, sed solum his qui illius fructum comederent, sic etiam diuinus sermo gustatus, ac sumptus à morte eripit, & vitam affert sempiternam.

Simile.

CVM ostendit olim Deus Ezechieli, ac D. Ioanni libros illos, in quibus diuinum verbum scriptum erat. præceptum est eis, ut acciperent singuli librum, ac deuorarent illum. Non quidem, præcepit illis, ut huiusmodi libros perlegerêt, & quæ in eis scripta essent addiscerent, sed ut illos comederent, ac deuorarent. Degustandus nobis est diuinus sermo, & insumendus, vorandus, atque adhibendus cordi, si ex eo salutem nobis, & vitam volumus comparare, sicut cibus etiam comedendus est, ut vitam afferat.

Ezech. 2. & 3. Apoc. 10. nume. 9.

QVO circa D. Paulus scripsit ad Romanos in hunc modum. Non enim auditors legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Ac si diceret licet pluribus interris concionibus, si tamen ea, quæ à concionatoribus audis, non exequaris, neque iustitiam, quæ animi vita est, consequeris, at vero si eis pareas, æternam animo vitam comparabis. In quo corrigis adolescentior viam suam? rogauit regius ille Yates, qui sibimet respondens, ait. In custodiendo sermones tuos? Difficile quidem est, effrenatæ iuuentutis libidines comprimere, eas tamen Dei sermones custodiendo, coercebimus. Vt enim D. Ambrosius, asserit. Mens nostra verborum cœlestium conserpsera seminibus: quæ ante degenerabat in stirpibus, meliores cultus edere, fructusque afferre incipit. Et B. Augus. super eundem psalmum ait. In hoc loco custoditio sermonum Dei intelligenda est operatio præceptorum, frustra enim custoditur memoria, si non custodiatur & vita, non quidem verba Dei tenendo agunt, ne obliuiscantur, nec agunt viuendo, ut corrigantur: Non enim ait iste, in quo exercet iunior memoriam suam. Sed in quo corrigi viam suam, & ad hoc respondet. In custodiendo sermones tuos. Neque, vilo modo dicenda est via correctæ, quando est vita peruersa. Hæc Augustinus.

Rom. 2. nu. 13.

Ps. 118. n. 9.

Ambrosius.

Augustinus.

Iacob. 1.
num. 23.
S. Thom.
Smile.

QVAPROPTER hortatur nos B. Iacobus dicens. *Eratres, estote factores verbi* (id est adimpletores verbi, vt explicat D. Thomas) *& non auditores tantum fallentes vosmet ipsos, quia si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suae in speculo. Considerauit enim se, & abiit, & statim oblitus est, qualis fuerit* Fingite animo quæso quendam hominem se in speculo conspicientem, & cum vultum macula affectum intueatur, displicet sibi met, ac maculam decernit abluere, conuertens tamen oculos retro, maculae oblitus, eam detergere nulla ratione curat. Huic sanè nihil profuit oculo in speculum coniecisse, in eoq; oris fecunditatem aspectasse. Ita etiam inquit Apostolus, (vt in eodem loco D. Thomas interpretatur.) Qui legit, audit, aut edificat diuina verba, intuetur quidem in his animi sordes, ac flagitia, quorum turpitudinem aliquo modo respuit, & mente concipit illa omnino detestari, sacroq; confessionis sacramento animi maculas erueri, sed quæ primum à concionibus decedit, illud consilium, ac propositum effluit è memoria, & in sua prauitate perseverat. Cui quidem factius fortassè esset non interfuisse concioni neq; de diuinis rebus sermonem accepisse, vt enim Christus Dominus affirmat. *Seruus qui cognouit voluntatem Domini sui, & non se preparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis, qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis.*

Luc. 12.
nu. 47.

IN libro Exodi fertur, factum esse Israelitico populo huiusmodi promissum. *Si audieris vocem Domini Dei tui, omnem languorem, quæ posui in Aegypto, non inducam super te.* In quibus verbis habuit se Deus, ac iudex qui alicui diceret. *Si furatus non fueris, ceruicem tibi non frangam.* In Esaia etiam ait. *Si audieritis me, bona terra comedetis.* Ac si aliquis herus suo seruo, hoc promissum faceret, si mihi obsequium, atq; obedientiam præstes, abunde tibi cultum, victumq; suppeditabo. Iam vero excellentius quoddam præmium diuinis sermonibus obtemperanti promittitur. Neq; enim optimus Deus tanquam iudex obedientibus pollicetur, non se in illos esse animaduersurum, nec tanquam herus se illis cibum abunde redditurum, sed tanquam hominum seruator, vitæq; assertor ait. *Si quis sermonem meum serauerit, mortem non gustabit in æternum.*

Ioan. 8.
Apo. 2. n.
1.

PRAECLARVM hoc præmium obsequentibus Deo promissum diuinus ille Ioannes diuinitus indicauit, cum ait. *Qui habet aures audiendi, audiat, quid spiritus dicat ecclesiis, qui vicerit, non la-*

etur à morte secunda. Quid vero sit mors secunda, eidem Ioanni enunciat in eisdem vaticinationibus in insula Pathmos factis, vbi infernus vocatur mors secunda. Vincenti ergo promittitur ereptio à morte secunda. At cur in præfenti, obedienti duntaxat dicitur, nunquam esse gustaturum hanc secundam mortem? etenim vincens, & obediens idem sunt, *vir enim obediens*, inquit Salomon, *loquetur victorias*, à Dæmone quidem, corporisq; cupiditatibus, quibus cum bellum gerit infestissimum, vt suo duci, atq; imperatori Deo obsequatur, & victoriâ gloriosissimè reportat. Vir igitur sic Deo obediens, loquetur victorias, & sic Vincenti dicitur. *Qui vicerit, non laedetur à morte secunda*, id est, mortem non gustabit in æternum, qui sermones meos serauerit, sed fruetur æterna, ac beata vita. Quo circa cum Ioanni æternæ vitæ diuitias immortalis Deus ostendisset, statim ei dixit *Qui vicerit, possidebit hæc.*

Apo. 21.

IDEM à regio illo vate significata est, cum ipse a summo Deo petijt *Intellectum da mihi, & vitam.* Sed quæ vis est intellectui ad vitam Dauidi restituendam? An ille vita functus erat, vt ad eam intellectus vi reuocaretur? hoc certe ex ijs, quæ paulo altius propheta dixerat plane cognoscemus. *Da mihi* (præmiserat) *intellectum, & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo.* Ecce quo spectet vates sanctissimus, cum à Deo petit intellectum, illum enim desiderat ad seruandam legem, & sermones Dei, & ad diuina præcepta custodienda, & huiusmodi lumine, atque intellectu illustratus, pollicetur, sibi vitam, æternam scilicet, (vt ibi dem explicat D. Augustinus.) Ac si diceret Dauid. Præbe mihi Domine lucem, & intelligentiam, vt intelligere valeam mandata tua, intelligendo seruare, seruando viuere in æternum, & nō gustare mortem secundam.

HOC etiam significauit Deus in miro illo modo, quo per vastam illam solitudinem duxit Israelitas. *Dominus enim*, (vt sacræ literæ testantur) *præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, vt dux esset itineris vtroq; tempore.* Sed parui facientes hoc immortalis Dei beneficium, volebant redire in Aegyptum, & alium suæ viæ ducem eligere. At quæ tecirco dicebant. *Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum.* Quapropter iratus Dominus ait. *Omnes homines, qui non obedierunt voci meæ, non videbunt terram, pro qua iuravi patribus eorū.* Et verò terra illa promissionis lacte, & melle inserta, in qua Israeli tæ, multis superatis laboribus, tam longa peregrinatione susceptis

ocio, ac quiete fruente, vnusquisq; sub ficu, & vite sua requiescere patriam illam cœlestem, ad quam nati sumus, & in qua plene requiescemus non obscure significauit, in quam quidem nullus pedem inferet, nisi illi, qui diuinæ voci obediens, Deum tanquam itineris ducem, ac præceptorem sequatur.

Neq; vero aliquid aliud sine hac vna obedientia, quæ diuinis verbis præstat, satis est ad æternam, & beatam vitam hominibus condonandam. Sicut enim in amœnissimo illo, ac primis parentibus confito paradiso, in quo varia arborum, ac pomariorum genera sita erant, arbor duntaxat vitæ fuit, quæ vitam conseruabat, immortalesq; homines efficiebat, sic etiam inter reliqua huius vitæ bona, quæ hominum industria comparari possunt, sola obedientia, ac diuini sermonis obseruatio spirituales vitam donat, ac rueretur, ob hanc enim animi vita, quæ in gratia, & charitate cōsistit, acquiritur, crescit, atq; augetur. Manifestum est Christi Domini testimonium ad plenam huius veritatis confirmationem: Qui iuueni interroganti apud Mattheum. *Magister bone, quid boni faciam vt beatam vitam æternam?* Respondit, *serua mandata.* Non dixit audiciones de mandatis, lege, meditare, intellige &c. sed *serua mandata.* Tali enim obedientia saluus eris. Qua quidē in re videre mihi videor hanc obedientiæ virtutem participare magnam illam charitatis dignitatem, quam D. Paulus prædicat in epistola ad Corinthios prima, dicens. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum charitatem autem non habeam, factus sum, vel vt as sonans &c.* Eadem etiam ratione obedientiam commendabimus. *Si enim linguis hominum loquar, & Angelorum, Deo autem nõ obediã, factus sum velut as sonans, aut Cyndalum tinniens, & si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, hanc tamen obedientiam non habuero, nihil sum. Et si distri buero in cibis pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, diuina autem voluntati nõ obtemperem, nihil mihi prodest.* Sed quam sit hoc verum, atq; hominibus expediens, ille facile cognoscet, qui secum animo considerauerit, mortem illatam esse propter inobedientiam, vitam vero propter obedientiam fuisse homini restitutam.

QVAE cum ita se habeant, quis tantæ est audacię, ac temeritatis, qui Deo non pareat, eiusq; in rebus omnibus voluntatem sequatur? Si vobis à Deo iterum & vitæ, & mortis arbor offerretur, quis dubitat, quia vnusquisq; morte ipsa reiecta, vitæ arborem de

simile.

1. Corin.
13. nu. 1.

de gustaret? Oppositum enim vitio vertitur Adamo. Inobedientia igitur mortis arbor est, obedientia vero vitæ. Nam si quis (inquit) *Christus sermonem meum seruaerit, mortem non gustabit in æternam.* Ille ergo qui Deo morem gesserit, qui illius voluntati seruerit, eiusq; mandata fuerit exequutus, nunquam sane animi morti addicetur, sed beata, ac sempiterna vita fruetur.

Ioan. 8.

CONCIO QUINTA.

Primus discursus, in quo Christi innocentiam, qua mortem & cruciatus pertulit, nobis timorem allatum esse probatur.

Thema.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Ioan. 8.

DO grauer lamenatus est sanctissimus ille Ieremias, tum ex cidiu, & vastitate Hierosolymæ, ciuiumq; perniciem, tum etiam mortem, atq; interitum Iosifæ Regis, qui pro defensione Israelitici populi in ipso prælio fortiter occubuit. Et vero Christiana ecclesia hætenus animorum perniciem, atq; exitium deplorauit, inuitans eos ad pœnitendum, ac dolendum grauer de peccatis, quæ tantam illis calamitatem intulere. Iam vero ab hac potissimum die plurimis lachrymis luget acerbissimam illam mortem, qua intereptus est, non quidē Iosias, sed Iesus omnium princeps, ac dominus, cum vitam in prælio contra humani generis hostem iniro, animose profudit, vt nostram vitam tueretur. Hæc igitur morte Regis atq; imperatoris nostri Iesu, quæ magnis fletibus vates, alijq; viri sanctissimi prosequuti sunt, his etiã diebus ecclesia assiduis lachrymis deplorat, nosq; tanquam filios sibi charissimos ad easdem fundendas lachrymas hortatur. Atq; ideo Iesu Christi innocentiam in morte ipsa subeunda nobis ante oculos proponit, a natura enim hominibus in situm est, commisereri illius, quem ad supplicium rapi inuentur, licet alicuius criminis causa puniatur. Sed maiori quidem commouentur homines misericordia, cū illi, qui mortem, aut supplicium sustinet, extra omnem culpam esse cognos-

3. Reg. 23.
num: 29.

Genes. 4.
num. 15. cognoscuntur. Quo circa cum sanctissimus ille Patriarcha Ioseph
velleret illum, qui Pharaoni pocula ministrabat, ad misericordiam
flectere. *Furtim, inquit, sublati sum de terra hebraeorum, & hic inno-*
gens in lacum missus sum. Ac si diceret, quantum in culpa aliqua essem
condolendum tibi esset, quod me vinculis detentum, in sordibus,
ac squalore carceris iacentem aspicias, quanto magis cum ab omni
culpa remotus in huiusmodi custodia detinear. Qua propter inno-
centium vitam, & incolunitatem præcipue Deus optimus suo pe-
pulo tuendam commisit. *Innocentem, inquit, & iustum non occides,*
quia auersor nimium, id est, hæc est summa impleras, quæ ego grauer
detestor.

Exod. 23.
num. 7. QVOD si cuilibet homini, licet alioqui improbo, ac scelerato,
misericordiam tribuimus, si mortem culpa carens subeat, qua commi-
satione frangemur, cum Christum Dominum innocentem pla-
ne, ac omnis culpæ expertem acerbissimo mortis supplicio affici
intueamur. Hac ratione filia illæ Hierusalem multis lachrymis pro-
secuti sunt Iesum, cum ad supplicium, crucem, mortemque, traheba-
tur, & quidem idem arbitror fecisse omnes, qui non erant malo
animo affecti, cum mansuetissimum illum agnum, atque innocen-
tissimum Iesum, cuius tot in ipsos promerita extiterent, ad suppli-
cium rapi cernerent. Latro denique, qui simul cruci affixus erat mise-
ricordia commotus dixit. *Nos quidem iuste nam digna factis recipi-*
mus, hæc vero nihil mali gessit. Et cum hic latro iure se ipsum lamentari
posset, eo quod in crucem actus, ignominie, ac contumelie one-
ratus, morti proximus esset, sui tamen oblitus, quia culpæ obno-
xius mortem illam pateretur, Christi Domini commiseratione mo-
tus est: propterea quod innocens omnino, & ab omni culpa remo-
tus, ignominiosissimam, atque acerbissimam crucis mortem huma-
ni generis vindex sustineret, Pilatus item ea ratione Christum Do-
minum morte damnare denegabat, quia nouerat illum ab omni
culpa longe abesse, & improborum hominum maleuolentia tam
acriter accusari. Imo & Iudas ipse qui tradidit illum penitentia
ductus retulit triginta numos & dixit. *Peccati tradens sanguinem*
iusti, & ut nullum iam desiderari posset testimonium, ipsi dæmo-
nes subscribentes dixerunt per os vxoris Pilati, cui pers omnia sua
dere curarunt ut mariti animum à cæde Christi retineret misit ad
eum dicens: Nihil tibi & iusto illi. Ecce quo pacto & latrones, & pro-
ditores & ipsimet qui eum morte damnarunt, & dæmones ipsi te-
stimonium perhibuerunt innocentie & iusticie Christi.

AT

AT, cur æternus ille Pater, cum vnigenitum, ac dilectissimum sibi fi-
lium, cuius innocentiam melius nouit, in crucem sublatum aspiciat, ac
plurimis verborum contumelijs, maximisque, conuicijs confectum
cernat. Cur inquam eius iniurias non persequitur, & eorum iuste vi-
ciscetur iniquitate, qui de iustissimo, atque integerrimo suo filio
plicitum quidem sumunt iniustissimum? Nonne, optime, atque æquissime
Deus. *Illorum odisti impietatem, qui insontem, & iustum occiderunt?* Cur
ergo tantam iudeorum improbitatem dissimulas? cur filium tibi aman-
tissimum, in hoc vitæ discrimine constitutum, non defendis? cur eius
partes, non agis? cur illius innocentiam, ac vitæ integritatem non tueris?

NON sine lachrymis, ac lamentatione euangelicus ille vates di-
cebat. *Iustus perit, & non est, qui recogit et in corde suo.* Vbi, ut P. asse-
rit Hier. de Christo Dño Propheta loquitur, ac si diceret. Lamen-
tandum quidem, atque admirandum valde est, nullum esse, qui mente,
& cogitatione perpèdat crudelissimam Christi mortem, neque, qui illius
miseratione commoueat, qui purus a culpa, acerbissimo mortis
supplicio afficitur. Sed maiore in modum, admiror, immortalis Dei
in huiusmodi re dissimulationem. Ferendum ne est, æterne æterni fi-
lij Pater, adeo atrociter, & inhumane interfici Iesum, cum integri-
mus ille sit, & ab omni culpa omnino liber? Turatus quidem es Io-
sephi innocentiam, confictum ab illo crimen, cum magna ipsius gloria
remouens, illudque clarum, atque illustre in omni Aegyptio, alijsque ter-
ræ partibus efficiens. Capitis iudicio Susanam defendisti, & cum
falso a senibus accusaretur, eius integritatem probasti. Patiētissimo
etiam Iob honorem, facultatesque reddidisti, eiusque probitatem defen-
dendam suscepisti, eo quod culpa omnino expertis cum esset, ab amicis
vehementer increpabatur. Cur ergo, præpotens Deus, horum inno-
centiam ita tutatus es, eorum consulens honoribus, innocentissimum ve-
ro tuum filium, grauioribus, & contumeliosis verbis violatum, falsis ini-
micorum accusationibus damnatum, conuicijs oneratum, confictis accu-
satum criminibus, flagellis iniuste cæsum, ac turpissima denique, &
acerbissima morte in merito, ac nullo iure damnatum non tueris?
Cur non eius etiam defensionem, ac propugnationem suscipis?

ET verò huius rei rationem reddit summus ipse Deus. *Propter scæ-*
lus, inquit, populi mei percussit eum. Id est, propter hominum flagitia,
eum tot vulneribus cedi, ac cruci affigi permisi. *Omnes nos ait vates*
ibi dem, quasi vne erramus, vnusquisque in viam suam declinauit, & posuit
Deus in reo iniquitatem omnium nostrum. Vere languores nostros ipse portauit.
Vulneratus est, propter iniquitates nostras, attritus est propter scelerum nostrum.

Dddd

HOC

Exod. 23.
num. 7.Esai. 53.
num. 1.
Hier. 11.Esai. 53.
num. 8.Luc. 23.
num. 41.

HOC quidē supplicij genere hominū scelera punita sunt, hactē-
tione vindictā, ac pēnā de flagitijs nostris Deus optimus sumpfit:
& quidē seuerius atq; asperius hoc modo multata sunt, quam si ad
inferos, æternosq; cruciatus ob ea homines detruderētur, sic enim
illi dignas suis criminibus pēnas darent, atq; illa latronis verba iu-
re proferrent. *Nos quidē iuste, nam digna factis recipimus, hic autē quid
mali fecit? Quod Christus Dñs peccatū cōmisit, qui utpote filius
Dei naturalis nullius culpæ particeps esse, aut fuisse aliquando po-
tuit? Animaduertite ergo, auditores, si in viridi ligno hac sunt, in ari-
do quid fiet? si ita æquissimus ille Deus in filium animaduertit prop-
ter hominum culpas, quibus ipsos homines supplicijs afficiet, prop-
ter scelera ab eisdem commissa.*

*Ierem. 49. CVM immortalis Deus minas Idumæis proponeret. Ecce, inquit,
num. 12. quibus non erat iudiciū, vt biberent calicē, bibentes bibent, & tu quasi in-
nocens relinqueris? Prosequantur odio Idumæi Israelitas, quos de-
berent potius amore cōplecti, cū Idumæi essent velut fratres Israe-
lis, erant enim filij Esau fratris Iacob. Propter hoc igitur, aliaq; illo-
rū scelera, ira Dñs succēsus ait. Ecce quibus nō erat iudiciū &c. Quod
Theodor. ibi. Theodoretus interpretatur in hunc modū. Abducti sunt in Baby-
lonē prophetæ & sacerdotes, Daniel, Ezechiel, Ananias, Azarias, &
Misaël, viri pij, & alij plurimi, vt probabile est, qui non erant obno-
xij pēnæ illius, & fuerunt nihilominus captiui, & credis te ream ef-
fugere posse? Eodē ego argumento vtar in præsentī. Ecce Christū
æterni Patris filiū, cui non erat iudiciū, vt biberet calicē, bibens, bi-
bit calicem fellis, & amaritudinis, tu vero, homo scelestē, qui huius
mortis causa extitisti, maiora indies, ac plura crimina perpetrans,
innocens relinqueris? Væ tibi, perditē, ac flagitiose homo, quā erit
tibi horrendum in manus Dei viuentis incidere, in manus in quā il-
lius, qui tantam de peccatis tuis in integerrimo, atq; amantissimo fi-
lii filio vindictam sumpsit. Pertimesce summam summi iudicis se-
ueritatem, & in peccatis puniendis grauitatem, ac summis precibus
Deū optimū maximū deprecare. Domine ne in furore tuo arguas me,
neq; in ira tua corripas me. Misere mei, quoniam infirmus sum, sana
me Domine, quoniam conturbata sunt omnia ossa mea.*

Secunda

Secundus Discursus. De tolerantia in
iniurijs, & contumelijs
perferendis.
(.?..)

Them. Ego Damonium non habeo, sed honorifico Patrem meū.
Ioan. 8.

SINGVLARE quidem exemplum, ad opprobria æquo animo
subeunda, Christus Dominus hodierni euangelij historia pro-
posuit, Quod enim maius opprobrium, quē iniuria, ac contume-
lia grauior, quæ mea, qua Seruator humani generis affectus est, cum
fanaticus, ac Samaritanus, a demone nimirum, atq; heretica prauita-
te infectus appellabatur? Quæ irem maior lenitas, patientia, ac man-
suetudo, quam illa, qua idemmet Christus summa animi lenitate
respondit! *Ego Damoniū non habeo, sed honorifico Patrem meū.* Sed
cur, præpotens Deus, has tuas iniurias non vlcisceris? cur suppli-
cium non sumis de his, qui tot te verborum contumelijs vexant?
cur in eos non grauius animaduertis, qui in te hæc congerunt ma-
ledicta? Cum quidam olim contra Moysen petulanter in surgerēt
terra tuo iussu dehiscens eos deuorauit, cur ergo iudæorum cōtra
te petulantiam, atq; impudentiam mira quadam mansuetudine dis-
simulas? sacra etiam Regū historia refert, paruos quosdam pueros
egressos de ciuitate illuisse Eliseo dicentes: *Ascēde calne, ascēde cal-
ne, qui cum respexisset. (sacrarum litterarum verbis vtōr) vidit eos, &
maledixit eis in nomine tuo Domini, egressiq; duo vrsi de saltu, lacerauerunt
ex eis quadraginta duos pueros.* Si illi pueri consilij fere exper-
tes, ac pene rationis impotes tam grauius puniti sunt, eo quod
Eliseum. Prophetam leuibus quidem conuicijs confectarentur,
quare ab vrsis, ferocissimiq; leonibus non dilaniantur hi, qui cum
se consilio, ac prudentia vigere existiment, male animo in te affe-
cti, odioq; a liuore ducti, tot tibi probra obijciunt, & huiusmodi
te verbis, & contumelijs violant? Sancita erat in leuitico hæc
lex. *Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur, lapidibus oppri-*

Ioan. 8.

Exod.

4. Reg. 2
num. 23.Leuit. 24.
num. 15.

Dddd 2

Sed

Sed mirum non est hoc supplicio effici diuini numinis execratores, cum illud etiam statutum sit contra eos, qui parentibus male precantur. *Qui maledixerit patri suo (legis verba sunt hæc) aut matri, morte moriatur: patri matriq, qui maledixerit, sanguis eius sit super eum.* Si igitur non solum illi, qui Deum execrantur, sed etiam qui maledici sunt in parentes, mortis supplicio multandi sunt iuxta leges à maioribus sancitas, qua ratione ferendum est, vt hi, qui immortalem, ac præpotentem Deum execrationibus insequuntur, & hæreticum illum, atq, energumenum contumeliose appellans, suæ petulantia impunitatem, assequantur, & tanta in Deum iniuria impunita discedat? Neq, solum, sapientissime Iesu, illos à morte liberos, atq, inultos abire pateris, sed blandis eos verbis alloquens. *Ego, inquit, demoni non habeo, sed honorifico Patrem meum.*

HUIUSMODI conuicia ea ratione à Christo Domino patienter suscepta esse arbitror, vt iniurijs ferendis tolerantiam nobis omnibus persuaderet. Fuit enim sanctitatis magister, ac doctor, quapropter tam eximia floruit sanctitate, vt omnium virtutum exempla ab eo peterentur, præcipue tamen mirabilis suæ patientiæ, ac lenitatis imitationem hodierno facto reliquit, vt quascunq, in nos coniectas contumelias patienter feramus, cum ille probra, ac conuicia sibi obiecta patienti quidem animo tolerauerit. Quod quidem seruatoris nostri exemplum aptissimum profecto est ad huiusmodi tolerantiam nobis persuadendam. Commendat eam diuus Gregorius, dicens. Plus dedecoris illi esse, qui contumelias infert, quam qui illis afficitur, si is illas contemnat, ac respuat. Hoc suadet Beatus Augustinus sanctorum martyrum exemplo, qui cum leonum vngues, igneasq, craticulas superauerint, mirum, inquit, non est nos iniurias nobis illatas æquo animo ferre. Idem hortatur sanctissimus Hieronymus ex eo, quod contumeliosa verba tanquam iuratus canium, qui nihili ducuntur, doceat esse accipiendâ, Seneca etiam suam de hac re sententiam profert. Asserit enim conuicia, ac probra ab alijs accepta intolerabilia videri, non quia dura, sed quia molles patimur. Alias item rationes ad hoc persuadendum alij patres, viriq, sapientes asserant, homini tamen Christiano ac religioni dedito ea satis esse debet, quam paulo altius ex Christi Domini exemplo, atq, imitatione desumptâ, attulimus. Si enim humani generis vindex, summa omnium veneratione dignissimus, verba ignominiose illata, patienter tulit, neq, vltus est iniurias suas, cum posset, non ne & nos probra nobis obiecta æquo animo feremus? atq, iniurias nostras facile condonabimus.

Diuus

DIUUS Chrysostronus iniuriarum tolerantiam suadet exemplo illius studiosissime sceminae, quæ cum vehementer oraret, precesq, ad Deum fundere ardentissimas, intuitus illam Heli sacerdos, existimauit eam temulentam, & vt sacrae litteræ testantur, dixit ei vsq, quo ebria eris? digere paulisper vinum, quo mades, quæ verba contumeliosa sane fuerunt, & tanta, tanq, nobili scemina plane indigna. Sed audire, obsecro miram illius patientiam, & eximiam in respondendo lenitatem. *Nequaquam, inquit, Domine mihi, nam mulier infelix ego sum, vinumq, & omne, quod uebri re potui, non bibi, sed effudi animam meam in conspectu Domini.* Erubescant, inquit Chrysostronus, impatientes huius sceminae tolerantia. Magna sane illa fuit, non nego, si tamen cum ea, qua hominū seruator vsus est, in certamen, contentionemq, venerit, non dubito, quin ab ea longo interuallo superetur. Illa enim Samuelis mater semel duntaxat verbo violata est, neq, tantæ erat dignitatis ac æternus ille æterni patris filius, qui semel atq, iterum amaritani, seu hæretici, atq, etiâ fanatici nomine, alijsq, huiusmodi contumelijs laceratus est.

EANDEM in opprobrijs ferendis patientiam magnus ille Gregorius commendandam suscipit, proponens nobis Dauidis tolerantiam ad imitandum. Qui cum ab Absalone filio suo grauiter vexatus in fugam se dedisset à Semei contumeliose affectus est, huiusmodiq, maledictis lacessitus. *Egre edere, egredere vir sanguinum, & vir Belial.* Hanc vero iniuriam Dauidi illatam cum quidam illius familiaris vellet vlcersi, ipsumq, Semei vulneribus confodere, nequaquam acquieuit Dauid sui ducis consilio, sed eum blandè alloquitur in hunc modum. *Dimitte eum, vt maledicat, si forte respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac.* Egregium sanè tolerantia, ac mansuetudinis exemplum sed longe præstantius illud est, quod in nostro Euangelio Christus Dominus præbuit, qui cum sit supremus Rex, ac dominus, omnium quæ rerum demolitor, passus est se ab hominibus contumelijs violari. Nec sicut Dauid propter tolerantiam a suis afflictionibus liberari quærebat, & noluit potestatem Angelis concedere, vt vindictam de illis fumerent, sed eximia quadam animi lenitate eis respondit. *Ego Demonium non habeo, sed honorifico patrem meum.* Hoc denique Seruatoris nostri exemplum singulare quidem est, & adeo efficax ad iniuriarum tolerantiam persuadendam, vt nullum aliud requiri, desiderari ve possit.

AT, iniuste, inquis, ignominia afficior, nulla data occasione, in

Dddd 3 me

Leuit. 20.
num. 9.

Ioan. 8.

Greg. 13

moral. 17

Aug. ser.

62. Ierem

pro.

Hiero pro

logo super

Misbe.

Seneca l. 1.

de ira. ca.

25

Chryf. ho.
15. in illa
apost.

1. Reg. 16

2. Reg. 16

num.

Pub. Mi.

me maledicta congeruntur, sine causa sum dedecore notatus; obruor falsis inimicorum testimonijs, & cum sim plane innocens, multa sunt in me conficta crimina, quod quidem periniquo animo fero. Hæc tamen obijcienti, illam cuiusdam philosophi sententiam possem opponere. Opinantur, inquit, de te homines mala, sed mali, displicere autem malis, laudabile est. Sed illa omissa, quæro abste, sicut ne innocentissimus Iesus alicuius culpæ particeps? vera ne erant verba illa, quæ in ipsum contumeliose conijciabantur? habuit ne Dæmonium, aut heresi notatus est, qui adeo fuit integer moribus, ut nullius unquam vel leuissimæ culpæ ab aduersarijs potuerit conuinci? Si ergo Christus Dominus qui ab omni culpa longe remotus est, omnino silet, neque vindictam de execratoribus sumit, quid mirum sit, &c. alioquin sceleratum, multarumque, culparum participem, patienter, opprobria tibi obiecta, feres, neque tuas iniurias persequeris? Cum sanctissimus ille Petrus, ex Dominica familia martyr insignis, se in suæ cellulæ receptaculum recipisset, ut animum a corpore seuocans, diuinarum rerum contemplationi vacaret, virgines quædam, quarum ipse præcipue studiosus erat, ad illum inuisendum cœlitus descenderunt (huius historię auctor est Antoninus) cum vero reliqui religiosi illum cum sceminis colloquentem audirent, sinistram de eo opinionem concipientes, eum in crimen vocant coram prælato. Et vero vir ille sanctissimus, ne singulare illud beneficium, quo diuinitus affectus fuerat, aperiret, dissimulatione usus est, & quæ essent illæ virgines, quibus cum loqueretur, miro quodam silentio occultauit. Exilio igitur multatus est a suo. Antistete, & in aliud cœnobium relegatus, quod quidem exilium libenti animo Petrus subiit. Cum autem ille coram cruci affixo precēs funderet, blandis quibusdam querelis Christum Dominum alloquitur. Cur pateris, inquit, Deus optime, me hoc exilio damnari, & tantum mihi dedecus inferri, cum purus sim a culpa, neque illud, quod mihi obijcitur, crimen, commiserim? Cui mitissimus Iesus respondit. Quam ego, Petre, culpam suscepi, cuius ve sceleris affinis exiti aliquando, ut cruci affigerer, & tantis conuicijs, ac contumelijs oneratus, vitam egerim? Disce igitur a me quascumque iniurias æquo, ac tranquillo animo tolerare. Idem vobis exemplar ante oculos imitandum adhibeo, si enim optimus, atque integerrimus Iesus, qui nihil omnino commertus est, tot probra, ac maledicta sibi inique imposita, patienter nostri causa sustinuit, rationi consentaneum est, nos etiam opprobria in nos coniecta æquo animo ferre.

AT,

AT, ille in me maledicta congersit, in quem ego magna contuli beneficia, & cum gratiam mihi cumulate esset redditurus, male me verbis accepit, & quidem ingratus animus ferendus non est. Sed pro Deum immortalem, quanto maiora, & præstantiora beneficia Iudæi à Christo Domino acceperant, à quo cæcis visus, egris valetudo, & mortuis vita restituta est. Quot quot enim tangebant eum, salui fiebant, & ut alius diuinæ legis scriptor refert. Omnis turba que rebat eum tangere, quia virtus de illo exibat. Et sanabat omnes. Et erat insuper eos quotidie docens, & loquens mirabiliter de regno Dei viam salutis in veritate predicans, &c. Cum tamen hæc promerita ab humani generis seruatore in illos essent profecta illorum quidem immemores Iudæi Christum contumelijs afficiunt, & eum Samaritani, ac fanatici nomine, alijsque conuicijs consectantur, quæ cum ille toleranter sustineat, & vos etiam iniurias vestras patienter ferere, easque silentio dissimulare debetis.

Dices te nobili, atque honesto loco natum fuisse, neque fas esse a vili, atque abiecto illo homine conuicia sustinere, quæ patienter sane subires, si præcipuus aliquis vir, & tecum nobilitate æqualis, ea in te coniecisset. O vanam, ac frilem hominis obiectionem; O inane prorsus consilium. Si enim ille, qui cunctos homines nobilitate, antiquitate, excellentia, ac generis splendore longe superat, cui diuinæ mentes inferunt atque obsequuntur, quem beati singulari cultu, ac veneratione suspiciunt, qui rebus omnibus præest, imperat, & dominatur. Atque, ut sanctissimus ille uates scripsit Omnes gentes tanquam non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihil, & inane reputata sunt ei. Denique, filius Dei est, vide an ex alta profapia sit, si inquam sumus hic, ac præpotens Deus, humanarum, diuinarumque rerum moderator leniter, mansuete, ac patienter iniurias sibi ab humili, ac vulgari homine illatas tolerat, cur vilis homunculus probra ab alio homine sibi obiecta non æquo animo feret. Quid enim, homo, est, nisi puluis, & cinis? Memento homo, quia puluis es, cinis puluere reuertetur. Quid ergo superbis terra, & cinis? Abijce te ipsum, mortalis homo, & de te humiliter sentiens ac demisse loquens, Christi Domini submissionem inuictamque, animi lenitatem, & in ferendis iniurijs tolerantiam tibi ad imitandum proponæ, quam quidem si imitatione expresseris, immortalis honore, gloriaque, sempiterna decoraberis.

Feria

Marci. 6.
num. 56.
Luc. 6. n.

12.

Exo. 40. n.

17.

Genes. 3.

Anton. 3.
par. tit. 23
cap. 6.

Feria. 4. post Dominicam in passione.

CONCIO PRIMA.

Primus Discursus, in quo assiduam tolerantiam, veri amoris experimentum esse, ostenditur.

(.?.)

Them. Facta sunt encania Hierosolymis, & hiems erat, & ambulabat Iesus in templo. Ioan. 10.

Ioan. 11. nu. 8. Ioan. 8. nume. 59.

CVM humani generis vindex eo vellet tendere ubi Lazarus iacebat mortuus, ut illum ad vitam reuocaret, ita eum discipuli alloquuti sunt. Rabbi, nunc querebat te iudei lapidare, & iterum vadis illuc? eadem eidem Domino verba apte in presenti obijcimus. Nunc querebant te Iudaei lapidare in templo (vt facer euangelista refert) & iterum vadis illuc? Ibi te maledictis, & contumelijs affecerunt, te ipsum Samaritanum, ac fanaticum appellantes, tibi, morte machinati sunt, & iterum eodem te confers? At in hoc certe perspicitur eximius Christi amor in homines, cum nulla vitae pericula, nulla maleuolorum hominum contumeliae eum a salute hominum curanda detertere potuerint.

HAE C. sane est veri, atque integri amoris vis, ac natura, vt nullis vnquam laboribus succumbat, nullas difficultates etiam cum vitae discrimine subterfugiat. Charitas enim, inquit studiofisi-

fissimus ille charitatis Paulus) patiens est, omnia suffert, omnia sustinet. In quem locum egregie loquitur. D. Thomas. Charitas, ait patiens est, id est facit patienter tolerare mala, cum enim homo diligit aliquem propter eius amorem facile tolerat quaecumque, aduerbia. Hac ille. Atque, iccirco praclare addidit Apostolus: Omnia suffert omnia sustinet, quia nullum fugit, aut declinat periculum, sed omnibus se laboribus, ac difficultatibus obijcit, & quoscumque, cruciatus, flagella, equuleos, craticulas, cruces, & mortem denique, ipsam aequo animo suffert. In quo charitatis encomio illud. D. Chry. notauit, primam nimirum charitatis excellentiam in eo positam esse, vt patiens sit, patientia enim est illi maxime coniuncta.

1. Corint. 13. num 4. D. Tho. ibi.

HANC etiam amoris vim spiritus sanctus ostendit, cum in canticis canticorum ait: Fortis est vt mors dilectio. Et quidem mors quam uis inbecillitatem praeferebat, fortissima est & fortissimos quosque, vincit, ac superat. Quantum pollebat viribus Samson ille, qui funes ac si tenuissima quaedam fila essent, disrumpebat, fortissimos, ac ferissimos dilacerabat leones, & cuiusdam iumenti maxilla duo millia Philistaeorum acriter interfecit. Multum sane roboris, ac virtutis in eo fuit, cum ingentes templi columnas in terram deiecit. Sed tunc quidem fortior extitit mors, quae ipsum in terram prouoluens, vitam viribusque priuauit, ea est enim eius virtus, & robur, vt nullum non vincat, & fortissimos etiam Samsones. Alexandros, Caesares, Hectores, & Achilles, & Hercules, superet. Cum hac igitur tam eximia fortitudine diuini amoris fortitudo confertur, qui licet sit in homine adeo eneruato, & imbecillo, vt ipsius imbecillitatis exemplum a philosopho nominetur, est tamen aequae fortis, ac mors. Quemadmodum enim mors eos, quibus cum congrederetur, vita priuat, nullo sibi vulnere inflicto, ita etiam amor eos omnes, quibus cum incertamen, contentionemque, venit, victos, superatosque, dimittit. Et ipsam etiam mortem reliquarum omnium rerum fortissimam fortissime deuincit. Quod quidem vt fiat manifestum, audite, obsecro, sacram apud Machabeorum libros historiam. Diligenter curauit Rex Antiochus septem illos Machabeos a diuino cultu, amoreque abducere. Quam ob causam, acerbissimam illis mortem minitatus est, & grauissimis illos supplicijs affecit, illi autem omnes, vno excepto, a quo, & constanti animo supplicia, mortemque subiere, & subdit scriptura. Antiochus autem contemni se arbitratus, cum adhuc adulescentior superesset, non solum verbis hortabatur, sed & cum iura-

Car. 8. r. 6. Simile. Iudic.

Arist.

2. Mach. 7 numero. 1.

Ecccc mento

mento affirmabat se diuitem, ac beatum facturum, &c. Cum vero magna animi constantia adolescentem illum cerneret præmuniri, graui est affectus solitudine, & anxietate. At cur, Antioche, in tantum angorem adduceris? cur in hac re adeo es anxius, & sollicitus? Nonne adolescentem hunc, omnesque eius fratres grauissimis pænis, morteque crudelissima diuexasti? Quid amplius desideras? nonne tua est victoria? Minime quidem, Antiochus enim non tam vita, quam diuino amore, quo illi flagrabant, eos priuare enitebatur, quantumobrem mortem, ad pugnam cum illis ineundam, induxit, quæ quidem omnibus viribus contendit non vitam, sed charitatem, quæ ipsi ardebant, extinguere, id tamē nullo modo est assequuta mors, sed ab ipso amore victa est, ac superata, fortior igitur est diuinus amor, quam mors, atque ita nihil verbis auctum est, cum dicitur, fortis est ut mors dilectio. Si ergo adeo fortis est dilectio ut fortem superet mortem, quam tribuimus dilectionem illi, qui iniurias leuissimas, laboresque per exiguos tolerare non valet.

Simile. IGNIS ille, qui à Latinis ignis græcus, ab Hispanis vero, fuego de Alquitran nuncupatur, nullis aquis extinguitur, sed in illis immerfus adhuc ardet, magisque accenditur. Hæc profecto est diuini amoris vis, atque natura, quam diuinus sponsus descripsit, cum ait. *Aque multa non potuerunt extinguere charitatem, neque flumina obruent illam.* Aquæ quidem in sacris litteris labores significant, quibus cum grauius vexaretur Propheta, diuinam clementiam implorat, dicens. *Saluum me fac Domine, quoniam intrauerunt aqua vsque ad animam meam, veni in altitudinem maris, & tempestas demersit in me.* Alio itē in psalmo ait. *Super me confirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos induxisti super me.* In his ergo locis labores, quibus regius vates afficiebatur, aquæ & fluctus ab eodem vocantur. Hac loquendi formula vititur sponsus in prædicto Canticorum loco. *aque multa* (id est, plures, magnique, labores) *non potuerunt extinguere charitatem, neque flumina obruent illum.* Est enim illa ignis græcus, de quo paulo altius loquebamur. Qualis ergo est amor iste tuus qui extinguitur guttulis quibusdam laborum?

R. mn. 8. nume. 35. VIS proponam tibi vnum in quo charitatis veræ verum argumentum est, audi Paulum. *Quis, inquit, nos separabit a charitate Christi? Tribulatio an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius?* Dimicationem denuntiat Beatus Paulus morti, omni-

omnibusque doloribus, ac cruciatibus, quibus cum re ipsa certamen iniuit, fortiterque contendit, quo circa subdit. *Sicut scriptum est, propter te mortificamur tota die, estimati sumus sicut oves occisionis.* *Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos.* Plurima sane incommoda sustinuit Apostolus, sepe in vincula coniectus est, flagellis cæsus, lapidibus ictus, opprobrijs, & contumelijs oneratus. En tibi aquæ multæ. *Sed in his omnibus, inquit superamus.* At qua ratione, sanctissime Paule te victorem esse iactas? quo pacto vincis, si flagellatus es? si lapidibus peritus, si magnis conuicijs violatus es quo modo superas? supero inquit, Apostolus, quia charitate illa fero, fero autē, propter eum qui dilexit nos, propter eum amorem dicit, amor vincit, quia propter eum patimur, id autem nunquam amorem abstulit, & ideo vincimus, ac superamus. *ergo multa non potuerunt extinguere charitatem.* Atque iccirco Apostolus erecto animo, & ad reliquos superandos labores confirmato, ait. *Certus sum quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque, principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.* Inuicti quidē animi huiusmodi homo est, sed certe Dei charitas inuictum illum reddit, quam aquæ multæ extinguere non poterunt: huius plusquam mors est dilectio fortis, hoc vere amare Deum est.

HAEC igitur charitas fuit, qua Christus Dominus omnes labores superabat, neque iniurias sibi illatas subterfugiebat, & licet in templo contumeliosis verbis læderetur a Iudæis, ab illisque tanquam Samaritanus, & energumenus iniuriose tractaretur, iterum in templum se confert, illosque cœlesti doctrina imbuit, qui vitam sibi adimere conabantur, quod quidem ex ardentissimo illo amore proficiscebatur, quo æternum suum Patrem prosequutus est, a quo præceptum est illi, ut hominum salutem consumaret, cui amori, ac muneris ne deesset, honoris vitæque iacturam perpeffus est, eius ergo dilectio fortis fuit, ut mors.

IN hac igitur cotricula, ubi amoris experimentum habetur nostræ in Deum, & proximos charitatis vim perspiciemus. Sunt non nulli, qui in Deo obsequendo persistunt, dum omnia sibi ex animi sententia eueniunt, si vero aliquo premantur infortunio, aliquamve honoris, aut diuitiarum iacturam subeant, Deum illico deserunt, in mundanis autem rebus inseruiendo constantissime perseverant etiam cum vitæ, pecuniarumque, iactura, neque periculum.

cula, quæ in huiusmodi proposito exequendo superanda sunt, aliquomodo pertimescunt. Hi certe mundū verē diligunt, cum eius causa tot vincant difficultates, tantaq, incommoda patiantur, non vero Deum, cum ab ei seruiendo quælibet illos difficultas abducatur. Hi ergo (vt D. Augustinus cenſet) difficilius culpam à se dimouebunt, quam martyres, qui tormentorum magnitudine cruciati à Dei castris ad Dæmonis militiam transfugiebant, & tamen ij, qui in tormentis Christum negabant, excusationem non habebant. Nulla enim (inquit idem Augustinus) est plaga, quæ debeat ab amore Christi separare, quanto igitur indignius erit homine Christiano, Christum vitamq, religiosam relinquere, non quidem grauissimis tormentis, sed leui aliqua difficultate deterrito? Qui vnice honorem diligunt, multa sane perferunt, vt illum tueantur, qui diuitiarum amore tenentur, mari, terraq, illarum causa vexantur, & qui Deum amore prosequuntur, plurimos quidem labores propter illum sustinere non dubitant. Non ergo dicendus est verus Dei amator, & cultor, qui ob leuem aliquam difficultatem ab eius amore, cultuq, discedit.

IDEM etiam, quod de amore in Deum diximus, de charitate erga proximos merito, ac iure optimo dici potest. Qui enim dicitur proximum diligere, qui nullum incommodum illius causa perferre velit. Quatuordecim annis laborauit Iacob Rachelis amore ductus, quo tempore tot patiebatur incommoda, vt dicat. *Die noctuq, est u prebar, & gelu, fugiebatq, somnus ab oculis meis.* Quod si hominum amor tam asiduos, graues labores subire cogit, qua ratione à Christianæ religionis professoribus amor nuncupabitur, qui nec minimum quidem laboris suscipere aggreditur?

AMOR Ionathæ in Dauidem tunc perspectus, atq, exploratus est, cum ipse Ionathas odium, & iracundiam in se ipsum Saulis parentis sui excitauit, vt Dauidem tueretur, ac defenderet, illū enim mirifice diligebat. Hoc idem probat diuus Chrysostomus in amore Dauidis erga filium suum Absalonem, dicens, *Quid acerbius quam videre filium insurgentem, & imperium affectantem, pater ni sanguinis sitientem.* At hoc pertulit beatus ille, & ne verbum effudit aduersus patricidam, cæteraq, militibus permittens de iniusti filij salute mandauit. *seruate inquit Dauid, mihi puerum Absalon* firmum hoc charitatis fundamentum fuit. Hæc Chryſ & quidem præclare ponderat amorem, quo Dauid Absalonem complectebatur, ex his quæ illius causa pertulit. Ex quo fit te nullo modo in Porxi-

proximum esse affectum, si nullam illius causa difficultatē subeas. *Augu. ser. 9. de verbis Dñi secun dū Matt.* Omnia saua, & immania, inquit D. Augustinus, prorsus facilia, & prope nulla facit amor, charitas enim patiens est ad tolerandum benigna ad benefaciendum.

Secundus discursus de studio quo animi
renouatio instituenda est.

(.?.)

Thema.

FABRICA sunt encœnia Hierosolymis, &c.
Ioann. 10.

FABRICAUIT Salomon templum illud insigne, ac celebritate conspicuum tanta magnitudine, ac pulchritudine ornatum, vt magnam omnibus admirationem attulerit. Post aliquos vero dies dux quidam Nabuzardan Regis Babylonici seruus Hierosolymam inuasit, & vt sacrae litteræ testantur, *succendit domum Domini*, quod quidem lamentatione dignissimum fuit. Postea tamen Zorobabelis opera restauratum est templum, & multi, qui Babylone capti tenebantur, in libertatem asserti sunt, solennisq, dies pro huius rei celebratione institutus. At propter populi flagitia, Deo ita permittente, Rex Antiochus expugnauit iterum Hierusalem, angustissimumq, Dei templum diripuit, ac prophanauit, & altare immortalis Deo dicatum destruxit, aliudq, ibidem ædificauit, vbi sacra fierent idolis, atq, ita religiosissimum illud templum sin minus euertit funditus, ac certe omnino violauit. Præpotēs autem Deus misericordia motus fortissimos illos Machabeos milit, qui templum sanctum ac religiosum redderent, & Dæmonum idolis, atque altaribus disturbatis, altaria vero & immortalis Deo constituerent. Cuius rei causa festus dies singulis annis celebrāndus institutus est in Hierusalem. De hac igitur celebritate sermo est in hodierna euangelij historia, vt ex sacris litteris colligitur, & ex Beda in hunc locum, alijsque grauissimis auctoribus habetur

Ecccc 3

Hu-

Huiusmodi vero festum encenia græce dicitur, quod idem est, ac latinè renouatio.

HANC vero templi renouationem, & purificationem aptè proponit ecclesia hoc quadragesimali tempore, quo de expiandis, atq; expurgandis animis agitur. Cum rerum omnium effector, atq; artifex hominem ex nihilo finxit, sanctū quoddā templum in eo sibi formauit, vt Beatus Paulus affirmat. *Nescitis, inquit, quia templū Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis?* quod quidē templū dignius, atq; excellentius est illo altero Salomonis, si enim illud sapientissimus Salomon, hoc sane Deus optimus, Maximus ædificauit. Si illud gemmis, auroq; purissimo ornauit Salomon, hoc quidem ampliori, atq; illustriori munere decorauit Deus spiritu nimirum vitæ. *Inspirauit enim in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem.* Quod vt amplius illustraret, non solum spiraculo vitæ, sed alio etiam præstantiori, nempe spiritu sancto condēcorauit. Et vero primo spiritu naturalem illi vitam, secundo vero diuinam, ac supernaturalē donauit, primo hominem effecit, secundo illum Dei filium, diuinæquē naturæ participem reddidit. Pluris ergo hoc, quam Salomonis templum faciendum est. Quod si in illo immortalis Deus domicilium sibi statuit, ea ratione factum est, vt in ipso homine habitaret. Atque iccirco explicans scriptura sacra, cur Deus Salomonis templum violari, atque expoliari permiserit, ait. *Non propter locum gentem, sed propter gentē locum Deus elegit,* ideoq; & ipse locus particeps factus est populū malorum. Itaq; eateus volebat immortalis Deus illud templum habitare, quatenus homines in se ipsis domicilium illi præbebant. Propter quod vnūquodq; tate, dixit Philosophus, & illud magis. Si ergo propter homines habitabat Deus in templo, magis & ardentius desiderauit in ipso hominē habere domicilium. Atque iccirco homines spiritus sancti templum à primo rerum exordio fabricauit sibi cœlestis ille opifex Deus, illudq; purissimo iustitiæ, & sanctitatis auro exornauit. Venit tamen Nabuzardan (cuius interpretatio est, coquorum princeps) venit inquam humani generis hostis, & cibum venenatum condidit, quo mortē homini attulit, & pulcherrimum illius templum deuastauit, ciuesq; Hierosolymæ Adami nimirum filios in diram seruitutem tradidit, in qua premebantur seruitute, vsq; dum, diuina clementia ita disponente, aduenit fortissimus ille Zorobabel humani generis assertor, qui huiusmodi templum præstantiori, atq; excellentiori modo reedificauit

cavit. *Vbi enim abundauit delictum, superabundauit & gratia.* Voluit iterum terribimus humani generis hostis tanquam tyrannus olim Antiochus idem templum disturbare, quod quidem licet non omnino euerit, eo quod eis niteretur fundamentis, vt portæ inferi aduersus illud præualere non possint, illud tamen magna ex parte polluit, plurimisque flagitijs, ac sceleribus funestauit. At in illius expiatione diligentissime his diebus incumbitur, nunc vero in eo renouando maior cura diligentiaq; præstat.

AT quauis omnes huiusmodi renouationem, atq; expiationem ostentent, multi tamen non purgantur, neq; veteres mores reuocant. Sacris quidem concionibus interfunt, a cibis se abstinent, ad confessionem, sacramq; synaxim accedunt, interius tamen polluti, ac pristinis maculis violati persistunt. Et vero hanc internam nostri templi renouationem, ac purgationem Deus optimus Maximus potissimum requirit. *Laua a malitia cor tuum Hierusalem, vt salua fias.* Non externam manuum, vultus ve ablutionē suadet nobis Deus, sed laua inquit, *cor tuum,* Cui consonant illa verba Esaiæ. *Lauamini, mundi estote,* vt autem significaret propheta, de qua munditia sermonem institueret, addidit. *Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis.* Homines quidem externam solum mundiciem laudant, & eum mundum, atq; integrum esse putant, quem preces ad Deum fundere, & corporis castigatione se macerare intuentur, Deus vero, quippe qui quasi linceis oculis præstat, internas animi cogitationes tenet, clareque cognoscit, atque iccirco non solum ea, quæ in omnium oculis, & prospectu sunt, sed interna etiam munda, & ab omni labe, ac crimine remota esse desiderat, quapropter. *Auferte, inquit, malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Scrutatur enim corda, & renes Deus, & vel prauas animi cogitationes detestatur.*

QVO circa internam hanc animi renouationem hortatur Apostolus his verbis. *Renouamini spiritu mentis vestra, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis.* Quæ verbain hunc modum interpretatur Anselmus. Ad id, quod retro est, nouamini, id est, ad priorem nouitatem, quam habuit pater vester Adam, quando creatus fuit ad imaginem creatoris. Animi igitur renouationem suadet

Apo-

Rom. 5. n. 20.

Jerem. 4. num. 14.

Esai. i. n. 16.

Ephes. 4. num. 23.

Ansel. ibi.

Apostolus, cum enim egregia illius imago peccati macula obli-
ta, & obliterata esset, necesse erat ad pristinam pulchritudinem re-
stitui. Hoc vero ut amplius Diuus Paulus explicaret, subdit. *In ius-
titia, & sanctitate veritatis.* In cuius rei explicatione, ita D. Chryso-
scribit, erat aliquando iustitia, erat & sanctitas apud Iudæos, at illa
non veritatis, sed typi erat iustitia, nam corpore mundum esse, mū-
ditiæ typus erat, non vera munditia, typus erat iustitiæ, non vera iu-
stitia. *In sanctitate, inquit, & iustitia veritatis.* Respicit ad falsam, &
ad mendacem iustitiam, nam plurimi sunt, qui ab externis iusti vi-
dentur, mendaces vero sunt. Hæc Chrysostomus. Vult ergo purif-
simus Deus vera, & interna animi sanctitate, atque, munditiæ
homines ornari, neque solum ut sanctitatis speciem præfere-
rant.

AD huiusmodi vero renouationem, animique candorem haben-
dum, duo præcipue nobis consideranda sunt: primum quidem fœ-
ditas, ac turpitude, qua hominis animus peccati macula inustus af-
ficatur, quæ tanta profecto est, ut si oculis cerneretur, vel ea solum
homines deterriti munditiæ mentisq; integritatē omni studio am-
plecterentur. At quam sit illa deformis, ac detestabilis, vel ex eo
cognosci potest, quod venustissimū, ac pulcherrimū illū ex sera-
phicis mentibus spiritum summa fœditate, ac turpitudine affecit.
Quod si Lucifer, qui erat initium viarum Domini, & præstantissi-
mæ cuiusdam naturæ, adeo fœdus, atq; execrabilis propter peccati
labem extitit, summa profecto, & detestabilis est turpitude, fœdi-
tasq; peccati.

IC CIRCO regius ille vates huiusmodi deformitatem detestās
summis, atq; importunis precibus immortalē Deum obsecrabat.
Amplius lava me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me. Vbi D.
Augustinus legit magis, magisq; lava me ab iniustitia mea. Cur, quæ
so, sanctissime propheta semel, atq; iterum mundari petis, & a pec-
cati sordibus expiari, cum mundatus iam sis, & culpam voluntaria
castigatione, animiq; dolore purgaueris? Grandis squalor, respon-
det B. Ambrosius, grandisq; macula non exiguo, sed magno aufertur
lanacro. Cerit se regius vates perinde ac elegantissimus & mundif-
simus, quidam homo, cuius manus tetra, ac fœtida pice inquinatæ
sunt, quas ille quidem licet mundatus iam, sed semel, atq; iterum cu-
rat quoad fieri potest, amplius abluere, sic sanctissimus propheta
omnibus quibus potest modis, lauari, & a peccati sordibus emun-
dari desiderat, cuius macula cum difficile deleatur, ab immortalī
Deo

Deo petit, *Amplius lava me ab iniquitate mea*, licet iā ab ea mundatus
fuiſſet.

EA deinde est peccati macula, ut postquā Iesū christi sanguine
abluta fuerit in sacramēto penitentiæ indigeat se pavēhemētissimō
purgatorij igne, quo omnino deleantur pænæ, & homines sic om-
ni ex parte purgentur.

Tanta præterea est huiusmodi macula, ut si forsitan in hac vita di-
vina sacramētorū virtute nō expietur, neq; æternō inferorū igne de-
leri possit, quod quidē ita verū est, ut si quis alicuius peccati labe infe-
ctus in infera loca ruat, quātūvis ille ardeat, nūquā tñ aliqua ex par-
te purgabitur: nec quoad venialia quidē. Ex eo deniq; huius macu-
læ fœditas perspicitur, quod ad illā detergendā ipsius summi Dei sangui-
ne opus sit, neq; omnīū martyrorū; aut diuinarū mentiū sanguis satis
esset ad eā aliquomodo eluendā, quapropter Apostolo Ioāni, san-
ctos, albis vestibus ornatos, intuenti, dictū est ab Angelo. *Hi sunt,*
qui dealbauerūt stolas suas in sanguine agni, ideo sunt ante thronū Dei,
& seruiūt ei, die, ac nocte in tēplo eius, & qui sedēt in throno, habitabit
sup illos. Perpendite obsecro causā, quā reddidit Angelus Dealbauerē
in sanguine agni, & ideo, &c. ac si diceret, si eo nō abluerētur sangui-
ne, inquinati quidē persisterēt, neq; Deus in eis suū domiciliū collo-
caret.

Secūdo, illud ad animi inuolutionē, curandā perpendendū est, nul-
lū scilicet, nisi perpurgatū, atq; omnino expiatū celestē illā beatitu-
dinē adire posse, immundo enim, & sordido omnis aditus ad eam
assequendam intercluditur. Atq; iccirco B. Ian. vidit olim celestem
hanc ciuitatē puritate, claritate, splendoreq; nitentem, & loquens
ipse de ijs, qui illam erāt adituri. *Non intrabit, inquit, in eam aliquod*
coinquatum, aut abominationem faciens. Cum vero paulo altius de
his, qui macula aspersi erant verba faceret, ait, se audijſſe vocem di-
centem. *Pars illorū erit in stagnō ardētī igne & sulphure, quod est mors*
secunda. Animā uertite ergo, flagitiosi homines, quanti vobis pon-
deris, ac momenti sit, animos expiare, & hæc enceniarū festa reco-
lere, cū ex eo beatitudo comparanda dependeat. Ecce igitur adest
vobis tempus renouationis, quo vnicuiq; in Christi sanguine ablu-
entundariq; licebit. Accipite facultatem, quæ omnibus datur. *Ecce*
nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, tempusq; & occasionem
arripite, in qua & animi mundiciem, & à Deo optimo misericor-
diam, gratiamquē, ac futuram deinde gloriam facile comparabi-
tis.

Chry. hom
13 sup. ad
Ephes.

ps 50.
Aug.

Ambros.
8 mile.

Apoc.

Apoc. 2. 2.
nume. 27.

Apoc. 21.
nume. 28.

CONCIO SECUNDA.

Primus Discursus est contra eos, qui
dies festos religionis causa insti-

tutos, non agunt,

nec celebrat.

(?)

Them. Facta sunt encenia in Hierosolymis, & ambulabat Iesus
in templo in porticu Salomonis.

Ioan. 10.

MORIS erat Christo Domino in his diebus festis templum
Madire, propterea quod huiusmodi dies apti sunt ad vacandū
Deo, animorūq; saluti studendū, & hac ratione humani gene-
ris vindex in templū hodierna die se confert; tū vt orationi se dedat
precesq; fundat ad Deū, tum etiā, vt egenis opē, auxiliūq; præbeat,
quod etiā ab eodē factū est eo celebratis die, quo sanitatē paraly-
tico restituit.

His igitur robis vacandum nobis est, cum religionis causa feria-
mur, idq; merito exigit immortalis Deus, vt enim asserit. D. Thom.
inest homini naturalis inclinatio ad hoc, quo cuiuslibet rei necessa-
riæ deputeret tēpus aliquod, sicut corporali refectio, somno, &
alijs eiusmodi. Vnde etiam spiritali refectio, qua mens homi-
nis in Deo reficitur secundum dictamen naturalis rationis aliquod
tempus deputare debet homo. Hec ille. At quam pauci reperien-
tur, qui dies festos in huiusmodi studiosa opera impendant. Multi
enim lucri gratia assiduis se corporis laboribus conficiunt eo tem-
pore, quo illis Deus esset religiose colendus. O miseram horum
hominum condicionem, quibus cum humani generis hostis ita

Simile.

se gerit, ac Pharaon olim cum Israelitis saeuesisse fertur, qui quidē
ea premebantur seruitute, vt sibi per Pharaonē non liceret immo-
tali suo Deo sacra facere, aliquando, ne a seruili illo, abiectoq; ope-
re aliqua ratione vacarent, sic etiam ijs, qui sub dira Dæmonis ser-
uitute sunt, nulla conceditur facultas a Dæmone, vt festis saltem
diebus Deo aliquem religiosum cultum exhibeant, sed tunc
etiam in rebus vanis, ac omnino futilibus operam, laboremq; insu-
munt.

HIUSMODI vero homines quam sint Deo Maximo infesti
facile ex sacris litteris potest intelligi. Ita enim scribitur in li-
bro Numerorum: Cum essent filij Israel in solitudine, & inuenissent ho-
minem colligentem ligna in die Sabbathi, obtulerant eum Moysi, & Aa-
ron, & vniversa multitudini, qui recluserunt eum in carcerem, ne scien-
tes quid super eo facere deberent. Animaduertite obsecro, quanti
tunc fieret festorum cultus, cum ergo de supplicio illi homini in-
ferendo populus dubitaret. Dixit (ait scriptura) Dominus ad Moysen,
morte moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba extra ca-
stra. Quis vnquam putaret huiusmodi sententiam in leui illo deli-
cto à Deo iudice integerrimo esse ferendam? Cur Deus clementis-
simē tam graui, acerboque, supplicio eum afficis, qui leuem quan-
dam culpam suscepisse videtur? Voluit sanē Deus hominibus in-
dicare, quam ægre, ac moleste ferat eiusmodi peccata, quæ tam fa-
cili negotio committuntur. Fateor equidem in lege veteri dies fe-
stos sub strictiori, & seueriori præcepto obseruari, quam nostro
tempore, in quo facilius solui mur hoc præcepto. Verum prisca il-
la festorum obseruantia, quæ a deo strictè præcipiebatur, satis in-
dicat, quam sit etiam nunc ipsi Deo grata, atque iucunda. Quod
sane idemmet Deus significasse videtur, cum hoc præceptum
indixit, his enim verbis illud proposuit. Memento vt diem
Sabbathi sanctifices, &c. Et quidem nullum aliud præceptum
in hunc modum promulgatum esse legimus. Non enim dicitur.
Memento, vt non occidas: Memento ne fureris, &c. At,
cum religiosus cultus diebus festis habendus instituitur, præci-
pua quadam circumspectione monemur, vt dies festus magna à no-
bis religione colatur. Memento, ait scriptura, vt diem Sabbathi san-
tifices, vt hac ratione cognosceremus illud præceptum, non qui-
dem esse omnium maximum, esse tamen Deo gratissimum, si ab
eo non discedamus. Quo circa cum iterum idem præceptum indi-
ceret Israelitis. Videte, inquit, vt Sabbathum meum custodiat. Dixit

Num. 15.
num. 32.

Exo. 20.
num. 8.

Fffff2

rar

rat primo, Memento, ut diem sabbathi sanctifices, nunc vero. *Videtur ut sabbatum, &c.* ut his verbis præcipuum in eo mandato obediendo curam, ac diligentiam commédaret, quapropter prohibitum erat Israelitis, ne vel cibos condirent diebus festis, vel alijs domesticis occupationibus distinerétur, quò sacris, ac diuinis rebus omnino vacarent.

HOC item præceptum adeo strictè voluit præpotens Deus obseruari, ut iusserit, ne quis die festo Manna etiam ad vescendum colligeret, ut autem eo die victus populo necessarius suppeteret, præcepit illi Dominus, ut in die proximo Sabbatho colligeretur manna, quod quidem non cadebat festis diebus. Et quanuis suauissimus ille cibus in alterum diem referuari non poterat, quippe qui vermibus scateret, tamen cù referuabatur in diem festum, gratus quidem, ac suavis, Deo ita providente, permanebat. Cum ergo nec cibum humanæ vitæ necessarium voluerit Deus Sabbatho quæriri, cur operam ac laborem in rebus alijs non ita necessarijs eo die, quo religionis causa feriamur audes imponere, idque efficias vilissimæ quæstus gratia, quem ut obtineas, tuæ salutis iacturam facere non dubitas? Caue igitur ne & fortunas omnes, quas iniquo labore, ac sudore comparasti, & vitam etiam, animique salutem amittas. Scio quidem non adeo strictè in lege gratiæ obseruationem festorum esse indictam, at non ideo nos inurbani, & ingrati esse debemus ut quia mitius nobiscum agitur, ideo seruilius multo quam illi festa peragamus, & dicatur de nobis prouerbiū illud cui plus licet quam par est, plus vult quam licet.

VEREOR equidem magnam esse plurimorum hominum incuriam in ecclesia Christi in huiusmodi præcepti obseruatione, maxime ab ijs, qui domesticis occupationibus distenti, ministrorum ac clientum munere suaguntur, & sane hoc præceptum non solum heris, ac dominis, sed etiam ministris, ac seruis datum est, illud enim ita se habet. *Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, septimo autem die, Sabbathum Domini Dei tui est, non facies omne opus in eo tu, & filius tuus, & filia tua, seruus tuus, & ancilla tua, iumentum tuum, & a uena, qui est intra portas tuas.* Perpendite rogo, quam clare, ac minutim a summo Deo hæc explicentur, tum ut hoc præceptum maxime commendaret, tum etiam, ut intelligeremus non solum Dominis, sed etiam seruis, quibus seruire proprium est, ab omni seruilii opere esse diebus festis vacandum: vult enim Deus, ut his diebus non modo heri, verum etiam famuli intersint sacro, & alia pia, ac religiosa opera præsentent. Si

Exod. 20
num. 8.

SI autem inquiras à quibus operibus tunc vacandum sit, an ab omni curatione, & administratione rerum temporalium an vero saltem ab omni labore corporis. Id quidem longissimum sermonem requirit, & confessarijs, ac doctoribus magis, quam concionatoribus proprium. Illud tamen silentio non præmittam nimirum, hanc rem adeo exiliter ad calculos vocari à Theologis ut multi eorum sentiant, ex se non licere diebus festis laborare etiam in his, quæ, ut ipsi loquuntur, præparatoria sunt ad diuinum cultum nempe in verrendis, & ornandis templis, alijsque huiusmodi, nisi forsitan hæc non possint aliter commode fieri. Quanta igitur circumspectione opus erit, ut ea, quæ ad rei familiaris, domusque administrationem pertinent, licite fiant. Consulite obsecro in hac re sapientes, atque studiosos viros, & dies festos religiose colite, quid vero in his sit vobis agendum, quod Deo gratum sit, in eo, qui proximus est, discursu declarabimus.

Secundus discursus aduersus illos, qui dies festos frustra, atque inhoneste conterunt.

(.?.)

Thema. *Facta sunt encania in Hierosolymis, & ambulabat Iesus in templo.*

OMNIS Christi actio, inquit B. Gregorius, nostra est instructio. Neque enim humani generis seruator verbo solum, sed opere etiam homines instituit, quo quidem docendi genere nos ipsos edocuit, qua ratione dies festi sint a nobis colendi, quos ille orando patrem, docendo homines, cunctisque beneficiando cõsumebat, ambulabat ergo Iesus in templo occasionem captans, ut aliquem cœlesti doctrina imbueret, vel egenorum, ægrorumque miseriam subleuaret.

Greg.

FFFF 3

Eisdem

EISDEM omnino rebus vult Deus optimus, Maximus homines diebus festis occupari, at vero illi contrariam sequuntur viam, quippe qui immoderatos, atque effusos sumptus tunc faciunt, iustioribus, atque epulentiorebus cibis vescuntur, & ludis, ac detractionibus petulantius inseruiunt, tunc Iezabel fūco, ac pigmentis se ornat, & Absalon capillis delibutis ac madenti cinchinorum cima effeminatē fucatur, & cum pro festis diebus quisque labore suo vitium quærat, & in his, quæ Reip. necessaria sunt tempus consumat, adueniente die Deo diuini quæ rebus sacro, ita se vitij, ac vanitati tradit, ac si ille dies Dæmoni esset, mundo quæ consecratus.

PROFECTO huiusmodi homines ignorant prorsus, quo immortalis Dei animus spectaret, cū eiusmodi celebritates instituit. De qua re si D. Thomam consulam, ita respondet. Festa instituta esse ad vacandum Deo, & vt homines in vera religione fundarentur. Atque iccirco explicans illū Exodi locū. *Memoro vt die Sabbathi sanctifices.* Dies inquit septima sanctificanda, mādatur id est, de putanda ad vacandū Deo, illa enim dicuntur sanctificari in lege, quæ diuino cultui applicantur. Itaque institutus est festus dies ad vacandum summo Deo, illum quæ præcipue colendum, qua propter debite & honeste eos dies celebrari dicemus, si profutis ad Deum precibus, sacro, & concionibus pie, ac religiose auditis, percepto, si fieri possit, sacræ eucharistiæ sacramento, habito de diuinis rebus sermone, egenis, ægrōtis, & in vinculis, squalore quæ iacentibus solatium aliquod afferamus. His quidem functionibus recte coluntur, ac sanctificantur sanctorum festa, aliter vero funestantur potius, quam sacra, religiosa quæ ducantur. Quemadmodum enim tunc ieiunium à Deo præceptum sanctificabatur, cum non solum à cibis se homines abstinerebant, sed etiam cum ieiunium pijs, & sanctis operibus coniungebant. Quamobrem conquestus olim Deus de Israelitarum ieiunijs. *Ecce, inquit, in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitorum vestros repetitis, ecce ad lites, & contentiones ieiunatis, &c. Nunquid tale est ieiunium, quod elegi, nunquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domino? Nonne hoc est magis ieiunium, quod elegi, dissolue colligationes impietatis, &c.* Vnde fit, illud ieiunium sanctum dici, quod operibus sanctis copulatur. Ita etiam festi dies celebratione coluntur, & sanctificantur, cum in eis sancta item, atque angusta munia à nobis

exercer-

exercerentur. Quapropter ecclesia, plura sanctorum festa Christianæ fidei professoribus proponit, vt à singulis his veræ sanctitatis exempla petamus, interdum enim inuictam sanctissimorum martyrum constantiam, & strenuam in superandis tormentis, ac laboribus fortitudinem Christianorum oculis obijcit, vt ad labores Christi causa fortiter tolerandos excitemur. Sanctissimas item virgines quasi quoddam puritatis, & integritatis exemplar nobis ad imitandum proponit. Alios præterea eximie sanctitatis viros, qui egregia virtutum exempla præbuerunt, animo nobis intuentos contemplandos, imitandos quæ commendat. Alios deinde dies sanctissimæ virgini, & Christo Domino sacros singulari veneratione, ac celebritate commemorat, vt beneficia, quæ in eis nobis præstita sunt, grati animi memoria recolamus, & humani generis seruatori, eius quæ augustissimæ matri præcipuum aliquod officium religiose præstemus. Dies denique dominicos octauo quoque die ecclesia celebrandos instituit, in quibus beneficium illud, quo rerum omnium auctor, & effector Deus omnia ex nihilo finxit, merito recordabimur, eo quæ delectabimur vehementer, sicut regius ille vates, qui iucundissima huius beneficii memoria affectus, dicebat. *Delectasti me Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultavi.* Si ergo hac ratione dies festi celebrandi, ac sanctificandi sunt. Immerito sane, & falso, plures Christianæ religionis assertores affirmant, se illos facere, & religiose ducere, quibus quidem satius aliquando esset eisdem occupari rebus, quibus profestis diebus vacare solent. Sicut etiam de Iudæorum festis loquitur Diuus Augustinus. Melius, inquit, faceret Iudæus in agro suo aliquid utile, quam si in theatro seditiosus existeret. & melius facerent eorum die Sabbathi lanam facerent, quam quod tota die in Neomenijs suis impudice saltarent. Hæc sunt Augustini verba. Quæ iure ego in præsentem vsurpare potero. Præstaret enim multis augustissima sanctorum templa non adire, neque sacro, aut concionibus interesse, quam plura ibi facinora, ac sacrilegia patrare, satius etiam interdum esset opifici, operi, & labori se dare diebus festis quam tot in illis periuria, pluraque alia crimina committere.

Et quidem

S. Tho. 22
q. 122. ar
tic 4.

simile.

Esai. 58.

Psal. 91.

num. 5.

Aug. lib.
10. chor
dis. cap. 3.
tom. 9.

ET quidem si ethnici, vel hæretici circumspicerent, quam vane, ac funeste sanctorum festa à Christianæ fidei cultoribus coluntur, non dubito quin irrisione quadam eiusmodi celebritates spernerent. Describens Ieremias Ierosolymam violatam iam, & ab hostibus captam, sic ait. *Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbatha eius.* Illi sane aspernabantur ceremonias & celebritates iudeorum, quia illis ipsa non utebantur, neque quid illis sibi vellent, intelligebant. At nunc potiori iure qui Christianæ Ecclesiæ moribus, & legibus aduersantur impudica quadam irrisione deludent, si dies, qui immortalis Deo, sanctissimæque virgini, aliisque diuis sacriati sunt, in his, quæ ad Bacchum, Veneremque pertinent, consumi videant.

QUOD si istiusmodi homines Sabbatha nostra derideant, optimo sane Deo grata esse non possunt, quo circa grauitate, & moleste ferens, hoc modo à quibusdã festa celebrari, eos in hunc modum obiurgat, acerbèq; reprehendit. *Neomenias vestras, & sabbatha vestra, & festiuitates alias non feram, iniqui sunt catus vestri. Kalendas vestras, & solemnitates vestras odit anima mea.* Quo in loco præclare Diuus Hieronymus aduertit. Non inquit, dixit Deus, Neomenias meas, & solemnitates meas, sed vestras, non enim Maximus Deus instituit festa, quæ eo modo celebrarentur, ea namque inuenta sunt ab hominibus, qui quemadmodum loca sacra violare solent ita etiam Dies sacros ludis, tragedijs, impudicisque saltationibus quo dammodo polluant, ac funestant. Explicans vero Deus, quam sibi molestæ essent huiusmodi celebritates, *odit, inquit, eas anima mea.* Non solum eas contemnit, & aspernatur, verum etiam odio prosequitur, & veluti cum quis grauitate afficitur, se animo dolere dicit, ita supremus Deus quasi quodam animi dolore affectus, ait. *Odit eas anima mea.* & merito quidem, cum enim plures anni dies ad victum, cultumque corporis querendum vobis reliquerit, inuito animo fert diem sibi sacrum in mundo, Deomoneque colendo traduci. Fingite animo, hortum vobis gratis ab aliquo dari varijs pomariorum generibus, consitum, sub ea tamen conditione, vt ille, qui donauit, vnico daturat pomario frueretur, quod si vos beneficii immemores, nec illius pomarij fructu ipsum Dominum vti patere mini, nonne ille iuste vobis irasceretur? Quemadmodum etiam succensuit Deus primo omnium parenti, eo quod arbore sibi interdicto vesceretur, cum multis alijs suauissimis ad degustandum pomis abundaret, sic & nos Deum ad iram incitamus si cum mul-

tos dies prestitis nobis eum, quæ ad religiosum cultum sibi adhibere dũ destinauit, nostris voluptatibus inseruiendis assignemus.

AVDITE iam, quo supplicio huiusmodi crimen à Deo opt. max. puniatur. *Et erit in die illa, dicit Dñs, conuertã festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum.* Quæ verba ita à B. Gre. explicantur. Tunc, inquit, festiuitates in luctum conuertuntur, cum pro peccatis, quæ in ipsis homines committunt, æternaliter puniuntur. Pro omni quidẽ turpivoluptate æternas inferorũ penas dånati inuēt, sed præcipue afficientur supplicio, eo quod festis diebus, quibus deberent Deo vacare, suæ libidini, ac voluptati seruiuerunt. Noluērūt Iudei in die festo Christũ Dominũ cruci affigere. *Non in die festo, inquit, in quo quidẽ sustulerunt eum à cruce, vt non remaneret in cruce corpora die sabbathi, erat enim magnus dies ille sabbathi.* Nũc vero Christi alumni, atq; cultores flagitia diebus festis perpetrantes, rursus crucifigunt eum in semetipsis in die festo.

SIC igitur Deo displicet mūdānorũ hominũ celebritates, & hoc illos supplicio afficit, eo quod dies sibi, sanctisq; sacros adeo impie & irreligiose illi celebrent. Hoc autẽ humani generis hosti gratum profecto est, atq; iucundũ. *Quãta malignatus est inimicus in sancto (la. 11. 4) mentatur regius ille vates) & gloriati sunt, qui oderunt te in medio solemnitatis tue.* Ac si diceret. Proh Deũ immortalẽ, violauerunt inimici tui tẽplũ tuũ, qua de causã magno quodã tripudio exultauerunt idq; in die festo, profanantes solẽnitatẽ eius. Idẽ profecto a nobis iure deplorandũ est, dies enim sacri, flagitijs, ac sceleribus polluentur, atq; iccirco summa in eis iucunditate gestiunt inimici.

DICET fortasse quispiã, dies festos dies esse lætitiæ, ac iucunditatis, atq; ideo in eis non omnino precibus, lachrymis, & obsecrationibus esse vacandũ, hæc enim mærorẽ potius seu atrã vilẽ, quã lætitiã, & hilaritatẽ pariunt. At, erras sane, ac vehementer erras, nihil enim aptius ad verã lætitiã cõparandã reperiri potest, quã diuinarũ celestiuq; rerũ contẽplatio, ac reliqua omnia, quæ ad religiosum cultũ præpotenti Deo adhibendũ festis diebus præstanda esse diximus. Quod diuinus ille diuinę lætitię fons per Esaiã Prophetã testatus est, cũ ait. *Si auerteris à sabbatho pedẽ tuũ, facere voluntatẽ tuã in die sancto meo, & vocaueris sabbathũ delicatũ, & sanctũ Dñi gloriosum, & glorificaueris eũ, dũ non facis vias tuas, & inuenitur voluntas tua, vt lo-*

Esai 58.
nume. 13.

tolles pedem tuum ad opus, neque loqueris verbum in ira de ore tuo, & eris confidens super Dominum &c. Sensus est, si auerteris à sabbatho pedem tuum, id est, si eo die iter non feceris ad sæcularia negocia peragenda, sed domi te tuæ receperis. Iubebat enim lex antiqua quiescere etiam corpore, vt vacarent homines orationi, meditationi, & lectioni sanctæ, sacrisque de Deo concionibus audiendis. Moris enim erat in die sabbathi librum legis, & Prophetarum in synagogis legi, ideoque iuebatur, ne quis eo die iter susciperet. Deinde subiungitur. *Si auerteris facere voluntatem tuam.* Hoc est, si frænaueris libidines, neque cæco quodam impetu ad omnes cupiditates explendas rapiaris, & Deo potius quam tibi parueris, item. *Si vocaueris sabbathum delicatum.* Id est, hoc nomine appellaueris festum, hodie est dies sancta Domini, sancte & delicate obseruanda, non vero festiue & voluptuose. *Tunc, inquit, delectaberis super Domino.* Quod idem est, ac si diceret, ne existimes omni te voluptate ac lætitia cariturum, eo quod ludos, venationes, lauticias, epulas, aliaque huiusmodi contempnas, certo enim scias, potioribus, ac maioribus gaudijs à Deo esse cumulandum. Quod regius ille vates sibi contigisse affirmat, cum ait. *Renuit consolari animam meam.* (scilicet, in his caducis, ac perituris rebus) & cum memor essem Dei, delectatus sum. Hebræus habet, sonui, id est, clamorem vehementer sustuli, vocemque nimis contendi: tanta enim lætitia diuinitus affectus sum, vt potuerim non illam vocibus, ac clamore significare.

QVAE cum ita se habeant saltem nostri commodi causa curandum nobis est dies festos religiose colere, quod & Deo gratum, & nobis etiam vtile, ac iucundum erit. Sic enim veram animi iucunditatem, cælestes, & nunquam perituras diuitias, gratiam denique, immortalemque beatitudinem comparabimus.

CONCIO

CONCIO TERTIA.

Primus discursus, in quo agitur, quibus persecutionibus illi, qui pie & religiose viuunt, in hac mortali vita prematur.
(.?.)

Them.

Circumdede runt eum Iudæi, &c.

Ioan. 10.

QVO animo fuerunt ij, qui Christum Dominum obsederunt? Diuus Augustinus explicat. Non inquit, veritatem desiderabant, sed calumniam præparabant. Hyems erat, & frigidi erant friguerant diligendi charitate, & ardebant nocendi cupiditate, nõ accedebant credendo, & premebant persequendo. Quærebant audire à Domino, ego sum Christus, vt calumniarentur, quod sibi arrogaret regiam potestatem. Hæc ille. Ecce quam obrem ille obfideatur, à tergo, à fronte, à lateribus tenetur, vt tormentis percutiatur, prorsusque expugnetur.

HODIERNA igitur obsessio multis ante annis iam præuisa erat a vate *Circumdede runt me* ait, *sicut apes, & exarserunt, sicut ignis in spinis.* qui psalmus a Diuo Augustino de Christo aperte explicatur. Quod sane haud mirum est, quandoquidem ipsemet Christus illa eiusdem psalmi verba de se plane dicta esse confirmat. *Lapidem, quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli.* Cum ergo æternum verbum homo factus in tempore à Iudæis se hodie esse circumueniendum manifeste præuideret, in huiusmodi verba prorupit: *Circumdede runt me sicut apes.* Beatus Gregorius. Apes mel habent in ore, & vuluus in aculeo caulæ, & omnes, qui lingua blandiuntur, sed latenter ex malitia

Aug. 117.
48. in 10apsal. 117.
Aug. ibi.Matt. 21.
name: 41.
Simile.Gre. hom.
9. in Eccl.

malitia feriunt, apes sunt, quia loquendo dulcedinem mellis proponunt, sed occulte feriendo, vulnus inferunt. Hæc ille, sic ergo Christum Dominum hi circumdederunt, ex quorum ore mel emanare apparebat, exitus vero eorum orationis ad perniciem absque dubio spectabat. Molli quidem, ac grata oratione illi utebantur, verum tamen Christo Domino occulte insidias parabant. Dicunt quippe illi, *si tu es Christus, dic nobis palam*, quæ quidem oratio grata, & suavis est, ac si dicerent, *Si tu es Christus & Messias, dic nobis palam, ut statim tuæ voluntati nos metipsum penitus tradamus tibi, debitum honorem præstemus, te denique, vnicè amemus, præterea neminem.* Quæ autem in suis visceribus erant infixæ, quemadmodum diuus Augustinus sentit illa quidem erant, ut cum primum illum esse, audirent, proditiōnis ipse ab illis argueretur, ut pote qui Christi honorem, & dignitatem sibi vendicarat. Hæc scilicet ratione Christus Dominus obsidebatur, desiderio namque ipsi Iudæi tabescebant, ut ad extremum omnia verterent, eundem quæ etiam in crucem omnino agerent. Mira profecto res, cur, obsecro, Dominum sanè bonum acrius persequerentur, qui non solum bonus ipse per se, verum etiam istiusmodi hominibus valde erat proficiuus, in se vero is erat, ut totius sanctitatis norma, & exemplar semper extiterit, ad quæ maximè singularis eius modestia, mansuetudo, animi submissio, patientia, charitas, summa denique Dei optimi maximi æmulatio mirum in modum accedebat, quam mitis, pius, in omnemque misericors, ignaros docebat, ad pristinas vires ægrotos restituebat, ijs, qui male à malignis spiritibus vexabatur, salutarem medicinam adhibebat, defunctos iam vita iterum ad huius lucis vlturam reuocabat, nemini quicquam mali intulit, omnibus præterea multa semper beneficia liberalissimè dedit. Illud tamen è numero viuentium tollere, quam primum desiderabant.

SIC quidem hac in vita viri religiosi, virtutisque studiosi passim afflictiuntur, sic improbi cum probis etiam, atque etiam agere pergunt, modo illos premunt, sollicitant, torquent, modo quidquid mali excogitant ipsorum inferre non dubitant. Ita quidem res habet ad fidem, *Joan. 15. num. 20. persequuti sunt, & vos persequentur.*

AB Ismaele ancillæ filio Isaac ingenue sceminæ [filium] vexatū Galat. 4. exagitatūque, quis ignorat? Addit autem D. Paulus. *Quomodo tunc num. 29. is, qui secundum carnem natus fuerat, intellige Israelem, persequetur*

tur, sum qui secundum spiritum, Isaac scilicet, irat & nunc. Iamque illa consuetudo longo quidem intervallo repetita est, nec huius sæculi hominibus admodum obsoleta, ut optimus quisque vir ab improbis simo quoque, diu noctuque, opprimatur. Non enim multo post natos homines improbus Cain bonum Abel multis maledictis insectari cepit, & cum eandem viam, eundemque, cursum humanæ vitæ homines nihilominus tenuerint, religionis Christianæ euerfores, nihilique, diuina, humana veducentes sanctissimos prophetas persequutos, fuisse apud maiores nostros in veteri lege satis inter omnes constat. Non secus in nouo testamento à Christi Domini acerrimis inimicis Apostolos, martyres, confesores in maximas semper angustias fuisse redactos accepimus. Quam quidem viam usque ad extremum vitæ tempus illi tenuerunt, & in ea eatenus insisterent ad eamque, tanquam ad saxum adhærebunt, quatenus ad extram omnium perfidissimus, calidissimusque, Christi impugnatur Antichristus colophonem addat. Qui postremo singulari immanitate indutus in omnes Christi amicos satis grauius animaduertat. Si vero à me forsitan rogaueris, quid causæ sit, quæ ad tantum bellum probis viris inferendum, incredibiliter commoueat malos, eam quidem existimo, quia improbi improbi sunt, boni vero boni.

CVR, obsecro, tantum inter se dissidium frigida, & calida, humida & sicca, iam inde à principio constituerunt, ab initio enim mundi frigida pugnabant calidis, humentia siccis, illa scilicet causa est, quia omnia hæc inter se contraria sunt. Similiter mali bonos grauius vrgent à principio mundi, eo quod contrarij, & oppositi sunt. *Contra malum bonum est*, ait Ecclesiasticus, *contra mortem vita*, sic & *contra virum iustum peccator*. Cum igitur bonus & malus tantum dissentiant, discordiæ multæ, periculosæque, bella utrinque, existant, necesse est. Malum bonus persequetur, quia est malus, ut illum ad optimam frugem conuertat dicetque illi, non licet tibi. Contra vero multa in viri boni vitam maledicta pessimus homo acutè conijciet, illudque, addet, satrapis non places, licet bonus sis, imò quia bonus es. Hanc eandem rationem diuinus vates plurimarum persequutionum, quas æquo, ac libetè animo perpetiebatur, apertissimè reddidit. *Qui retribuunt*, ait, *mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam niam sequebar bonitatem.* Super quem locum ita D. Gregorius. *Qui reddit mala pro bonis, bonus non est, qui non reddit bona pro*

GGGG. 3. bo

Eccle. 33.
nu. 15.

Psal. 37.
no. 21.

Greg. sup.
3. psal. per
nitent.

bonis ingratus est, qui autem reddit mala pro bonis, iniquus est, solent namq, perditii homines piè uiuentibus, insidiosè detrahè, aut infigere eis notam criminis excogitati, aut purè vitæ innocentiæ simulationem vocare. Quare autem hoc faciant, ostendit, cū ait. *Quoniam sequebar bonitatem.* Bonitatem sequitur, qui Christum imitatur, cuius imitatores tanto in hac vita grauiora tentamenta perferunt, quantò longius corde à mundo recedunt. Dicit enim

1. Tim. 3 Apostolus, *omnes, qui piè uiuere uolunt in Christo Iesu, persecutionē patiuntur, & in psalmo 33. scriptum est. Multa tribulationes iustorū.*

Psal. 33. Hæc ille. Ecce igitur tibi duas producendæ vitæ rationes, alteram Christi, alteram autem huius mundi, ambas quidem inter se valde diuersas. Et quemadmodum in bello cum ex altera factione in alteram aliquis se traducit, deserta factione multis, ac varijs conuicijs hic ipse, qui non stetit promissis affici opus est, sic etiam is, qui ex huiusmodi secta ad Christi amicitiam perpetuo sequendam se confert, ab ipso mundo, cui antea indelicij erat, plurimis doloribus, molestijsq, grauius opprimitur. Perinde ac illud Pharaonis cum Israel in seruitute haberet, non tamen illi molestiam exhibebat, at vero cum illum recedere uideret, hæc uoce usus est. *Perse-*

Exod. 15. num. 9. *quar, & comprehendam, diuidam spalia euaginato gladio meo, interficiet eos manus mea, &c.* Haud dissimili mundus ratione tractat eum, qui ex eius potestate se eripuit, multis maledictis insectans, quippe quem sibi acerrimum inimicum plane putet. Hanc etiam rationem diuus Ioannes affert, cur maxime Cain fratri suo Abel negotium facesserit, eiq, vitam crudeliter ademerit, cum ille frater minime malus extiterit. *Cain, inquit, ex maligno erat, & occidit fratrem suum, & propter quid occidit eum? quoniam opera eius maligna erant fratris autem iusta.* Non quidem ait, quia eius dignitatem. Abel violare cuperet, damnò uè afficeret, eumq, uerbis male acciperet, sed quia hic bonus, ille uero malus esset. Itaq, cum tantum turpitudò ab honestate dissentiat, ueluti frigus à calore, usq, eo insidias facit, donec fratrem uita priuauerit. Quo circa D Ioannes ibi subdit, *Nolite mirari fratres, si edidit uos mundus.* Ne forte singularem bonos persequendi cupiditatem in uño Cain debilitatam, penèq, extinctam nunc maxime existimemus. Mundus enim cum sit immun-

1. Io. 15. num. 12. dus, uos uero mundi, ille improbus, uos probi, non igitur est cur miremini, si uos mundus persequatur. Cur autem rogetis, quamobrem uos præsertim insectetur, etenim boni estis, quos sane maledico dente carpit, malos autem non sollicitat, quibus in primis studio-

studio.

studiosius adlatur. *si de mundo fuissetis, inquit Christus, mundus, quod fauisset, ueligeret.* Non enim leo a leone, dissidet, nec tigris tigrim persequitur, nec draco draconè, quoniã contrarij non sunt, bene tamen leo tigrim, & tigris draconem persequetur, quia naturas diuersas habent, sic iustus non inuenitur in uirum iustum, nec iniustus in uirum iniustum, hoc enim esset, sibi contrariari & increpare suam propriam iniustitiam, sed iniustus persequetur iustum, ut suam iniustitiam statuat & defendat.

CVM aliquando Magdalena, ut mundo pulchra nimis apparet, multum quidem adiuuenti ad pulchritudinem adhibebat, cū què omnium animis dicto, factoque ruinam turpiter cadendi præberet, atq, in ipsorum offensionem ubiq, incurreret, non tamen qui illam cogitationis conuicio uerberaret, quenam eo tempore fuisse legimus: At uero cum capillo sparso ad pedes Domini abstergendos gemebunda accederet, hinc illam Phariseus accusat, moreq, hominum inuidet, et in cõiugio libere rodit. Eadem etiam extra modum preciosissima unguenta in res turpissimas impendere solebat, neq, erat qui illi resisteret. Cum autem semel balsamū, & unguenta in usus pijsimos, Deiq, honorem liberalissimè conferret, adest è contrario illi Iudas, qui eiusmodi factum grauius reprehendat. Eadem igitur, ut legimus, tametsi multa in seipsam scelera conciperet, à nemine tamen uituperabatur, quando uero postpositis omnibus, creatorem suum uñice amare cepit, summa quidem maledicta in illam esse congesta certo scimus,

IAM uero Paulus antequam ad optimam se frugem reciperet, summam ex rebus humanis uoluptatem percipere solebat, nec quis erat, qui ei succenseret ne uerbo quidem illam aliquando læderet. Postquam autem religioni Christianæ se mancipauit, uocatusq, est Apostolus, Deiq, ualde familiaris, hinc illi uerbera, conuicia, omneq, tormentorū genus quocunq, se uertaret, parabatur.

Hæc eadem tibi subeunda sunt, si modo nuntiam mundo remittere ex animo decreueris. Nemo non quippe erit, qui te ad necem usq, grauissimis tormentis excruciet: Nunc huiusmundi illecebris, & fallacijs munitus, nunc ipse inferi simulata potètia fretus, nunc deniq, tua ipse carne confusus, ea enim quæ tuū animū suis cõpagibus inclusū tenet, nūquã te deseret, donec uita cū morte tandem aliquando cõmutaueris. Quapropter uelim forti animo sis, tibi què persuadeas, honestati cū improbitate certamen semper esse futurum. *Circumueniamus iustum, (inquiunt improbi) si tam*

iustus.

Ioan. 15. num. 19.

Sap. 2.

iustus, cur illum maledictis insectamini? oppressio enim iniusti erit fortasse iusta, cum autem aduersus iustum illa comparatur, qui potest esse iusta? Cur inquam illum persequimini? *Primum, quoniam inutilis est nobis.* Respondent: At quis inutilis? Vir quippe honestus, licet nil aliud in se haberet, quam quod omnibus documento esset, utilis sane existeret. Quem igitur appellatis inutilem? Ipsi enim nihil emolumenti usquam reperire posse arbitrantur, sed ubi omnia illis ex animi sententia cadunt. Quæ quidem ad corporis voluptatem referunt, domumque pudori, & sanctimoniam clausam habent, patentem, atque adeo expositam cupiditati, illos denique in quibus nullus pudor, nec metus unquam fuit plurimi faciunt, ac valde utiles Reipublicæ putant. Deinde dicunt: *Quia contrarius est operibus nostris.* Ecce tibi eandem, de qua agimus rationem, impurus namque vir honestatem, & pudorem nullo modo ferre potest, neque animi submissionem homo confidens, neque ingenuam, cuiusquam liberalitatem, qui feruet, ferturque auaritia. Neque abstinentis temperantiam comesator, & helluo, nec virtutem denique, qui multis est flagitijs astrictus. Aliam huius rei causam accipe; vita iusti optima est, nec est aliquis ita improbus, qui hoc non sentiat saltem in corde suo, vidensque alium meliorem se inuidia corroditur. Rumpitur Cain inuidia, cum ex terræ fructibus, illud, quod peius est, Deo optimo, maximo offert, Abel contra meliorem partem offerentem videat: improbissimus quisque vir dolore ardet, ac furit iracundia, quoties viri honestissimi benefacta alios commemorantes respicit, quam obrem illum despicit. His ergo de causis ait sapiens. *Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in timore, & prepara animam tuam ad tentationem.* Quo autem modo iustus ex persecutionibus yberimos fructus capere possit, sequens discursus facile indicabit.

secundus

Secundus Discursus explicat, quo pacto iusti ex improborum hominum persecutionibus fructus percipiant.

(.?)

Them.

Leuor vobis, & non creditis.

Ioan. 10.

QUEM admodum in obsidione, qua seruator a Iudæis tenebatur, improborum in bonos prosecutionem indicari vidimus, sic etiam in Christi Domini tolerantia futuram proborum hominum patientiam significari dicimus. Facile quidem posset humani generis vindex suorum hostium manus effugere, & in illos igneam fulmen, seu tormentum bellicum, quo ipsi discerperentur, conijcere, noluit tamen vindicem se præbere, sed cum eis adhuc permanens, cœlesti eos doctrina imbuit, & singulari quadam eruditione instituit.

HAC ratione iustos vult cum illis se gerere, qui ipsos insequuntur, & mala aliqua machinantur, debent enim illos amore complecti, & bonum pro malo reddere, vt hortatur Apostolus. *Rom. 12. numer. 21* *Noli inquit, vinci a malo, sed vince in bono malum.* Et quidem humani generis hostis non solum per se ipsum, sed etiam per alios homines nobis insidias parat. Atque iccirco præclare Beatus Augustinus ait. *Aug in ps. 55. in præfat.* Quando parimur homines importunos, diabolus instigat, diabolus disflamat, ille tanquam arma sua mouet. Hæc ille. Notum est demoni homines ab hominibus recte expugnari, quapropter cum Christus Dominus in secessum, & solitudinem se recepit, ab ipso Dæmone immediate tentatus est cum vero in hominum frequentia versabatur, a Dæmone, medijs tamen hominibus, scribis scilicet, & phariseis, impugnatus fuit. Quam hominum expugnationem demon multum valere sciens, per homines hodierna die Christum Dominum aggressus est. Inquit ergo Apo

H h h h h stolus

stolus. *Cum hominibus colluctatio nostra est.* At cum nobis calumnias machinentur, vehementerque nos persequantur, quibus armis utemur ad eos denuncandos? *Vince*, inquit, *in bono malum.* Vincere autem in bono malum, nihil aliud est, iuxta D. Chry. explanationem, quam vincere iram, quæ quidem victoria illustris, ac maxima dicenda est. Fortior enim est, qui se, quam qui fortissima vincit menia. Quod si impatientes simus, quamuis hostes debellemus, in prælio que vincamus, victi certe, ac superati dicimur, cum ab ira cum magno nostro dedecore superemur. Quod cum ita sit D. Paul. interpretabimur in hunc modum. *Noli vinci a malo*, id est, ab ira, *sed vince in bono malum.* Hoc est, in bono patientiæ vince malum iræ. Aliam, & ingeniosam huius loci explanationem affert angelicus Doctor, sic in illum scribens. Naturale est homini, velle aduersarium vincere, & non vinci ab eo, illud autem ab aliquo vincitur, quod trahitur ad illud, sicut aqua vincitur ab inge, quando trahitur ad calorem ignis. Si ergo aliquis bonus homo propter malum illatum ab alio, trahatur ad hoc, ut ei malefaciat, bonum a malo vincetur, si autem e contrario propter beneficium aliquod persequutoris ad amorem suum trahatur, bonus malum in bono vincit. Sic ergo ait Apostolus. *Noli vinci a malo*, scilicet eius, qui te persequitur, ut eum tu persequaris. *Sed in bono tuo vince malum illius*, ut scilicet benefaciendo ei, trahas illum ad amorem tui. Hactenus. Diuus Thomas. Gloriosa sane, & honorifica victoria, vltio quidem inaudita, sed Christianæ religionis professoribus dignissima. Non enim huiusmodi victoria percipiendi, sed tolerando, non occidendo, sed indulgendo comparatur & illa quidem in vtriusque pugnantis bonum, vtilitatem, atque honorem cedit. At vero in alijs concertationibus, in quibus victoria à quolibet concertatore pro viribus vltici quodam animo procuratur, qui vincit, & interficit aduersarium, vitam suam, honoremque, tuetur, aduersario sine vita, honoreque manente, in huiusmodi autem victoria a virtute patientiæ parta, tam vincens, quam victus viuis gloriosusque persistit. Sicut enim gloriosum est vincere in bono, ita etiam & vinci a bono, iure ergo celeste hoc pugnandi stratum gemas suasit Apostolus.

AT PRÆTER gloriam hanc, quam sibi ex huiusmodi triumpho studiosi homines adiungunt, alia etiam plura commoda reportant, quibus carerent, si has persequutiones non subirent. Quod egregia quadam similitudine Beatus Augustinus declarauit.

TE

aug supps
55. in p. a.
Simila.

TENETVR, inquit, ecclesia Christus in torculari, quid est in torculari? in pressuris, sed in torculari fructuosa pressura est, vna in vite pressuram non sentit, integra est, sed nihil inde manat, mittitur in torculari, calcatur, premitur, iniuria videtur fieri vix, sed ista iniuria sterilis non est, imo si nulla iniuria accederet, sterilis remaneret. Hæc ille. virtus in animo tanquam in racemo quodam continetur exprimitur autem erumnis, & persequutionibus, quibus bonorum operum fructus prodeant, in illis enim tolerantia, animi submissio, mansuetudo, charitas, aliæque virtutes exercentur.

ITA ergo se habent persequutiones circa iustos, sicut venti circa nauim in salebra hærentē, sicut enim hi nauim celeriter in portum deferunt, ita etiam persequutiones efficiunt, ut iusti celeriter in via virtutis progrediantur: illud tamen est discrimen in hac similitudine, quia cum in mari secundi venti puppim nauis afficiunt, felicissimum nauigationis cursum illa tenet, tarde tamē & incommode nauigat, cum aduersis ventis iactatur. At in hac spiritali iustorum nauigatione, a prospero ventorum flatu retardamur, ne ad celestem portum locupletissimi deueniamus, aduersi tamen venti incommoda scilicet valetudo, egestas, & erumnæ nobis felicitatem nauigandi pollicentur, nosque celeriori cursu in celestis patriæ portum euehit.

ICCIRCO Beatus Paulus scripsit. *Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum ijs, qui secundum propositum vocati sunt sancti.* Omnia inquit, quia ut D. Bernardus ait, etiam ea, quæ nihil sunt, ut molestia, morbus, & ipsa etiam mors eis cooperantur in bonum: sed animaduertendum est hoc solum dici de ijs, qui Deum diligunt, improbis enim non in bonum, sed in malum omnia plerumque cooperantur, ex prosperis namque rebus superbiam, ex aduersis vero impatientiam, & desperationem eliciunt, sicut araneæ, quæ tam ex genista, quam ex flore venenum, hauriunt iusti autem apibus assimilantur, quæ ex vitroque mel dulcissimum conficiunt. Dixit etiā Apostolus, cooperatur, quia iusti non percipiunt vtilitatem ex persequutionibus duntaxat, sed ex eis equo animo tolerantis, sicut non satis est nauem ad felicissimæ nauigationis portum tenendum prospero ventorum flatu, nisi etiam vela pandat, & arte nauigandi recte utatur.

AT QVE hoc sanè discrimen videtur regius ille vates constituisse inter iustum, & peccatorem, cum ait. *Multa flagella peccatoris, sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.* At

Hhhhh 2

cur

Disimile ap
tam.

Roman. 8.
num. 28.
Ber. se. de
falla. vit. a.
Simile.

Ps. 37. 13

Greg.

cur supplicium peccatoribus, iustis autem misericordiam accommodat? nonne etiam iusti flagellis afficiuntur? *Multa, ait, tribulationes iustorum.* D. Gregorius sic interpretatur hunc locum. Qui peccata augere non desierit, & hic curarum aduersantium flagellis afficitur, & in futuro nihilominus conteretur, cui si ad iniquitatis suæ cumulum peccanti contigerit exterius proficere, hoc ipsum sibi est diuinæ animaduersionis flagella tolerare, quia modo in conspectu Dei eo ipso interius deijcitur, quo falsa gloria in conspectu hominum exterius eleuatur. *Sperantem autem in Domino misericordia circundabit, diligentibus enim Deum omnia cooperantur in bonum.* qui fixus in amore cælestium, sæculum perfecte despexit, nulli omnino vanitati succumbit, nulla hunc aduersitas deijcit, nulla prosperitate corrumpitur, flagellis proficit, & omnia sibi existimat prospera, quæ à dilectoribus mundi existimantur aduersa, huc vsq; Gregorius, Quapropter merito vates sanctissimus iustorum tribulationes, non flagella, sed misericordiam appellauit, tot enim illi ex eis fructus percipiunt, vt iure misericordia circundari dicantur, cum eis afficiuntur. Peccatorum autem tribulationes flagella iure optimo vocauit, cum ex illis nullam peccatores utilitatem capiant, sed suam potius perniciem acquirant. Adde etiam prosperitates flagella dici posse eis, si quidem illi deteriores fiunt. *Multa ergo flagella peccatoris, sperantem autem in Domino misericordia circundabit.*

simile ap-
tum.

IDEM discrimen inter iustum, & impium a nobis expositum, clarius elucescet, si vobis ante oculos proponam differentiam, quam inter languentem & valentem stomachum esse comperimus. Qui enim integro, ac valenti stomacho vtitur, quencumque cibum siue dulcem, siue amarum, siue grauem, & terrestrem, siue etiam suauem, & facilem ad coquendum, in sanum chylum, sanguinemq; conuertit, qui autem imbecillo, & languenti stomacho est, ex quocumq; cibo etiam suauissimo corruptos humores conficit, quia eius stomachi virtus debilitata est, & ad coquendum cibum minime apta, sic etiam iusti tam laudes, quam vituperationes, tam beneficia, quam opprobria, & persecutiones in bonum accipiunt, & ex his omnibus utilitatem comparant, quia charitatis ardore flagrant, è contrario vero improbi, quorum & calor languet, & virtus imbecilla est, ad damnum, & incommodum suæ salutis vertunt ea omnia, & tam prospera, quam aduersa sibi nocere faciunt.

ET.

ET vero si ad iustos spectemus, de quibus præcipue sermo est in præfenti, exemplo nobis est sanctissimus Iob, qui quidem ex omnibus beneficijs, quæ sibi a Deo optimo Maximo deferebantur, magnam suo animo utilitatem comparabat, si enim diuitijs abundabat, eas liberalissime in egenorum miseria subleuanda consumebat, si filij sibi erant, præclaris eos moribus imbuebat, si gratia, & autoritate valebat apud omnes, eam ad defensionem patriæ, innocentumq; propugnationem conferebat. At cum laboribus premebatur, ex illis etiam non mediocrem fructum percipiebat, cum enim se diuitijs, liberis, honore, & amicis orbatum vidit gratias immortalis Deo retulit. *Dominus, inquit, dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum.* Illius autem vxor, quippe quæ fœmineæ & infirmæ virtutis erat, tribulationes illas haud æquo animo tolerauit, impatiēter tulit damna, & patientiam viri increpauit, & ad blasphemium incitauit, dicens *Adhuc tunc manes in simplicitate in soliditate tua, benedixit Deo, & more* Iob. 2. n. 9
re, aut maledixit Deo, mulier hæc improba erat, aut nimium imperfecta, atq; adeo caloris defectu tribulationes digerere nequiuit. Doctor autem ille gentium Paulus præclare persecutionibus sibi illatis vsus est. Maledicimur, inquit, & benedicimus, persecutionem patimur, & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus id est rogamus Deum pro his, qui nos blasphemant, vt B. Hieronymus exposuit. Ecce quo pacto ardentissimo illo charitatis ardore, quo Apostolus æstuebat, concoquebat omnia, & execrationes, ac blasphemias, quibus ipse afficiebatur, in benedictiones atq; obsecrationes conuertebat & in tolerantiam & humilitatem: quantum in futura vita præmiū iustis ex hac tolerantia tribuendum sit, neq; verbis explicari, neq; cogitatione percipi vlla ratione potest. Beati, ait Christus Iesus, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati estis, cū maledixerint vobis homines, & persecuerint vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me, gaudete, & exultate, ecce enim merces vestra copiosa est in cælis Ad quos faxit Deus optimus Maximus conscendamus. I. Corin. 4. u. 12. Hierony. Matth. 5.

Hhhhh 3

CON.

CONCIO *QVART A,*

*Primus Discursus agit de cultu, & honore,
qui locis sacris
debetur.*

*Thema. Deambulabat Iesus in templo in porticu Salomon
Ioan. 10.*

QUANVIS humani generis seruator deambulauerit, noluit tamen id facere in ipso templo, sed in illius porticu aliquot ambulaciones confecit, vt hac ratione doceret nos, qua religione ac reuerentia sacrum Dei templum nobis esset colendum. Omnibus quidem rebus sacris cultum ille, & uenerationē exhibuit. Quo circa, cum sacrum Esaiæ volumen ipsi ad legendum oblatum est, surrexit legere, vt testatur Euangelista. Cum etiam preces ad aeternum patrem fundebat, leuatis oculis in cælum, in genua procumbens, humiq, iacens orabat, eo quod actus ille ad religionem spectabat, & eadem ratione paschali agni cœnam religiosissimis illis ceremonijs celebravit. Eandemq, ob causam, cum augustissimum Dei templum hodierna luce adiret, deambulabat in porticu illius, & non in ipso templo, ne suis ambulatiu oculis aliquid uenerationi sacris ædibus debite derogare uideretur. Quamuis de ambulando melius ille Deum coleret, quam sancti genua flectentes.

SED proh dolor, quanta est in hac re hominum licentia, quam exigua est reuerentia, & religio, quæ hac tempestate sanctissimis Dei templis exhibetur, in quibus plures, non solum inambulant, sed etiam inaniter colloquuntur, alioq, rodunt, ac maledico dēre carpunt, & quod Christiano homine indignissimum est, libidinosos oculos, (ne quid plus dicam) in honestas fœminas conijciunt. Quod si hi attento animo perpenderent, hac de re grauiter Deum offendi, & si fas est ita loqui, ad iram uehementer incitari, fortassis religiosus se in templo gererent. Nonne sæpe audistis, quam se iratum

iratum seruator noster ob hanc causam ostenderit? *Ascendit Iesus, inquit sacer. Euangelista, Ierosolyman, & inuenit in templo uendentes, beues, & oues, & columbas, & numularios sedentes, & cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oves, quoq, & boues, & numulariorum effudit es, & mensas subuertit.* D. Augustinus in huius rei admirationem raptus, ait. Quid audiimus, fratres, ecce templum illud adhuc figura erat, & eiecit uendentes, & ea quæ uendebant necessaria in sacrificijs illius temporis. Nostis enim, quod sacrificia illi populo pro eius carnalitate, & lapideo corde data sunt, ne in idola deflueret, & sacrificarent ibi sacrificia, boues, & oues, & columbas: non ergo magnum peccatum, si hoc uendebant in templo, quod emebatur, vt offerretur in templo, & tamen eiecit illos, quod si ibi ebriosos inueniret, quid faceret Dominus? si sic eiecit uendentes ea, quæ licita sunt, & contra iustitiam non sunt, quæ enim honeste emuntur, non illicite uenduntur, expulit tamen, & non est passus domum orationis fieri domum negociationis. Hæc Augustinus. Bis duntaxat legimus in euangelio, sic Christum Dominum se iratum hominibus ostendisse, cum sæpe numero clementissimum se, ac benignissimum illis præbuerit, semper tamen iram contra illos ostendit, qui in templo animalia uendebant, & quanuis vrbes furibus, adulteris, & homicidis plene essent, non tamen legimus contra hos ita animo incitatum esse Iesum, nec de eis illud supplicij genus sumpsisse, quod de his qui cultum, & religionem sacris ædibus debitam uolauerunt. Alias (vt expendit D. Chrysostomus) opprobrijs, & contumelijs affectus est Iesus, & Samaritani, energumeni, alijsq, iniurijs nominibus conuiciatus, tacuit, easq, iniurias silentio, & mira animi mansuetudine dissimulauit, modo uero cum nullis contumeliosis uerbis uioletur, iracundiam tamen præfert, imo comprehensus, & circumuentus à ludæis sputis illitus, colaphis percussus, flagellis cesus, spinis redimitus, in crucem denique actus, obtulit, manusq, suas traijciendas dedit, quibus tamen modo flagellum efficit, quo adeo grauiter, & seuerè uendentes, & ementes è templo eiecit, vt nullus ausus fuerit illi resistere. Contuebantur enim seuerum illius vultum, grauissimumq, aspectum tanto ardentem zelo, vt sacræ legis scriptor dicat. *Tunc recordati discipuli eius, quia scriptum est. Zelus domus tuæ comedit*

Ioan. 2. n. 14. & Matth. 21. nu. 12. Aug. tra. 10. in Ioan.

Ioan. supra psal 68.

Per-

PERPENDAMVS igitur, auditores, si hanc seruato-
ris nostri indignationem cuitare volumus, templa esse cœleste
quoddam domicilium immortalī Deo sacrum. Non enim, in-
quit Diuus Chrysoſtomus, non inquam ecclesia est officina
forensis, sed locus Angelorum, Regia Dei, cœlum ipsum. Et
quidem merito templum Dei his nominibus nuncupatur, cœ-
lum enim dignitatem, & præstantiam habet, non tam expul-
chritudine, cœlestiquè natura, qua præditus est, quam ex eo
quod Deus optimus Maximus habitat, ibi peculiari quadam ratio-
ne, quid ergo aliud est templum, nisi domicilium quoddam,
vbi ipse Deus præcipue est, ipseque Dei filius humana for-
ma indutus commoratur? vbi Deus diuinis mentibus stipa-
tus, ab eis sicut in ipso cœlo suspicitur, & cœlestibus enco-
mijis, ac laudibus effertur, iure ergo illud Angelorum locum,
Regiam Dei, cœlumque ipsum appellabimus, & singulari ve-
neratione, ac religione colemus.

Chry. in. i.
ad Cor. 50
ubi. 36.

Genes. 28.
num. 17.

CVM sanctissimus Patriarcha Iacob Mesopotamiam pe-
teret, vidit in somnis scalam illam mysticam, Angelosque as-
cendentes, & descendentes, & audiuit vocem dicentem. *Ego
sum Dominus Deus Abraham Patris tui, & Deus Isaac. &c.* Cum
què Iacob euigilasset è somno, irrisione illa perterritus ait:
*Vere Dominus est in loco isto, & ego nesciebam: paucisque, quam
terribilis est, inquit, locus iste, non est hic aliud nisi domus Dei,
& porta cœli, appellauitque nomen vrbis Berhel, qua prius Iuzā
vocabatur.* Considerate obsecro, qua reuerentia sanctus ille
Patriarcha hunc locum coluerit, eo quod in eo Deus, cœ-
lestesque assisterent. Vere, inquit, est Dominus in loco isto,
& ego nesciebam. Ac si diceret, si scirem in eo loco Domi-
num meum esse, suspicerem fane illum, neque in eo cuba-
rem, somnum ve caperem. Et quidem existimo plures nul-
lum cultum templis adhibere, quia non animaduertunt in il-
lis Dominum, ac Deum nostrum commorari, si enim id
consideratione perpenderent, non dubito quin illa Iacobi
verba singulari quadam pietate vsurparent. *Quam terribilis est
locus iste, vere non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli.* Ne-
que terrenum, sed cœleste domicilium vocandum est. Sicut igitur,
inquit D. Chrysoſtomus, si cœlum quis in angustum redactum il-
luc inducat, etiam si fratrem, etiam si patrem videas, præ stupore

Chry. vbi. su-
pra.

RON

non alloquereris, sic nec hic aliud quicquam, quam sancta seruare
debet.

Exec. 44.
num. 2.

VIDIT olim Ezechiel in celebri illo, ac magnifico templo por-
tam, quæ respiciebat ad orientem, & erat clausa, & dixit Dominus
ad illum. *Porta hæc clausa, non aperietur, & vir non transiet
per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam: eritq,
clausa principi.* Quod si portæ illæ tanta reuerentia defertur, vt
aditus ad illam etiam principibus interdicatur, ex eo solum, quod
Dominus quasi præteriens ingressus fuerit per eam, quo cultu,
qua religione ædes sacræ colendæ sunt, in quibus summus, ac sem-
piternus æterni Patris filius diu commoratur? in eodè etiã capite legi-
mus ipsum quoque, tēplū pluribus interdici. *Hæc dicit Dominus (pro-
phete verbis vtor) omnis alienigena, incircuncisus corde, & in circunci-
sus carne, non ingreditur sanctuarium meum, omnis filius alienus, qui est
in medio filiorum Israel, sed & leuita, qui longe receperunt à me, & erra-
uerunt à me post idola sua, erunt in sanctuario meo editui, & ianitores
portarum domus, &c. & non appropinquabunt ad me, vt sacerdotio fungā-
tur mihi, neq, accedent ad omne sanctuariū meū iuxta Sāta sanctorū, sed
portabunt confusionem suam.* Hanc reuerentiam præpotēs Deus suo
tēplo adhiberi voluit. Sed maior profecto, ac præstatio cultus no-
stris tēplis debetur, in quibus non est manna illud, quod in sancta
sanctorū singulari veneratione, sacrifiq, ceremonijs seruabatur, sed
diuinū nostrū manna, sanctissimū scilicet, & augustissimū Christi
Dñi corpus, qua igitur est colendū reuerentia?

CVM regius ille vates sermonem institueret de honore taber-
naculo Dei exhibendo. *Introibimus, inquit, in tabernaculum eius, ad o-
rabimus in loco, vbi steterunt pedes eius.* Scilicet, Dei. Ad hanc igitur
adorationē, & reuerentiā immortalī Deo deferendā debemus des-
sacras adire, non vt in eis ambulationē faciamus & obrectationi-
bus, impurifq, fermūculis vtamur. Stat sacerdos Deo, (ait B. Chry.)
orationem offerens cunctorum, tu autem rides? nihil times? non
contremiscis? non colligis te ipsum? & in aulā regiā intraturus, &
habitu, & oculis, & incessu, & in cunctis componis temetipsum,
huc autē ingressurus, vbi est aula regis, qualis est cœlestis, rides?
Quod si ridere duntaxat in tēplo irreligiosum, & repr, hensione
dignum a D. Chry. existimatur, quibus ille increpationibus vter-
etur, si ea quæ nostra tempestate in tēplis sine vlla reuerentia patrā-
tur, intueretur.

ps. 13. v. 7

Chry. hom.
15. ad heb.

IIII

CVM

Exo. 3. 5. Vgo. CVM Moyſes pergeret ad videndam viſionem illam magnam rubi ardentis, dixit ei Dominus, *ne appropinques huic, ſolue calceamentum de pedibus tuis, locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Erat autem terra ſancta, inquit Vgo de ſacto victore, nō propter aliud, niſi propter diuinā præſentiā. At Angelus quidē erat, qui in illo rubo aderat. Si ergo locus ille, in quo non ipſe Deus, ſed Angelus, Dei nomine, præerat, tanta veneratione, & honore dignus habebatur, vt aditus ad illū ſacriſſimo etiā Moyſi intercluſus ſit, eiq; iuſſū fuerit, vt prope eū non niſi depoſitis calceis ambularet, quā erit colendus, ac venerāduſ ille locus, in quo ipſemet Deus opt. max. cōmoratur, quantoq; animi candore nobis in illum adeundū eſt?

Exod. 30. v. 18. Præcepit quōdā Deus Moyſi. *Facies & labiū aneū cū baſi ſua ad lauandū, pones iſtud inter tabernaculū testimoniū, & altare, & miſiſſa aqua lababunt in ea Aaron, & filij eius manus ſuas, ac pedes, quando ingreſſuri ſunt tabernaculū testimoniū, & quando acceſſuri ſunt ad altare, vt offerāt in eō thymiama Domino, ne forte moriantur, legitimū ſempiternū erit ipſi, & ſemini eius per ſucceſſiones.* Et vero cū lex illa vmbra eſſet futuro rū, mundities illa corporalis, quæ tunc præcipiebatur, ſignificabat inquit Beda, ſpiritualem munditiam, quam habere debent ij, qui ad ſacrum Dei templum, & altare acceſſuri ſunt, idque præcipiebatur Deo ſub pœna capitis. Quod ſi hoc ſupplicij genere puniebantur ij, qui cum ipſis maculis extra templum ſuſceptis, templum ingrediebantur, qua pœna, quo ve ſupplicio dignus erit, qui in ipſo templo flagitiorum ſordibus inquinatur?

Secundus Diſcurſus explicat, quam ſit expediens, improbis veritatem clare proponi.
(.?.)

Thema. *ſi tu es Chriſtus, dic nobis palam.*
Ioan. 10.

HOC eſt flagitioſis hominibus commune, vt lucem oderint, eosque deteſtentur, qui de rebus cum ſui animi ſalute coniun-

His manifeſte loquuntur. Quod quidem videtur aſſeruiſſe humani generis vindex, qui cum clare principibus Iſrael ſcelera ab ipſiſ ſuſcepta opponeret, noluerunt ei audientes eſſe, cuius rei cauſam ſubiunxit. *Lux, inquit, venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem, erant enim eorum mala opera.* Ac ne quis putaret, Chriſti Domini verba ad ſolos Iſraelitas attinere, ſubditur. *Omnis enim, qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguatur opera eius, qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius quia in Deo ſunt facta.* In quem locum angelicus doctor ſcribit, notatque non dictum eſſe, à Chriſto. Omnis, qui male egit de futuro, ſed agit de præſenti, quia ſi quis, inquit D. Thomas, male egit tamē pœnitēs, & vidēs ſe male feciſſe, dolet, nō odit lucem, omnis tamen, qui male agit, ideſt, in malo perſeuerat, non dolet, neque ad lucem venit, ſed eam odio habet, non quatenus lux eſt, ſed quatenus per eam manifeſtatur ipſe. Quemadmodum enim (vt in eodem loco animaduertit. Diuus Chryſoſtomus.) latrones cum domum aliquam diripiunt, rapinisque exhauriunt, dolent maxime quolibet adueniente lumine, quia ita omnium oculis patefiunt, ſic peccatores, qui vere fures ſunt, ſiquidem honores, diuitias, & voluptates contra Domini voluntatem arripiunt, lucem quidem effugiunt, ipſumque veritatis lumen deteſtantur, eo quod ſua furta, & latrocinia veritatis ſplendore prodeunt, in lucemque proferuntur. Iccirco Diuus Paulus. *Abijciamus, inquit, opera tenebrarum.* Peccata ſane vocat opera tenebrarum, quia in tenebris committuntur. Sicut poma hyemalia dicimus, quæ hyemali tempore leguntur, verna vero, quæ vere producuntur, item aues nocturnæ vocantur, quæ nocte volitant, diurnæ autem, quæ in ipſa die, ac luce volant, & modulantur, ſic etiam opera mala opera tenebrarum, & noctis appellāntur, bona vero, & ſtudioſa dicuntur opera lucis, & diei, propterea quod illa in noctis caligine perpetrentur, tenebrisque gaudeant, hæc autem lucem, diemque ſequantur, & diligant. Solet quidem turpis ac deformis fœmina pulchrum, & chriſtalinum ſpeculum à ſe reiicere, non ex eo quod illud malum ſit, ſed quia in eo ſui vultus fœditas, ac deformitas eluceat, eodē ſane modo flagitioſus homo veritatis lucem odit, non quod veritatem aliquid turpe eſſe iudicet, ſed quoniam in ea tanquam in ſplendidifſimo quodam ſpeculo ſuorum peccatorum fœditas, & turpido reſplendet.

Prou. 15.
num. 13.

Hinc etiam fit, vt ille odio prosequatur eos, qui sibi veritatem clarè enuntiat. Vt enim salomon affirmat. *Non amat pestilens eum, qui se corripit, nec ad sapientes graditur* id est, improbi, & scelerati homines nulla ratione eos diligunt, qui eorum flagitia vere detegunt, ideoq; nolunt studiosos, & sapientes viros consulere, neque eos confessarios, aut concionatores audiunt, qui palam veritatem aperiant, & suæ sanctitatis atq; doctrinæ lumine eorum crimina patefaciant, sed ad eos confugiunt, qui prauitatis, & ignorantie tenebris oppleti, nesciant peccatorum caliginem depellere, neq; possint conscientias illuminare.

Mat.

Spreuit quidem Herodes, ac detestatus est sanctissimum Baptistam sibi clare obijcientem. *Non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Cum vero nollet Herodes tantæ veritatis lucem aspiciere, tamquam is, qui lucernam abscondi iubet, sanctissimum Ioannem, *Qui lucerna erat ardens, & lucens*, in carcerem detrudi præcipit, & tandem vita priuat, sicut qui lucernam oculis suis molestam extinguit.

Ioan.

Displicuerunt sane Hierosolymitanis D. Stephani sermones, quibus manifeste illos in hunc modum increpabat. *Dura cervice, & incircuncisis cordibus, & auribus vos semper spiritui sancto resistis, &c. Audientes enim illi hæc verba, dissecabantur cordibus suis*, inquit, scriptura sacra, & stridebant dentibus in eum, & tantum impetum fecerunt inimice in eum, & lapidauerunt eum. Sic etiam Acab Micheam Ieremiam, Esaiam, aliosq; prophetas odio habuit, eo quod perspicue, quæ vera essent, enuntiarent.

Acto. 7.

§ 1.

Et vero nihil æquè gratum, atq; vtile sacri verbi præcones, confessionumq; auditores hominibus faciunt, quam cum eis clare veritatem proponunt. Singularem quidem gratiam Nathan in Dauidem contulit, cum illum planè, & sine vllis tegumentis alloquutus est, perstiterat enim Dauid in suo peccato integro ferme anno, nequè de eo expiando curabat, venit ad eum Natnan, & peccatum illud obscure, & parabolice ei opposuit, nequaquam tamen acquieuit illi Dauid, neq; eum sui sceleris pœnituit. At vbi primum manifesto obiecit ei peccatum, quod patrarat, maximo animi dolore affectus Dauid, *Peccavi*, inquit, & tanto dolore cordis tactus fuit, vt sui sceleris veniam obtinuerit statim.

2 Re 12
num. 1

QVOD cum ita se habeat, illi concionatores, ac confessarij nobis audiendi, & diligendi sunt, qui veritatem nullis tegumentis inuolutam

inuolutam nobis ante oculos ponunt, qui æternam damnationem ijs, qui flagitijs adhærent, neq; restitutionem faciunt, minitantur, qui absolutionem, cum expedit, differunt, & animi pericula planè manifestant. Si enim grauissima ægritudine laborares, & ad eam curandam opus esset, remedium citissime adhiberi, velles ne medicum dissimulatione uti? aut silentio, vel verbis quibusdam obscuris ægritudinem dissimulare? Aut si quis mortem tibi machinaretur, vel aliqua ratione pararet insidias, an hæc tibi occultari pateris? Nonne gratiam illi cumulatè referres, eumq; magno amore complectereris, qui tui te periculi certiolem faceret? Magnum ergo tibi beneficium præstat concinator, aut confessarius, qui aperte, & palam tui animi vulnera patefacit, qui æternam, quam subiturus est, damnationem, si in turpitudine perstes, tibi ante oculos proponit, gratum te huiusmodi homini præbe. Dolent enim modo, & magnis se lamentationibus tradunt damnati, eo quod obscure ipsis veritas proposita sit. *Errauimus*, inquit, *à via veritatis & iustitiæ, lumen non illuxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis* Ac si dicerent nunquam putauimus, neq; cogitatione cõprehendimus, tam grauibus tormenti nos esse cruciandos, neq; ab aliquo clare tanti (spuplici) acerbisatem accepimus. Quam obrem palam vobis enuncio, o peccatores, æternis, & acerbissimis cruciatibus esse torquendos, nisi vos ipsos, turpitudine relicta, ad honestam vitæ rationem receperitis, ne obsecro, clarissimum veritatis lumen, quod vobis ante oculos proponitur, extinguatis. Sed aspiciate hanc lucem, & pro certo habete, nullo modo vos fore saluandos, nisi pœnitentiam egeritis itaq; si debita non soluitis, si non parcitis inimicis, si non ab occasionibus receditis, si non famam & honorem ablatum restituitis proximis, omnes similiter peribitis, si vero pœnitentiam agitis, & quæ ad illam pertinent ad impleueritis, in summi Dei gratiam, & amicitiam redibitis, eiusque gloriam, ac beatitudinem facile comparabitis.

Sap. 5. n. 6

liiii

3

CON-

CONCIO QUINTA.

Primus discursus, in quo quis sit unusquisq. ex suis operibus, dignoscendum esse, monstratur.

(.?.)

Thema.

Opera que ego facio in nomine Patris mei, hoc testimonium perhibent de me Ioan. 10.

Ioan. 3.

Ioan. 10. nu. 38.

Ioan. 14. nu. 11.

MULTI quidem optarunt Christum Dominum agnoscere, & quis ille esset, sapius exquisierunt, plerumq. tamen Seruator noster eos ad ipsa opera reijciebat. Atq. iccirco cum illi, qui in sanctissimi Baptistæ disciplinam se tradiderant, ab eo quærent, Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Satisfecit ille huiusmodi interrogationi præclaris quibusdam miraculis in eorum conspectu editis. Ac si diceret, res ipsa declarat, quis ego sim. Cum etiam in disputationem adduceretur à Iudæis, an ipse esset filius Dei, respondit illis Iesus. Si mihi non creditis operibus credite, id est, si meis verbis fidem non habetis, operibus saltem habete: item cum alloqueretur suos discipulos, ipsiq. se eiusdem naturæ cum patre esse, ostenderet, dixit eis. Non creditis, quia ego in patre, & pater in me est: alioquin propter opera ipsa credite. Sic etiam in hodierno euangelio, cum humani generis seruator à Iudæis interrogaretur, an ipse esset Christus. Opera, inquit, que ego facio in nomine patris mei, hoc testimonium perhibent de me.

Præclarum sane testimonium ad vniuscuiusq. vitam, moresq. cognoscendos, ex operibus desumitur. Cum enim habitus virtutum & vitiorum in animo inhæreant, nequeunt corporeis oculis cerni, quo circa ex operibus, quæ ab illis proficiuntur, hominum mores dignoscemus. Eumq. superbum, & arrogantem iudicabimus, qui

qui fastidio, arrogantia, animiq. elatione effertur, qui de se magnifice, & gloriose loquitur, qui nullam deniq. sui honoris iacturam fieri patitur, illum vero animi submissione præditum esse censuimus, qui supplicem se omnibus præbet, qui de se humiliter, ac demisse sentit, & loquitur, & honores, munera, ac dignitates aspernatur. Auarum autem illum reputabimus, qui nimium pecuniæ studet, es alienum non dissoluit, parce & tenuiter se cum suis domesticis gerit, & nullam, vel exiguam elemosynam pauperibus elargitur. Munificum vero, & liberalem appellabo, qui in dandis muneribus prolixus, in soluendis debitis fidelis, in egenorum inopia subleuanda benignissimus est. Magnum item experimentum sumimus ad iudicandum sceminam aliquam pudicitie studiosam esse, cum illa se se recipit, & cum ob iustam aliquam causam ei foras exeundum est, demissis in terram oculis, aspectu graui, cultuq. honesto incedit. At quo pacto illa honesta nuncupabitur, quæ omnia ea loca, ad quæ hominum multitudo conuenit, lustrat, & in plateas fuco pigmentoq. delibuta, & fluentibus capillis, procaci quodam vultu, atq. incessu se confert? Quæ Dianæ, ac Celestinæ lectioni studet, & libidinosis, ipurisque colloquutionibus gaudet? Deniq. opera ipsa potiora, & clariora sunt argumeta ad vniuscuiusq. improbitatem, vel prauitatem cognoscendam.

HIVIS autem rei causa, atq. ratio hæc est. Quælibet quidem natura principium est, & origo suarum operationum, hæc enim ab illa tanquam à suo fonte dimanant, quapropter ad cognoscendam rem aliquam abditam, & in ternam, illius perpendimus operationes, ex illisq. in ipsius rei cognitionem devenimus. Quemadmodum præterea illi philosophi, qui de Deo grauitè, & acute disputarunt, summi, ac præpotentis Dei potentiam ex eo perceperunt, quod terram, cælestes orbis, & vniuersum hoc tanta rerum varietate distinctum ex nihilo fluxit, eiusdem etiam sapientiam ex mira totius vniuersi gubernatione, prouidentiam item, ex rerum omnium, quas natura exigit, abundantia, ac donatione, cognouerunt, sicquæ ex manifestis operationibus occultam Dei naturam, & proprietates inuestigarunt. Quod quidem asseruit diuus Paulus. Quod notum est Dei, inquit, manifestum est illis. Id est, quod cognoscibile est de Deo ab homine per rationem, vt interpretatur diuus Thomas, manifestum est illis. Quomodo autem manifesta sint illis, subiunxit Apostolus. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi (id est ab homine) per ea

Rom. I. 19. D. Thom.

Augu ser. 1. 43. de te pote.
simile.
 per ea, qua facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas In quę verba ita scribit, B. Aug. sapiētes gentiū scrutati sunt naturā, & de operibus artificē cognouerunt, prophetā nō audierunt, legē Dei non acceperūt, sed Deus eis quodāmodo filēs, ipsis mundi operibus loquebatur. Interroga pulchritudinē terrę, maris, aeris, cęli, & syderū, solē, & lunā, & alia, quę mouentur in aquis, in terris, in aere. Respondent tibi omnia, pulchritudo enim corū est confessio eorū, ista pulchra mutabilia quis fecit nisi incōmutabilis pulchrior in semetipso. Ex quibus Augustini verbis percipitur, quo pacto Dei attributa, quę oculis videri nequeunt, per visibilia illius opera inotescant. Sic etiā occultę creatarum rerū naturę, & virtutes ex exterioribus earū effectibus dignoscuntur. Cū imaginē aliquā egregijs picturę coloribus, politissimāq, arte expressā atq, illustratā cernis, pictorē laudas, & in ea arte egregiū esse cognoscis, cū vero nullo artificio, nullo ve opere perpolitā vides, illius artificē vituperas, eūq, malū, & incultū esse diiudicas. Eodē modo bonū, vel malū musicū ex bono, vel malo vocū, neruorūq; concentu internoscis, atq, ea ratione artes in hominū animis abditę externis manū operationibus patefiunt. Nō secus virtutū, vel vitiorū habitus, qui exteriori sensu percipi, aut dignosci nequeūt, ex eorū functionibus, hominū sensibus obiectis, percipiūtur. Pręterea illud corpus anima informari dicimus, qđ se mouet, qđ loquitur, vel respirat, illud autē mortuū, & inanime iudicamus, qđ his omnibus caret. Haud aliter in vita morali, cuius quasi forma, & anima est ipsa virtus, & gratia, iudicādū est. Illū enim hac vitā frui existimabimus, cuius animi motus, verba & spiritus cū virtute ipsa coniungūtur. Eū vero, in quo hęc omnia a virtute semota sunt, flagitiosam vitā agere, vel vt melius dicam, mortuum esse censebimus.

Ioann. 10. num. 20.
 CVM humani generis Seruator cęcū illū à natiuitate sanauit, opinionū dissensione Iudęi discrepabant, Alij enim dicebant de Iesu *Demoniū habet*, alij autē inquit. *Hęc verba non sunt Demonium habentis, nunquid Demonium potest cęcorū oculos aperire?* id est non solēt fanatici huiusmodi opera exercere, neq, tā insignia patrare miracula, idē omnino iudiciū de nobis faciendū est, si enim dęmonis opera, moresq; imitemur, energumeni appellabimur Angeli vero, si Angelorum proprietates, ac puritatem æmulemur.

Y. Ioann. 3. num. 17.
 EODEMET argumento vsus est B. Ioannes in sua canonica ad probandū charitatē in aliquo desiderari. *Qui habuerit, inquit substantiā mūdi, & viderit fratrem suū necesse habere, & clauerit viscera sua*

ab

ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei nō diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate. Ac si diceret, etiā si asseras, te Dei, proximiquē amore flagrare, si tamen, cum possis, illius indigentia non subleues, non video, qua ratione charitatis virtute vigeas. Idē & nos omnes de ijs dicemus, qui cū magnas pecunias in ludos, lautitias, supellestilēq; impendant, & in celebrandis conuiujs, ac libidine inseruenda immoderatos sumptus faciant, egenis tamen nullā, aut tenuē opē afferunt, hos enim ab omni misericordia alienos esse plane fatebimur. Qui etenim ignis in sinu absconditus esse potest, quin calorem extra producat? & qua ratione charitas in animo ardebit, & opera ipsa tepescent? operibus sane (vt vulgo dicitur) credendum est.

Pręcepit olim Deus in Leuitico, vt ea animalia immunda haberentur, quę non ruminarent, atq, etiā vngulam diuiderent, qua propter nō modo reijcitur ibi porcus, qui non ruminat, sed etiā equus qui vngulā diuisam non habet. Quis vnquam affirmaret, equū esse animal immundū, si id in eo loco assertum non esset, cū ille elegās potius, ac pulcher phalerisq; ornatus in hominū oculis exulteret? Im mundus tñ à Deo dicitur, vt pote qui vngulā non diuidit. In quo indicatū est nobis, ne in pulchrā duntaxat faciem, preciosumq; corporis ornatum oculos conijciamus, ad iudicium de alicuius vita ferendum, sed ad vngulas, ad manus inquam, & operationes, ex his enim vnus cuiusque vitā internoscenda est. Nam si quis vngulam non diuidat, si quis inquam in suis actionibus prudentia, & consilio nō vtatur (id enim vngulę diuisio significat, vt Theodoretus in eo loco adnotauit) immundū, & sordidū animal est, vitiosus quidem, ac deprauatus iudicandus est, vt vngula, id est, res ipsa demonstrat.

Hinc argumentor ego, immerito conqueri eum, quod de sua fama detrahatur, qui suis flagitiosis operibus detrahendi occasionē prębet: querimonias deferet scemina, eo quod in vicinorum sermonem vituperationemq; veniat, & contra suā æstimationē multa in circulis iactentur. Iure quidē illa suę famę rationē habet, id enim hortatur Ecclesiasticus. *Curam, inquit habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri preciosi, & magni, bona vite numerus dierum, bonum autem nomen permanebit in æuam.* At quo pacto ipsa clari, & honesti nominis celebritate gaudebit, si turpitudini, vitijsq; inseruiat? Pręclaram de sanctissima illa Iudith opinionē omnes imbiberant. Erat illa, inquit scriptura sacra, in omnibus famis

KKKK

sjsi-

Leuit. 11.
num. 4.The. in Le
uit. q. 1. 1.Eccle. 41.
num. 15.Iudi. 8 nu
mer. 8.

ssima, quoniam timebat Dñm valde nequerat, qui loqueretur de illa verbū malū. Cuius rei causam sacræ litteræ reddunt. In superioribus, dicunt, domus sua fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur, & habens super lumbos suos filicium, ieiunabat omnibus diebus vite sue præter sabbatha, & neomenias, & festa domus Israel. Ecce vobis rationē, ob quā omnes de illa bene senserint, tu vero cum delicijs, oblectationibus, lauticijs, vanisque fermūculis dedita sis, quo pacto poteris honestā apud vicinos æstimationē habere? Et cū turpissimā Venerē imiteris, quā ratione honestissimæ Iudich famā, nomē quē comparabis?

Conqueretur grauius sacerdos propterea quod multi eū in cōuiuijs rodant, & in circulis maledico dente carpant, ipsumq; turpitudinis arguant, non tamen ille considerat se suis flagitijs occasionē obtrektoribus dare, vt eiusmodi sermunculis illius æstimationē violent. Si intēpesta nocte urbē lustras, & pelliciū domūculas circuis, si noctu armis instructus, diu vero precioso cultu eleganter ornatus incedis, qua ratione vis in bona apud homines existimatione esse. Quī boni, & honesti ecclesiastici nomen habebis, cū vitā indignā quidē eō, qui ecclesiæ, Deoq; ministrat, traducas? Piē, & honeste, vt sacerdotē decet, viuas, si præclari sacerdotis fama affici desideras. Non enim homines ex sacerdotali cultu, sed ex sacerdotum operibus eorū vitā probant. Cū sanctus ille Samuel voluit suū factū Israelitis probare, non proposuit illis sacerdotale munus, quo per plures annos functus fuerat, sed egregias, atq; studiosas operationes, quas præstiterat. Loquimini, inquit, de me corā Dño, & coram Christo eius, verū bobē cuiusquā tulerim, aut asinum, si quēpiā calumnia tus sum, si oppressi aliquē, si de manu cuiusquā munus accepi. Hac ratione sui consilij causam reddidit, suumq; factū optimū esse ostēdit, & vero quoniam ille eximie virtutis erat, nullus extitit, qui ei crimen aliquod obiecerit. Itaq; si tuā famā tueri velis, animū à vitijs auoca & turpitudine relicta ad honestā vitæ rationem te recipe, bonam enim vitam bona item fama consequetur.

*1. Reg. 1.
num. 3.*

Serua-

Secundus Discursus docet in vita, moribusque cognosci, an Deus sit, nec ne.

(.?)

Thema. *Opera, quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Ioan. 10.*

ILLVD extat maximum Seruatoris nostri in homines beneficium, eos nimirum Dei optimi maximi domicilium constituisse. *se. anima enim iusti sedes est sapientie.* Scilicet Dei, qui summa sapientia est. Dixit olim Dominus apud Esaiam, *Cælum sedes mea est, terra autem scabellum pedum meorum.* At nō gloriabitur deinceps cælum ex eo quod ipsum duntaxat sit diuinæ maiestatis thronus, nequē contemnet terram quasi solum sit scabellum pedum Dei, iam enim in ipsa terra sedes, ac domicilium immortali Deo paratur, animus nempe iusti, in quo ipse summus Deus præcipua quadam ratione habitationē habet. Felix igitur, & fortūatus animus, cui Christus Dñs. *Veni, inquit, electa mea, & ponam in te thronum meum.* Sublimior enim est huiusmodi anima, quam præstantissimi terre principes, qui in editissimis, auratisq; tronis sedent.

*Esai. 66.
numero. 1.*

Cant.

At quo pacto cognoscemus vtrum seruator noster in nostris animis habitet, neq; enim tantum hospitem dissimulatione possimus occultare. Cū Seruator noster in Tyro, & Sydone vesaretur, vt scribit. B. Marcus. *Ingressus quandā domū, neminē voluit scire, sed nō potuit latere.* Poterat quidem latere, si omnino latere voluisset, noluit tñ, sed eo modo ingressus est, vt licet ipse se manifestum facere noluerit, non tamen obstitit, quin ab alijs diuulgaretur. In quo quidem docemur Christum, non omnino posse occultari, cū præsens est hominum animis.

*Mar. 7.
nume. 24.*

QUEMADMODVM enim, qui odoriferum pomum secum affert, licet illud retrusum, & reconditum habeat, odoris tamen

Simile.

KKKKK 2 sua-

2. Cor. 14

Ansel. ibi.
Orig. su-
per. Gen.
hom. 2.

suauitas, quæ ex eo efflatur pomum ipsum manifestabit. Sic etiam iustitas, in cuius animo Dominus laetetur, etiam si illum in abdito, & abscondito loco videatur abscondere, cœlesti tamen odore, quem ex se emittet, ille necessario patefcet. Quod testatur Apostolus, cū ait: *Deo autem gratias, qui semper triumphat* (id est, triumphare facit) *nos in Christo Iesu, & odorem notitiae suae manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus Deo in his, qui salui sunt, & in his qui pereunt* Quæ verba ita D. Anselmus interpretatur. Puritas nostræ conuersationis Christum redolet, & prædicationis nostræ longe, lateq; spirat fragantia. Origenes vero. Peccatum, inquit, res foetida est, unde & peccatores porcis comparantur, qui in peccatis uolunt in stercore foetido uolutantur. Si quis ergo uestrum est, in quo odor peccati iam nullus est, sed odor iustitiæ, suauitas misericordiae, Christi bonus odor est. Hæc ille. Videntes igitur homines Apostolorum patientiam, & miram in subeūdis laboribus tolerantiam, vere, inquam, hi auditores Christi sunt, qui incredibili quadam animi tolerantia grauissimos cruciatus pertulit, intuebantur eorū in proximos charitatem, ardentissimumq; humanæ salutis studiū, & afferebant certo, illos in Christi disciplinam traditos esse, ille siquidem tanta flagrauit charitate, tantoq; animorum ardore, ut non dubitauerit eorum causa plurimis se laboribus, ac periculis obijcere, & cum ab illis in crucem contumeliose ageretur, pro eis preces ad æternum patrem effundere. Deniq; ea uitæ integritas in Apostolis elucebat, ut omnes planè cognoscerent, eos cœlestis, & odoriferum Christi pomum secum afferre quo in omni loco, & quacunque pergerent, suauissimum Christi odorem ex se emitterent.

Simile.

Tunc igitur Christum in hominum animis esse colligimus, cum illi Christi odorem reddunt, illiusq; mores, ac virtutes imitantur. *Opera, inquit Iesus, quæ ego facio, testimonium perhibent de me. Quem admodum ergo ille ex suorum operum dignitate, atq; præstantia, ex suæq; uitæ integritate notus omnibus reddebatur cū erat in terris, sic etiam cum ipse in homine supernaturali gratia ornato præcipue habitat, ex hominis sanctitate, præclarisq; operibus in eo esse concludimus. Præterea sicut in naturali uita uis, & natura formæ, quæ abdita est, ex exteriori effectu percipitur. Cum enim cernimus hominem intellectu, discursu, & ratiocinatione uti, ipsum anima intellectu, discursu, ac rationali præditum esse dicimus, ita in supernaturali animi uita, ex actionibus exterioribus*

ad

ad internæ formæ cognitionem deueniemus, eumquæ diuina hac Christi uita frui iudicabimus, qui uirtute, & moribus Christi uitam exprimit, & ad eam studiosis operibus, quoad eius fieri possit, se conformat. *Si igitur spiritu uiuimus, inquit Apostolus, spiritu & ambulemus, si in Christo uiuimus, in Christo ambulemus. Qui enim dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.* Ait Ioannes. Quo in loco ait S. Thomas id est debet se in uia morū ei conformare, ut possit dicere illud Iob. 23. *Vestigia eius sequutus est pes meus*, glossa. Hic in uia iustitiæ, charitatis, & patientiæ, & oratio pro inimicis sicut ipse orauit, hæc est uia cœli, non sæculi, Dei, non mundi, hæc sanctus Thomas.

Ad Galat.
5. u. 25.
1. Ioan. 2.
nu. 6.

IDEM a Diuo Paulo egregie explicatum est. *Flecto, inquit, genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ut det nobis secundum diuitias gloriæ suæ uirtutem corroborari per spiritum sanctum eius in interiore homine Christum habitare per fidem in cordibus uestris in charitate radicati, & fundati* Ac si diceret, obsecro Deum immortalem, ut spiritus sancti uirtute uestros animos afficiat, & ipse Christus Iesus in illis habitet per fidem. Sed qua ratione? firmissimam uobis charitatem donando? in qua radicati, & fundati sitis. Ecce uobis Christi Domini uestigium in animo remanens, firmam nimirum charitatem, quod si animus charitate munitus est, in ipsis sanè operibus illius splendor elucebit. Nam, ut idem Apostolus asserit, *charitas patientis est, benigna est.* At uero, quoniam ille, qui in charitate manet, in Christo etiam manet, & Christus in eo, ideo ex illius operibus, tanquam ex odore ex Christo Domino emisso, in illo Christum habitare conficimus.

Ephes. 3.
nu. 14.

ICCIRC Oait B. Petrus. *Dominum Christum sanctificate in cordibus uestris. Quid uero sibi uult, sanctificate? An nos possumus Christum Dominum? Ille quidem potest nos omnes sanctos reddere, in nobis siquidem gratia, & ueritas per Iesum Christum, qui plenus est gratia, & ueritate. Qua ergo ratione nos illum, qui totius sanctitatis fons, & origo est, sanctificabimus? Angelicus sanè doctor ita B. Petrum interpretatur. Sanctificate, id est, sanctum ostendite, pateat omnibus, Christum sanctum in uestris animis esse, si igitur uos Christi discipulos, Christianæq; religionis professores esse asseritis, illumq; uestris animis præesse fatemini, in illius uestigijs insistite, eamq; uitæ integritatē, morumq; sanctitatem amplectimini, ut qui uis etiam ethnicus, & infidelis ex uirtute, & moribus ue-*

1. Pet. 3.

D. Tho. ibi

KKKKK 3. stris

stris Christum in vobis esse cognoscat. Quod si opera tua sancta, & honesta non sunt, ne dicas in te Christum habitare, iniuriam enim ei facit, qui Christi domicilium in fordido, ac flagitioso animo situm esse asserat, *Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras? quæ autem conuentio Christi ad Belial?*

2. Cor. 6.
nu. 15.

Mar.

ET quidem flagitiosa vita satis indicat, Belial in animo esse, Christum vero non item. Detulit quidem homo filium suum engumennum, vt ei humani generis seruator curationem afferret, quæ in hunc modum alloquutus est. *Magister attuli ad te Filium meum habentem spiritum mutum, qui vbiq; eum apprehenderit, allidit illum, & spumat, & stridet dentibus, & arescit, & frequenter eum in ignem, & in aquam mittit.* Hi sunt effectus hominis dæmonium habentis. Ex quibus perspici potest, quis nam dæmonium habeat. Primum quidem distorsiones, ac gesticulatiões effecit. Et quid aliud sunt sceminarũ admodũ suppositi fuci, pigmẽta. Quid tot inordinatiuictus, cultusq; differentia ab effrenata cupiditate, ac libidine excogitata, nisi quædam dæmonis gesticulatiões, quas Deus maxime detestatur? Deinde in ignem, & in aquam mittit. Iã enim dæmon in ardentissimum iræ, & libidinis ignem flagitiosum hominem conijcit, iam vero in deliciarum, oblectationumq; aquas eum demergit, & deniq; illum mutum reddit, adeo vt non patiantur eum scelera, quæ commisit, patefacere, & in sacramento confessionis aperire. Ex his ego effectibus, qui à terribissimo humani generis hoste in hominum animis efficiuntur, dæmonem horum animorum incolam esse colligimus. Qui vero multo se vino ingurgitat, & nimio vititur cibo, qui suæ item libidini inseruit, ac deniq; qui vltorem se præbet, & honorem auide aucupatur, non Christi, sed Bacchi, Veneris, Iouis, vel Luciferi domicilium, sedesq; dicitur, vitam ergo instituite Christiano homine dignam. ex hoc enim percipiemus, Christum modo vestros animos incolere, & posthac ad æternum eius domicilium vos fore migraturos.

*Feria 6. Post Dominicam quintam
quadragesima.*

CONCIO PRIMA.

Primus Discursus contra detractores.

Thema. *Collegerunt Pontifices, & Pharisei concilium, &c.*
Ioan. 11.

AD hodiernum concilium ineundum ansam, & occasionem præbuerunt quidam ex ijs, qui eo tempore interfuerunt, vbi Christus Dominus Lazarum diuinitus reuocauit ad vitam, qui illi miraculo permoti, non eam, quam deberent, ingressi viam, abierunt ad phariseos, vt Ioannes Euangelista refert, & dixerunt eis, *qua fecit Iesus.* Non quidem admirantes, vt notauit Euthymius, sed tanquam de præstigiatore calumniantes: atq; vtinam miraculum, prout factum est, enarrassent, adeo enim excellens illud fuit, vt eo audito, durissimus quisq; animus leniretur, & quicumq; quãtũuis cæci dicerent. *Digitus Dei est hic.* Hoc tamen est obrectatorum hominum ingenium, vt aliorum virtutes taceant, & si aliquod in eis crimen possint confingere, maledico dente carpant. Quod si tunc maleuolorum sermunculi iactabantur, hac etiam tẽpestate iactari, quis est, qui non videat? Hinc quidẽ iræ, rixæq; idem excitantur, & quauis nullum aliud incommodum ex detractationibus emanaret quam quod proximis inter se se ad iram incitãt, satis profecto hoc esset ad obrectatorum linguam cohibendam, ac refrænandam. Aliud tamen valde pertimescendum ex hoc capite dænum proficiscitur. Si etenim alicui irã excites in suũ proximũ de illo maledice detrahens, præpotẽtis etiã Dei indignationẽ cõtra te ipsum auges. *Sex enim sunt, quæ odit Dominus sapientissimo Salomone*

Prout. 6. mone testante, & septimum detestatur anima eius. Hoc autem septimum subiunxit Salomon, dicens: *Qui seminat inter fratres discordias.* Mirum sane est, cum inter ea, quæ odio Dominus prosequitur manus effundentes sanguinem innoxium, & testem fallacem, Salomon assignauerit, cum præcipue Deo infensum, atq; inuisum dici, qui discordias inter fratres, idest inter proximos seminat. *Septimū,* inquit, *detestatur anima mea,* alia sex odio habet, hoc vero detestatur, idest, maximo, & ardentissimo odio prosequitur. Ecce tibi, quæ compares utilitatem ex eo, quod alicuius odium tuis detractionibus in suum proximum concitaueris tibi sane maius, quam alteri in commodum peperisti, quippe qui diuinam in te irā cōmouisti, quæ multo magis formidanda est, quam omnium hominum indignatio, quam maleuolis tuis fermunculis incendisti, perfungens in hac re. Dæmonis munere, cuius semper officium in zizanijs atq; inimicitijs seminandis positū est. Acriter comminatur huiusmodi detractoribus Dominus dicens. *Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tue ponebas scandalum.* Hæc fecisti & tacui, existimasti iniquè quod ero tui similis arguam te, & statuā contra faciem tuam. Cassiodorus hoc in loco fratrem & filium matris proximum, interpretatur, natura enim fratres sumus, & maxime Christiani. Contra eos ergo qui de proximis detrahunt, ait, sedens ei videtur cū ijs otiosis loqui qui sedent in angulis platearum de alienis vitijs semper inquirentes & murmurantes, sedent, & aduersus proximos loquuntur, & scandalum præbent, & ijs coram quibus detrahunt, & his de quibus detrahunt, si ad notitiam illorum res deueniat, & tamen ij quasi se nihil mali agere videntur, nec scrupulū aliquem concipiunt, sed statim detractionis obliuiscuntur, at non obliuiscitur Deus. *Existimasti,* inquit, *iniquè, quod ero tui similis,* in die mortis tuæ, *arguam te,* & oculis tuis criminis deformitatem videris, quod quasi nihil faciebas, & de verbis leuiter dictis non leues penas dabis. Animi gratia detraxisti, sed in amaritudine animæ tuæ murmuris damna perfolues. O inutile peccatum, & tamen grauiter puniendum.

HVIC grauisimo malo, & peccato difficile remediū adhiberi potest, facile sane illud in hominum animos serpit, quia hilaritatem atq; oblectationem præferunt, animi gratia inchoari solet, & sine animæ gratia finire solet, nā cū familiares sermones conferuntur, contingit sepe huiusmodi obtrectatores de omnium honoribus detrahere, & virginum, illustriumq; virorum existimationem rodere.

dere. Neq; aliquis in ciuitate reperietur, quem illi in vituperatione non adducant, cuius famam non libere carpant, ac maledico dente vituperent. Qui quidem cum ab his detractoribus in integrum restitui fama debeat, difficillime ab eis efficitur, ægre enim ferunt, cum ipsis confessarij præcipiunt, vt vel se ipsos reuocent, & falsam orationem recantent, vel eorum famam, de qua in circulis maledice detraxerunt, in primum statum restituant, vnde in casus inextricabiles incidunt. O miseros vos, atque infelices, in magnas enim adducemini angustias, cum iudicium de hac re proferatur. Arbitror æquidem plures obtrectatores adeo difficile ab hoc se crimine omnino posse purgari, vt multi eius rei causa sempiternis supplicij addicantur. Si ergo huiusmodi angustias vultis effugere. *Cohibete linguam vestram à malo, & labia vestra ne loquantur dolum.* Otiū ex quo præcipue hoc malum nascitur, detestamini. Animaduertite quem exitum habuerint eorum fermunculi, qui miram Lazari resurrectionem fictæ, & falso retulerunt, irritauerunt enim iudices, & illorum in Christum odia ita concitarunt, vt concilio inuito, turpissima & acerbissima morte ex eo Christus exeat condemnatus.

Secundus Discursus est contra eos, qui ingrati erga Deum optimum maximum extiterunt.

(?)

Thema. *Collegerunt Pontifices, & pharisei concilium.*
Ioan. 11.

NUMQUAM sane concilium adeo iniquum in toto terrarum orbe, neq; in ipsis inferis coactum est, ac illud, quod hodierna euangelij historia commemorat. Cum in eo de innocentissimo Iesu damnando, ac de acerbissima illi morte inferenda, agatur. *Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis Prophetas, qui ad te missi sunt. In quantam cæcitatē, & miseriam paulatim deuenisti.* Extat iam

LIII diui-

diuinū Christi Domini vaticinium, quod dudum ab illo in parabola vineæ propositum tibi fuerat, cum primogenitus ille, qui in vineæ hæreditatem venturus erat vulneribus ab agricolis confossus, vita priuatus est crudelissimè. Venit enim primogenitus, atq; vni- genitus æterni Patris filius, totius humani generis assertor, vt fructus suo patri debitos reddat, tu vero perulantissima quadam audacia, iniultissimam ei mortem machinaris.

AT, inquiramus, si placet, huius amentie, præcipitq; consilij causam, & rationem: qua in re innocentissimus Iesus infestus est illis, ob quam illum atrocissima morte velint afficere? *Hic homo, in- quiunt, multa signa facit. Ecce vobis Saluatoris nostri homicida, furta, & sacrilegia, quorum causa ille grauissimo mortis supplicio con- demnetur, & cum Iudæi illum sæpe calumniose in examen adduxe- rint, ab eo percontantes, utrum liceret tributum dare, Casari, an non? illius etiam sententiæ adulteram scæminam subijcientes, peren- tes item ab eo, vt cæleste aliquod signum palam ostentaret, eo ani- mo vt quoquomodo possent, eum per calumniam, ac malitiam ac- cusarent, alijs præterea modis falsa in eum crimina intendentes, hoc vnum Iesu Christi crimen ad iudices deferunt, nimirum. *Hic homo multa signa facit.* Et cum plura, ac magna edat miracula, mortuos ad vitam reuocet, Dæmones ab humanis corporibus expellat, cæcis visum, surdis auditum, ægrisquæ, sanitatem restituat, cum inquam hæc, & alia diuinitus efficiat. *Quid facimus* inquirunt. At, quid erant facturi, nisi gratos se illi, memoresquæ præstando, meritam ei gra- tiam pro tãtis beneficijs persoluere, & illius se totos obsequio sem- piterna grati animi beneuolentia tradere. Id tamen nequaquam præ- stiterit, quin potius tantorum beneficiorum immemores, accerbis- sima nece Christum Dominum condēnarūt.*

HANC ergo gratiam homines immortalī Deo referūt, pro his quibus ab eo affecti sunt beneficijs. Neque ingrati animi vitio Iudæi solum notati sunt, sed plures etiam Christianæ fidei assertores eadem culpam susceperunt, a quibus idemmet Christus eodem modo dānatur, vt Diuus Paulus testatur de nonnullis flagitiosis, hæc verba faciens. *Rursus crucifigentes sibi metipsum filium Dei & ostentantes* In quem locum ita scribit Diuus Thomas: Christianus qui post baptismum susceptum iterum peccat, iterum quantum est ex se Christum crucifigit, quia Christus pro peccatis mortuus est, ergo quando baptizatus peccat, dat occasionem quantum in se est, vt iterum Christus crucifigatur, quia illius mortis causam repetit,

&

& quia humani generis vindex pro omnibus peccatis mortuus est, qui iterum peccatum committit, iterum etiam videtur ad Christi Domini crucem, necemquæ concurrere. Quot vero sint qui hoc modo Christum Dominum crucifigunt, quis ignorabit? O incre- dibilem hominum amentiam? O rem asiduis lachrymis deploran- dam? Merito sane obijciam vobis verba illa, quæ Moyses olim ob- iecit. *Generatio praua, & peruersa, baccine reddis domino popule stulte, & insipiens? Nonne ipse est pater tuus, qui possedit te & fecit, & creauit te?* Hæc verba dicta sunt à Moysse propter ingratos Israelitarum animos, qui cum plura, ac maxima à Deo beneficia accepissent, ip- sum tamen offensis, ac criminibus irritabant. Quod si illos, in quos nondum summum illud nostræ reparationis beneficium a Deo optimo maximo profectum erat, tam grauitè reprehendit Moy- ses, eosq; stultos, & amentes appellat, eo quod immortalī Deo tam bene de se merito gratiam non referant, quanto potiori iure ingratos illorum animos grauitè increpabimus, qui tot adhuc be- neficijs à Deo acceptis, grauissima contra illum crimina commit- tunt.

DVPLICEM ingrati animi culpam dicit esse Beatus Au- gustinus. Altera est, cum beneficium nequæ gratia excipimus, nequæ beneficio remuneramus. Altera vero, cum pro bono in nos collato aliquod malum persoluimus, & hanc secun- dam vocat Augustinus malignitatis profundum. Vt enim sum- mæ benignitatis est, bonum pro malo reddere, quod cu- mulatissime Christus Dominus præstitit, cum in crucem actus pro crucifixoribus rogauit, ita etiam eximie, & maximæ prauitatis, ac malignitatis est, vt loquitur Augustinus, malum pro bono red- dere.

ÆGRE profecto fert immortalis Deus huiusmodi cri- men, atquæ iccirco de illo grauitè conquestus est apud Da- uidem. *Pro eo, inquit, vt mediligerent, derrahabant mihi. Posue- runt aduersus me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.* Quem psalmum de Christo Domino intelligendum esse asserit. B. Augustinus idq; probat, quia idem psalmus de Christo Domino effertur in primo capite actuum Apostolorum. Queritur ergo hu- mani generis vindex, eo quod sua in Israelitas beneficia peccatis, & flagitijs persoluerentur. Eandem de te querelam merito ille deferret, cum ingratisissimus eidem existens, omni te turpitudini de- das.

LIII 2

Cum

Ad Hebræ.
6. num. 6.
D. Th. ibi.

Deut. 32.
numer. 6.

Augu sup.
psal. 108.

psal. 108.

Aug.

Luc 17.
num. 7.

CVM humanæ salutis auctor decem illis leprosis curationem attulit, vnus tantum extitit, sacro Euangelista ita referente, qui debitam Deo gratiâ pro tanto beneficio persolueret. Quamobrè Christus Dominus subiunxit, *Nonne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt? non est qui redderet, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena?* Animaduertite ergo, quo pacto gratiam, quæ pro beneficio ab illis præstari posset Christus, desideret, simulq; aduertat non Israelitas, sed Samaritanum solum gratum, ac beneficij memorem se præbuisse. Expendit enim ingrati animi vitium in his potius, quam in illis hominibus: strictiori enim vinculo deuinctus est Christianus quàm ethnicus ad gratiam. illi pro quo cunq; beneficio cumulate reddendam. Conquestus est igitur Christus Dominus, quòd nouem illi leprosi, quibus ipse sanitatem reddiderat, tanti sint beneficij, immemores. Non ex eo queritur, quod illi pro eo bono malum reddant; sed quia gratiam ipsi non habeant. Si ergo præpotens Deus ita conqueritur de his, qui beneficia ab eo in se collata obliuiscuntur, quas idem querelas deferet in eos, qui & gratiarum immemores sunt, & beneficia maleficijs persolunt, quod, vt ex D. Augustino paulo altius diximus, profundum est malignitatis. Si gratiam à leprosis præstari exigit, & quod eam non habeant, conqueritur, cum eorum tantum corporibus curationem adhibuerit, iustius a nobis gratiarum actionem requiret, & ingratum nostrum animum reprehendet, qui & animæ etiam salutem, pluraq; alia, & potiora beneficia ab eo accepimus, nec vllam tantorum meritorum partem aliquo modo referre, sed nec cogitare quidem tanta beneficia, aut grata aliqua memoria colere, curamus.

Mich. 6.
num. 3.

QUESTVS est etiam Deus per Michæam prophetam Israelitico populo obijciens: *Popule meus, quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? responde mihi. Quia eduxi te de terra Ægypti, & de domo seruentium liberavi te, & misi ante faciem tuam Moysen, & Aaron, & Mariam.* Ac si diceret, cur mihi inuisam hanc gratiam refers pro tantis, quibus te cumulavi, meritis? Quanto potiori iure immortalis Deus se ingratis nostris animis queribundum præbebit, cū sua in nos promerita multo maiora, atq; excellentiora existant, quam ea quæ facta sunt Israelitis. Si enim illos à graui Ægyptiorum seruitute eduxit, nos etiam à crudelissimis Dæmonum manibus eripuit, si illos ex Pharaonis tyrannide, quo misere capti tenebantur in libertatem afferuit, nos à dira seruitute, qua nos immanissimi

mus

mus humani generis hostis premebat, abduxit, & ad iucundissimam incolumitatem reuocauit, si ducem constituit illis Moysen, sacerdotem vero Aaron, nobis dedit Iesum, qui noster esset dux, summusq; sacerdos: Si Mariam sororem Moysis vatem illis concessit, nobis etiam sanctissimam eius matrem Mariam tantquam aduocatam, & patronam præbuit, quæ quidem summo studio nostri patrociniū suscipit. Iure igitur de nobis conqueritur, ac dicet, *Popule meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? responde mihi, cur tot in me ipsum crimina commisisti? cur te ita mihi ingratum ostendis? Responde mihi.*

VOS vero fratres cum clare perspiciatis, iustè huiusmodi querelas a Deo delatas esse, si aliqua vobis turpis cogitatio obrepserit, vel aliqua se occasio peccandi obrulerit, vobiscum ipsi cogitate, quanta Dei promerita erga vos ipsos extent. Quod sanctissimus ille Iosephus considerasse fertur, cum eius animus excitabatur, vt Pharaonem Dominum suum, & immortalem Deum offenderet. Reputans enim secum ipse ea beneficia, quæ à Pharaone in ipsum profecta erant: *Eccè, inquit, Dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat, quid habeat in domo sua, quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Dominum meum?* Præclaram sane imitationem reliquit nobis Ioseph ad effrænatas libidines cohibendas quæ quidem cum vrgeat, cogitate animis vestris, quid habuit totius vniuersitatis parens, ac Dominus, quod homini non commiserit? *Omnia subiecit sub pedibus eius, oves, & boues vniuersas, &c.* Diuinas etiam mentes meum patrociniū, ac defensionem iussit suscipere. Vni genitum suum filium cœlestibus diuitijs affluentem mihi tradidit, & cœlum deniq; æternamq; foelicitatem mihi perfruendam parauit. *Quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Dominum meum?* Non acquiescam tibi, vade retro satana, Deum meum diligam, colam, illiq; soli seruiam, qui gratiam mihi, æternamque beatitudinem donabit.

Gene. 39.
num. 8.

CONT.

CONCIO SECUNDA

*Primus Discursus in quo explicatur,
quam difficile obstinati
animi durities.*

curetur

(?)

Thema: *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?*
Ioan. I I.

MVLTVM quidem valent miracula ad persuadendam veritatem, animosq; conuertendos, illa enim in magnam omnes rapiunt admirationem, in ipsisq; Dei digitum esse, clare demonstrat. Cum Naaman ille ethnicus, qui grauissimè lepra laborabat, se ab Eliseo propheta diuinitus sanatum conspexit, ad Deum illicò conuersus, ait, *vere scio quod non sit alius Deus in vniuersa terra, nisi tantum in Israel*, & deinde promisit Eliseo se nulli alteri nisi Deo Israel sacra esse facturum, quanuis illatenus diuinis honoribus suorum maiorum idola prosequutus esset, quæ mira animi mutatio ab vno solum miraculo habuit initium.

4. Reg. 5.
num. 15.

CVM insigne illud miraculum in Babylonico fornace a Deo optimo Maximo editum est, intuens iniquus rex tres pueros ardenti fornaci suo iussu addictos nullo modo lædi, neq; à vehementissimo igne aliqua ratione comburi. Erumpens Nabuchodonosor, sacris litteris ita attestantibus, ait. *Benedictus Deus eorum, quia misit Angelum suum, & eruit seruos suos, qui crediderunt in eum, & verbum regis immutauerunt.* Præterea adeo obstupuit, viso eo miraculo, ut huiusmodi præceptum edixerit. *Omnis populus, & tribus, & lingua, quæcunq; fuerit loquuta blasphemiam contra Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, disperdat, & domus eius vastetur.* Neq; enim est alius Deus qui

Dan. 3.
num. 95.

qui possit ita saluare. O inauditam conuersionem de vno tantum miraculo effectam!

VERSABA TVR quondam Dei populus in fumma quadam peruersitate, morumq; prauitate, atq; idolo Baal diuinum exhibebat honorem. Quod sanctissimus Elias intuitus, diuisit per membra bonem (sacrarum litterarum verbis vtor) & posuit super ligna, & ait. *Implete quatuor hydrias aqua, & fundite super altare, & super ligna.* Et orauit propheta Dominum, ab eoq; petijt, ut ignem cœlitus dimitteret, qui consumeret sacrificium. *Cecidit autem ignis Domini, & vorauit holocaustum, & ligna, & lapides, puluerem quoq; & aquam, quæ erat in aquaductu lambens.* Et subiungit scriptura. *Quod cum vidisset omnis populus, cecidit in faciem suam, & ait Dominus ipse est Deus.* Quod quidem miraculum, nullis alijs rationibus vel argumentis adhibitis, satis fuit ad illos à falso Deorum cultu ad veram Dei religionem reuocandos.

3. Reg. 18
nu. 34.

QVAE cum ita se habeant, cur tot, tantaq; miracula à Seruatore, ac vindice nostro Iesu in vrbe Hierosolyma nihil valuerunt ad permouendos, & conuertendos pontificum, ac Phariseorum animos. Quin potius illi capta ex miraculis occasione, de morte Christo Domino inferenda in hodierno concilio tractant. *Quid facimus, inquit, quia hic homo multa signa facit?* Cur audientes miraculum illud nullis vnquam sæculis auditum, nimirum quatridentium mortuum Christi voce ab inferis excitari, non in magnam illi admirationem deuenerunt? Cur vocem illam, ab Aegyptijs minori ex causa prolatam, non vsurparunt, dicentes. *Vere digitus Dei erat ibi?* Cur eum non sunt amplexati, ac diuinis honoribus prosequuti? Cur deniq; tot auditis, ac visis Christi miraculis, concilium contra eum cogentes de vita illi adimenda iniquè, ac maliciose agunt? Ex hoc cognoscetis profecto clarè, quanta sit illius animi peruicacia, qui in suæ sententiæ obstinatione persistens, Deum relinquere, suq; libidini parere decreuit. Hac pertinacia Iudei isti tenebantur, quam quidem multis ante sæculis regius ille vates prædixerat. *Inimici mei (inquiens) animam meam circumsederunt, ad ipem suam concluserunt os eorum loquutum est superbiam, oculos suos statuerunt declinare in terram.* Diuus Hieronymus, atq; etiam Beatus Augustinus hunc psalmum de Christo Domino intelligendum esse censent, & asserunt inimicos, de quibus fit sermo in prædicto versu, fuisse principes, & Phariseos, qui hodiernum conciliū ini-

Psal. 16.
num. 9.

Hieron.
August.

runt

runt. De his ergo primum dicitur. *Animam meam circumdederunt. Id est, vitam meam.* Omnes igitur hi, qui simul congregantur quasi obfessam habent Iesu Christi vitam, ut eam extinguant. Sequitur de inde. *Adipem suum concluserunt.* Id est, adipem intra se ipsos clauserunt, ne transmitterent misericordiam, ad eam misericordiam designat, tum quia penetrat, & communicat se se, quod proprium est pietatis, ac misericordiae, tum etiam quia in animatum visceribus precipue gignitur. Quibus aptari solet misericordia, iuxta id. *Per viscera misericordiae Dei nostri.* Et cum quis misericordia flectitur, viscera eius commoueri dicuntur, ut contigit Iosepho, cum suorum fratrum misericordia commotus est. Misericordiam igitur in se ipsis continuerunt, & se omnis pietatis expertes esse ostentarunt. Praeterea subiungit Propheta. *Os eorum locutum est superbiam.* Magna sane superbia elati sunt Pharisei, si quidem eius se iudices constituunt, qui tot miracula patrauerat. *Quid, inquit, facimus, quia hic homo multa signa facit.* Si multa ille signa facit, praepotens quidem est, & diuino cultu, ac veneratione dignissimus, illi autem deliberant, quo pacto eum condemnent. *Quid facimus?* Superba plane locutio, locuti sunt superbiam, tetenderunt aduersus Deum erecto collo, & contra omnipotentem roborati sunt, ait. Denique psalmista, *Statuerunt declinare oculos suos in terram.* At quo pacto declinauerunt? sane velut hi, qui defixis in terram oculis neque miserentur, nec dum aspiciunt eum, quem odio aliquo persequuntur. In ea iam sententia consistunt, & pertinaciter constitutum habent Christum Dominum usque, ad sanguinis, vitaeque, effusionem persequi, licet plura edat miracula, quam Elias, Eliseus, vel etiam Moyses in Aegypto. Tales ergo sunt obdurati & obsecrati.

*Dani. 13.
nume. 19.*

Acto. 4.

ET hi quidem licet luce clarius veritatem agnoscant, etiam miraculis confirmatam, adhuc tamen suo errori addicti in sua improbitate persistunt. Cuius rei aptum exemplum est illud, quod in actis Apostolorum contigisse refertur, cum Apostolorum princeps Petrus, solum Christi nomine inuocato, cuidam homini claudo curationem adhibuit. Inuitum est enim a iudicibus ea de re concilium, cui non solum Principes, & pharisei interfuerunt, sed etiam quotquot erant de genere sacerdotali. Aduocatis vero Petro, & Ioanne & homine illo, qui ab ipsis curatus fuerat, percontati sunt ab Apostolis. *In qua virtute aut in quo nomine fecistis hoc vos?* Quibus Beatus Petrus respondit. *In nomine Iesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitauit a mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus,*

hic

hic est lapis, qui reprobatus est a vobis aedificantibus, qui factus est in caput anguli. &c. Tam sapientem denique sermonem habuit ad illos Petrus, ut admirati sint audientes, comperto, quod homines essent sine litteris, & Idiota, hominem quoque videntes, stantem cum eis, qui curatus fuerat, nihil poterant contradicere. His itaque, gestis. *Iusserunt eos, inquit scriptura, foras extra concilium secedere & conferebant ad inuicem dicentes. Quid facimus hominibus istis, quoniam quidem notum signum factum est per eos? omnibus habitantibus Hierusalem manifestum est & non possumus negare.* Ecce vobis concilium eodem fere modo coactum, & quodammodo ita iniquum, ac illud de quo in hodierno euangelio fit mentio, in quo, *quid facimus,* dicunt Pontifices *quia hic homo multa signa facit,* in illo vero *quid facimus* inquit iudices, *hominibus istis, quia notum signum factum est.* Et quidem tanto miraculo conuicti deberent profecto Apostolorum verbis, & praedicationi fidem habere, tamen id nequaquam decernunt. *Sed vocantes eos denuntiauerunt,* ut sacra testatur historia, *ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Iesu, quia statuerunt oculos suos declinare in terram.* Tanta erat eorum obstinatio, & in Christum Dominum malevolentia, cui quidem obfirmato animo ad mortem usque, adhaeserunt. Quis non miretur audiens, quod de duobus illis senibus, & iudicibus Israel narrat scriptura sacra. Qui falsum testimonium in sanctam Susannam tulerunt, senes erant, & iudices ipsi: Susanna vero casta, innocens, & digna corona, & palma, eo quod pudicitiam suam, & honorem diuinum mirifice tuebatur: Et tamen eadem causa accusarunt iniquam illam iudices amantem, ad mortem, qui defendere illam debebant si ab alijs fuisset coram ipsis accusata in nequitia tanta? Audi sacrum textum: *Euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos, ut non viderent caelum, neque recorerentur iudiciorum iustorum.* Ecce quid operatur obstinatio, oculos perstringit, ut nec rationem nec aequitatem, nec pietatem nec miracula intueantur.

Dani. 13.

VTINAM fratres longe ab hac animi pernicitate remoti sitis, faxit Deus ne in hac prauitate obstinate persistentes conuersionem vestram in vltimum vitae diem rejiciatis. *Cor enim durum,* ut recte admonet Ecclesiasticus, *habebit male in nouissimo, & qui amat periculum, peribit in illo.* Quod idem est, ac si diceret: Qui pertinaci, atque obstinato animo in sua prauitate persistat, dum vivit, tandem peribit infeliciter. At, nullum est vitae tempus, in quo non possint homines ad Deum se totos conuertere. Fateor, neque id potest salua fi-

*Eccles. 3.
nume. 27.*

Mmmmm de

denegari, verum difficile tunc fiet, & fortasse propter superiora flagitia, & quia tuę te salutis periculo obieceris, patietur præpotens Deus te ab ea obstinatione, & prauitate nullo vnquam tempore abduci. Ideo enim cum præmisisset. *Cor durum male habebit in nouissimo*, subiungit statim, & *qui amat periculum, peribit in illo*. In quibus verbis illa particula, &, eiusdem est significationis, ac ista, quia. Quæ loquendi formula sæpenumero sacrę litterarũtuntur. Vt apud Mattheum. *Veni, inquit Iesus, separare hominam aduersus patrem suũ, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam, & inimicum hominis domestici eius, idest, quia inimici hominis domestici eius*. Item apud diuum Lucam. *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui*, idest, quia benedictus fructus vëtris tui, sic etiam in præsentia, & *qui amat periculũ, idest, quia qui amat periculũ, peribit in illo*. Præterea, quia, vt loquitur D. Paulus, huiusmodi obstinati. *D. Th. ibi. Secundum duritiam suam, & impænitens cor thesaurizant sibi iram in die ire*, idest, in die iudicij vt D. Thom. interpretatur. Deniquè, hac pœna, inquit, B. Augustinus, punitur peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui dum viueret oblitus est Dei. Ne igitur tardes conuertiri ad Dominum, ne subito veniat contra te ira Dei. *Viuens enim, ait, pœuens confitebitur tibi*. Non moriens.

Secundus Discursus ostendit, malitiam multum valere ad obcandandas hominum mentes.
(?)

Thema. *Collegerunt Pontifices, & Pharisei concilium.*
Ioan. 11.

MVLTA quidem sunt in hodierno cõcilio tũ consideratione, tum etiam admiratione dignissima. Mirum enim est, eo animo coactum esse concilium, vt de morte hominum Seruatori inferenda à iudicibus ageretur, item qua de causa coactum sit, scilicet. *Quia hic homo multa signa facit*. Mirandum etiam est, quo tempore illud fiat, eo nimirum, quo humani generis vindex Lazarum

rũm diuinitus à mortuis excitat. Magnam præterea admirationem concitat locus, vbi concilium aggregatur. Celebratum enim est in amplissima vrbe Hierusalem, vbi plura Christus Dominus patrarat miracula, multaq; hominibus præstiterat beneficia. Id vero in maximam rapit admirationem, videlicet, principes, & phariseos hac de re agere, idest, sapientes, doctores, magistros, ac moderatores ciuitatis. Quod quidem si ab insipientibus, & stultis hominibus ageretur, non adeo mirandum esset, quis autem non miretur eos, qui consilio, & prudentia præstantes erant, in tantam dementiam incidisse, vt concilium aduersus Christum coegerint, eo quod ille multa signa faciat? voluerunt certe Romani Christo Domino statũam, & simulachrum erigere, & in Deorũ numerũ referre, ex eo solũ, q̃ aliqua illius miracula audiissent, hi vero perditissimi iudices, & stulti sapientes, qui & miracula videt, & ipsum qui miracula edit, contuentur, non modo illũ non suspiciunt. Sed conantur potius eũ procul amãdare, illius ve vitã extinguere, qui ergo adeo obcæcati sunt tantæ sapientię viri?

HVIVS dementiæ causam multis ante annis Spiritus Sanctus reddiderat in eo sapientiæ loco, vbi de hac proditorũ conspiratione loquens, in qua decretum est, morte turpissima damandũ esse Christum, subiungit Salomon. *Hac cogitauerunt, & errauerunt, excaecauit enim eos malitia eorũ*. Idest, animi perturbatio, & maleuolẽtia, qua in Christũ erant affecti, oculos illis perstrinxit, & eos in tantam dementiã adduxit. Perturbatio enim animi habet se velut vinũ aliquod vehemens, quod quidẽ cerebrũ opprimẽs, ratione, cõsilioq; priuat, & in amentias, ac furores prudentes homines adducit, vt potentissimo illi Alexandro euenisse fertur, qui vino temulentus amicum sibi charissimũ occidit. Sic etiã turbatus animi motus vesaniam, ac furorẽ hominibus inijcit, eosq; furentes, ac mentis lumine obcæcatos reddit, adeo vt à sensu mētis abstracti, contra amicos, parêtes ipsumq; suæ salutis auctore audacter insurgãt. Quod certe hodierna die Iudeorum Principes, ac pharisei clarè & manifeste comprobant. Potuissent enim Christum verum Dei filiũ esse cognoscere, idq; suspicari videbantur, cum dicebant *hic est hares, venite occidamus eum*. Liuore tamen, & maleuolentia in Christum impediti, ea quæ sibi ratio ipsa, & veritas præscribebat, repudiantes, suę mentis oculis animi perturbatione obstrictis, despiebant plane, & dementia, ac furore affecti, humani generis seruatorem conculcant, & cõtra illum insaniunt.

Mmmmm 2 Cum

CVM humani generis hostis Euam tentauit, curauit primum, vt illius animus pomis sibi prohibito alliceretur, fingens in eo diuinam quandam sapientiam sitam esse, qua ratione ita illius famine animum allexit, vt statim ipsa illius arboris fructum appetierit. *Vidit igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuq; delectabile.* In situm quidem est a natura, vt ea, quae diligimus grata nobis, iucundaq; videantur. Diligebat iam Eua, serpentis sermonibus attracta, lignum illud, ex quo factum est, vt tulerit de fructu illius, & comederit. Qua ergo dementia, quo uenore capta, voluit Eua serpenti potius parere, quam Deo, qui sub poena capitis ei preceperat, ne de ligno illo comederet? vidit, quod esset pulchrum, magnoq; illius desiderio, atq; amore tenebatur, & hac animi aegritudine laborans Eua, mentis lumine obceca ta est. Quod si cupiditas illius arboris Euam a suae mentis sensu abstraxit, beneuolentia item, qua Adamus ipsam Euam profequutus est, eum a mentem, & a sanitate alienum reddidit, quia, vt Beatus Augustinus asserit, voluit comedere Adam de ligno vetito, quia noluit contristare eam, quam credebat posse sine suo solatio contabescere, non victus concupiscentia, sed amabili beneuolentia. Vide igitur quanta sit affecti seu perturbati animi vis, si quidem primum hominem vicerit, adeo sapientia, & consilio praeditum, vt asserat angelicus doctor, eum in naturalibus habuisse scientiam omnium, in quibus homo aptus est, vt instruat, & in supernaturalibus tantam cognitionem, quanta erat necessaria, ad gubernationem vitae humanae secundum statum illum. At, non est potentia, non est sapientia contra vehementem animi perturbationem.

Gen. 3. 6.

August. de genes. ad litte. c. 42

I. p. q. 94. 41. 3.

Eccle. 47 nu. 15.

3. Reg. II nu. 5.

QVLS autem sapientior Salomone? qui vt ecclesiasticus affirmat, *impletus est quasi flumen sapientia, & terram rexit anima sua, & repleuit in comparationibus aenigmata, ad insulas longe diuulgatum est nomen eius.* Quis item eodem infanior, eo tempore, quo libidini se tradidit? quis vnquam putaret hominem adeo sapientem tot scelera, ac flagitia esse commissurum? & eum, qui magnificentissimum templum vero Deo religiosissimè dicauerat, falsis idolis sacra esse facturum, ipsiq; diuinum honorem exhibiturum? *Colebat enim Salomon, vt sacrae testantur litterae, Astartem Deam Sydoniorum, & Chamos Deum Mohabitaram, & Moloch idolum Amonitarum.* At qua ratione sapiens ille huiusmodi idola colebat? Salomon vir tan-

tae sapientiae, inquit B. Augustinus, nunquid nam credendum est, quod in simulachrorum cultu credidit esse aliquid vtilitatis? sed mulierum amori ad hoc malum trahenti resistere non valuit, faciens, quod sciebat, non esse faciendum, ne suas, quibus deperibat, mortiferas delicias contristaret. Ita August. huius vero demetiae causam aperte indicauit sacra scriptura, inquiens. *Auerterunt mulieres cor eius, cumq; iam esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur Deos alienos.* Ac si diceret, cum iam ad senectutem per uenerat, in qua ratio, & consilium vigere debuit, deprauatum est cor eius. Audite ergo, fratres, Diuum Ambrosium ad rem ita loquentem. Samson captus est per mulierem, nunquid tu fortior? Salomon captus est in muliere, nunquid tu sapientior? Ille igitur, cuius sapientia totis celebratur saeculis factus est insipiens, quia nimium amauit mulierem, vt plurimos a martyrij consumatione saepe reuocauit. Haec ille.

August. de genes. ad lit. c. 42.

3. Reg. II

Ambro. in psal. 118.

Psal. 118

Psal. 50.

Psal. 44. 2. Reg. 1 X

AT, vtrum Salomonem magis, quam eius patrem Dauidem admirer, prorsus ignoro. Is enim vaticinandi munere praeditus est, & caelesti doctrina adeo imbutus, vt ipsemet fateatur. *Super omnes inimicos meos, ait, prudentem me fecisti, super senes intellexi, super omnes docentes me intellexi, incerta, & occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.* Is etiam qui ita loqui ausus est. *Lingua mea calamus scribae velociter scribens,* qui deniq; tam eximia fuit sanctitatis, vt secundum Dei cor formatus esse dicatur, is inquam tantae probitatis, ac cognitionis vir effrenato quodam amore ductus turpissimum adulterium, homicidiumq; commisit. O effrenatos, ac perturbatos animi motus, potentes quidem ad sapientum etiam mentes a sua sede, & loco dimouendas!

Quis existimaret senes illos quos sanctissimus Daniel commemorat, in quibus & ratio, & consilium esse solet, vt iam superius cepimus considerare, ita mentis lumine obceandos esse, vt & honestissimam illam foeminam Susannam ad libidinem molestè prouocarent, & in eam fictum crimen conijcerent? vtrumq; tamen temerè ab illis patratum est, exarserunt enim in concupiscentiam eius, sacro textu referente, & euerterunt sensum suum. Vnde alteri eorum dixit Daniel. *Species decepit te, et concupiscentia subuertit cor tuum.*

Dan. 13. 8. & 56.

SERMONEM instituens Dauid de his, qui mare traijcientes, aduersis vtuntur ventis, fluctibusque saepe iactantur, sic ait. *Ascen-*

Psal. 119
num. 27.
Simile.

Ascendunt vsq, ad cælos, & descendunt vsq, ad Abyssos, anima eorum in malis tabescebat. Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est. Contingit sæpe clausim à perito, & sapienti moderatore gubernari, sed in mari, magna aliqua procella commota, qui ante cælo sereno, & prospero ventorum flatu, nauigandi arte rectè, ac fœliciter vsi sunt, præ timore, vitæ què periculo, stupent, & à sensibus videntur remoti, omnis enim sapientia eorum deuorata est, à tristitia scilicet, & timore. Id enim efficiunt huiusmodi ægritudines animi, si immoderatæ sint, sic igitur hi Principes, & Pharisei, qui sapientia, consilio, & administratione præstabant, desipuerunt plane, & propter odium, ac maleuolentiam, qua Christum Dominum prosequabantur, omnis sapientia eorum deuorata est, quia turbati sunt, sicut ebrius, animi enim perturbatione insanientes stultissimam, & iniquissimam sententiam protulerunt. Animaduertit quidem hoc regius ille vates, cum ait. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania?* quæ verba licet beatus Petrus, in actis Apostolicis explicet de communi coniuratione ab Herode, Pilato, & reliquis contra Christum Dominum facta, apte etiam, & simul exponi possunt de ijs, qui hodierna die congregati sunt, hi etenim conuenerunt etiam in vnum contra humani generis vindicem, ac seruatorem Iesum. Inquirat ergo vates. *Quare fremuerunt?* non quærit, cur consilium inierunt, sed quare fremuerunt. Quod quidem vt bene aduertunt B. Athanasius, & Cyrillus, proprium est bestiarum, ac ferarum ratione carentium. Si ergo nolis amens esse, & à sanitate prorsus alienus, cohibendæ tibi sunt perturbationes animi, refræmandæ libidines, coercendæ cupiditates, animiquè ægritudines temperandæ, vt hac ratione nulla maleuolentia, aut liuore ductus, sed animo quieto atq, ab omni molestia, & perturbatione vacuo rationem ipsam se quaris, & spiritualem animi vitam, gloriamque cælestem obtineas.

Psal. 2.
Act. 4.
num. 25.

Athan. &
Cyril.

CON-

CONCIO TERTIA.

Primus discursus in quo ostenditur, quantum conetur Dæmon, animos a Christi Domini coniunctione abducere.

(?)

Thema. *Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum.*
Ioan. 11.

MOLESTE quidem ferebant, qui Christo Domino aduersabantur, eum tam magna hominum frequentia, eius vitam, moresq, sequentium stipari. Quo circa cum ingressus est Hierosolymam multis eum comitantibus, ac prosequentibus viris palmarum, oliuarumq, ramos portantibus, colloquentes Pharisei. *Videus*, inquit, *quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eum abijt.* Nihil dicunt proficimus, suum commodum esse iudicabant, si se interponerent, quominus turba illa humani generis Seruatorem sequeretur. Hoc semper magno studio, ac diligentia conati sunt Christi Domini hostes. Christus quidem curauit sibi homines conciliare, & ad se se allicere, quapropter frequenter utebatur his verbis, *sequere me, venite ad me.* Quibus Dæmon diligentissime curauit impedimentum apponere, ne illum sequerentur, aut ad eum venirent, sed ad se ipsum. *Hæc omnia*, inquit, *tibi dabo, si cadens adoraueris me.*

Ioan. 12.
num. 19.

ECCE vobis duos duces, Christum scilicet, & Dæmonem, quorum quilibet comitatum, qui ipsum colat, ac sequatur desiderat. In quo sibi comparando, magnum vterque studium, atque operam posuit. Hac de causa æternus æterni patris filius humanam formam suscipiens ad terram descendit, & assiduus laboribus confectus, noctu diuq, defatigatus est, plura, ac maxima miracula edidit,

Iob. 1.

edi dit, & flagellis cæsus, opprobrijs affectus, acerbissimam, crudelissimamq; mortem subiuit. Nequè vero potuit in ea re amplius elaborare. *Maiorem enim charitatem nemo habet, quam ut ponat quis animam suam pro amicis, & inimicis suis.* Dæmon vero ægre ferens, tot homines ad Christum Dominum sequendum, ac suspiciendum incitari, curat quoad eius fieri potest illis obitare, & *tanquam leo rugiens circuit, quærens, quem deuoret.* *Circuit, inquit, terram, & perambulauit eam.* Non solum circuitiuit, sed etiam perambulauit terram, id est, semel, atq; iterum, & sæpius eam circuitiuit, & blanditijs, minis, promissis, alijsq; huiusmodi modis homines ad suam factionem sequendam excitat, allicit, & si qua ratione potest, impellit.

AT si attentè consideremus, utrū horū plures homines sequantur, atq; imitentur, cōperiemus plane, maiorem hominū partem etiā ex his, qui Christianam religionem profitentur dæmonis vestigia sectari, & ad eius castra transfugere. Non enim solū humani generis hostis ad se se attrahit hæreticos, Turcas, ethnicos, & reliquos omnes, qui veritatis lumen non aspexerunt, sed etiā Christianę legis assertores. Neq; vero mirandū est in hac re Dæmonem laborare quā plurimū, quippe qui se Iesu inimicum esse fatetur. At non possum non mirari eos, qui fidei, ac veritatis lumen aspexerunt, adeo facile Christum Dominum relinquere, & ipsum humani generis hostem studiosissimè sectari. Si Christiani estis, Christianam profecto religionem profiteamini, quod si Christi fidem, ac religionem colitis, cur Christo relicto dæmonem sequimini, eidemq; obsequiū, cultūq; præstatis.

Matt. 1 6.

AT ducit, inquit, Iesus per vias asperas, ac difficiles, Dæmon vero per semitas voluptatū, ac deliciarū plenas. *Venite, inquit ille, ad me, si quis autem vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Quare mirū nō est, homines, qui adeo sibi indulgent, atq; inferuiunt, dæmonis delicias, ac voluptates aucupari, ipsūq; sibi ducē eligere, Christū vero, qui egestatē, lachrymas opprobria, aliaq; huiusmodi suadet, repudiare. Si tñ animo cogitaremus, a quibus tāquā, a fontibus hæc omnia dimanēt, satis superq; esset ad ipsas voluptates, quas Dæmon pollicetur spernēdas Christi, crucem, ac labores amplectendos.

Apoc. 12.

nume. 12.

A V D I V I T Beatus Ioannes hanc vocem cœlitus delapsam: *Va terre, & mari, qui in descendit diabolus ad vos, habens iram magnam.* At, quæ est huiusmodi calamitas a dæmone allata, quam ita cœli lamentantur? quid ille tanta ira operatur in terra? delicias, voluptates

lu-

ludos, conuiuia, pluraq; alia voluptatum genera. Hæc bona qualia sint, vel ex eo cognoscetis, quod a dæmone ira magna accenso, non stræq; damnationis studiosissimo proficiscuntur.

E contrario vero humani generis Redemptor descendit in terras, summam clementiam, & lenitatem præferens. *Apparuit enim, inquit, Apostolus, benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei.* Benignitas, & humanitas, ait, non ira, non seueritas, non indignatio. *Venite, inquit, ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis & ego reficiam vos.* Laborantes vocat ad requiem, non quiescentes ad laborem, ecce benignitatem Domini. Videamus vero quid subiungat Iesus, *Tollite, ait, iugum meum super vos.* Quid ergo hoc sibi vult? Nōne ad quietem, & solatium inuitat Deus, cur ergo iugum imponit? Et vero cum agricola iuga animantibus imponit, eo animo id facit, vt illa suo labore terram aratro subigant, cum enim vult ea a labore cessare, iugum ab illis aufert. Qua igitur ratione immortalis Deus, cum homines ad iuga ferenda vocaueris, subdis. *Et ego reficiam vos?* Aperitius autem loquutus es, cum ais. *Qui vult, venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Et qui non baiulat crucem suam non potest meus esse discipulus.* Cur ergo nūc dicitis, *ego reficiam vos?* Vbi nam est refectio? Vbi solatium? Vbi quies? Vbi humanitas? Vbi benignitas, quæ apparuit? Certe in huiusmodi cruce, iugo, ac labore nobis imponēdo, maxima Dei erga homines benignitas, atq; humanitas elucet. Neq; aliud nobis argumentum inquirendum est ad hos labores tranquillo, & letō animo subeundis, quam illud, quod vel ex eo defumitur, quod illos Deus opt. max. nobis offerat. Affixus erat cruci humani generis vindex, cum ad æternū Patrem querelas de acerbissima sua morte quodammodo deferens, sic ait: *Deus Deus meus, vt quid dereliquisti, me?* & tamen illico adiungit. *Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* Miro igitur modo in illius manus spiritum suum commendauit, a quo se derelictum esse nuper asseruerat, sciebat enim certo se ab eo miri sed diligi, quō circa mortem, & crucem ab eo sibi oblatam libentissimè subibat. Hoc quidem exemplum debemus nobis ad imitandum proponere libenti animo suscipientes omnes labores, eo quod eos humani generis Seruator, qui ardentissimo nos amore prosequitur, nobis perferendos proposuerit, & vt ita loquar, commendauerit, licet nos dereliquisse videatur.

Ad Titum. 3. num. 4.

Matt. 11. nume. 28.

Matt. 27.

PRAETEREA Dæmonis dona, diuitiæ nimirum, honores, de-

Nnnnn

licie, voluptates, aliaq; peritura bona, quę mundani homines felicitatem parere existimant, & beatum dixerunt populum, cui hæc sunt. Nequę vere bona sunt, nequę aliquam felicitatem afferunt. Quin potius summa est infelicitas, & grauissimum Dei supplicium, cum omnia illa ex animi sententia homini accidunt, nequę aliquid est voluptatis genus, quo ipse non libere fruatur. Quod quidem ex 30. psalmo perspici potest, in quo præpotens Deus ita alloquitur Israel. *Si audieris me, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum, ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, dilata os tuum, & implebo illud* At si diceret, ego re singulari illo beneficio affeci, cum te à dira illa Pharaonis seruitute, qua maxime premebaris, in iucundissimam libertatem afferui, & plura alia in te beneficia conferre cupio, vnũ tamen ego à te peto, ne scilicet, me repudies, & alios tibi Deosingas, quos diuinis honoribus prosequaris. At quid respondit Israel. *Et non audiuit populus meus vocem meam, ait Dominus, & Israel non intendit mihi.* Id est, noluit me Deum colere, sed idola sequutus, diuinum illis honorem exhibuit. Quo ergo supplicio improbißimi hi homines punientur? qua Deus immortalis, in eos pœna animaduertes? & dimisi eos, inquit, Dominus, secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis. Tanti igitur criminis supplicium illud erit, vt illi sibi pro libito indulgeant, & omnibus suis cupiditatibus inferuiant. Nouum sane videbitur vobis, eo supplicij genere homines puniri, quod & illi desiderant, & cum magna animi iucunditate suscipiunt. Verum adeo acerba est huiusmodi pœna, vt cum præpotens Deus ea hominem afficit, iure optimo dicat: *Plaga inimici percussit te, castigatio ne crudeli.* Amicę enim se cum hominibus gerit, cum eos labore aliquo castigat quo illi respiscant, & ad meliorem se vitę frugę recipiant.

Al Rom.

QVApropter referens B. Paulus grauissima eorum ethnicorũ scelera, qui cum naturę lumine illustrati ipsius naturę parentem Deum agnouissent, idolis tamen obsequuti sunt. *Cum cognouissent, inquit, Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpētium.* Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum. Quod idem est ac si diceret, propter quod summo illos affecit supplicio, & æternis inferorum pœnis multauit. Vt enim iuxta commune prouerbum, Autũ est, quod auro estimatur, sic æternas inferorum pœnas esse dicam, quod

quod æternis inferorum pœnis persoluitur. Cum ergo voluptates illę, de quibus paulo altius dicebam, in æternas pœnas conuertantur, iure idem esse censebo, dicere. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, ac si dictum esset, propter quod addixit illos Deus æternis inferorum pœnis. Quocirca sententia contra Baby Ionem à Deo optimo lata ea est. *Quantum glorificauit se, & in delicijs suis tantum date illi tormentorum, & luctuum.* Si ergo delicię sunt quasi æternorum tormentorum mensura, delicias, & æterna tormēta idem esse dicemus. E cōtrario vero alterum supplicij genus, quo studiosi homines à Deo benignę plectuntur, cœlesti præmio eadem ratione merito comparabimus, abnegatio enim, & crux, de qua in sacra euangelij historia fit mentio, æternę beatitudinis præmio remuneratur. Nam, vt Diuus Paulus affirmat. *Id quod in præsentia est momentaneum, et leue tribulationis nostrę, supra modum in sublimitate æternę gloria pondus operatur in nobis.*

Apo. 18.
numero. 7.I. Cor. 4.
nume 17.

Secundus Discursus est aduersus eos,
qui nolunt intelligere, vt
bene agant,

(?.)

Them. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?

Ioanni i i

INEPTE quidē, atquē insipienter argumentati sunt Pharisei cū lex eo quod humani generis Seruator Iesus multa miracula edat, mortē illi inferendā esse, cōficiunt, ex his enim recte cōclusissent cū illius vitę tuendā, defendendāq; susciperēt, si ex illis in hūc modũ argumētũ inferrēt. Ille Dēmonia ab humanis corporibus expellit, poterit ergo nōs à Romanis hostibus eripiens, saluos & incolumes tueri, si mortuos ad vitã reuocat, ciues nostri liberi erūt à morte, si cęcis visum, surdis auditũ, egrisq; sanitatē reddit, quem alium medicum, qui nostrę Reipublicę morbis medeatur, omnibusq;

Nannn 2 ægro-

ægrotis curationem afferat, inuestigabimus? defendamus igitur huiusmodi hominem, suspiciamus eum, maximaq; veneratione colamus. Deniq; ex Christi Domini miraculis illud recte conficerent, ut præclare aiunt D. Chrysostomus, & Augustinus. Hic homo multa signa facit, ergo recipiamus eum, & credamus ipsi. Præcipue cum ea miracula tanquam vera signa venturi Messia: etiam gelicus propheta prædixerit. *Deus veniet, inquit, & saluabit nos, tunc aperientur oculi cecorum, & aures surdorum parebunt, tunc saliet sicut ceruus clauus, & aperta erit lingua mutorum.* Quasi diceret, eum Deum, ac Messiam esse certo scias, quem huiusmodi miracula efficientem cernas. Cum ergo hoc ita sit, qua ratione Iudæi Iesum interficiendum esse iudicant? *si uniuersitas, inquit, eum sic, omnes credent in eum, & veniant Romam, & tollent locum nostrum, & gentem.* Sed inepte permouereantur hac de causa ad mortem Christo Domino inferendam, eo quod multa signa faceret. Qui enim adeo præpotens est, ut multa signa faciat, præclarum sane propugnaculum erit ad Romanos, reliquosq; hostes fortiter debellandos. Quo circa nihil Iudæis timendum esset, sed potius sperandum valde, si Christus saluus incolumisq; peruileret. Sicut etiam urbs illa Samariæ non timuit fortissimos Syriæ milites viuentis Eliseo, qui Samaritanorum partes agens, orauit Dominum in hunc modum. *Percute obsecro gentem hæc cecitate* (id est Assyrionum exercitus, qui ad prophetam comprehendendum, Samariamq; capiendam deuenient) *percussitq; Dominus ne viderent iuxta verbum Esai,* qui quidem posset omnes illos turpissima morte, si sibi libuisset, afficere. Melius igitur, ac facilius posset humani generis vindex Iudæos tueri, & à Romanorum armis, ac manibus liberare. Quod si Eliseus ob insignem illud factum ab omnibus Samariæ, quibus maxime fiebat, cur non pluris æstimabatur Iesus ab his, qui Hierosolymam incolebant propter illius plura, atq; insigniora miracula?

Quod quidem ea ratione a Iudæis factum esse arbitror, quia Christi miraculis conuicti, quasi cogebantur eum colere, seq; ei subijcere, & tanquam summæ veritati si sem adhibere, & quemadmodum obliuatus hæreticus moleste fert, cum à Christianæ religionis assertore clarissimè aliqua si dei veritate conuincitur, & incerta mens, ac disputationem venire renuit, ne errorem, cui pertinaciter adhaerens est, cogitur relinquere, sic etiam obstinatissimi Iudæi cum viderent se eximia Iesu Christi sanctitate, cælestibusq; miraculis conuincti, & quodam modo compelli, ut illum tanquam

4. Reg. 6.
num. 18.

verum Deum, ac Messiam singulari veneratione colerent, stulte, ac temerè decernunt, eum è medio tollere.

Hoc est deprauati, ac peruersi hominis ingenium, ut eum infectetur, odioq; prosequatur, qui suæ est prauitati contrarius. Quod si quis suæ turpitudini adhærens. librum aliquem legat, qui honestatem laudans, a sua eum turpitudine abducatur, statim illum abiicit & propellit concionatorem, qui turpitudinem vituperet, & in libidinofos homines grauius inuehat, contemnit, omnesq; illos, qui eum à suæ vitæ improbitate ad honestatem reuocare volunt, spernit, ac detestatur.

Præclare hoc à regio illo vate prædictum est, cum ait: *Dixit iniustus, ut delinquat in se metipso non est timor Dei ante oculos eius.* At quid sibi vult propheta, cum inquit. *Dixit iniustus?* Dicere sæpe in sacris litteris significat, statuere, & firmiter aliquid decernere, ut in psalmo. 38. *Dixi custodire vias meas, ut non delinquam in lingua, mea id est, in animum induxi meum custodire vias meas & psalm. 78. Dixerunt in corde suo, id est, statuerunt in corde suo, & clarius alibi Portio mea Dñe dixi custodire legem tuam.* Ac si diceret. Quia tu Domine, portio, atq; hæreditas mea es, ideo certo decreui, ac deliberati mihi est, custodire legem tuam. Inquit ergo sanctissimus vates. *Dixit iniustus, ut delinquat in semetipso, id est, statuit flagitiosus homo peccare, certum consilium peccandi cepit, in animum induxit res nefarias committere, constitutum habet culpas suscipere, consulto, & cogitato potius quam per imprudentiam flagitia perpetrare voluit.* Ex hoc vero quid consequens sit, audiamus. *Non est timor Dei ante oculos eius, auertit faciem suam, ne videat aequitatem, & veritatem, & ea quæ illi timorem possint incutere, quod ut clarius explicaret, subiungit propheta. Noluit intelligere, ut bene ageret.* Vbi diuus Augustinus non vnum hominem, sed genus hominum iniquorum dicit, qui sibi aduersantur, non intelligendo, ut bene uiuant, non quia non possunt, sed quia nolunt. Aliud enim est, quando quisq; conatur aliquid intelligere, & per infirmitatem carnis non potest, sicut dicit in quodam loco scriptura *Quia corpus, quod*

Psal. 35.
num. 1.

Psal. 38.
num. 2.

Psal. 78.

Psal. 118.
num. 57.

Aug.

Sap. 9.

iniquitatis tuæ, quo circa improbus auertit oculos a veritate, quæ sibi contrariatur. Hactenus Augustinus.

HOC sane præstiterunt illi, de quibus immortalis Deus, quasi queribundus ait. *Qui dicunt videntibus* (id est prophetis) *nolite videre, & aspicientibus nolite aspicerere nobis ea, quæ recta sunt.* Loquimini nobis placentibus, videte nobis errores, id est, dummodo nobis placeat, ac iucunda sint, quæ narratis, nihil refert si errores sint atq; mēdacia. Sed quot, Deus immortalis, huius ingenij homines repetientur, qui obscenas quidem scenas, & nugatorias, & mendacijs, ac fabulis confictas, libenti animo audiunt, quippe quæ gratæ sibi sunt, atq; iucundæ, conciones vero sacras, in quibus ea quæ suis moribus contraria sunt, commendantur, iniquo, ac perdifficili animo audiunt. Quibus illud diui Pauli aptari potest. *Erit tempus, cum sanam doctrinam non susceperunt sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & a veritate auditum auertent, ad fabulas autem conuerterentur.* Non dixit Apostolus, erit tempus, cum a falsis magistris decipientur, sed ipsi inquirent, & coaceruabunt sibi magistros, quia sanam doctrinam suis moribus contrariam sustinere non poterunt.

Exemplo nobis est ad rem, de qua loquimur, illud, quod Pharisæis contigit, cum humani generis seruator cæcum illum à natiuitate curauit, Pharisæi dicebant cæco *Dei gloriam Deo, nos scimus, quia hic homo peccator est* Cæcus vero *scimus* inquit, *quoniam peccatores Deus non exaudit: sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. A seculo non est auditus, quia quis aperuit oculos cæci nati. Qui bus illi rationibus conuicti, quasi subterfugientes disputationem cum cæco illo initam, obiecerunt ei. in peccatis natus es totus. & tu dices nos. Et eiecerunt eum foras, non enim potuerunt lippis oculis clarissimam veritatis lucem aspicerere.*

IDEM euenisse fertur Regi Asa, qui quidem prophetam sibi vera dicentem in vincula dedit. Et Achab, qui propter eandem causam Michæam etiam in carcerem coniecit Herodi item, qui eadem ratione sanctissimum illum Baptistam capitis sententiâ damnauit. Ob eandem deniq; causam multi prophetæ, viriq; præstantissimi acerbissimam mortem subiere, & ipse Christus omnium prophetarum maximus in crucem turpissime, atq; ignominiosissime actus est, eo quod veritatem Iudæis prædicabat.

QUANTA vero sit præpotentis Dei in huiusmodi homines ira egregie B. Paulus scripsit ad Romanos. *Reuelatur*, inquit, *ira Dei*

Dei de cælo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent. Tunc reuelari dicitur ira Dei, cum Deus grauius punit. At, qui sunt hi, quos Deus grauius punit? sane, qui veritatem Dei in iniustitia detinent. Quid vero significet, veritatem in iniustitia detinere, explicuit D. Thomas in hunc locum, ut idem sit ac veram de Deo cognitionem detinere in iniustitia quasi captiuam. Nam vera Dei cognitio, quantum est ex se inducit homines ad bonum, sed ligatur quasi captiuitate detenta per iniustitiæ affectum. Hæc ille. Contra hos igitur reuelabitur ira Dei. Neq; solum dixit Apostolus, hos castigabit Deus, sed contra hos reuelabitur ira Dei, tam graui illos supplicio afficiens, ut plane ostendat se valde incensum, iraq; inflammatum esse erga illos, qui nolunt intelligere, ut bene agant.

CVM igitur fratres veritatis vocem audieritis, nolite obdurare corda vestra, sed illam gratis animis excipite, ut hac ratione maiorem inducatis gratiam, ac summam deniq; gloriam comparetis.

CONCIO QUARTA.

Primus Discursus explicat, quas ob causas humani generis vindex in hodierno concilio, damnetur.

Thema. *Collegerunt Pontifices, & Pharisæi concilium, &c.*
Ioan. I 1.

CVM Deus optimus Maximus præcepit Moyfi, ut legationem quandam ad Israelitas deferret. *Non credent mihi, inquit Moyfes. neq; audient vocem meam, sed dicent, non apparuit tibi Dominus.* Tunc quidem virga illi ab immortali Deo reddita est, qua egregia aliqua miracula edidit, & hac ratione omnes fidei illius verbis adhibuerunt, & eum tanquam suum ducem,

Exod. 4
num. 1.

ac præceptorem venerati sunt. Constituit item æternus ille pater æternum suum filium humani generis ducem, ac Seruatorem, vt autem illi fides ab omnibus haberetur, communicauit ei potestatem faciendi miracula præstâtiori quodam modo, quam olim Moy si concessisset. Homines tamen magna quadam despicientia eum repudiant, nequẽ suum ducem, vel præceptorem esse vlla ratione volunt. At cur ita fit? cur cum ille tot signa fecerit, & multo præstantiora miracula patrauerit, quam Moyses, iudæi illum non colunt, & sequuntur. Sed potius persequuntur, & arguunt?

psal. 2.

HANC eandem quæstionem proposuit regius ille vates, cum ait. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Absiterunt reges terra, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dñm, & aduersum Christum eius? Quæ quidem verba merito de hodierno concilio possunt, (vt supra diximus,) intelligi: in eo enim principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.*

psal. 2.

AD hanc interrogationem respondet Salomon in eo volumine, quod liber sapientiæ inscribitur, vbi horum hominũ personam gerens, inquit. *Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplina nostra.* Ecce vobis accusationes, seu calumniæ, quæ Christo Domino obijciuntur. Primũ enim inquit. *Circumueniamus iustum,* quasi oblidione eum premamus, & in illum omnia nostra tela conijciamus, expugnemus eum, & tormentis percutiamus, donec ille penitus deijciatur, ac derurbetur. Sed quibus de causis huiusmodi obfessio statuitur? Prima est, *quia,* vt isti dicebant, *inutilis est nobis.* At quĩ inutilis esse potest, qui iustus est? iustus enim, & inutilis sunt termini (vt ita loquar) repugnantes, & omnino contradictorij, cum nihil in hoc vitæ curriculo reperi ri possit, quod maius commodum, maiorem ve vtilitatem afferat, quam iustus. Eius enim causa suppeditat nobis terra, reliquaquẽ elementa earum rerum, quas natura desiderat abundantiam. At quẽ iccirco quam primum electorum numerus compleatur, omnia hæc, quæ eorum causa nobis subministrantur, omnino ab hominum cõspectu auferentur. Verum ad eum iustum deueniamus, de quo modo sermo instituitur. Cur enim vobis inutilem esse dicitis? quem vnquam hominem adeo vtilem, ac proficuum habuit? Nonne perspicitis, quam sit ille Reipublicæ fructuosus? quod suis verbis à tur

pi

pitudine vitæ ad honestatem reuocauerit? Quot inimicos amicitie vinculo coniunxerit? quo pacto Matthæum, Zacchæum, Magdalenam, aliosquẽ plurimos, qui suis commodis, ac voluptatibus inseruiebant, ad cœlestem vitæ rationem ineundam reduxerit? Nonne etiam animaduertitis, quot ægris curationẽ attulerit? quot mortuos ad iucundissam huius lucis vsuram reuocauerit? Quid ergo vtilius, quid commodius, quid vniuerso terrarum orbi ab aliquo vnquam præstari potuit, fructuosius? Eum medicum vobis opus esse censetis, qui vnum, vel alterum ægrotum post longum tempus amarissimasquẽ potiones ab egro ægre, ac moleste susceptas, sanat: *Simile.* Christum vero qui quatruiduanum Lazarum à mortuis excitat, alijs quẽ plurimis vitam, vel valetudinem restituit, vobis inutilem esse existimatis? sane huius dementiæ causa ea est, quia adeo illi terrena, ac peritura bona diligebant, vt omnia alia inutilia omnino esse putarent. Agricola quidem inuites sibi libros esse ducit, aratrum vero vtile: è contrario autem litteratus aratrum inutile sibi esse existimat, libros vero magnum afferre sibi emolumentum, arbitratur. Vnusquisquẽ enim id vtile, ac commodum esse censet, quod suæ menti, ac cupiditati inseruire potest. Cum ergo perditissimi Iudæi honores, diuitias, aliaque huiusmodi bona aucuparentur, inutilem Christum esse asserbant, quippe qui ea despiciens, cœlestia ac diuina bona prædicabat. Idem etiam consilium susceptum est a pluribus huius tempestatis hominibus, qui quidem omne illud inutile esse censent, quod ipsis terrenum, ac temporalem quæstum non pariat, quapropter nihil de diuinis rebus curant, sed omnem operam, ac laborem in diuitias, aliaque peritura bona comparanda impendunt. Aliquando tamen hæc omnia vana, nugatoria, & prorsus inutilia esse perspicient. Christum vero magnam sibi vtilitatem fuisse habiturum.

Simile.

DEINDE *Circumueniamus* inquit, *iustum, quoniam contrarius est operibus nostris.* Depinxit olim pictor, nescio quis, gallum gallinaceum nullo quidem opere, aut artificio, ad quem cum galli egregijs vitæ coloribus perfecti accessissent, eos illico pictor ab eo loco proiecit, ne suę picturę deformitas, illis præsentibus, clarius inotesceret. Hac certe ratione cupiunt Iudæi Christum è medio tollere, & turpes etiam, ac flagitiosi homines à se honestos: sanctosquẽ repellunt, ne scilicet suæ vitę improbitas, ac turpitude apud sanctissimos, integerrimosquẽ viros appositã, deformior, ac detestabilior reddatur, vt enim tritum est Philosophorum vetustate proverbium

Ooooo

oppo-

opposita iuxta se posita magis elucescant. Deformis enim puella si venustissimæ, ac pulcherrimæ virgini proxima sit, deformior multo, ac fœdior apparebit, sic etiam peccatoris: fœditas detestabilior iudicatur, si cum iusti hominis decore; ac pulchritudine coniungatur, iusti enim silentium, castitas, & submissio flagitiosi hominis loquacitatem, intemperantiam, ac superbiam accusat, quo circa torquetur eius conscientia, ac vehementer pungitur, cum intuetur iustum honestati deditum, virtutis studiosum, pecuniarum contemptorem, diligentissimumque, totius diuinæ legis amatorem, se vero libidini traditum; auarum, diuinorumque, præceptorum violatorem esse deprehendit. Nequeunt profecto hoc scelerati homines ferre,

Psal. 36. atq; iecirco probos, ac studiosos viros expugnant. Circumuenimus, num. 32. inquit, iustum, quoniam contrarius est operibus nostris. Idem videtur regius ille vates enunciaſſe, cum ait. Considerat peccator iustum, & querit mortificare eum. Non dixit Propheta, considerauit in iusto iniuriam aliquam ab eo sibi irrogatam, vel aliquod illius crimen poena dignum, sed id duntaxat ait, considerat iustum, quatenus scilicet iustus est, considerat eius iustitiam, & sanctitatem; & ideo, aduersus illum insurgit, & eidem mortem machinatur, quia dissimilis est ei vita illius, vt Bearus Augustinus interpretatur. Beati tamen qui persecutionem patiuntur propter iusticiam, quoniam ipsorum est regnum celorum.

Aug.

HOC crimen deniq; Iudei Christo Domino opponunt. Improperat, dicunt, nobis peccata legis. Ac si dicerent, habemus nos magistrum, ac præceptores populi, ipse vero nos legis ignaros, ac violatores esse ostendit. Molestè ferunt impij ab aliquo obiurgari, & eum tanquàm inimicū oderūt, qui eorū crimina reprehēdit. Quod improborū hominū ingenij animaduertit Oseas, cū de illis sermonē habens, inquit. *Odio habuerunt corripientem in porta.* In portis fiebant olim iudicia, vt notauit Hieronymus, ibique, improbi à prophetis, seu iudicibus carpebātur, quos illi hac de causa odio quidem habebant, eos enim deprauati homines inimicos iudicant, qui eorum vituperant prauitates. Quo circa cum sanctissimus ille Elias accusauit Achab Regē illius sceleris, quod in Naboth cōmiserat. Rex prophetam alloquitur in hunc modum. *Num inuenisti me inimicum tibi? Audiuit Tobias hædum domi suæ balantem, cum autem ignoratet cuius nam ille esset. Videte inquit, ne furtiuus sit, reddite eū dominis suis quia non licet nobis, aut edere ex furto aliquid, aut contingere. Quæ verba cum ad vxoris aures peruenissent, ira subito succensa*

Ose. 5. n.

10.

Hieron.

3 Reg. 21

num. 20.

Iob. 1. n.

21.

censa, respondit viro suo. *Manifeste vana facta est spes tua, & electio sine tua modo apparuerunt. Atq; bis, & alijs huiuscemodi verbis exprobrabat ei. Nōne animaduertitis quam molestè, & iniquo animo mollem illam obiurgationem Tobia vxor pertulerit, quanuis enim illa vacaret culpa, mitius tamen se gerere cum viro suo sanctissimo deberet. Tam ægre deniq; ferunt homines ab alijs reprehendi, vt hac de causa Esaiam, terra secauerint, Ieremiam puteo cōcluserint, Michæam in carcerem coniecerint, Baptistam acerbissimè iugulauerint, ac demum æterni patris filium ignominiosissimo crucis supplicio affecerint. Improperat enim, inquit, nobis peccata legis.*

Secundus Discursus in quo ostenditur, quibus de rebus Reip gubernatores agere debeant.

(?)

Thema. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?
Ioan. 11.

TOT tantèq; sunt hominum prauitates, ac perturbationes, vt necesse fuerit Iudices, & gubernatores in rep. creari, qui & deprauatos hominum mores corrigant, & frequentes eorū controversias, litesq; cōponant. Hoc munere in sæculari administratione funguntur Reges, eorūq; iudices in spiritali vero pontifex Maximus, reliquiq; huius ordinis prelati. Huc etiam spectant principum comitia, ac consilia regia generalia, Pōtificū cōcilia, sacerdotūq; senatus, qualis hodiernus extitit, de quo facer euāgelista ait: *Collegerunt principes, & pharisæi concilium.* Non tñ in eūdū est contra Christum, sed contra peccata, hominumque flagitia. Sæpe enim cogitur senatus contra Christum, cum in eo de vicissendis iniurijs, de detrahendo de aliorum laudibus, alijsque huiusmodi disceptatur. At cum tot existant in Republica mala, quid facimus gubernatores? quod consilium suscipimus iudices Reip? vestræ quidē refert, circūspicere diligenter, an in diuersorijjs, vel alijs domunculis impudentissimè pellices, seu concubine versentur ad

hominum animos decipiendos. *Quid facimus?* Publici enim scribæ quascunq; leges sibi impositas violant, innocentes plectuntur, fontes vero suorum scelerum impunitatem assequitur. *Quid facimus?* multi in nostra hac ciuitate miserè premuntur inedia, plures orphani in egestate sunt, neq; reperitur aliquis, qui eorum miseriam subleuet. Alij deniq; quibus quæsito opus erat, ægritudine iacentes ad vitæ exitum per inediam pene paruenerunt, eo quod nullus eis aliquomodo subueniat. *Quid facimus?* Xenodochia ægris, atq; egenis plena sunt, neq; erit aliquis, qui eis opem, auxilium ve ferat? vobis, vobis inquam Reip. moderatores curandum est, vt his omnibus remedia adhibeantur, ad hoc enim administrationis munus vobis commissum est, non vero ad vos ipsos lautè, ac magnificè alendos.

Psal. 110 num. 8. QVOD si contueri lubet: præclarum quendam gubernatorem. Audite obsecro Dauidem Regem: *In matutino*, inquit, *interficiebam omnes peccatores terra, vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.* *In matutino* ait, Non enim solum prima nocte lustrabat urbem, vt eos, qui armis muniebantur, comprehenderet, sed lecto surgebat multo mane, vt in flagitiosos homines animaduerteteret. *Interficiebam*, inquit, *omnes peccatores*, nulli ignoscebat. Neq; enim erat acceptor personarum, quo quidem vitio non carent plures huius ætatis iudices, qui se diuitibus faciles, & clementes, egenis vero seueros, nimisq; iustos ostendunt. Propheta autem, *omnes ait, peccatores inuerficiebam.* At quo animo id præstabat, *vt disperderem*, inquit, *de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.* Videbatur enim illi nefas esse, in ciuitate Hierusalem, vbi augustissimum Dei templum structum erat, sceleratos homines versari. Nequè enim adeo mirandum est, apud Turcas, Mauros aliosq; qui nondum veritatis lumen aspexerunt, peccata publicè committi: ferendum tamen non est publica patrari scelera apud eos, qui Christianam religionem profitentur; quos quidem maior animi candor eximiorq; vitæ integritas decet, quâ eos, qui in errorum tenebris iacent. Quapropter Christiani iudices maius studium, maioreque operam, ac diligentiam collocare debent in vitijs à Christiana Rep. expellendos, quam ethnici. Pauci igitur reperientur, qui eâ, quam regius vates vigilatiam edocuit, in suo administrationis munere ponant, sed in vtramq; aurem dormientes, nihil de suorum salute, aut incolumitate curant. Huiusmodi tamen gubernatores tantæ negligentia rationem reddent, acerbissimasq; pœnas dabunt.

bunt, non modo propter ea, quæ ipsi commiserunt scelera, sed propter illa etiam, quæ à suis ciuibus patrata sunt. Reperite memoria supplicium illud, quod sumptum est de principibus Israel, quibus quidem, Deo iubente, ceruices fractæ sunt propter peccata populi, vt enim sacra testantur: *litteræ vocauit Moysen, & ait illi: Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis.* Cur ergo, Deus immortalis, in eos animaduertitur, qui nullum fecerunt facinus. Pœnæ quidem, ac supplicia illis inferenda sunt, qui peccauerunt, quare igitur adeo acerbe plectuntur principes, ac moderatores Reip. si ipsi nullum crimen commiserunt? sane illis vitio vertendum est quodecunq; scelus in Rep. patratum, si enim illi recte, ac diligenter suo munere fungerentur, nõ auderet populus se tam impudenter, ac publice peccatis tradere, vobis ergo Reipublicæ moderatores, vobis inquam culpæ tribuendum est, si totalis, quibus Resp. vexatur, remedium non afferatur: si enim forti, ac religioso animo in Reip. administrationem quisq; vestrum incumberet, nulla ratione in ciuibus tanta impudentia, audacia, licentiaq; peccandi perfisteret. Si hortos topiario, vel olitori colendos tradas, illi vero vriticis & spinis abundant, merito sane in topiarium, vel olitorem culpam conferes, eo quod se in hortis excolendis negligenter gesserit. Respublica ergo Christiana est quidam hortulus à Deo ad sui oblectationem confitus, prælati vero & gubernatores olitorum munere gaudent. Illis igitur culpa ascribenda est, cum huiusmodi hortulus viticis plenus existat, id est, cum furta, homicidia, adulteria, aliaq; huiusmodi facinora in Rep. perpetrentur. Quod si illi sunt culpæ participes, mirandum non est, si ipsi etiam pœnam, suppliciumq; sustineant. Si vero hi recte ac sceleriter gubernationis munus obire velint, Deum optimum Maximum humanarum diuinarumq; rerum moderatorem imitentur, qui æquum se omnibus præbens, nullius quantumuis sibi familiarissimi peccatum impanitum abire passus est, quis enim illi familiaritate coniunctior quam Iudas, illum tamen æternis inferorum cruciatibus ob maximum illud scelus addixit? Quis magis apud eum gratia valebat, quam Dauid, quem quidem grauissimo supplicio propter turpissimum eius crimen affecit? *iustus enim est Dominus, & iustitias dilexit.* Iustus est in se, & eos qui iustos se præbent magnopere diligit. Nunc ergo, *iudices intelligite, erudimini qui iudicatis terram, Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore,*

Num. 23.

4.

Simile.

ne quando irascatur Dominus & pereatis de via iusta, ecce Deus stat in synagoga Deorum, & in medio Deos diiudicat, & contra impios iudices sententiā feret, vt potentes potenter tormenta patientur, iuste ergo quod iustum est exequimini, vt hic gratiam, & in futuro seculo gloriam eternam consequamini. Amen.

CONCIO QUINTA.

Primus discursus, in quo explicatur improborum consilia ab immortalis Deo dissipari.

(?)

Thema. si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. & venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem. Ioann. 11.

IN illis verbis à me propositis Christi Domini accusatio, ac damnatio omnino nititur. Existimabant enim Iudæi optimum suscepisse consilium ad retrahendos homines à Christi comitatu, Romanorumq; manus effugiendas, si ipsum humani generis Seruatorem è medio tollerent. Accidit tamen illis multo secus, ac sperabant, ex ea enim morte factum est, vt & complures Christum Dominum sequerentur (iuxta ipsius Christi vaticinium. Ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum) & ipsi etiam à Romanis capti, ac dissipati fuerint, vt apte diuus Basilius adnotauit. Idem prædictum erat a Daniele. Occiderur, inquit, Christus, & ciuitatem cum sanctuario dissipabit, populus cum duce venturo. Ipsemet Christus hoc eisdem enunciauit, cum Hierosolymam in hunc modum alloquutus est. Non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoueris tempus visitationis tue. Quapropter egregie

Ioan.

Basil. bo. de humilit.

Den. 9. Luc. 19.

gie B. Augustinus. Si Iudæi, inquit, Christum non occidissent, in suo regno permanissent. Aug. 4. de ciuit. c. 34.

Præclare ergo sanctissimus Iob eximia Dei opera expendens, dixit. Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum, quod ceperant. Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat. Dissipat ait cogitationes malignorum, Eodem verbo vtitur spiritus sanctus, cum de septentrione loquens ait. Verus Aquilo dissipat pluuias. Contingit sæpe cælum tetrus, ac de his nubibus oppleri maximā pluuiam præferētibus, quæ quidem Aquilone flante, adeo dissipantur, vt illico serenum cælum appareat, tetramq; obducti cæli perturbationem mira quædam serenitas consequatur, sic etiam flante diuini spiritus aura, omnes improborum hominum rationes, omniaq; consilia, quibus totum terrarum orbem irretire nituntur, dissipantur: & subiungit Iob: Qui apprehendit sapientes in astutia eorum & consilium prauorum dissipat. At, quid sibi vult, apprehendit in astutia? quia inde voluntatem Dei peragunt (inquit B. Gregorius) vnde hanc immutare contendunt. Iob 5. nu. 12. Prou 25. nu. 23. Simile.

Præclara quidem huius rei exempla nobis sacræ litteræ suppeditant. Ac primum, cum honestissimus ille Iosephus somnium suis fratribus commemorauit, vbi eum ab illis cultu, ac veneratione prosequendum coniectum est, deereuerunt fratres quibusdam Ismaelitis Iosephum vendere, & a se procul amandare, vt ea ratione, & germanum fratrem, & eius somnia perderent, sed ea ipsa via iniata est a Deo ad illum honestandum, & principem totius Aegypti constituendum, quo etiam factum est, vt ipse à fratribus suspicetur, ab eisq; vti prædictum erat ab eodem, suppliciter coleretur. Atq; eo pacto comprehendit eos in astutia sua. Quo circa egregie B. Gregorius ab eis, inquit, venditus fuerat, ne adoraretur, sed ideo est adoratus, quia venditus, sic diuinum consilium, dum deuitatur, impletur. Sic humana sapientia comprehenditur, dum relataitur. Hæc ille. Greg. 6. moral. c. 11. Genes. 37. num. 6.

EODEM spectat id quod Aman contigit, cum Mardochæo sibi infestissimo mortem inferre cupiens, passū vnde illum suspenderet, parauit, in quo postea ipsemet Aman imperatoris iussu suspensus est. Ecce qua ratione comprehendit illum Deus in astutia sua eandem viam suscipiens ad Mardochæo vitam honoremq; augendum, quam Aman ad eundem vitam honoremq; priuandum iniurabat. Esther. 5. num. 14.

Idem

I D E M in propheta Iona expendit eleganter D. Gregorius in hunc modum. Prudenter, inquit, Iohnas sapere voluit, cum ad prædicanđū Niniuitarū penitentia missus, quia electis gentibus Iudæa deserere timuit, prædicationis officium implere recusauit. Nauim petijt, fugere Tharsis elegit, sed protinus tempestas exoritur, fors mittitur, Ionas in culpa deprehenditur, in profundum mergitur, & Cete sorbente repente deuoratur. Atque illuc gestante bellua peruenit, quo ire sponte contempsit. Ecce fugitium Dei tempestas inuenit, fors ligat, mare suscipit, bellua includit, & quia obedire auctori renuit, ad locum, quo missus fuerat suo reus carcere portatur. Comprehendit ergo sapientes Dominus in astutia sua, quando & hoc in usum suę voluntatis redigit, per quod sibi voluntas humana contradicit. Hactenus Greg. Idem omnino euenit principibus Iudeorum, qui cum concilium inirent, & de morte Christo Dño inferenda deliberarent, vt hac ratione, & Romanorum manus, armaq; subterfugerent, & humani generis vindicem, ac Seruatorem Iesum a se procul amandarent, ne tanta hominum frequentia eum sectaretur, ea ipsa via, eademq; de causa in Romanorum seruitutē, ac potestatem, Deo ita providente, deuenerunt, ipseq; Iesus multo maiorem gloriam, ac nominis celebritatem apud omnes nationes consequutus est, ac proinde multo plures eius vestigia sequuti sunt. His itaq; contigit, ex sententia Diui Basilij, quod humani generis hosti, qui quidem vehementissime curauit, vt Christus Dominus cruci affigeretur, morteq; turpissima damnaretur, eo quod peccatū ab hominum animis expellebat, existimans hac ratione peccati partes agere, illudq; magna ex parte tueri: Sed frustratus omnino est, ibi enim ipse crucifixus, atq; abiectus est, ipsumq; peccatum expulsum, vbi se Christo mortem, & dedecus, peccato vero vires, ac potentiam redditurum putauit. Si vero iste princeps mundi, inquit, Basilius, maximus, & inuisibilis, mundanę sapientię sophista suis ipsius commentis capitur, & in extremam reuoluitur insipientiam, multo magis illius discipuli, & emulatores etiam si innumera commētentur, vbi sapiētes esse dicunt, stulti facti sunt. Hęc ille. Existimauit Pharaō sibi, suoq; regno magnam afferre securitatem, si Israelitas profligaret, & ad mortem vsq; persequeretur, ex eo tamen, & sibi & suo regno perniciem, & calamitatem intulit. Putauit fortissimus ille Goliath magnum sibi honorem, summamq; suę reipublicę utilitatem comparaturum, si singulare cum hebræis certamen iniret: eadem tamen ratione & ipse honorem, simul cum vita perdidit.

Basil.

didit, & summum Reipublicę suę incommodum, ac damnum attulit. Persuasit sibi pulcherrimus Absalon fore vt imperium, regnumq; teneret, si patri suo Dauidi bellum, indiceret, at ea ipsa via omnes suas facultates, ac vitam amisit. Opinatus est Balthasar, vasis sacris ab ipso violatis solemnius, ac iucundius suum fore conuiuium, sed hinc maxima tristitia subsequuta est, ipsumq; conuiuium mærore, ac lachrymis absolutum fuit. *Non enim est prudentia, non est consilium contra Dominum.* Vt recte Salomon scripsit, ipsaq; experientia, ac ratio demonstrat.

Præf. 2 I. Gregor.

H O C si ita est, illud recte concluditur, quod clarissimum Ecclesię lumen Gregorius docet. Restat, inquit, vt in curētis, quæ agimus, vim supernę voluntatis inquiramus, cui videlicet cognitię debet nostra actio deuotē famulari, & quasi ducem itineris sui prosequi, ne ei etiam nolens seruiat, si hanc superbiens, declinat, vitari enim vis superni consilij nequaquam potest.

H I N C perspicitur potest quanto in errore versentur mundani, qui per fas, vel nefas terrena, ac peritura bona comparare conantur, nihil de diuina lege curantes, neq; Dei voluntatem, & præcepta aliquo modo consulentes. Præpotens tamen Deus verter ad extremum eorum consilia, vt sua potius, quam illorum voluntas impleatur. Efficiet etenim, vt auarus, (qui propter immoderatam diuitiarum sitim aliena nimis appetit, & sua nimium retinet, ac pecunias scœnori dare, aliasq; vfuras facere non dubitat) miseram vitam agat, neq; pecunijs tanto labore conquisitis, vllō vnquā tēpore fruatur. Ipse etiā patietur vindictā sumi de eo, qui se iniuriarum vltorem præbet, efficiet itē, ne vnquā fortuna illorū optatis respondeat, qui honores, dignitates, vel cathedras ambiunt, medijsq; illicitis aucupentur. Vt ita & improborum hominum consilia dissipentur, & re ipsa præstetur id, quod diuina voluntas mira quadam ratione machinatur.

H O C regius ille vates videtur diuinitus explicasse, cum ait. *Magna opera Domini, exquisita sūt omnes voluntates eius.* Quæ quidem verba, quia non facile explicari possunt, pluribus, ac diuersis rationibus a doctoribus exponuntur. Ego vero eam amplectar explanationem, quam duo illa clarissima ecclesię lumina, Augustinus, & Gregorius, nobis reliquerunt. Gregorius ergo. *Magna* (inquit,) *ope* *ra Domini.* Sic quippe eius opera magna sunt, vt per omne, quod ab hominibus agitur, eius voluntas exquiratur. Quæ Gregorij verba clarius intelligentur, si cum illis Beati Augustini expositionē

110. n. 2.

Gregor. 6.

mor. c. 14.

Aug. in ps.

110.

Ppppp

adiunga-

adiungamus. Eligat, inquit, sibi homo quodlibet, nō sic constituta sunt opera Domini, vt creatura in arbitrio libero constituta, creatoris superet voluntatē, etiā si contra eius faciat voluntatē. Non vult Deus, vt peccēs, nam id prohibet, tñ si peccaueris, non putes hominē fecisse quod voluit, & Deo accidisse, quod noluit, sicut enim vult, vt homo nō peccet, ita vult peccanti parcere, vt reuertatur, & viuat. Ita vult postremo in peccato perseverantē punire, vt iustitiæ potentia contumax non euadat. Ita quidquid elegeris, omnipotēti non deerit, vnde suā de te cōpleat voluntatē. Magna enim opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius. Hactenus Aug. Vtinā hæc animaduertent, & secū ipsi considerarent ij, qui voluntate, aut desiderio feruntur in id, quod diuinæ est voluntati cōtrariū. Si ergo necesse est, Deū sui desiderij compotē euadere, vultq, ipse, vt vel nostra effrænata cupiditas nunquā ad eū, quē volumus exitū, perducatur, vel si pro animi sententia accidat, penas à nobis petere decreuit, quis homines inuasit furor, quæ ve illos tanta cepit dementia, vt diuina aduersante voluntate, cæco quodam impetu ad omnes suas cupiditates explendas rapiantur?

Secundus Discursus ostendit expediens fuisse Deum hominum causa crucem mortemque subire.

Them. Expedi, vt vnus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat. Ioann. 11.

Si eum animum, à quo hæc verba prodire, spectemus, sempiterna quidem obliuione digna sunt, si vero illarum veritatem, ac dignitatem expendamus, æterna profecto, grataq, memoria colenda sunt. Ea enim deprauato quodā animo protulit Caiphas. Sed vt sacer euangelista notauit. Hoc à semetipso, non dixit, sed cū esset paterfamilias anni illius, prophetauit. Non dixit euangelista, propheta exiit, sed prophetauit, vt bene aduertit Origenes, Quauis ratio-

Origenes.

nem eius rei non omnino reddidit, dixit enim, Caipham non fuisse prophetam, eo quod vnicus actus non producit habitum, neque enim ea solum ratione Caiphas propheta nuncupandus non est, sed quia nec Spiritus Sancti sensum, animū ve cognouit, mens enim Caiphæ ea fuit: expedit, vt hic homo moriatur, ne tothomines eius factionem sequantur, vt eius causa veniant Romani, & tollant imperium nostrum, & gentem: quæ circa vt reipublicæ consulamus curandum est hunc hominem è medio tolli. Sensus vero spiritus sancti huiusmodi fuit: expedit Christum Dominum mori, vt hac ratione hominum genus sui animi salutem consequatur, qua propter materialiter, vt ita loquar, dixit Caiphas, quod formaliter spiritus sanctus significari voluit. Atq, iccirco ait Diuus Chrysostomus Cor Caiphæ non fuisse motum, à spiritu sancto, sed linguam, idest, non præmouit animum, sed linguam Caiphæ, sic loqui prouidit, ideoq, Caiphas propheta fuisse dicitur, propter sensum spiritus sancti. Hinc vero considerantes, & deprauatum Caiphæ animum omnino reijcientes, perpendamus obsecro, quo pacto fuerit expediens, vt immortalis Deus hominum causa moreretur.

Chry. hom. 64 in 104.

Ac primum angelicus doctor censet, conueniens fuisse, vt Deus optimus maximus maximum suum erga homines amorem manifestaret. Quam quidem rationem desumpsit D. Tho. ex B. Aug. vel vt melius dicam, ex ipso doctore gentium Paulo, qui in hunc modū scribit ad Romanos. Vix pro iusto quis moritur, nam pro bono forsitan quis audeat mori. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Vbi D. Thom. sic loquitur, vix aliquis moritur pro homine iusto liberando, quin imo vt dicitur Elaic. 57. iustus perit, & non est, qui recogitet in corde suo. Et ideo dico, vix moritur, nam forsitan aliquis rarus ex zelo virtutis audeat mori pro bono homine, illud autem, quod Christus fecit, vt quis moriatur, pro impijs, & iniustis, nunquam inuenitur, & per hoc Deus suam charitatem commendat in nobis, idest, per hoc ostendit, se maxime nos diligere. Dicens autē commendat, immensitatem quandam diuinæ charitatis assignat, quæ quidem ostenditur, tum ex ipso facto, vt scilicet moreretur pro nobis, tum ex parte nostræ conditionis, quia hoc nō fecit pro uocatus nostris meritis, cum adhuc peccatores essemus, huc vsque D. Thomas.

5. Th. 3. p. q. 46. art. 3.

Aug. 13. de trinit. cap. 10. Rom. 5. n. 7.

D. Thom.

OSTENDERAT immensus Deus omnipotentiam suam, cū totum vniuersum ex nihilo finxit, quod maximi illi Philosophi fieri posse negarunt, existimantes, ex nihilo nihil fieri. Eluxerat etiam diuina sapientia in miro illo ordine, quo elementa, tempora, cælestiumq; orbium motus disposuit. Clarius item, atq; illustrior diuina prouidentia extitit, cum omnibus rebus quantunuis abiectis, ac vilibus, earum rerum, quas vnaquæq; natura desiderat, abundantiam suppeditauit. Aperuit deniq; nobis Deus optimus Maximus alia diuina sua attributa in rerum omnium administratione, amorem vero, ac beneuolentiam, qua nos mirifice diligebat, in morte nostri causa perferenda, manifestare maxime voluit.

INDICAVERAT quidem antea suum erga homines amorem, cum eis naturam vltro, ac sponte dedit, eamq; adeo præstantem, vt sui ipsius similitudinem gereret, cum eos reliquarum rerum dominos, ac principes effecit, & diuinis mentibus eorum custodiam, defensionemq; commisit. Cum illos in amenissimo illō deliciarum paradysō cōstituit, & iustitia, gratia, charitate, alijsq; cælestibus donis decorauit. At in nullo horum, neq; in his omnibus ita eximiā in nos ipsos charitatem ostendit, ac in laboribus, tormentis, acerbissimaq; morte, quam nostri causa subiuit. In hoc, inquit, Apostolus, commendat Deus charitatem suam in nobis, id est, erga nos. Ac si diceret, in alijs rebus ostendit Deus amorem, quo nos prosequabatur, in hoc autem commendauit, & infinitam, immensamq; charitatem patefecit. Valde quidem demonstrat Deus in cælis eximium amorem erga eos, qui sua visione foeliciter perfruuntur, magis tamen illum manifestauit, cum se cruci affigendum tradidit, cū enim beatos æterna illa foelicitate afficit, reliquaq; bona hominibus elargitur, nullam molestiam, aut laborem patitur. Et, quanuis ea bona ab amore etiam proficiscantur, ille tamen amor tunc clarius, ac manifestius innotescit, cum ad ea bona donanda, labore, ac molestia donatorem vexari, necesse est. *Pellem enim pro pelle, & cuncta, que possidet, dabit homo pro anima sua.* Magis ergo ostendit humani generis Seruator suum erga nos amorem, cum lacrymulam, vel sanguinis duntaxat guttam nostri causa effudit, quam cum omnes Angelos, atq; homines, gloria, ac beatitudine cumulat. Licet enim vtrobiq; seipsum donet nobis, se enim moriens dat in præcium, et se regnans dat in præmium, ac circumstantia, & modus se donandi longe diuersus est. Sed quis diuini amoris vim explicare poterit in eo, quod ipse Dei filius, tot tantosq; cruciatus hominū causa

causa sustinuit, & vitam deniq; atq; omnem sanguinem amantissimè profudit.

NON immerito idem Apostolus charitatem hanc nimiam appellauit, & mirum in modum extulit. *Deus, inquit, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dixit nos, & cum essemus mortui peccato, conuiuiscit nos in Christo, (cuius gratia saluati estis) & conresuscitauit, & consedere fecit in cælestibus, in Christo Iesu, vt ostenderet in sæculis superuenientibus abundantes diuitias gratia sue in bonitate super nos in Christo Iesu.* Diues in misericordia vocatur Christus cum mortem subit, licet enim semper in misericordia diues extiterit, in hoc tamen facto se ditissimum esse ostendit, & quia illud non solum misericordiae, sed etiam charitati tribuendum est, subiungit Apostolus. *Propter nimiam charitatem suam, &c.* At cur nimiam dicit, cum in Deo nihil nimium reperiri possit? hac loquendi formulā videtur vsus esse sacer euangelista; cum referens sermones illos, quos Moyses, & Elias cum Christo Domino conferebant in monte Tabor. *Diabant, inquit, excessum eius, quem completurus erat in Hierusalem.* Apostolus appellat charitatē nimiam, Euangelista vero excessum. Tum quia non videntur satis esse communia verba ad extraordinariam Christi charitatem explicandam. Nam vt D. Chrysostomus asserit, id genus facta omnē gyperbolem excedunt. Tum etiam ob redundantiam, & nimiitatem, vt ita loquar, quam nostræ reparationis beneficium continet, si cum his, quibus factum est, compararetur. Atq; iccirco inquit in eo loco Apostolus. *In bonitate super nos, id est, supra nostrum meritum, & supra nostrum desiderium, & supra nostrum intellectum, vt interpretatur diuus Thomas.* Ideo dixit B. Lucas, excessum, excedit enim non solum omne meritum, sed etiam omne desiderium, omnemq; hominum cogitationem. Id enim significat nimia charitas, id est charitas omnium sensum superans, vt exponit sanctus Anselmus. Excedit denique charitas hæc, non solum merita, & cogitationem nostram, verum etiam & necessitatem. Magna fateor necessitate tenebamur, nemo enim æqualem solutionē pro debito nostro, nisi solus Deus poterat exhibere, ac sufficiebat vna sanguinis gutta, imo vna lacrymula ex illis, quas vagiens in præsepicio effuderat. Imo & ea minus vt mūdū vniuersū, eo solo redimeret de rigurosa iustitia. Qualis ergo dicenda ea charitas est, quæ fecit illū tot lacrymas, & omnē sanguinē profundere. Tot cruciatus & opprobria ferre, ac crucifigi, & turpissimā & acerbissimam

Ephes. 2.

Luc. 9.

Chrys. ho. 9. ad Rom.

D. Tho. ibi.

Ansel. ibi.

bissimam in cruce mortem subire. Hæc non tibi videtur nimia & excedens charitas nuncupanda?

IOAN. 3. nu. me. 1. 6. QVAMobrem cum humani generis Seruator voluit illum æterni patris erga nos amorem explicare, cum eum ipsum nobis donauit, inquit. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vniuersum daret. Sic, ait, ac si diceret, non potest huiusmodi amor explicari, neq, aliquid in naturis omnibus reperitur, cui iure ac digne comparari possit. Præclarum sane fuit illud Abrahami factum, magniq, amoris erga Deum experimentum, cum amantissimum sibi filium immortali Deo obtulit immolandum: sed longe præstantior, atq, ardentior æterni patris charitas extitit, cum filium suum nostri causa morte afficiendum tradidit. Ibi enim Abraham officium Deo Maximo præstitit: hic præpotens Deus hominibus beneficium detulit, Abrahamus hominem mortalem, vt vita priuaretur, obtulit: Immortalis tamen Deus immortalem suum filium morti, mortisq, doloribus subiecit: Oblatus est ibi Isaac, à sanctissimo suo parente, hic vero Christus ab immanissimis tortoribus interficitur: Moriturus erat Isaac sine aliquo sui dedecore, aut ignominia, ac nullis fere tormentis ad eum occidendum adhibitis: At seruator noster Iesus vehementissime, atq, acerbissime, verberatur, colaphis cæsus, pugnis contusus, inter duos pendens latrones, à suis desertus, & circumuentus ab inimicis, eorumq, iniurijs, cõtumelijs, & conuicijs affectus, tandem inter grauissima tormenta extremum egit spiritum. Non igitur Abrahami factum, & amor cum nostri seruatoris amore comparari potest. Quocirca, cum scripsit euangelista, sic Deus dilexit mundum, sistit ibi, nec infinitum hunc amorem Abrahami vel alterius sanctissimi viri charitati conferre voluit, infinitus enim amor non potest in comparisonem venire cum eo, qui omnino finitus est. Cum vero id quod infinitum est ab exiguo hominum ingenio comprehendi nequeat, hinc fit, vt diuinus ille, atq, infinitus erga nos amor non modo meritum nostrum, sed etiam cogitationem excedat, ac superet. Quis enim persuaderet sibi aut cogitatione perciperet, summum, & præpotentem Deum, Regemq, cælestem turpissimam, atq, acerbissimam morti se traditurum esse, vt vile seruum in libertate assereret? O inestimabilis dilectio charitatis (exclamat B. Gregorius) vt seruum redimeres, filium tradidisti.

Hinc cognoscetis, cur Christus Dñs postquam inter immanissimos cruciatus animam eflasset, passus est læcea crudelissimè percuti, id enim ea ratione fecit, vt sinistro latere aperto, vbi maxime cordis domiciliu situm est, pateret omnibus illius animus, amorq, incre-

ditibilis, quo mortem illam pro humani generis salute subierat.

Maio rem denique charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Tu vero clementissime Iesu (D. Bernardi verbis utar) maiorem ostendisti ponens eam pro inimicis. Cum enim adhuc inimici essemus, per mortem tuam & tibi reconciliati sumus, & Patri. Quæ nam alia videbatur esse, vel fuisse, vel fore huic similis charitati? Hæc ille

CVM Iesus ad vitam Lazarum reuocauit, lachrymatus quidem est (sacro scriptore testante) & tunc dixerunt Iudæi. Ecce quomodo amabat eum. Ex Christi lachrymis, quas Iudæi de mortui Lazari causa profusas esse existimarunt, amorem Christi erga Lazarum cognouerunt. Si ergo lachrymarum effusio magni amoris experimentum esse putatur. Quo amore, quæ in nos charitate eum arde re faciemur, qui nostra causa totum sanguinem, honorem, vitamq, profudit? Conueniens igitur fuit seruatorem nostrum pati, ac mori, vt ardentissimam suam charitatem demonstraret.

At cur iniquies, voluit Deus optimus tantum in nos amorem ostendere, vt hac ratione nostrum in ipsum amorem excitaret, sic enim, inquit D. Thom. homo cognoscit, quantum eum diligat Deus, & per hoc prouocatur ad diligendum eum. Quod quidem beneficium si homines attento animo perpenderent, non dubito, quin illud præcambibus flagrantissimæ Dei amorem eorum animis excitaret. Quod quidem D. Bern. de se ipso fatetur. Super omnia, inquit, reddidit te mihi amabilem, Domine Iesu, calix quem bibisti, opus redemptionis nostræ, hoc inquam est, quod nostram deuotionem, & blandi us allicit, & iustius exigit, & arctius stringit, & afficit vehementius. Multum quippe laborauit in eo saluator, neq, in omni fabrica tantum fatigationis auctor assumpsit. Illa deniq, dixit, & facta sunt, mandauit, & creata sunt. At vero hoc & in dictis suis sustinuit contradictores, & in factis obseruatores, & in tormentis illudores, & in morte exprobratores. Ecce quomodo dilexit nos. Discè Christiane a Christo, quomodo diligas Christum. Hactenus Bernardus. Sanctorum mortem asserit regius vates, esse preciosam in conspectu Domini, quam tanti immortalis Deus ducit, vt nullæ eis pœnæ post eam mortem soluendæ restent. Quod si Deus tanto amore prosequitur eum, qui ipsius Dei causa mortem oppetit, quo amore, quæ beneuolentia complectemur Iesum, qui nostri gratia acerbissimam necem sustinuit? Martyr quidem vitam offert ei, qui illius vitæ dominus est, & cui iure omnium vita debetur, Deus vero ultro vitam suam donauit nobis, quia diues est in misericordia.

ricordia, & propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos. Martyr etiam vitam suam Dei causa tradidit, non tamen Deo vitam reddit, neque, aliquam ei gratiam prestat, immortalis autem Deus non modo nostri causa suam vitam amisit, verum etiam celestem nobis vitam, pluraque, alia beneficia detulit. Quam igitur ratione meritam Deo gratiam pro tanto beneficio, persoluam? qua benevolentiam tanti beneficii memoriam recolam? quo amore eum, qui tamto me amore dilexit, prosequar? quam gratiam animi memoria tam illustre beneficium excipiam? Diligam te Domine fortitudo mea, redemptor meus, & amor meus. Persistam obsecro in tui amore, ut gratum me tibi in hac vita, & in alia etiam gratissimum prebeam, teque, semper grati animi recordatione perfruar.

Dominica in Ramis.

Thema. Turba, que precedebant, & sequebantur, clamabant dicentes: O sanam filium David. Benedictus qui venit in nomine Domini. Matthæi. 21.

Salutatio. PLURA quidem, eaque, maxima, atque, abdita mysteria in huiusmodi euangelio continentur. Non enim in eo solum sacri scriptoris historia, sed prophetarum etiam vaticinia conscribuntur. In quibus pre dicebatur, quo pacto Christiane ecclesie negotia se haberent, quo pacto, sacri concionatores sanctissimam Christi legem promulgarent: erit etiam cernere reclamaciones, & refutationes hinc inde ab humani generis hoste profectas, victoriam quoque, quam ab illo reportaturus erat Christus Iesus. Hæc in presenti euangelio, adubruntur, quibus Pater æternus excitare vult hominum animos ad maximum honorem suo filio deferendum, ut hac ratione abundantissimus illius mortis fructus illustrisq; victoria sanctissimæ humanitatis repræfeteretur. Exiit Saul, & roboravit maximè Davidis animum, cum eum ad pugnam cum Philistæo incudam permouit, promittens ei filiam suam in ipsius matrimonium collocandam. Sic æternus pater proponit filio suo ecclesiam, que illi nuptura erat, parta prius à Dæmone victoria, quæ hodierna die illustri triumpho, pompaque, solemnè significatur. Quem quidem triumphum, ut nos etiam religiose celebremus, gratia nobis, auxilioque, celesti opus est, quod a Deo opt. max. sanctissime Virginitatis deprecatione consequemur, dicentes. Ave mar. &c.

Primus

Primus Discursus in quo ostenditur, nullum esse gaudium in hac vita, cui non aliquid tristitia admisceatur.

(?)

Thema. Turba, que precedebant, & sequebantur, clamabant dicente. O sanam filio David. Benedictus qui venit in nomine Domini. Ioann. 11.

ENARRAT hodierni euangelij historia celebrè, atque, illustre triumphum, quo humani generis vindex, ac Redemptor, exceptus e cunctis Hierosolymam, ingrederetur, carmina vero, quæ in huiusmodi celebritate fundebantur, multis ante annis modulatus est Propheta regius, cum ait. O Domine, saluum me fac. O Domine bene profperare. Benedictus qui venit in nomine Domini. Non autem, cantus solum, vocumque concentus, sed rami etiam oliuæ, aliaque huiusmodi lætum hunc diem, celebremque, fecerunt, &c.

AT in magnam rapitur admirationem Diuus Bernardus, cum hunc Christi triumphum, eiusdem morti, atque ignominie confert. In eadem, inquit, ciuitate, à plebe eadem, & eodem tempore, nunc quidem processions gloria, & diuinis est laudibus honoratus, post modum vero interrogatus, contumelie, & tormento, & cum sceleratis est deputatus. Quod idemmet Bernardus commemorando auget in sermone secundo eiusdem Dominicæ. Vbi sic loquitur: o quam dissimile fuit: Tolle, Tolle, crucifige eum, & benedictus qui venit in nomine Domini. O sanam in excelsis. Quam dissimile, rex Israel, & non habemus regem nisi Cesarem. Quam dissimiles rami virentes, & crux, flores, & spinæ. Cui prius sternebantur vestimenta aliena, ecce suis exiit, & fors mittitur super ea. Hæc ille. In quibus ver

Qqqq bis

bis quasi suis coloribus expressum videtur terrenum gaudium nullum enim est constans, aut perseverans, nullum non merore, la chrymisquē permixtum. Quo circa recte subiunxit Bernardus. Hic est finis transitorie lætitiæ, hic fructus gloriæ temporalis.

HOC idem sapientissimus Salomon docuerat, cum ait. *Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat.* Hebræa sic habet, etiam in risu dolebit cor, & extremum gaudij dolor. Non satis visum est illi, dixisse extremitatem gaudij dolorem esse, nisi cum ipso risu dolorem permisceret. Sæpe enim impijs ipsa voluptate fructibus horribiles excelsæ cōsciētia formidines, ac terrores existūt, vel aliqua alia ratione illi vexantur, ita vt gaudium sit in ore, dolor vero simul in corde. Quod si aliquando contingat gaudium illud cum nullo dolore permisceri, tandem in luctum, mæroremq; conuertetur. Hoc enim discrimen versatur inter ea gaudia, quæ ex diuinis rebus percipiuntur, & ea, quæ ex rerum labentium iucunditate dimanant, vt illa perpetua sint, nec dolore permixta, quia sanctorum gaudium nemo tollet ab eis, hæc vero & peritura sunt, & cū luctu, mærore, coniuncta. Egregie adnotauit hoc Diuus Chrysostomus in ijs, quæ Beato Iosepho sanctissimæ Virginis sponso euenierunt. Videndo, inquit, sanctus Ioseph grauidam sponsam, in conurbationem incidit maximam, sed affuit repente Angelus timorem prorpsu extinguens. Deinde puerum natum videns, maxima exultatione repletus est. Sed huic gaudio periculum grande successit, cum tota ciuitas turbaretur, rex fureret, & ad necem puerum quæri iussit. Sed & hunc tumultum alia rursus lætitia subsequuta est, apparitio scilicet stellæ, & magorum adoratio. Post hanc quoq; iucunditatem, iterum periculum, iterum formido. Quærit, inquit, Herodes animam pueri, & fugere necesse est, & in longinqua transire. Hæc ille.

Q V O D si velis ab vno Iosepho virgine ad alium etiam honestissimum, animum, & orationem conuertere. Perpendamus obsecro Iosephi Patriarchæ vitam. Hic quidem præ ceteris suis fratribus diligebatur à patre, quod magnum illi gaudium, ac lætitiā attulit, sed statim à fratribus Ismaelitis venditus ducitur in Aegyptum, vbi cum in seruitute esset, lætitia aliquantulum recreatus est, quia gratia valuit apud dominum suum. Illico tamen falsum illi crimen obijciur, qua de causa in carcerem detruditur, vbi tristi-

Chry. hom.
3. in Matt.

tia ac mærore affectus, infamia notatus, in sordibus, & squalore iacebat. At post aliquos dies è squalore ad purpuram, ex infamia ad gloriam, ex mærore ad gaudium, ex abiectioe, & contemptioe illa sua ad altissimum dignitatis gradum, ex vinculis deniquè ad libertatem, & administrationem ac moderationem Aegypti peruenit. Sed quia in hac vita nullum gaudium diuturnum, occidit Iosephus, & è corporis ergastulo solutus gaudium cum morte commutauit. Quia vt supra attulimus: *Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat.*

PRAECLARE hoc ipsum expressum est in longo, ac diuturno illo itinere ab Israelitis suscepto, in quo nunc illi indigebant aqua, nunc dulcissimi eis fontes emanabant, modo ciborum penuria premebantur, modo autem suauissimum illis manna cœlitus superebat. Ac deniquè frequenter læta tristibus, & tristitia lætis succedebant. Nihil enim securum, aut firmum esse potest, quod fluentibus huius mûdi aquis, mariquè procelloso innititur, sed omnia mærore, ac lachrymis debent esse commixta. Idcirco hic mundus lachrymarum vallis appellatur, & terra spinas, ac tribulos germinans dictus est. Sane qui gaudium sine aliqua tristitiæ permixtione perquirat, rosam quærit sine spinis, triticum sine pallea, diem absquè nocte, plane decipitur. *Et quidem factum est vespere, & mane dies vnus.* Post diem igitur expecta noctem, post lucem te nebras, post vitam mortem, dolorem deniq; ac tristitiam, post gaudium & iucunditatem.

AVDIVIT Esaias de cœlo vocem dicentem sibi. *Clama.* At ille quid clamabo? *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, quasi flos agri. Exiccaturum est fœnum, & cecidit flos.* Quid vilius, aut fragilius fœno? aut quid equè vanum, ac flos agri? hodie quidem est fœnum, & cras in clibanum mittitur, hodie flos reuirescit, & in crastino iam marcescit, & aret. His igitur rebus humana gloria comparatur, quod si huiusmodi gloria tam cito euanescit, quid diu permanebit gaudium, quod ab illa proficiscitur? Quo pacto hominum solatia diuturna esse poterunt, cum illa ex pulchritudine, diuitijs alijsquè perituris rebus oriantur? Videbis diutem exaltatum sicut cedros Libani, transibis, & ecce non erit, quæres, & non inuenies locum eius.

Esai. 4.
numer. 6.

Vbi sunt (inquit Baruch) principes gentium, & qui dominabatur super bestias, quæ sunt super terram, qui in auiibus cæli ludunt, qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, ex terminasti sunt, & ad inferos descenderunt, & alij loco illorum exurrexerunt. Ac si diceret Extrema gaudij illorum luctus, & mors occupauit.

HINC licebit intelligere, cur hodierna die processio, & passio coniungantur. Quid sibi vult (ait Bernardus) mirabilis ista coniunctio? aut quid cogitauerunt patres nostri passionem addentes processioni? nam processio plausum habet, passio vero planctum. Opportune, utiq; processioni passio coniuncta est, ut dicamus in nulla lætitia huius sæculi habere fiduciam, scientes quoniam extrema gaudij luctus occupat. Optima igitur consequentia ex supradictis sic deducenda est. Si tribulationes prosperitatibus coniunguntur, & luctus gaudio, stultum est in hoc mundo sperantes esse, si enim in mundo tantum sperantes sumus, miserabiliores sumus paferculis aeris, & piscibus maris. Currunt enim, & lætantur aues, & volitant, & sine labore, non congregantes in horrea pascuntur. Ludunt pisces in aquis, natant, cursitant, & sine labore comedunt, cibus à Domino præparatur. Miser homo non ita suauiter canit, ac ludit, laborat, nec in sudore vultus sui vescitur pane suo, nulla denique tam illesa est felicitas nostra, quæ huic istorum animalium comparetur. Si igitur in felicitate vitæ huius tantum sperat homo, miserabilior erit. Talis est mundus, quocumq; flatu fluit, ac refluit. Facile nauigare videtis mundanum aliquem felici vita, cui omnia prohibito succedere videtur: abudat diuitijs, epulis, famulis, equis, honore filijs & reliquis bonis terræ. *Filia eius composita, circumornata, ut si intus templi. Promptuarium eius plena eructantia ex hoc in illud.* Sed dum minus sperabatur irruit repentina calamitas, inuadit morbus: superuenit mors: iactatur procella non in portum volantis suæ, sed in profundum maris venit sicut in mari, denique nulla securitas serenitatis, & quietis sic & in sæculo nostro, mare quippe sæculum est, & omnes in eo, dum viuimus nauigamus. Quomodo ergo in sæculo pax, vbi rot venti concutiunt illud.

AD Timotheum sic scribit Apostolus. *Diuitibus huius sæculi præi, e, non sublimè sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum.* Non vult Paulus, ut diuites in suis diuitijs sperent, quia in incerto sit sperare, Gaudia, & prospera mundi in incerto pauiter sunt, non igitur in illis sperandum est, sed in Deo, qui habet in patria, vnde tribuat abundanter.

Berna ser,
1. in ramis
& ser. 2.

1. Ad Timotheum,
17.

CERTVM est illic quærendum aliquid esse, vbi est. Non enim pisces in montibus, lepores autem in aquis quærendi sunt. Sed in aquis pisces, in montibus lepores, vbi solent reperiri. Felicitas & lætitia non inueniuntur in terra, non ergo in terra quærenda, inueniuntur in cælo, in cælo igitur hæc sunt inquirenda. Qua de causa exultimatis sanctos olim in montium speluncas secessisse, & cum feris habitasse orantes, ieiunantes, & pœnitentiam eximiam agentes? Miserabilis forte iudicaret ineptus mundus, Sed certe ipsi prudentes extiterunt. Quærebant enim gaudium verum, & felicitatem permanentem. Quomodo id inter acerba eremi quærebant? quia ibi, non in terris, felicitas quærebant, sed in cælo.

NARRAT historia sacra, quod tempore famis eximie, quando in solo Aegypto alimenta vendebantur, dixit Iacob filiis suis. *Quare negligitis? descendite, & emite nobis necessaria, ut possimus viuere. & non consumamur inopia.* Quo audito profecti sunt pro tritico in Aegyptum, qui eos iter agere videret, in terram longinquam ignota, & barbaram non nisi periculū defatigationēq; videret, sed illud erat necessariū mediū ad frumentum comparandum. Magnam in hoc mundo veri gaudij patimur famem, in cælo alimenta venduntur, iter sancti per deserta agentes egerunt, non in via lætitiā postulabant, sed eo modo in cælum, vbi vera gaudia sunt proficiscebantur. Videtis hominem pauperem in Indiam tendentem, si dum ingreditur mare ab eo quæras, quare nauigas? pro auro, & argento dicet. Si rursus exigas, si aurum quæris, quomodo mare intras? respondebit, quia hæc via ducit in locum illum, vbi summæ diuitiæ reperiuntur. Sic igitur sancti, ut prudentes negotiatores asperam vitam aggrediuntur, quia via illa via regia est, ad cæli felicitatem obtinendam. O infelices illi, qui felicitatem quærunt in mundo, vbi non est? O misera felicitas, non est hic gaudium, quærite ista in cælo, vbi est torrens voluptatis eximius, & per opera bona quærite, ut cum defeceritis, audiatis Dominum dicentem. *Intrate in gaudium Domini vestri. Amen.*

*Secundus discursus ostendit quomodo
humana prosperitate uten-
dum est.*

(?)

Thema

*Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, & se-
dens super asinam.
Matth. 21.*

VULT humanæ salutis author triumphans Hierosolymam intrare, ob idq, asinam, & pullum asinum sibi assumit. Quibus imponuntur Apostolorum vestes, & in asinæ ascendens illustrem ingreditur urbem. Exiguus sane summe Domine videtur hic esse apparatus ad triumphum. Romæ enim, cum Dux aliquis famæ celebritate conspicuus triumphabat, laureatis curribus vectus, magno honore, & maiestate, magnaq, nobilissimorum civium Romanorum pompa comitatus in urbem lætus solebat ingredi. Tu vero Domine non curru laureato veheris, sed iumentis, at si in equo sedens triumphum hunc acturus eras, num rigidi equi, & pulcherrimæ strati defuissent? Quomodo igitur iumentis, pauperrimis Apostolorum vestibus ornatus, pro equis utens ingrederis?

SCITIS fortasse cur ita intrare voluerit? ut nos apertè doceret, benè, ac moderatè humana felicitate uti. Fieri plerunq, solet, ut prosperi, ac multis affluentes diuitijs se totos fælicitati suæ committant absq, moderatione, atq, temperantia. Comedunt quantum possunt, ludunt quæcunq, queunt comparare, quas possunt sibi vestes induunt, in voluptatibus, rebusq, inanibus magnos faciunt sumptus, ac sæpe etiam maiores, quam quos valeant illi sustinere. Inde fit, ut nonnulli, quanuis magnis, & opulentissimis possessionibus perfruuntibus, & adeo magnis, ut vnico proventu annuo sexcenti homines alii possent, ipsis solis pro vnico anno nequaquam satis sint.

CON-

Continetur in sacris litteris, quondam dixisse. Deum inelyto duci Gedeoni, cum ille cum triginta milliū hominum exercitu iter haberet. Loquere ad populum, & qui formidolosus, & timidus est, reuertatur. Quo audito, ex triginta & duobus millibus viginti millia domum reuerterunt. Dixit Deus iterum. Adhuc populus multus est, duc eos ad aquas, & ibi probabo illos. Volebat enim Dominus videre, quem quisq, modum bibendi teneret. Peruenerunt itaq, ad aquam sitiētes, & ex decem millibus tercenti duntaxat, ut homines decet, temperate biberunt, aquam manibus accipientes. Cæteri autem, flexo poplite bibebant, & bestiarum more proni ad bibendum se obiciebant. Ecce differentiam inter prudentes homines, & stultos, ad humanarum opum sitim extinguendā, imprudens namq, ut homo, stultus, belluæ instar bibit, prudens ea solum, quæ sibi necessaria putat ex diuitijs, honoribus, & voluptatibus, magna cum moderatione accipit, & multa ex eis Deo, pauperi, & egeno, cum opus est, relinquit. Stultus bibit intemperanter, se rebus omnibus penitus tradit, & plura si haberet, plura consumeret, ac dissiparet. Nulli honori parcat, nulla tam exquisita voluptas est, quam non appetat, nulla tam ampla possessio, quam non concupiscat, nihil deniq, aut egenti aut Deo relinquit.

TALIS profecto extitit anarus ille diues, qui, ut princeps purpurea induebatur veste, vesceretur quotidie splendidis & con-

*Luc. 16.
num. 12.*

quisitis cibis tantumq, his rebus se tradebat, ut ne micas quidem, quæ ex mensa decidebant mendico Lazaro impertire velleret: nō legitur in scriptura, eum recte aliquid, aut honeste vnquam fecisse, cum tamen diuitiarum multum possideret. Hic pronus epotabat. Quot nunc putamus esse homines huius in orbe similes, qui ornantur vestibus, ut principes, honoris, & delectationis causa sumptus faciunt, ut principes, nihil boni curant implicati suis voluptatibus, epulis, ludis, edificijs, ambulationibus, musica deniq, & omni genere oblectationū, in his se multum exercent, in his totos dies noctesq, insumunt, in his totius vitæ cursum, libenter collocant, in his ab eo die, quo sunt in lucem suscepti, magna cum voluptate versantur. Sic tandem, cum moriuntur, quasi belluæ moriuntur, quia dum vixerunt semper se belluarum more habuerunt. Huiusmodi sunt, qui proni aquam bibunt, ut canes bibere solent.

NVM

NVM ignoratis, quem locū ipsi homines apud Deū obtineāt? effeminatorū videlicet atq; otio disfluentū. Vnde ibi precipit Dominus Gedeoni, vt ipsos ab exercitu suo dimittat: & prælium cum illis duntaxat tercentis ineat, qui vt homines moderatē biberant. Dicunt hi, qui in delectationibus, & indulgentia nutriti sunt, se reip. nobiles esse, & eius præsides, & propugnatores se esse iactant: Sic certe esse deberent, vt in quouis repentino hostium aduentu, & quoties ad manus & pugnam veniendum est, & cum teterrimis fidei nostræ catholicæ hostibus, Turcis, Mauris, & hæreticis, ceteros ipsi præirent, primi arma caperent, primi bellū inciperent, primi cum hoste confingerent, & in omnibus his semper primum locum occuparent, se deniq; omnium robustissimos ostenderent, & factores vocarent, aut opifices, qui consuendis vestibus, & opere faciēdo occupantur. Sed quidem illi sunt, qui ad hæc exequenda, minus apti censentur. Ita enim sunt delicijs assuefacti, atq; in tanta rerum omnium abundantia educati, vt vix vnus diei laborem perferre queant. Non possunt, nisi in tenuissimis lintheis, molliq; lecto quiescere, non crassis vescuntur cibis, sed varie conditis, exquisitis, suauissimis, & ad conuocandū facillimis. Nequeunt habitare nisi in amplis, & magnificis aulis, non possunt iter facere, nisi equo vehantur, si vero quæras ab ijs an possint in agro sub dio versari cū militum exercitu, & hoste recumbentes, & panem comedere his coctum, & mucidum, aut turbidam, ac tepidam aquam bibere: Respondebunt, se id præstare non posse, quod sane verum est, quia alit̄ tur molliter in magnis delicijs: & pro ferreis chirotecis pulchras, & odoriferas gestant pro lorica, & ærato clypeo bombicc, & tela auro intertexta ornantur: & cum arma exercere deberent epulantur, ac debacchantur belliarum more, hi quidem non sunt rep. præfidiū, sed perniciēs.

CVM vero illos, qui proni, & copiose potabant ab ea militia, Deus prohibuit, significauit, quam longe hi absint, & quam remoti sint ad hæc Christianam militiam, quam nos profitemur aduersus hostes illos, qui oculis cerni non possunt. Quemadmodum enim ipsi nulla sunt virtute, nullog; robore muniti, ad corporis militiam exercendam, cum effeminata nutriant corpora: Sic etiam ad spirituale prælium, nullam habent animi magnitudinem, cum pusillo, & angusto se gerant animo. Ac proinde sunt moribus inter omnes corruptissimi, & sic facile à Dæmone vincuntur, & ei se facillime submittūt. Fortes autē sunt, vt faciant mala, in his, quæ mundi

di sunt, superbia scilicet insolentia, procacitate, impietate, ignauidemum omnes, maxime vincunt, atq; superant.

Refert Aulus Gellius Epictetū philosophū vniuersam morum philosophiam his duobus verbis comprehendisse. Sustine, & abstine, hoc est sustine aduersa, & abstine à prosperitatibus, philosophia nāq; tradit, quo modo animi motus cohibendi sint, & quo modo etiam honestis actionibus nos exercere debeamus, ea vero quæ animi motus expugnant prospera & aduersa fortunæ sunt, aduersa enim irascibilem partem, prospera aut concupiscibilem debellāt. Iccirco necessarium medium esse duxit virtutis studioso, vt eo animo sit, vt & aduersis rebus resistat, & in prosperis sibi tēperet. Alio ter autem eo magis erit vitijs deditus, quo id præstiterit negligētius.

HINC orta est illa sapientis ad Deum oratio in prouerbijs. *Duo rogavi te, ne deneges mihi antequam moriar, vanitatem & verba mendacia longe fac à me: Mendacitatem, & diuitias ne dederis mihi, Tribue tamen victui meo necessaria, ne forte satiatus illiciat ad negandum, & dicam. Quis est Dominus?* Rogat ne sibi diuitias largiatur, quod pauci, & raro postulant: Opes vero, & multi, & sæpe. Ratio vero qua impulsus Salomon hæc dixerit, ea est. *Ne satiatus illiciat ad negandum Deum.* Hic ergo velut sapiens iudicat effectum prosperitatis esse allicere cor hominis, allectumq; inducere ad peccandum in negando Deum. Et id manifeste experientia docet, vt cui prospere omnia fluant, suis actionibus negasse Deum videatur, & dixisse in corde suo, non est Deus. Sic enim viuit, ac si Deus non esset, siquidē illum non timet, nec videtur credere iudicium vllum esse, aut rationem, cum sine iudicio, ac ratione viuat, nec inferos esse credit, cum tam inconsideratē ad eos cursum dirigat. Nō cœlestia ac sempiterna bona spectat, cum ea caducis & perituris rebus post habeat: nec tandem Deum fateri videtur, quem nec obseruat, nec diligit, nec reueretur, aut colit. Vsq; adeo à suis voluptatibus, & prosperis successibus videtur illectus ad negandum Deum, videte nunc, quid efficiat in humanarum rerum visu, cum quis nō curat prosperitati modum ponere.

DICETIS fortasse si tot mala à diuitijs proficiuntur, melius est illis carere. Ita quidem est, sed non omnes capiunt verbum hoc saltem opus est, ab eis animum remotum esse. *Diuitia si assuant, nolite cor apponere.* Ait psalmista, et Dominus in euangelio. *Beati pauperes spiritu*, id est, qui habent affectum purum ab omni immodera

Aul. gel. li.
17. c. 19.

Prou. 30.
numer. 8.

1. s. 61 n. vi
Ad. u. 3. n. 3

ta diuitiarū cupiditate, sic vt animū in illis non ponant. Hi enim, quauis eas possideāt, nō illis abutūtur, & inter homines triūphāt; Christū imitātes, vt pote qui proni ad aquā, & effusē nō bibant.

Talē se præstitit sanctus pater Abrahā, qui cū multis opibus abū daret, quibus magno in honore, & indulgentiā degere poterat, nō luit tñ in illis rebus suas spes collocare, viuebat tāquā peregrinus; qui regias domos cœlatis, & auratis tectis posset edificare, Distribuebat in pauperes q̄ in voluptatibus, & in preciosa suppellectili; aut vestibus posset infumere, hic potū temperate sumebat, & non pronus, & immoderate potabat, tāquam bellua.

Huius etiā similē se prębuit sanctissimus Iob, qui non canes, neq; accipitres, non equos alebat, sed orbas parentibus, egēteq; viduas, & pauperes suis opibus sustentabat. Erat deniq; egenorū omniū perfugiū, q̄ ex eo ipso audire licet. Dixit enim, cū res pestulauit. *Obulus fui cæco, & pes claudō, pater erā pauperū.* Non dicit, quod cæco dū cē prębebat, qui illū duceret, nec quod claudō baculū ministrabat; cui adhærescēs incederet, neq; quod in pauperē beneficus erat, sed cæco se fuisse oculū, & claudō pedē, & pauperi patrē. Ita enim exacte & perfectē eorū defectū supplebat, vt oculos, & pedes ipsis carentibus restituere videretur. Egentiū ait se esse patrem, quia in eogētes, non hominē piū, sed hominē patrē omnino experiebantur, æquē eis faciebat perinde ac filijs, eorūq; inopiā subleuabat, nō minus, quam si pater illis fuisset, non vt vos facitis, qui cæco duos ad summū dipondios erogatis, & claudō bene precanti inane dī mittitis. Ille vero tantū eis impertiebatur, vt illius potius filij videretur, quā pauperes aut mēdici. Hic, hic prosperitate bene vti sciebat, erat ditissimus, & vt ait scriptura. *Erat vir ille magnus; inter omnes orientales, potuissetq; oblectamentis, & voluptatibus se totū dedere.* Sed noluit, ne pronus potū biberet, & a Deo improbaretur.

Pręclarū exēplū habent ad imitandū in his duobus viris sanctissimis diuites, & humanis opibus potentes, vt felicitate sua tēperate vtantur, pręclarus tñ in Christo Dño Dei filio, *qui cū, sit splendor patris, & figura substantiæ eius.* Diues gloriosus, omnipotēs, & Deus ipse, & cū posset magnifica, ac cœlestia in terra palatia construere,

noluit sibi, nec Domū, neq; habitationē aliquā cōparare, quo se reciperet, ita vt vere dicere posset. *Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidōs, filius autē hominis non habet, vbi caput suū reclinet.* Cūq; maiori auri pondere, quā venæ ipsæ producant, potiri posset, adeo rebus omnibus, voluit indigere, vt alieno pane biberet (si alienū ap-

pellandū est aliquid ex ijs, quæ sunt ab eo creata) & cū hodie Hierosolymis triūphū esset acturus, currus, & equi, quibus vehitur sūt duo asselli, apparatus, arborū rami, vt discatis vos moderatos esse, & cū delectu, vestra prosperitate, & his rebus omnibus, quibus in vita fruimini, vt, vt postea in cœlis beatæ, ac sempiternæ vitæ pręmij cumulatissimē afficiamini, &c.

CONCIO SECUNDA.

*Primus Discursus ostendit quam depreſerit
Dei filius superbos homines humili-
tate sua, condemnans eos,
qui eius exemplo de
se nō humiliter
ſentiunt.*

(.?.)

Thema. *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinam.*
Matth. c. 21.

CVM Babilō illā vrbs celeberrima, in sinu pacis posita, magna gloria, eximia potentia, florētissimis suis rebus, & prospero fortunæ flatu frueretur, referta nobilibus viris, diuitibus, & in magna indulgentiā educatis, multū tēporis cōiuijs, muficæ, ludis impendens, fortissimis muris circūdata, multis occupata oblectationibus, cū sūma deniq; rerū omniū in prosperitate esset, vidit Esaias propheta currū militarē, & potētē, quo duo inuicti principes vehebantur strēnuo & confidēti animo, vt Babilōnē depopularētur, celebrata idola euertērēt, fortissima mænia solo æquarēt, mufica, instrumētā ex eorū manibus eriperēt, & cūctas facultates ē domibus exportarēt. Quod quidē in tātā admirationē rapuit prophetā, vt exclamare, & dicere inceperit. *Emarcuit cor meū, tenebra obstupuerūt me, Babilō mihi dilectā posita est in miraculū.* Quid fieri pōt, vt prin-

cipestam potantes reperientur, qui ita Babylonem illam tam munitam, tam opulentam, tamque potentem diripere, & excindere possent: tam cito decidit eius præstantia, & prostrata est eius potentia? sed & aliud multo maioris admirationis narratur nobis hodierno die, cum terrarum orbis factus esset Babylonæ similis, cum homines pecuniam, honorem, indulgentiam, tanquam Deos colerent, cum magis lauticijs conuiujs, arrogantia, & rebus caducis, in suprema sua fœlicitate delectarentur, tandem vidit Zacharias propheta in uicissimum principem venientem ad urbem destruendam, reformantem omnes eius vanitates, solo etiam idola adæquantem. Multo tamen aliter quam vidit Esaias Cyrum, & Darium super Babylonem, ibi enim veniebant duo illi principes in curru falcato, magnis copijs, omnibus armis instructi, magna bellicarum rerum comparatione & apparatu. Hic autem Zacharias vidit hunc in affello sedentem magna animi submissione, & mansuetudine, & quanuis hoc modo veniret, affirmat tamē eū venire, vt excelsam hanc Babylonē disturbet, & vt ex ea cœlestem efficiat Hierusalē. Vidit ergo Zacharias, id quod nobis hodie refert in euangelio diuus Matthæus Apostolus. Afferit enim cœli principem triuphantem ingressum esse Hierusalē, & sedentem super asinam. Sed ne dubitemus hunc esse, quem vidit Zacharias, dicit, *hoc autem factum est, vt adimpleretur, quod dictum est per prophetam dicens, dicite filie sion.*

SE D videamus, si venit ad disturbandam Babylonem, & ad eius idola, & vanitates euertendas. Cur venit tam pauper, tam mansuetus, & humilis, & sine vlla magnificentia, aut belli apparatu. Vbi sunt militum exercitus? vbi sunt vallistæ, & colubrinæ? vbi hastæ, cæteraque instrumenta bellica? Quomodo ineundum est prælium? species quidem non eius est, qui ad pugnandum, sed eius potius, qui ad pacem constituendam veniat, sed ista ipsa pax, bellum, & ista animi submitio, humanis rebus vallitatem infert. Deus enim his rebus vincit, quibus vincere non posse videtur. Iam meminisse debetis prodigiosa illius statuæ, quam alter Babylonis imperator vidit in somnijs, quæ cum ex quadruplici metallo durissimo confecta esset, auro scilicet, argento, ferro, & ærelapis vnus ex montis culmine euulsus eam confregit, atque comminuit. Non mons integer decidit, sed vnus duntaxat ex monte lapis, isque satis fuit ad eam comminuendam, atque coterendam, atque adeo satis, vt referat scriptura. *Contrita sunt omnia, & redacta quasi in fauillam a stiva arca, qua rapti sunt a vento* Quid tantum lapidis vnus potuit efficere? Quæ erat statua.

statua illa? vt ait propheta significabat quatuor imperia potentissima, quorum summa potestas, vno tamen solum lapidis ictu fracta omnino est, atque labefactata. Non bellicis tormentis, aut sulphureo puluere percussa, sed vnus tantum lapidis ictu cœcidit. Qualis igitur est lapis iste tam paruus, qui saxum non dicitur, & tam durus, ac potens, qui summa quatuor orbis terrarum imperia, ac dominatus sustulit, & extinxit? Sanctus Augustinus, & cum eo omnes sacri scriptores affirmant vaticinium hoc manifeste dici de Christo Domino, quem scriptura petram nuncupat. *Petra autem erat 9. in Ioan. Christus, & ipse in hoc vigesimo primo capite diui Matthæi expo-* *Matth. 21*
fuit de se ipso locum illum, ex psalmo centesimo decimo septimo. *num. 24.*
Lapis, quem reprobauerunt adificantes, hic factus est in caput anguli Lappillus hic, hic tam paruus specie, hic inquam, qui hodie tanta mansuetudine, & animi submissione ingreditur est ille, qui vniuersam hanc humanam Babylonem, vna cum eius magnificentia, & arrogantia depressit, euertit, atque omnino prostravit. Non videtis effectum hoc esse post Christum? nunquam homines aliquid de animi submissione cognouerunt, donec Christus suæ humilitatis exemplo subiecit. Postquam autem illi Deum ipsum obedientem, & factum humilem viderunt, eos grauius magnæ suæ insolentiæ pude-re cæpit, & altissimum honoris idolum, a se inter alia multa erectum deturbare inceperunt.

NON perpenditis, quam multi viri sanctissimi extent in hac Christiana ecclesia, qui viuentes adhuc inter homines, & sapientissimi (& si sapientia inflare soleat sapientes) cum magna sapientia magnam coniunxerunt animi submissionem? Non animaduertitis quot diuites affluentes diuitijs multis (quanuis eos diuitiæ inanimiter soleant efferre) magna animi humilitate mansuetum, & humilem Christum sequuti fuerint? Non videtis multos clarissimos parentibus, & regia stirpe natos, qui (tamen si genere illustres sepe nimium sibi arrogant) se ipsos agnoscentes prostrauerunt prostratum, & humilem sanctissimum Dei filium contemplantes? Euoluite, quæso, Euangelistarum historias, & eos libros, in quibus sanctorum facta, & dicta continentur, quos omnes his rebus asperfos reperietis. Quis igitur eos reddidit humiles? Christus scilicet, omnium semper humillimus. Poterat quidem eos missis de cœlo fulminibus subijcere, atque deprimere, quod tamen diuino suo exemplo præstare voluit, quo triumphauit hodie de mundi vanitate, & a se lo vectus ingrediens, eos demisit, qui superbis equis, & laureato curru vehuntur.

Præclaram sane, atq, efficacissimam rationem inuenit, vt nos demitteret, atq, prosterneret, se ipsam summississe, vt nostros animos superbia elatos frangeret, atq, deprimeret. Idonea profecto ratio est, cum nos nostræ insolentiæ causa supplicio aliquo afficit. Potest enim Deus superbum quemuis hominem omnino deprimere, eum in lecto dolore aliquo premens, aut febris afficiens, quæ eius vita in magnum discrimen adducta se ipsum consideret, atq, agnoscat hominem esse, & breuiter in puluerem conuertendum, & audiat vocem dicentem sibi intus in corde. *Quid superbis terra, puluis, & cinis?* Præstâtior vero ratio est, atq, multo efficacior, Deum ipsum humilem pro nobis, & abiectum videre, vt eius exëplo nos etiam supplices præbeamus, quam aut mortis multiplicis, aut pulueris, in quem conuertendi sumus, assidua contëplatio, longe enim mirabilius est, summam Dei potentiam humilem, & abiectam videre, quam eum, qui expulserit sit in sublime efferri: vnde non mirum si humilitas Dei deprimat & vincat superbiam nostram.

LITTERIS est proditum Alexandrum magnum Macedoniæ Regem sæpe a suis adulatoribus Iouis filium esse appellatum. Accidit, vt quondam in prælio, sagitta grauitèr ille percussus fuerit, cumq, magnum grauisissimi vulneris dolorem sentiret, dixit adulatoribus suis. Vos me, inquit, filium Dei sæpe nuncupatis, hoc autem vulnus aperte demonstrat me, vt quemuis alium hominem esse, & mortalis hominis filium, eum vnius sagittæ vulnus ab errore illo liberauit, summissit, atq, depressit. Nobis autem nulla est tâ penetrabilis sagitta, quæ nos magis ad veram nostri cognitionem, & ad summisionem impellat, quam humilem, & summissam videre summi, & altissimi Dei magnitudinem. Cuius non frangat animum, quantum durum, & magna superbia elatum, cum videat se superbum, & pulcherrime ornato equo vehi, si Christum hodie in triumpho super asinum sedentem, intimo animo inciperet contempleri. Quæ hominè bombicinis vestibus ornatum non demitteret, cum aspiceret sanctissimum Dei filium, pauperrimis vestibus indutum in die triumpho sui laceratas, & erasas discipulorum vestes, pro ornatu accipere?

Hebr. 12.

uu. 1.

VOLEBAT diuus Paulus Apostolus populi Hebræi animos confirmare, vt labores patienter ferrent, quibus sic est locutus. *Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confessione contempta. Anselmus sic explicat propositum sibi*

sibi a turbis, gaudio dum vellent eum facere Regem, noluit illud suscipere, sed sustinuit postmodum crucem, & illusiones, & opprobria, contemnens omnem humanam verecundiam. Hinc igitur efficiebat diuus Paulus, vt nos videntes quam liberi animo omnes Christus labores amplectatur, eosdè etiam libentissime excipiamus. Idè argumētū efficitur de animi summissione: Cū enim ille se summissum, atq, humilem, ostenderit regnaq, neglexerit, non est ratio nisi consentaneum, vt nos regna, atq, imperia expectemus. Et si tot ille, tantaq, illusiones, contemptus, & opprobria, quæ summo cū dolore in cruce pertulit, parui ducenda putauit, æquum est etiam vt nos cōtemptiones, atq, contumelias prorsus contēnamus. Hoc argumentum illud est, quo Christus Dominus, illo supremæ cœnæ die voluit discipulos suos conuincere, vt se alij cum alijs summissis gererent, & inter se pedes lauarent. *Si ego, inquit, Dominus, & magister, laui pedes vestros, & vos debetis alter alterius lauare pedes? Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* Nullum vnquam Aristoteles in suis topicis, neq, Tullius in arte dicendi firmitus argumentum ad concludendum fecerunt. Tu Domine sanctissime, humilis, & ego superbus? Tu Deus, quem Seraphin reuererentur in cœlis, in terra abiectus iaces, atq, prostratus, & ego in ea obseruari ab omnibus, & magno honore affici cupio, qui sempiternis pœnis essem magis addicendus?

Ioann. 13.

SI vna duntaxat diui Francisci animi submissio, aut cuiusuis ex multis, qui se valde summissis gesserunt, satis est, vt eorum exëplo prosternamur, cū sint etiam homines similes nobis, quare nos non subiiciet, atq, prosternet sanctissimum Dei filium tam humilem, atq, summissum videre? Cum sit patri suo diuinitate æqualis? *humiliauit se Christus factus obediens, vsq, ad mortem, mortem autem crucis, propter quod, & Deus exaltauit illum. Demittite ergo vos, vt iniuriã patiamini, res caducas, & vanas omnesq, falsæ gloriæ umbras relinquantis, & Deus vos etiam in excelsis, ac sublimi cœlestis vitæ gradu in perpetuum constituet, atq, collocabit, &c.*

Secun-

Secundus Discursus ostendit quantum deceat primarios viros, & magnates humilitas.

(.?.)

Thema: *Dicite filia Sion, ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, & sedens super asinam, &c.*
Matthæi. c. 21.

OSTENSI sunt Ioanni Apostolo honores summi, quibus Christus Dominus afficiebatur in cælis, præconiaque, & laudes, que ibi in illum deferebantur, de numero vero laudantium illum ait. *Erat numerus eorum, millia millium, dicentium voce magna, dignus est agnus, qui occisus est accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.* Hunc illi honorem cæli ciues tribuebant, multo vero maior a patre ei deferebatur honor, qui quidem illum ad dexteram suam in excelsa & suprema sede locauit, atq; constituit super omnem principatum, & potestatem: mirandum quidem est, quam sublimi indignitate sit Christus Dominus in cælo constitutus, sed id mihi non tantam affert admirationem, quantam eum hodie conspicerem tam humbissimum, & humilem in terra cum eo die, quo sibi triumphandum erat, sedens super asinam ingrediatur Hierusalem. Tanta cum in cælo gloria & maiestate potiri, est quidem illo dignissimum, maxime vero alienum ab eo esse videtur quidquid ad ignobilitatem, & depressionem spectat. Num tibi Domine Iesu Cherubim alæ de erant super quas Hierosolymis triumphum agere posses? Cur ergo tam infimo iumento sedens ingrederis? Quis princeps in toto terrarum orbe non magno dedecori sibi esse putaret, sic asino vetum urbem aliquam intrare, id rustico homini, & egenti expedire videbatur, at in te supernum, cælestem, atq; diuinum Deum qui possunt ista conuenire?

RES-

RESPONDEAT sanctus Augustinus libro de catechizandis rudibus, vt nos pariter catechizemur. Omnia bona terrena contempnit homo Deus, vt contemnenda monstraret, & omnia terrena mala sustinuit, quæ sustinenda præcipiebat, vt neq; in illis quæreretur foelicitas, neq; in ipsis infœlicitas timeretur. Natus enim de matre, quæ quauis esset virgo, tamen fabro desponsata erat. Omnem triumphum carnalis nobilitatis extinxit, natus enim in ciuitate Bethleë, quæ inter omnes ciuitates Iudææ, ita erat exigua, vt hodie villa appelletur. Noluit quemquam de cuiusquam terrene ciuitatis sublimitate gloriari. Pauper enim factus est, cuius sunt omnia, & per quæ omnia facta sunt, ne quisquam cum in eum crederet, de terrenis diuitijs aueret extolli. Noluit Rex ab hominibus fieri, quia humilitatis ostendebat viam miseris, quos ab eo superbia separauerat, quauis sempiternum eius regnum vniuersa creatura testetur. Esuriuit, qui omnes pascit, sitiuit per quem creatur omnis potus, ab itinere terrestri: fatigatus est, qui se ipsum nobis viam fecit in cælum: vult obmutuit, et obsurdit coram conuiciantibus, per quem mutus loquutus est, & surdus audiuit: vincitus est, qui vincitos soluit: flagellatus est, qui omnium flagella de hominum corporibus expulit, denique crucifixus, qui tinnit cruciatus nostros, & mortuus: qui mortuos suscitauit. Hæc Augustinus. Hoc igitur modo libenter Deus super iumentum metropolitanam, & illustrem ingrediatur ciuitatem.

O quâ insigne humilitatis exemplum præbet hoc in loco Christus Dominus omnibus primarijs, atq; excellentibus totius orbis terrarum viris, qui adhuc in terra degentes se ad sidera quasi extoltere volunt, & puluis cū sint, supra lunam collocari cupiunt, videant hi igitur quemadmodum Christus hodierno die summam animi summisionem, humilitatem, & mansuetudinem doceat. Sed dolendum plane est, quod tam parum ab illis ipsa exerceatur humilitas, sunt illi vt plurimum elati adeo, atq; insolentes, vt satanæ adiutores, aut ministri potius, quam Christiani homines videantur. Nihil aliud cogitant, quam vt ab omnibus obseruetur, & si principum Aman trās eunti non tribuat honorem Mardocheus, flectatq; coram eo genua, statim ipsum Mardocheum cruci affigendum ea de causa putabit. Illi sunt, qui illustres, ac singularis honoris titulos, vna cum præclaris excellentiæ nominibus quæritant, illi Deo nolente, illatas iniurias magna cum crudelitate vindicant, quantumuis ipsam animam in summam damnationis discrimen adducant, illi vniuersum orbem

SSSS

fuis

suis vanis rationibus perturbatū tenent, vt iā ceteri ad eorū imitationē se non dubitent cōponere, preciosas vestes cōficere, domos construere, aurea, vel argētea vasa cēlare, peristromatis parietes ornare & huiusmodi alia multa facere. Eorū aurē inexhausta gloriæ cupiditas omnes vincit conatus, actionesq; superat, accedere quæ so ad aulas regias, adite vrbes nobilissimas, videte ea loca, vbi forē ses causæ aguntur, publicas scholas ingredimini, palatia, regiaq; domos aspiciate, & aperte quæ dicimus cognoscetis. Hi certe non magis euangelicę Christi doctrinæ veritatē degustassē videntur, quā aut Romani, cū nondū veritatis lumen aspexerant, aut Turcæ, qui nunquam ad diuinę legis cognitionē peruenerunt.

Huius rei causa est, quia ipsi existimant honorē, & autoritatē, quę ipsorū generis antiquitati, statui muneribus, personisq; debetur, auter retineri nō posse, & ita se maxime extollūt, plurimiq; faciūt, & rem omnē familiarē, ingeniū, tēpus, vitam, deniq; ipsam ad amplitudinē suā, fulciendā, atq; sustentandā cōferunt. Et falluntur re vera, quā humilitate potius honorē magis præfulciunt, quę apud Deū, & homines superbia, & animi elatione imminuunt.

Audite quid dicat Ecclesiasticus ad rē istā propositā. *Quāto magis es, humiliata in omnib⁹, & corā Deo inuenies gratiā* Textus autem græcus sic habet, quāto magn⁹ es tātō humiliata. Vnde Aug. super hęc verba. Mensura humilitatis cuiq; ex mensura ipsius magnitudinis data est, cui est periculosa superbia, quę amplius amplioribus infidiatur, sed si aliquis princeps relicto, & neglecto periculo, de se humiliter sentiat, tunc is pluris est apud Deū. *Corā Deo* (inquit) *inuenies gratiā* Superbus enim apud Deū non gratiā sed odiū, atq; suppliciū inuenit, quauis omniū sit Angelorū supremus ac alter Lucifer: quę Deus propter sumā eius arrogantiam, quasi fulmē ex alto celo demisit, & quemadmodū diuino conspectui multū odiosa superbiā est, & gratiosa humilitas, idē etiā hominibus cōtingit, nullus est, qui hominē superbia inflatū oculis non fugiat, quauis princeps ille sit. Nā superbus ceteros omnes cōtēnere velle videtur. Nemo tñ est qui contēni velit, vnde multi hos odio prosequuntur, & maledictis lacessunt. Quare quo pluris fieri cupit, eo magis ab omnibus se tanquā hominē singulari leuitate, iactatione, & insolentia abiectum, atq; despectum videbit.

Scriptum est in tertio libro regum populum Israeliticum cum se tribatis à Salomone premi videret, eo mortuo petiuisse à Rege Roboam eius filio, & successore, vt vestigalia ad rectam ratio-

nem

nem modūq; reuocaret, qui illis superbissimū responsum reddidit. *Pater meus*, inquit, *aggrauauit iugum vestrum, ego autē Addā iugo vestro: pater meus cecidit vos flagellis, ego autē cadam vos scorpionibus*. Quo tam acerbo, atq; insolenti responso ita omnis populus concitatus est, vt ex duodecim tribubus, decem ab eo defecerint, & nouū Regem eligentes nunquam amplius illi obedire voluerint. Quanto melius ei fuisset, si eos humiliter, & mansuete tractauisset. Sed cum eum tam superbum, & inhumanum experti sunt, ab eo se longe remouerūt. Ecce quam iniquo animo homines ferant superbos & arrogantes, licet reges sint. Sic igitur in conspectu Dei nullius precij sunt huiusmodi arrogantes, sed omnium contemptissimi, humiles vero illustres, atq; clarissimi habentur. Cum vir aliquis insignis de se humiliter sentit, maioribus tūc ornamentis afficitur, & decoratur. Haud satis pōderare queo, quę splendorē habeat humilitas, aut, quo emblemate, & quibus quasi coloribus, nobilitatem perficiat, atque perpoliat, nullus rubeus color auream perinde picturam illustrat, quam animi submissio nobilitatem, atque ita vir nobilis, si se submisisse gerat ab omnibus colitur, diligitur, atque laudatur.

Præclare quidem id ipsum hodierno Euangelio comprobatur, quis enim nobilior, aut superior Christo? non solum de eius diuinitate, sed etiam de humanitate loquor. Quis vnquam, aut sapientia, aut miraculis faciendis fuit cum illo comparandus? fuit aliquis in Israel, qui eius potentiam adæquarit? ij omnes, qui nulla decepti perturbatione, sed sereno vultu, simpliciq; animo erant, eum excelsum, & magnum quiddam iudicabant clamantes. *Propheta magnus surrexit in nobis*. Hunc etiam D. Ioannes Baptista adeo excelsum esse se testatur, atq; præstantem, vt ipse sibi videretur indignus, qui illius corrigiam calceamenti solueret. At vero hic tam excelsus, & magnus quam humiliter se gessit? Omissio nunc expendere quomodo natus in stabulo, & positus in præsepio, omitto quæ per totius vitæ spatij eximia humilitatis exempla præstitit. *Humiliavit se tandem factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis*. Nulla ratione eius humilitas magis elucescere, aut maior fieri potuit, sed in hac tanta animi summissione, quo pacto se gessit cum eo Deus? Num pater æternus contumeliosum sibi esse existimauit, eum habere filium? minime vero sed rem honestissimam, pulcherrimūque duxit, in præsepio misit ad illum Angelorum chorus, qui summis eū laudibus ornarent, & maxima gloria afficerent, in circuncisionis humilitate, seruatoris illi nomē imponit, in Baptismate, dum supplex à Diuo Iohanne baptizaretur, aperiuntur cœli,

SSSS 2

&

& vocem e caelis emittit pater eius dicens. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, & in crucis laboribus, cum se summilium gessisset, effecit pater eius omnipotens, ut vniuersae fere creaturae cuius honoris esset is, qui pateretur, testarentur.* Sol à se ipso deficiens quasi oculos claudebat, ne Christum pari cerneret, terra contremiscens, tanquam metu quodam tremebat, lapides, dum inter se conteruntur, veluti quando alicuius animus dolore summodi frumpitur, scindebatur. Velum templi coccifum fuit ceu cum aliquis intimo animi sensu rumpit vestes in aduersa fortuna, mortui tandem excitantur, ut eius partes agant, quem viuentes contumeliosis in merito afficiunt. Denique, si humiliavit se factus obediens usque ad mortem crucis, propterea exaltauit illum Deus, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Ecce quemadmodum ille, qui quanto maior fuit tanto magis humiliavit se in omnibus, coram Deo patre suo inuenit gratiam.

Apud homines etiam inuenit gratiam, quia quantumuis se summissis gereret, semel Regem illum constituere voluerunt, & quantumvis hominibus die sedens super asinam exiguo ornatu pauperrimisque discipulis comitatus ingrediatur, ei Hierosolymorum ciues obuiam procedunt, & ut inquit Euangelium nostrum, *plurima turba strauerunt vestimenta sua in via, alij autem cedebant ramos de arboribus, & sternerant in via, & turbae, quae precedebant, & sequebantur clamabant dicentes. Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini. Osanna in altissimis.* Nunquam in aliquo Romanorum imperatorum triumpho, tam celebris, tamque gloriosa facta acclamatio est. Plus auri, & argenti, plures rhedas, & ornamenta, magnificentiores apparatus illi quidem habere potuerunt: insignior vero laus, aut sublimior exaltatio nemini vnquam tributa est. Alij namque humana, ac terrena, hic autem caelesti, & perpetua gloria. Diuus Lucas planius explicans ea quae in hoc concursu dicebantur, ait eos acclamasse: *Benedictus rex qui venit in nomine Domini: pax in caelis, & gloria in excelsis.* Non dicunt pax in terra & gloria in terra, sed in caelo, in excelsis, excelsior ergo gloria haec, & sublimior exaltatio est.

LUC. 19.
NUM. 38.

APOC. 7.

VIDIT diuinus Ioannes Apostolus in Apocalypsi innumeram sanctorum multitudinem, qui albis vestibus induti, & palmas manibus gestantes coram Christo agno pro illis immolato assistebant, cum ibi etiam esset Christus in sublimi dignitatis gradu constitutus. Hic autem cernimus multos homines, palmas ferentes coram Domino, eumque summilium venerantes, illic itaque, palmis in magna-

ma-

maiestate colitur, hic etiam idem in summa humilitate obseruatur, ut aperte constet, nihil de authoritate, nihil de honore, nihil denique de gratia apud homines detrahi propter animi summissio nem. Possunt igitur magni, & excellentes viri praclarum hoc humilitatis exemplum addiscere, quod illis ostendit princeps hic magnus, & Deus sine villo, neque authoritatis, nec honoris amittendi metu, quin potius credant maiorem apud Deum hominesque gratiam, & gloriam se esse adepturos.

CONCIO TERTIA.

*Primus discursus ostendit, quomodo iusti
in hac vita despiciantur, &
in caelo plurimi
fiant, &c.
(?)*

Thema. *Sedens super asinam, & pullum filium subiugatis.*
Matth. 21.

A LIENVM maxime videtur à Christi authoritate, eum hodie in asinis videre sedentem, & ab omnibus conspici Hierosolymam ingredientem. Ille, qui ascendit super Cherubim & ambulat super pennas ventorum, quo modo nunc ascendit super asinam, & vehitur super pullum eius? hoc mysterij plurimum continet, & sanctorum omnium opinione hi duo asini, in quibus vectus hodie ingreditur Hierusalem, sunt imago, & effigies iustorum, quibus vehitur Christus, & quibus cum suis agit triumphos in caelesti Hierusalem, nulla ex belluis est, quae magis ab omnibus despiciatur, aut maiorem sustineat laborem quam asinus, sic etiam contemnatur iusti ab hominibus rebus humanis implicatis. Ab ijs inquam, qui vanitatem amant, & inanes dignitates, perituraque bona appetunt, ab ipsis quidem maxime negliguntur, & molestia afficiuntur.

Ssss 3

DI

Esa. 38.
num. 9.

Id quod affirmat Dauid sibi quondam accidisse, *opprobrium*, inquit, *insipienti dedisti me*. Id est, ut ait Augustinus inter eos me vivere voluisti, qui amant vanitatem, & a quibus nunquam non irrideor. Hos appellat insipientes, quanuis illi sapientissimi sibi esse videantur, eosq; stultos iudicat, qui suis nolunt vestigijs insistere. At quam aliter sentient eo die quo ab errore hoc liberabuntur, ut in libro sapientiae constat, itaq; eos volunt nunc appellari sapientes, qui diuitias vndiq; cogerunt, qui dignitates obtinere conantur, qui summos honores sustinent, & in hac vita potentissimi sunt, & quos vident ista parui ducere, eos contemunt, atq; insipientes iudicant, sed ipsi quidem merito stulti censentur, quia non perspiciunt, quam parum humana omnia animo immortalis prodesse possint, cum ex his funebre duntaxat linteam, ad corpus operiendum, & scelestis, quibus se inferis vanitatibus inquinauerunt, secum allaturi sint. Qui mare nauigant, arbitrantur non se ad rupes, sed rupes ad ipsos trahi, & falluntur re vera. Nam ille immobilis in suo loco consistit, ipsi vero mouentur, sic etiam hi de se ipsis alios iudicant, probos viros insanire, ac se sapientes, & sanae mentis esse credunt. Pios in errore versari, & se omnia prudenter facere opinantur. Quod quidem multo aliter existimandum est, ipsi enim sunt, qui perpetuo errore ducuntur, alij vero ab omni sunt liberi errore. Horum quidem mens a sua sede dimota est. Piorum autem in se semper consistit de huiusmodi insipientibus ait Dauid. *Opprobrium insipienti dedisti me*. Id est, quod tibi ego seruiam, ab illis irrideor.

I. Cor. 4.
num. 9.
Aug super
Psal. 38.

Ansel. ibi

SIC etiam diuus Paulus Apostolus, ut in hac re diu, multumq; exercitat, de se ipso, & de alijs loquitur, dum scribit ad Corinthios. *Spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus*, sanctus Augustinus, id est, Angelis laudantibus, & hominibus opprobrantibus, & cum se apertius explicaret ait diuus Paulus. *Taqua purgamenta huius mundi, facti sumus omnia peripsa usq; adhuc*. Quem locum sic exponit diuus Anselmus. Purgamenta, id est, de quibus mundus inquinetur, & quibus abiectis purgetur, sicut domus purgatur sordibus, quae de illa proiciuntur, & omnium peripsa id est adeo mundi, & inutiles vibus, sicut purgamentum ferri, & corium pomi, ita Ansel. Aduertite, quae so quam parui habebatur ab illis facti Apostoli, Dei electi, in quibus Paracliti, ac sanctissimi spiritus primitiae repositae erant. Hos quidem illi faciem, & sordes, pomorumq; putamina iudicabant, quae vos in sterquilinum eicitis, & hoc dicit usq; adhuc, id est semper. Perpetuo itaq; & maxime despiciebatur, cum

cum essent inter omnes praclarissimi. Hoc igitur est maximu humanae vitae infortunium, in qua turpia magni, preciosa vero omnia parui aestimantur illi famosi dicuntur, qui vanitatibus, & vitijs, sunt dediti, de quibus in prouerbij dicitur. *Quorum via peruersae sunt, & infames gressus eorum*. Libidinosus, avarus, ambitiosus, & pessimus qualiscunq; ille sit, is a Deo appellatur infamis, tax populi, & urbis colluuius, quos cum collegerit Deus, eos ad ignem aeternum demittet. Hos tamen mundus veneratur, hos timet, hos deniq; diligit, iustos autem, quibus quasi gemmis preciosissimis Christi diadema exornatur, odio habent, deserunt, atq; despiciunt.

Neq; propterea Christi fideles animis concidere debent, quantumuis desertos, & contemptos se ab hominibus sentiant, quia in his maxime elucere debet Christianae virtutis splendor, in contumelijs scilicet aspernandis, & contemptibus contemnendis. Hinc D. Paulus ait *In omnibus exhibeamus nos metipso, sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, &c. Per arma iustitiae a dextris, & a sinistris, per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam, ut seductores, & veraces. Sicut qui ignoti & cogniti, quasi morientes, & ecce viuimus, ut castigati, & non mortificati, quasi tristes semper autem gaudentes. O quam praclare suos instruit milites D. Paulus Christiani exercitus dux, & imperator maximus, quando eos iustitiae armis fortiter munit, (quae, ut dicit D. Anselmus, sunt virtutes vitijs oppositae) ut humilitas, inquit, deiciat superbiam, largitas extirpet auaritiam, &c. a dextris, & a sinistris ut Anselmus interpretatur, a parte prosperorum, & a parte aduersorum, ut nec prosperis eleuemur, nec aduersis perturbemur. Per gloriam, & ignobilitatem Id est, quando in gloria, & honore apud homines sumus, non inde extollamur, & quando nos iudicabunt esse ignobiles, & contempnibiles, non inde frangamur, & eodem modo agamus. Per infamiam, & bonam famam, id est si falso infamamur de aliquo crimine, vel si bonam famam habemus de religiosa conuersatione, utrumq; aequanimiter ducamus ut nos nec detrahentes deiciant, nec laudantes extollant. Haec Anselmus, hoc postulat Christiani hominis animus, ut in hostes irruamus, & salui, ac liberi ipsos vnde quaque deicientes exeamus. Strenuo militi honestius est in acie cadere, quam fugere. Optimu sane his de rebus nobis exemplum praebuit Christus Dominus, qui ab alijs summis laudibus, ab alijs vero contumelijs, & turpissimis opprobrijs afficiebatur. Alij dicebant, quia bonus est, & alij clamabant non scia seductorem, alij Christum filium Dauid, alij autem Samaritanum,*

Prou. 2. m.
1472. Cor. 6.
nu. 4.
Vide Cassianum collatione. 6.
cap. 10.

Ioan. 7.

&c

& dæmonem habentem nuncupabant. Alij tanti eum putabant, vt diuinum illi cultum adhiberent, alij deniq; sic negligebant, vt palam illum execrarentur. Sed in his omnibus, qua se ratione gerebat? ea scilicet prudentia, & omni magnitudine, vt nequẽ ex laudibus, & exultatione iucunditatẽ capere, nequẽ ex contumelijs, & contẽptu molestia aliqua affici fuerit visus, & veluti Imperator maximus nostræ disciplinæ ad pugnam instruebat nos, atquẽ horribatur, à dextris, & à sinistris per infamiam, & bonã famam, &c.

Aug. supr. ANIMADVERTAT deinde Christianus miles, hos infamiae, despectionis, & persequutionis humanæ ictus interitũ non afferre quod subtiliter adnotauit Diuus Augustinus exponens supra dicta Diui Pauli Apostoli verba, super psalmum quadragesimũ octauum. *Quasi morientes, & ecce viuimus. quasi tristes, semper autem gaudentes.* Tristitia, inquit, nostra quasi habet, gaudium vero nostrum non habet quasi, quia spes nostra certa est, quare tristitia nostra quasi, habet, quia sicut in somnis transit. Siquis somniũ narrat addit quasi, quasi sedebã, quasi loquebar, quasi videbam, quasi disputabã, totum quasi, quoniam cum euigilauerit non inuenit, quod videbat, quasi thesaurum inueneram, ait mendicus. Si quasi non esset, mendicus non esset. Ita modo, qui ad lætitijs seculares oculos aperiuunt, & corda cladunt, transit quasi eorum, & venit verum, ipsoꝝ verũ quasi, est tristitia, gaudiũ vero nõ est quasi. Non enim dicit Apostolus, quasi gaudentes, sepe autẽ tristes, aut quasi tristes, & quasi gaudentes. *Sed quasi tristes, sepe autẽ gaudentes. Quasi nihil haberes.* Nã ipsum nihil habere, Apostolis quasi nihil erat, & quasi nihil habebãt, non tñ quasi, sed vere omnia possidebãt. Hæc Aug. Hoc igitur omnes perpendere debetis, quid intersit, nos his contumelijs, despectionibusq; affici, & tanquã alini ab hominibus reputari, quid mihi prodesse, aut nocere potest, quicquid facere, aut non efficere homines queant?

psal. 63. Eleganter quidẽ explicuit Dauid, quã parũ iusto nocere possint eiusmodi despectiones & incommoda. *Sagitta, inquit, paruulorũ facta sunt plaga eorũ, infirmata sunt cõtra eos lingua eorũ* Hæc Augu. de clarat de persequutione Iudæorũ in Christũ, vbi est illa (inquiens) seuitia, vbi est ille fremitus leonis populi rugietis, & dicentis, crucifige? vbi sunt insidiæ arcũ tendetiũ? nonne sagittæ paruulorũ factæ sunt plaga eorũ? noñtis qualiter sagittas faciant de canit infantibus? sed quid feriunt, aut vnde feriunt? quæ manus, aut quod telum? quæ arma, aut quæ mēbra? sagittæ infantium factæ sunt plaga eorum.

Cur

Cur ergo dicebat Dauid sagittas esse infantium, quas illi in Christũ contorserunt? Infantis sagittæ sunt, hunc cõprehendi, pugnis cõcidi, verberibus cædi, acutissimis spinis cõpungi, cruci affigi, & crudelissima morte multari? sunt profecto infantis sagittæ. Erãt enim tẽporalia supplicia, & corporis damna & quauis hæc omnia, si Christi personã spectemus, per se grauissima erant, nullarñ esse videbãtur æternis supplicijs cõparata, maiore enim cruciatũ patitur vnus ex damnatis apud inferos, vcl vno oculorũ nutu, quã pertulit humanæ salutis auctor in cruce, per totũ illud tẽpus, quo ex illa pepedit. Igitur si tã acerba supplicia, paruulorũ sagittæ appellantur, quonominẽ nũcupadæ erũt, parue istæ contẽptiones vestrę, quas vos ipsi toleratis?

2. Chor. 4. uume 17. SED huic rei aliam etiam addite, si enim laborem quem iustus in hac vita diuino amore perpetitur, exiguus est, præmium, quod illi Deus comparauit, non exiguum est, sed maximum. *Quod enim momentaneum est & leue tribulationis nostræ æternũ gloria pũdus operatur in nobis.* Ibi plurimi æstimaberis, ibi magnis, & honoris, & gloriæ præmijs afficeris. Quis igitur tantum boni negliget, vt tam paruum effugiat dolorem, quando vrsus aluearium, aliquod defert ab apibus pungi solet, sed non ideo vas dimittit, pluri enim facit mellis dulcedinem, quam aculeorũ dolorem. Mel inuenisti frater in tribulationibus perferendis, feriunt apiculæ, linguæ scilicet malignantium, vt iumentum fac te apud illos, & super te feres Dominum saluatorem. O magnum aluearium. Ne dimittas dulcedinẽ talem propter aculeos, memeto quę superius diximus de Domino saluatore, qui propositio sibi gaudio, (vt ait D. paulus) sustinuit crucem *confusione contempta.* Gaudium proposuit sibi ad contemnendã cõfusionem, quale gaudium, & qualis est confusio ista? sanctus Anselmus, & sanctus Thomas. Gaudium inquit æternæ vitæ, confusione autem ipsius crucis esse dicunt. Erat enim, & dolore, & cõfusionem plena. Vnde & inimici Christi dixerunt. *Morte turpissima condemnemus eum.* Sic igitur & tu fac similiter propone tibi gaudiũ fœlicitatis æternę, & contemne contemptum.

S. Anselm. S. Tho. ibi. Sapien. 2. QVOD si adhuc affectus opprobrijs, & contẽptu, desideras satisfactionem honoris, expecta paululum, & ipsi, qui te contempserũt recantabunt tibi palidoniam. Audi quo modo omnes nos astare oportet ante tribunal Christi, vt iudicemur à Domino, stabunt iniusti, & iniusti. *Sed iusti stabũt cũ magna cõstantia aduersus eos qui se angustauerunt.* Iniusti autem cum timore terribili ante eos dicentes.

Tttt

Hi

Hi sunt, quos habuimus in derisum, & in similitudinem improperum nos in
sensati, (iam vocem mutant, illos insensatos dicebant, se vero sensa-
 tos, modo se insensatos vocant, concordantes iam voci Davidis, oppro-
 brium insipienti dedisti me) nos insensati aiunt, vitam illorum estimaba-
 mus insaniam, cum scilicet eos in deserta fugere, antra inhabitare,
 herbarum radices comedere, squalore, mærore, & fame confici vi-
 debamus. Sed ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter san-
 ctos fors illorum est. Ecce quos stultos, & miseris appellabant, iam
 filios Dei, & sanctos appellant. Ecce ibi frater tibi plene restitue-
 tur honor, sustine modicum, quia tunc videbis, & affluet, & mirabi-
 tur, & dilatabitur cor tuum. Et pro felicitate summa reputabis talia
 pertulisse, lætaberis pro diebus, quibus te humiliauerunt, & annis,
 quibus vidisti mala fruens per Domini gratiam gloria sempiterna.
 Amen.

Sapient. 5.

CONCIO QUARTA.

Primus Discursus, in quo explicatur, Chri-
 stum Dominum nostra causa in ter-
 ras descendisse, eiusque aduen-
 tum magnas nobis u-
 tilitates atul-
 sisse &c.
 (?)

Them.

Ecce Rex tuus venit tibi.
 Mat. c. 21.

Zac. 9. 9.

A DEO mirabilis extitit hic Seruatoris nostri aduentus, de quo
 in hodierni euangelij historia mentio fit, vt non solū per euā-
 gelistam, sed etiam per sacrum vatem Zachariam prædictus, &
 enuntiatus fuerit, et merito inculcandus, & repetendus erat nobis
 quippe

quippe qui magnæ utilitatis esset nobis. At quid sibi vult, venit ti-
 bi? Filiam Sion alloquitur propheta, in qua omnes Christianæ
 religionis professores intelliguntur. Venit ergo nobis, sed
 quare ratione nobis? quia pro nobis, & propter nos etenim pro-
 pter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis,
 & incarnatus, ac mortuus est, & propter nos etiam ad vitam redijt,
 cœlumque conscendit, & sedet ad dexteram patris, vt ibi interpel-
 let pro nobis tanquam aduocatus idem, qui & Saluator est noster.
 Ominiq; ergo venit nobis, & nostra causa in terras descendit. Qua
 propter vbi primum in hanc lucem editus, ac susceptus est, Ange-
 lus pastoribus dixit. *Ecce euangelizo vobis gaudium magnū, quod erit* Luc. 1.
omni populo, quia natus est vobis hodie Saluator, vobis inquit, natus
 est, quia vobis salutem, & medicinam attulit. Quod quidem multis
 ante annis euangelicus Propheta prædixit. *Parvulus, inquit, natus* Esa. 9. n. 6
est nobis, & filius datus est nobis, datus est nobis, dixit propheta qua lo-
 quendi formulavus est ipse Christus in sacro Beati Iōanis euange-
 lio cum ait. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.* Ioa. 3. nu.
 16.
 Vtrobique vocatur donatio. Non enim dixit Iesus, vt filium suum
 vnigenitum mitteret, sed daret. Neq; Esaias filius missus, sed datus.
 At quo pacto datur nobis? nam quod donatur in illius omnino ius
 & potestatem deuenit, cui donatur, an ea ratione donatus est no-
 bis filius Dei? ita sane nobis datus, nobis natus ex intacta virgine.
 Nobis, inquit Beatus Bernardus, non sibi, non Angelis quo-
 que, qui cum magnum habeant, paruulum non requirebant. Nobis
 ergo natus, nobis datus, quia necessarius nobis, totus mihi datus &
 totus in meos vsus expensus est. Magnum profecto Bernardus, sed
 aliquid maius Apostolus asseruit. *Dilexit, ait me, & tradidit semetip-*
sam pro me. Vbi hanc non donationem, sed traditionem appellat.
 Solent enim donationes fieri, quæ non statim ac factæ sunt, emo-
 lumentum afferunt ei, cui ascribuntur, sed post plures dies, vel etiã
 post mortem donatoris, Christus vero ita datus est nobis, vt non
 solum post mortem, quæ viuus comparauit, nobis tradiderit, sed in
 ortu, & in ipso suæ conceptionis exordio, Omnia enim, quæ effe-
 cit, ac perpeffus est, atque etiam ea, quæ cogitatione comprehendit
 æterno patri in nostrum commodum, & utilitatem obtulit. Meri-
 to ergo, optimoq; iure tam vates, quam euangelista dixere. *Ecce rex*
tuus venit tibi.

SED iam explicandum est, quo pacto speciatim nobis venerit, Roma. 8. 4
 & que nobis in huiusmodi traditione præstiterit. Sane omnia nobis
 nume. 32.
 Ttttt 2 bona

bona tradidit. Qui enim proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis, donauit? Recte quidem hæc ab Apostolo dicta sunt, cum enim Deus bonorum omnium sit auctor, & Dominus, imo cum ipse sit omnium, non possunt non illo dato, omnia nobis bona donari.

AT sigillatim hæc bona commemoremus, & quidem celestis ille nuncius, natus est, inquit, vobis saluator, in saluatorem igitur datus est nobis Deus, cui præclare consonat nostræ prophetæ testimonium dicentis: *Ecce rex tuus venit tibi iustus, & saluator*, id est, iustificans, & saluans, at capti ne tenebamur, vt saluatorem indigeremus? Tenebamur sane, & dira tyrannidè oppressi, illius subiiciebamur seruituti, de quo ad Iob dictum est à Domino. *Non est super*

Iob. 4. n. 24. *terram potestas, que comparatur ei, qui factus est, vt nullum timeret. Miseranda quidem seruitus, que tam dirò, & crudeli tyranno exhibebatur, adeoq, potenti, vt nullus in toto terrarum orbe reperiri posset, qui eam ab hominibus depelleret, Quia non fugabit (ait Domi-*

Iob. 4.4. nu. 19. *nus) eum vir sagittarius, in stipulam versi sunt ei lapides funde, quasi stipulam estimauit malleum, & deridebit vibrantem hastam. Quis nos Deus optime à crudelissimo, & validissimo hoc hoste liberauit? Gratia Dei per Iesum Christum. Ecce euangelizabo vobis gaudium magnum, qui natus est vobis saluator, Christus Dominus, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, inquit Apostolus, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ. De potestate tenebrarum, id est de potestate dæmonum, ait*

Colos. 1. num. 13. *diuus Anselmus, qui dominabatur nobis, ne nos in nocte suæ damnationis sine fine possiderent. Neq, prætermisum hoc est ab Ansel ibi. Esai. 9. n. 4.* *Elia, in eodem enim capite subiungit. Iugum oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti sicut in die Madian.*

Hiero. ibi. *Quod interpretatur diuus Hieronymus in hunc modum, Tu Domine, atq, saluator iugum oneris eius, hoc est, diaboli, qui grauissimo seruitutis iugo colla omnium deprimebat, vt virgam, qua percutiebat vniuersos, & peccata sibi, quasi quoddam tributum reddere compellebat, detraxisti de humeris eorum, & in abscondita manu sicut quondam sub Gedeone populo Israeli de Madianitis victoriam præbuiti, hæc ille. Iam ergo iugum diaboli depulsum est, & nos liberati sumus, quapropter merito Angelus asseruit, *Ecce euangelizabo vobis gaudium magnum.**

Neq, vero solum à Dæmonis tyrannidè, sed etiam à peccati seruitute que durior, & acerbior est, nos humani generis vindex liberavit, in qua quidè misere detinentur ij, qui peccati labem contraxerunt.

runt, omnis enim, qui facit peccatum seruus est peccati. Gloriabantur iudæi: eo quod patrem haberent Abraham, at Christus Dominus docet nihil referre ex semine Abrahæ esse, si peccatum dominetur, nam qui peccat ex filio Abrahæ efficitur seruus peccati. *Et omnis, inquit, qui facit peccatum, siue ex infima, siue ex honesta familia natus, siue egētissimus, siue ditissimus, siue imperitus & ignarus, siue sapiens, et prudens, seruus est peccati.* Tum quia vnum peccatum vi sua in aliud vehementer pertrahit, quod Apostolus regnare vocat. *Non regnet, inquit, peccatum in vestro mortali corpore, vt obediat concupiscentijs vestris.* Tum etiam, quia sicut seruus à Domino ligatur, catenaq, vincitur, ne in fugam se dedat, sic peccatum hominem ligat, & quasi reuinctum astringit, ne fugiat, quem quidem solus Deus liberare potuit. Et in hoc præcipue nobis saluator extitit Iesus, quo circa Angelus Iosepho dixit. *Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Non à dæmonibus, inquit, sed a peccatis, quæ grauius, & vehementius hominum animos diuexant, ideo Angelus ait. *Ecce euangelizabo vobis gaudium magnum, quia scilicet datus est nobis in Saluatorem. Qui sicut nos eripuit a potestate tenebrarum, ita & a seruitute peccatorum vindicauit, & in libertatem asseruit.* Et ideo cum Christus Dominus dixisset. *Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati,* subdit. *Si ergo filius vos liberauerit, vere liberi estis.* Illi enim qui in peccati seruitute sunt, licet naturali libertate fruatur, multumq, dominetur, non sunt vere liberi, sed serui dæmonis, & peccati. Magnum ergo Dei in nos beneficium extat, cum nos à dira hac seruitute liberauit.

DICAMVS igitur. *Filia Sion ecce rex tuus venit tibi iustus, & saluator.* At quo pacto iustus, & saluator? *Vos estis,* ait Apostolus, in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, iustitia, & sanctificatio & redemptio. Quod à diuo Bernardo sic explicatur. Factus est nobis Christus sapientia in prædicatione, iustitia in absolutione peccatorum, sanctificatio in conuersatione, quam habuit cum peccatoribus redemptio in passione, quam sustinuit pro peccatoribus. Diuus vero Hieronymus. *Factus est nobis sapientia, iustitia, & sanctificatio, vt scilicet faceret nos sapientes, iustos, & sanctos.* Item B. Anselmus, factus est, inquit, nobis sapientia, vt eius participatione sapientes efficeremur, percipientes ab eo sensum prudentiæ, & iustitiæ, vt eius participatione iustificaremur, per opera virtutum, sanctificatio, vt nos sanctificaret in baptismo, faciens immunes a peccato, redemptio, vt nos redimeret, pro nobis se ipsum dando.

Tutt 3. AT

Rom. 6.
num. 2.

Matth 1.
num. 21.

1. Cor. 1.
nu. 13.
Bern. ser.
22. in cat.

Hiero. ibi.
Ansel. ibid.

AT quis commemorando attinget omnia dona, quæ Christus Dominus nobis cælitus attulit? cum Salomon congratularetur sibi, de sapientia. *Omnia, inquit, bona venerunt mihi pariter cum illa.* Eadem nos verba potiori iure dicemus, nobis enim donatus est Christus, cum quo omnia nobis bona pariter venerunt, Libertas scilicet à Dæmone, & à peccato, salus & vita nostra, sapientia, iustitia, & iustificatio nostra, & bona cuncta, de quibus si placet aliqua prosequamur.

Secundus discursus in quo, quod in primo fuerat inchoatum absoluitur.

(?)

Thema:

Ecce rex tuus venit tibi.
Matth. 21,

Iob. 7. n.

17. **Q**UID est homo (quærit Iob à Deo) quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum. Magnificauit quidem hominem Deus, cum illum rerum omnium principem, & moderatorem effecit, apposuitq; vere erga eum cor suum, quia eum summo quodam amore prosequutus est. Huic rogationi, vel potius admirationi cõsonat illa Davidis verba. *Quid est homo, quod memores eius, aut filius hominis quoniam visitas eum? Minuisti eum paulominus ab Angelis, gloria, & honore coronasti eum, et constituisti eum super opera manuum tuarum, omnia subiecisti sub pedibus eius, &c.* Plurimum sanè Deus homini tribuit de quo idem, quod de ipso Deo dictum est, quodammodo prædicare possumus, nempe *Dominus vniuersorū tu es, siquidem omnia subiecta sunt tibi.* Sed hodierna die, excellentius, & præstantius donum illi datum esse audiuius, ei enim proponitur. *Ecce rex tuus venit tibi.* Tibi inquam donatus, & traditus, vt in proximo discursu explicauimus. Et quidem in huiusmodi dono plus homini defertur, quam in omnibus alijs rebus, in hoc enim ipse

rerum

rerum omnium effector donatur. Quapropter merito præmisit Propheta. *Exulta satis filia Sion, quia ecce rex tuus venit tibi.* Exultatione enim, iucunditate, incredibiliq; lætitia dignum est eiusmodi donum, iure igitur optimo Deus optime admirabor, quia sic magnificas hominem, & apponis erga eum cor tuum, cum omnia sub pedibus eius subiecisti, minueras illum paulominus ab Angelis, sed postquam te illi humana natura indutum tradidisti, eum super naturam angelicam extulisti.

AT aliquod verbum in læto isto nuntio pertimescendum audio. *Ecce, inquit vates, rex tuus venit tibi.* Maiestas quidem, & auctoritas regia timorem hominum animis incutit, ipsumq; regis nomen molestum, & odiosum est pluribus, qui præ illius odio, & timore obijcient. Nolumus hunc regnare super nos, scimus enim, quia homo austerus est. Graue ergo, & molestū videtur illud verbum *Rex tuus.*

VT tamen omnis formido, & molestia depellatur procul, audite obsecro quid de nostro rege proferat Esaias cū de Christo Domino præmisisset. *Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis.* Subiungit. *Et factus est principatus super humerum eius.* Id est regnū infigne potestatis suæ humero præfert (vt ait Tertulianus) & non aut capite diadema, aut manu sceptrum, O nouum & inauditum regnandi modum! Exulta ergo, & lætare filia Sion, quia principatus eius non super humerum tuum, sed super humerum eius. Solent quidem Reges capiti suo diademata imponere, & principatū suū super subditorum humeros ponere, illis onera, sibi vero honores deferre. Secus autē fecit humani generis vindex, cœli, terræq; rex, ac moderator Deus, quippe qui honore, præmijs, atq; solatio nos afficit, se vero contumelijs, & laboribus obijcit. Posuit enim super humerum suum crucem suam, hæc namq; est infigne principatus illius, super nos autem gratiā, & merita sua in ipsa cruce acquisita. *Factus est etiā principatus eius super humerum eius,* quia nos super humeros suos tulit, & vero nos principatus eius sumus, cui promissum est à Deo: *Dabo tibi gentes hereditatem tuam.* Huiusmodi principatum super humerum eius portasse indicat pastor ille, qui ouem inuentā imposuit gaudens super humeros suos. Rex igitur venit, sed pacificus, princeps quidem est, sed princeps pacis, iccirco non hinnienti, & feroci equo, sed miti, ac mansuetissimo animali insidens Hierosolymam ingreditur. Quocirca consulto subiungit propheta. *Ecce rex tuus venit tibi mansuetus.* Quæ vero hominibus attulerit, continuo subiugam,

Ac

Esai. 9. n. 6

Tertu. lib. 1
adu. iudeos

Pf. 2. nu. 8

Luc. 15. n.

5.

AC primū vniuersum istud oppletū erat tenebris, tetraq; caligi-
Es. 60. n. 2 ne circumfusū. *Ecce tenebrae opperient terram, & caligo populos,* inquit
 propheta, qua quidē cecitate cū caligarent homines, lapides, ligna
 animantiaq; rationis, & humanitatis expertia colebant, eaq; diuinis
 honoribus prosequēbātur. O offusam ac tetra caliginē, quā nec pla-
 tonicorū Acadēmiās, nec peripateticorū lycēū, nec stoicorū phi-
 losophia discutere potuit. *Hi enim dicentes se esse sapientes, stulti fa-*
Roman. 1. 21. *Et sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem cor-*
ruptibilis hominis, & quadrupedū, & serpentium. Quod si sapientes ita
 cæcutiebant, in tantisq; erroribus versabantur, qua cæcitate, quibus
 ve erroribus insipientes laborarēt. Misertus igitur Deus opt. max.
 cæcitatē nostrā, misit splendidissimū quoddā lumē, quod luce, ac
 splendore suo tenebras omnes effugaret. *Erat enim Christus Ie-*
Ioan. 1. *sus splendor patris, & lux vera, que illuminat omnē hominē venientē in*
hunc mundū, quā qui sequitur, non ambulat in tenebris. Quod etiā tan-
 quā eximīū beneficiū prædixerat Esaias. *Populus, inquit, qui sedebat*
Esai. 9. *in tenebris, vidit lucē magnā. Ambulantibus in regione vmbrae mortis lux*
orta est eis. Zacharias itē gratias præ huiusmodi beneficio persol-
 uens, ait. *Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit, & fecit redēp-*
Luc. 1. *tionē plebis suæ, explicans vero quo pacto nos visitauerit. Per viscera*
inquit, misericordie Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto. Illu-
minare ijs qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent, ad dirigēdos pedes
nostros in viam pacis.

Deinde vehementi in nos ira antea incēdebatur præpotēs Deus,
 peccata enim nostra diuiserant inter nos, & Deū nostrū, quod qui-
 dē ipsa nomina, quibus tunc nuncupabatur Deus, præferēbant.
 Appellabatur enim Deus exercitū, Deus vltionū, Deus zelotes,
 & omnipotens, atq; ita grauissimis supplicijs, acerbissimiq; pœnis
 tunc homines afflictebat, modo aquarū eluione, modo etiā vehe-
 mentissimis ignibus eorū oppida, & ciuitates euertens, quapropter
 prisca illa lex, lex timoris dicebatur, & qui ei obtēperabāt, serui vo-
 cabantur. *At postquā venit plenitudo tēporis, misit Deus filiū suū nō vt*
Galat. 4. 4. *putiret homines, sed vt eos, qui sub lege erant, redimeret, non iracun-*
num. 4. *dū, & vltorē, sed mitē, & mansuetū. Ecce inquit, rex tuus venit tibi*
mansuetus. Qui patrē etiā suū mansuetū, & placatū reddit. Vt enim
 D. Paul. asserit. *In eo cōplacuit omnē plenitudinē inhabitare, & reconcili-*
1. Colo. 1. 19. *are omnia in ipsum pacificans per sanguinē crucis eius, siue qua in terris*
siue qua in cœlis sunt. Et ne putaret aliquis ipsum semel duntaxat no-
 strā cū patrē æterno amicitia coniunxisse, idē Apostolus scripsit.

Erat

Erat Deus in Christo mundum reconcilians sibi. Nō dicit, fuit, sed erat,
 quæ vox indeterminatā significatiōē habet. Ac si diceret, semper
 reconciliat nos patrī, semper eius merita perstāt, quæ nos æterno
 patrī gratos, & amicos reddunt, atq; iecirco Christus Dñs tanquā iu-
 ge sacrificiū in sacro quotidie offertur, vt quotidie nos patrī recon-
 ciliet.

Eā obrē seueris illis nominibus prætermisissis, quibus Deus olim
 nuncupabatur, suauissimis iā appellatur nominibus. Non enim iā
 Deus vltionū, sed Deus consolationis, neq; Deus exercitū, sed pa-
 ter misericordiarū nominatur. Lex itē nōstra non lex timoris, sed
 amoris dicitur, & nos etiā non serui sed filij Dei nuncupamur, &
 Abba pater, iā apparuit arcus in nubibus cœli, & recordatus est Dñs
 fœderis iniri. Non est nobis pertimescendū diluuiū, neq; ignis de-
 uorantis flāma, aut mors ipsa formidanda. *Ego enim* (inquit Serua-
 tor noster Iesus) *veni, vt vitā habeant, & abundantius habeant.* Non
 equidē inficior aliquos mori, & infelicitate perire, sed non iā prop-
 ter irā Dei, sed propter peccata sua, suiq; animi pernicitiam. Deus
 enim sæpe clamat. *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* Qua-
 propter si Dei animū spectemus, non erit difficile nos in eius gra-
 tia, ac beneuolentiā, depositis offensionibus redire. *Pro Christo, inquit,*
Apostolus, legatione fungimur, tanquā Deo exhortante per nos. Obsecra-
mus pro Christo reconciliamini Deo. Perpendite hæc Apostoli verba,
 quæ in hūc modū à D. Tho. explicatur, pro Christi, legatione fun-
 gimur, id est, Christi legati sumus, ab eo missi ad exhortandum pro
 Christo, id est, per viscera Christi, pro amore Christi, reconciliami-
 ni Deo. O suauissimū & dulcissimū verbū! Nos quidē qui diuinā
 maiestātē læsimus, nos inquā debebamus ad Deū legatos mittere,
 qui ab eo summis, & supplicibus precibus rogarent. Reconciliare
 Domine nobis, quippe qui nostris te sceleribus, atq; offensis, ad ira-
 cundia prouocauimus, & tuā in nos beneuolentiā, atq; amicitia dif-
 soluimus. Sed cū iā æternus Dei filius patrē placatū reddiderit no-
 bis, nos hortatur Apostolus reconciliamini Deo.

Deficiet me tēpus enarrantē reliqua beneficia, quæ per Christū no-
 bis præstita sunt, ipse enim pastor noster est, *erat enim, ait B. Pe-*
trus, sicut oves errantes sed conuersi estis nunc ad pastorē, & Episcopum
animatorū vestrorū, scilicet, Christū Dñm, quo circa iure illud Dauidis
carmen vnusquisq; vsurpabit. Dñs pascit me, nihil mihi deerit. Deus
enim est vigilantissimus pastor. Ego sum pastor bonus ait, ego pascam
oves meas, & ego eas accubare faciam, dicit Dñs, quod perierat, requiram,

VVVVV &

Ioan. 10. 10

2. Corint.

5. 20.

D. Thom.

162.

Io. 10. n. 12

Eccl. 34.

11.

& quod abiectū erat, reducā, & quod contractū fuerat alligabo, & quod infirmū fuerat, consolidabo, & quod pingue, & forte custodiā, & paschā illas in iudicio. Sane nihil aliud a vigilantissimo, & studiosissimo pastore requiri, aut desiderari potest.

Præterea quid nobis nō est Christus Iesus? Ego sum, via, veritas, & vita, ego alpha, & omega. Principiū scilicet, & finis omnis nostræ felicitatis, ipse pater noster, ipse omnia in nobis omnibus, ipsi gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Feria quinta in cœna Domini.

salutatio.

SOLENT liberi lectū parentis iā iā morituri circumstare, ab eoq; precibus, ac lachrymis benedictionē petere. Ille autē infelicissimus habetur, qui extremū sui parentis spiritū, gratamque illius benedictionem non excipit. Atq; iccirco Esau vir alias agrestis, & asper, sciens primam sui patris benedictionem Iacob germano suo fuisse delatam irrugijt clamore magno, & consternatus ait. *Benedictiā & mihi pater mi.* Hodie igitur Seruator, ac pater noster Iesus (hoc enim nomine illum euangelicus vates appellauit) morti proximus est expedit sane nos illi morienti adesse, & filiali quodam, atq; humili affectu sanctissimam eius benedictionem suppliciter rogare & obsecrare. Et vero Iacob ille, cuius modo memoriam feci, ideo parentis sui benedictionem obtinuit, quia matris suæ Rebecæ consilium sequutus est. Adeamus nos etiam suauissimam matrem nostram Mariam, vt eius ope, ac consilio extremam Seruatoris nostri benedictionem consequamur, vt gratiam item, atq; auxilium ab eo nobis impetret, quo cœlesti illius benedictione affecti, cœlestem eiusdem doctrinam non sine magno nostræ salutis commodo percipiamus. Quod quidem facilius assequemur, si angelicam Virgini salutationem recitauerimus.

Genes. 27.
nume. 34.
Esa. 9. n. 8.

CONCIO PRIMA.

Primus Discursus in quo redduntur rationes, ob quas Christus Dominus solem nem pascha diem, ad mortem subeundam elegerit.
(?)

Them. *Ante diem festum pascha, sciens Iesus, quia venit hora eius, vt transcat ex hoc mundo ad patrem, & c. Ioa. 13.*

IN magnam sane admirationem rapior, cum audio grandiora, ac grauiora hodierni euangelij verba, magis tamen admiror, cū miram eorū significationem perpendo. Exorditur ergo hodierna euangelij historia in hunc modū. *Ante diē festū Paschæ sciens Iesus quia venit hora eius.* Et quidē æquē vere posset dici, elegit Iesus horā suā, ac dicitur, sciens Iesus horā suā. Vt enim (Esaia testāte) oblatus est Iesus, quia ipse voluit, ita etiam oblatuſ est tunc, quia tunc ipse voluit. Ideoq; S. Ioannes prius dixerat, *Quarebāt quidā eum apprehendere & nemo misit in illum manus, quia nōdum venerat hora eius.* Idest, quia nolebat, vt interpretatur. B. Aug. si enim, (inquit ipse) tua hora voluntas est tua, illius hora quæ est nisi voluntas sua? Tēpus expectare voluit, quo moreretur, quia tēpus expectare voluit, quo nascēretur. Hoc igitur ego valde admiror, nam si (vt alio loco idem Aug. asserit) omnia proprijs locis, & tēporibus Saluator gefit, cur mortem in diem paschæ reiecit? Hic enim dies ad lætitiā potius, & hilaritatem, quam ad mortem ac tristitiā aptus esse videtur, quo ergo in hac re Seruatoris nostri animus spectauit?

SANCTISSIMVS Leo cognomento magnus explicans, cur Iesus voluerit mortem in vrbe Hierosolyma oppetere, qui serui
VVVVV 2 (inquit) Epiphani.

CON

D. Tho. 3. p. q. 46 ar 5. (inquit) suscepit formam, & non iudicare venerat, sed iudicari, Bethleem elegit Natiuitati, Hierosolymam passioni. Angelicus vero doctor clarior huius rei rationem reddit, conuenientissime, ait, Christus in Hierosalem passus est, quia hoc maxime conueniebat humilitati eius, scilicet, vt sicut turpissimum genus mortis elegit, ita etiam ad eius humilitatem pertinuit, quod in loco ram celebri confuisionem pateretur.

SOLENT homines iactare se de illustri patria, Christus vero, qui clarissimum humilitatis exemplum extitit, ignotam ciuitatem vileq; tuguriolum, vbi nasceretur elegit, solent item cum capite damnantur ob aliquod ab eis susceptum crimen, curare diligenter, eo mortis genere occumbere, quod nullam sibi, si fieri posset, ignominiam notam inurat, quo circa malunt capita sibi amputari, quam e palo suspendi, & secreto, ac remotis arbitris occidi, quam in foro, omniumq; conspectu interiri. At vero humani generis vindex, vt pote qui ignominiosissimam, & acerbissimam mortem nostra causa subire voluit, non solum eam pertulit in precipua, ac nobilissima Israelitarum vrbe, sed in eo etiam die, in quo ad Hierosolymam confluebant complures viri cuiuscunq; ordinis, generis, ætatis, atq; nationis. Eo enim tunc ad pascha celebrandum concurrebant Parthi, Medi, Elamytae, Romani, Iudæi, Profelyti, Cretes, & Arabes pluresq; alij, quos diuus Lucas in actibus Apostolorum commemorat. Turpissima præterea morte condemnatus est, vt hac ratione summa quadam ignominia occideretur, maiusq; ac præstantius eximie humilitatis exemplum præberet. Videor mihi videre vatem Esaiam procul hæc intuentem, ac speculantem, & in huiusmodi verba prorumpentem. *Non est species ei, neq; decor, & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum, ac nouissimum virorum, & quasi absconditus vultus eius, & despectus, vnde nec reputauimus eum.* Semel, atque iterum repetit propheta vocem illam, despectus, vocatque, Iesum nouissimum virorum, vt eius abiectio- nem, & contempcionem significet, quæ quidem tanta fuit, vt Iudæi non dubitauerint illi perditissimum, ac flagitiosissimum Ba- rabbam antepone, & inter duos pendentes latrones eum crucifi- gere. Qua grauiori ignominia, quo ve maiori dedecore notari po- tuit Iesus? De quo Ieremias etiam scripsit. *Dedit percussenti se ma- xillam, seruiabitur opprobrijs.* Vbi glossa aduertit, non dixisse pro- phetam, sustinebit opprobria, sed saturabitur opprobrijs. Multitu- dinem

Act. 2. n. 8

Esai.

Tren. 3. nu. 30.

dinem, inquit, opprobriorum auide se suscepisse declarat, quia ex auiditate satietas surgit. Ades igitur si tiebat seruator post igno- minias, & opprobria, vt ad hanc sitim explendam, conuiuis oppro- brijs, & contumelijs in ipsa mortis perpersione voluerit onerari, quo circa in omnibus rebus se contumeliose tractari passus est, ca- pitur enim tanquam latro. *Tanquam ad latronem, inquit, existis cum gladijs, & sustibus comprehendere me.* Multa item ei obijciuntur pro- bra, colaphis cæditur, pugnis contunditur, sputis sædatur, spinarum corona irrisione quadam redimitur, & iudæi velabant faciem eius, & percutientes arundine caput eius, dicebant *Prophetiza nobis, quis est, qui te percussit.* Et vt sacer etiam Euangelista refert, multis alijs mo- dis blasphemabant eum, ac deniq; ignominiosissima illum mor- te affecerunt in amplissima, & celeberrima ipsorum vrbe, & in so- lerani festoq; Paschatis die, quo magna hominum frequentia Hie- rosolymam adibat, & hoc sibi vult sacer Euangelista cum ait. *ante diem festum Pasche, &c.*

NOS autem, vel vt melius dicam diuinus amor horum oppro- briorum causa extitit. *Nam cum sic dilexit suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Nostri enim causa ignominiosissimam mortem & maledicto plenam sustinuit, quia asserit B. Paulus. *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, quia scriptum est, maledictus omnis qui pendet in ligno, vt in gentes benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu, à quo maledicto legis nos Christus liberauit.* Vbi B. Chryostomus, perinde, inquit, fecit Christus, ac si morti adiudi- cari quopiam, alius insons illius damnati vice sponte mori volens eripiat illum sic & christus cum non esset obnoxius execra- tioni transgressionis, hanc in se recepit pro omnibus, vt omnes liberaret ab ea, & sicut mortuus eos, quibus moriendum erat, ex- mit à morte, ita & execratione in se recepta, ab execratione libera- uit. Hæc ille.

O summum Dei in homines beneficium æterna quidem grati- animi recordatione dignissimum! simulauit quidem regius ille va- tes se insanum esse, cum in curia Regis Geth versans, in magno vitæ periculo se se constitutum esse vidit quod quidem magnam ei ignominiam intulit, id tamen præstitit, vt vitam suam tueretur. Quocirca plura quidem humani generis seruator pertulit & maiori se dedecori obiecit, quippe qui insanus, ac plane demens in Hero- dis curia haberi voluit, non quidem vt suam, sed vt nostram tuere- tur vitam, cuius gratia suam ipse perdere non dubitauit.

Galat. 3. num. 13.

Chryf.

R Reg. 21 num. 1

Cum

1. Reg. 17
num. 24.
1. Reg. 18
num. 6,

CVM immanem illum gigantem, quem ad exprobrandum Israel ascendisse dicebant, Dauid interfecit, tanti fecerunt illi præclarum hoc Dauidis factum, vt, cum ille reuerteretur, percusso Philisteo, (sacrarum litterarum verbis vtor) & ferret caput eius in Hierusalem, egressæ sunt mulieres de vniuersis vrribus Israel cantantes chorosq, ducentes in occursum Saul Regis, in tympanis lætitiæ, & in sistris, & præcinebant mulieres iulentes, atq, dicentes, percussit Saul mille, & Dauid decem millia. Magnum profecto Dauidis in illos beneficium extitit, cū ab eis opprobrium illud abstulit, sed longe præstantiorem gratiam à Deo optimo, & maximo accepimus, cum ipse nos è contumeliosa Dæmonis seruitute, qua maxime premebamur, in honorificentissimam filiorum Dei libertatem vendicauit. Præterea illo tam præclaro facto, nihil de Dauidis gloria, vel laude detractū est, neq, aliquam ille suæ dignitatis iacturam fecit, sed multum potius sibi decoris, ac dignitatis adiunxit. Christus vero, vt opprobrium, quo vexabamur, à nobis amoueret, factus est ipse opprobrium hominum, & abiectio plebis, factusq, est pro nobis maledictum, vt nos liberaret à maledicto.

Exod. 15
num. 1.

CVM præpotens Deus Aegyptios illos, qui à tergo Israelitas insequabantur, in aquam merfit, gratis animis præcinebant Israelitæ. *Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est, equum, & ascensorem proiecit in mare.* At maiores gratiæ sunt nobis Deo maximo agendæ, qui non gloriose, sed contumeliose quidem, hoc est, cum magna suæ dignitatis iactura nos ab ignominiosissima dæmonis seruitute liberauerit. Te, summe, ac gloriose Deus, te inquam seraphicæ mentes pro summo hoc in homines beneficio summis laudibus efferant, & eximiam hanc despicientiam, tuiq, animi submissionem prædicent. Ac eo tempore quo perditissimi homines te cōuicijs, maledictis, & contumelijs consecrantur, Angelici ordines maxima te prædicatione extollant, illudq, carmen vsurpent. Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth. &c.

Secund

Secundus discursus, ostēdit quantū sit Iesu Christi in homines beneficiū, ipsum per tot, tantosq, labores, ad aeternam suam patrem commigrasse nostram causam.
(.?.)

Thema:

Sciens Iesus, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrem.

Ioann. 12.

BREVITER quidem perstringit diuus Ioannes scriptor hunc seruatoris nostri transitum, & quasi præteries de illo loquitur, cum maturam ille considerationem requirat, in eo siquidem immortalis Deus flagella, spinas, cruciatus, mortemq, acerbissimā pertulit, quo circa diuina sponsa noluit hunc sponsi sui transitum leuiter attingi, sed illum considerate, attentoq, animo expendendum censet. *Ecce, inquit, iste venit saliens in montibus trāsiliens colles.* Similis est dilectus meus capræ, hinnuloq, ceruorum. *Ecce ait, id est, considera, perspice diligenter, ac diu cum tuo animo cogita Christi Domini saltus à cælo in terram, à patre ad homines, & rursus à terra in cælum, & ab hominibus vsq, ad patrem, in montibus, per præruptos asperosq, accessus, nimirum per flagella, irrisiones, cruciatus, ac crucem.*

Perpendamus igitur nos, & acri, atq, attento animo intueamur, cur redemptor difficilem viam, & vt ita dicam, transitum tot difficultatibus, atq, incōmodis plenū susceperit, cū potuerit expeditū, iucūdū, facilemq, decurrere. Trāsatus est Enoch in paradysum, Angelorū, diuinarūq, mētū manibus. At Christo dño nō Angelorū, sed durissimi ligni brachia ministrarūt. Deinde curr' igne' cælestis ad Eliā mis' est, in quo honorificētissimē etiā codē vect' est, seruatori autē

Cant. 2. n.

8.

Gen. 5. n.

33.

4. Reg. 2.

num. 23.

Gene. 14. autem nostro non currus, non quadrigæ, non essedum aliquod magnificentum, & cæleste, sed abiecta, ignominiosa quæ crucis rheda defertur, qua in suum ipse paradisum transferatur. Præterea cum Israelitæ mare rubrū ingressi sunt aditum illis Deus aperuit, quo pede sicco incolumes transierunt. In hoc vero Iesu Christi transitu, non facilis ei aditus aperitur, neq; sicco ille pede, sed maris rubri sanguine madente, transit ex hoc mūdo ad patrē, Cur ergo, Deus optime Cū facile, ac suauē aditū seruis tuis patefeceris, difficile, atq; asperam viam suscepisti? Ferendum ne est (Iesu bone) flagitiosos homines sicco pede ad terram promissionis pergere, te vero sanguineis aquis pene obrutum ad promissionis terram remeare? Illos saluos, & incolumes in via illa euasisse, & Pharaonis furore adeo liberos extitisse, vt ne vulnus quidē aliquod exceperit, te autē ita sauciū, ac vulneratū ex hoc transitu prodijisse, vt à planta pedis vsq; ad verticē capitis nulla in te sanitas reperiatur? Mirandus sane Seruatoris nostri transitus!

*Exod. 34.
numero. 6.*

*3. Reg. 19
nume. 13*

VIDIT profecto illum Moyses coram se transeuntem, ea tamen gloria, ac maiestate circumfusum, vt admiratus Moyses exclamauerit. *Dominator Domine Deus, misericors, & clemens, patiens, ac multa miserationis, ac verax, &c.* Vidit etiam eundem prætereuntem Elias, & tantam præ se tunc magnitudinem, maiestatemq; ferebat, (transibat enim Dominus subuertens montes, & conterens petras) vt Elias tanto splendore, atq; amplitudine obtupefactus, pallio vultū suum operuerit. In hodierno vero transitu nihil eiusmodi cernitur, nullum splendorem, magnitudinem, aut maiestatem perspicimus sed probra, conuicia, contumelias, maledicta, aliaq; huiusmodi, quibus afficitur Dei filius. Cur igitur, immortalis Deus, difficilem hanc viā suscepisti?

*Esai. 53. nu
mero. 4.*

AT huius rei causam non obscure reddit Euangelista, cum ait. *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in se dilexit eos.* Christi enim erga nos amor facilem, ac iucundum gradum nobis aperuit, & difficilem, atq; asperam viam sibi comparauit. Flagella quidem, & cruciatus nobis erant perferendi, quos ille nostra causa libenti animo sustinet. *Vere* ait propheta *languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostra super eum, & liuore eius sanati sumus.* O miram Dei erga homines charitatem! O beneficiū summis prædicandum laudibus, & æterna grati animi memoria colendum!

MA-

MAXIMO ritu, solenniq; ceremonia celebrabatur olim pascha illud, quod apud Iudæos appellabatur phase, id est, transitus Domini, vt ipse sacrae litteræ declarant in libro exodi, vbi cum explicaretur, cur magna illa celebritate agnus paschalis comedendus esset, dicitur. *Est enim phase id est transitus Domini, & transibo per terram Aegypti nocte illa, percutiamq; in nem primogenitum in terra Aegypti ab homine, vsq; ad pecus.* Tunc etiam hoc mandatum enuntiatum est Israelitis. *Erit sanguis vobis in signum in aedibus in quibus erit, & videbo sanguinem, & transibo vos,* & hac ratione vocatus est ille dies pascha. Quapropter B. Hieronymus ait. Pascha, quod Hebraice dicitur pesach, non a passione, vt plerique arbitrantur, sed a transitu nominatur, eo quod exterminator videns sanguinem in foribus Israelitarum pertransierit, nec percussit eos. Hæc Hier. Itaq; illius paschæ celebritas instituta est, eo quod saluis persistentibus Israelitis Aegyptij ab Angelo percutiente occisi sunt. Quāto ergo potiori iure debemus nos pascha, ac phase nostrum solenni ritu, summaque religione celebrare, in quo non alicuius agniculi sanguine, sed ipsius immortalis Dei cruore, ac vita, ab immanissimo humani generis hoste abducti, atque crepti sumus.

*Exod. 12.
nume. 11.*

*Epist. ad sa
beolam.*

*Exod. 13.
numero. 1.*

Celebris etiam fuit apud Hebræos transitus ille maris rubri, de quo in præcedenti discursu mentionem fecimus, cuius gratia immortales immortalis Deo gratia Hebræi illi reddiderunt. *Cantemus inquit, Domino, gloriose enim magnificatus est equum & ascensorem prouocit in mare. iste Deus meus, & glorificabo eum.* Sed præstantius quidem, & illustrius beneficium in hodierno transitu ab ipso Deo accepimus, in illo enim nullo labore, aut defatigatione affectus est Deus, in hoc aut plurimos, eosq; maximos labores pertulit. In illo submersit Deus Aegyptios in aquas maris, & Israelitis aditum ad terram promissionis aperuit, in hoc autem nos ad cælestē patriā duxit & in suum sanctissimum sanguinem hominum scelera demersit.

SED perpendite, obsecro, acerbissimā hanc Seruatoris nostri necem, tot iniurijs cruciatibus, tormentisq; conuictam, non mortem, crucem, aut vehementissimum aliquem dolorem, sed quendam transitum à sacro euangelista nuncupari, quam etiam Christus Dominus iucundis gratisque nominibus appellat. *Vos* inquit, *inquit, & cum, qui misit me, & alibi, & exaltatus fuero a terra.* Non dixit, si crucifixus fuero, si acerbissima morte interemptus: sed magna verborum

Xxxxx

suau-

suauitate vititur cum mortem sibi subeundam prædicit, exaltationem eam vocans ex quo summam illius in hominum genus charitatem facile cognoscemus. Hęc est enim amoris vis, atq; natura, vt quos labores patitur, etiam si grauissimi sint, leues, ac faciles esse putet, vt in amore illo Iacobi erga Rachelem clare perspicitur.

QVOD cum ita sit, exiguus profecto, ac pene nullus est noster erga Deum amor, cum eius causa nullum laborem ferre, nullam ve difficultatem superare volumus, & leuia, ac facilia suorum præceptorum, & consiliorum onera grauissima nobis esse conquerimur. Considerate, quæso, hunc seruatoris nostri transitum, doloris, atq; acerbis plenum, perspicite animo, quas in eo difficultates Christus Dominus superauerit, quos labores pertulerit, quas verborum contumelias, ac perditorum hominum conuicia subierit, quot deniq; grauissima tormenta, immanissimosq; cruciatus æquo animo tolerauerit, quibus attente cogitatis, ingentem, ac fortem animum suscipite, ad quoscunque labores Christi causa sustinendos, vt imitantes eum, qui per cruciatus, ac mortem ad patrem transijt, ad ipsum etiam nos æternum patrem, cœlestemquę eius beatitudinem commigremus.

CONCIO PRIMA.

Primus Discursus explicat, cur Seruator noster acerbissima sua mortis tempus horam suam appellauerit.

(. ? .)

Them.

Ante diem festum Pascha sciens Iesus quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrem Ioan. 13.

Salutatio **M**AXIMVS FAVOR ille fuit Dei Domini erga Ezechielem, cū illi manifestauit gloriosum suum ingressum in domum

mum suam, qui adeo illustris fuit, vt scriptura dicat. *Terra resplendebat à maiestate eius.* Excellentior tamen fauor nobis confertur à Deo qui vocatur, non ad videndum ingressum, sed egressum filij sui & transitum ex hoc mundo ad patrem. Tanta quidem gloria decoratum, quanta ignominia circumfusum. Mirabilius autem multo est Deum in cruce morientem videre, quam splendentem in templo suo. Splendor enim recte decet eū, qui splendor est patris æterni, ac morte turpissima, in patibulo crucis vitam finire, alienū valde videbatur à maiestate diuina, ad huiusmodi ergo spectaculum inuitamur, vt digne & vtiliter interfimus, diuinam imploremus opē. Cum Christus Dominus inhumane à Iudæis caperetur, hæc illis obiecit. *Cum, quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me, sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarū.* Quid igitur cause esse poterit, ob quam in hoc loco hora inimicorum Christi dicatur ea, in qua ipse Christus cruciatibus ac morti traditur. In hodie no vero euangelio hora Iesu à sacro euangelista nominetur? Et quidem merito Iudæorum hora videbatur nuncupanda, in ea siquidē magnopere illi delectati sunt, & ingenti lætitia affecti, eo quod innocentissimū Iesum, quē ipsi capitali odio prosequerentur, turpissima morte interficiendū curabant. At, qua ratione idem tempus hora Christi dicetur, cum in eo tot ille contumelias cruciatus, grauissimæq; tormenta pertulerit?

Minitabatur Deus Israeli supplicium à Chaldæis inferendū. *Conturbetur*, aiebat, *Omnes habitatores terræ, quia venit dies Domini*, id est, dies ultionis, atq; vindictæ, vt interpretatur B. Hiero. Iure etenim dies Domini appellatur ille, in quo ipse de hostibus supplicium, ac vindictam sumit, atq; iccirco vltimus ille diuini iudicij dies, in quo præpotens Deus se iniuriarum vindicem præbebit, & flagitiosos homines æternæ morti, perpetuisq; cruciatibus addicet, dies Dñi à sacrisatibus appellatur. Ille vero dies, in quo acerbissima ipse tormenta, mortēq; ignominiosissimam subit, quo pacto hora eius dicetur? Merito quidem dies Domini nuncupatur ille, in quo humani generis vindex, morte, peccato, dæmone, inferisq; deuictis, confractis inferarum sedium vestibibus, claustris, atq; repagulis, nudatisq; principibus tenebrarum, spolijs, & manubijs onustus, ad hanc vitam, lucemq; redijt immortalis, & miserijs mortalis vitæ reiectis è squallore ad purpuram, ex infamia ad gloriam, ex summa denique tristitia ad summam quandam lætiam, gloriamquę gloriosissimè reuixit. Atq; ideo Ecclesia quasi tripudians incredibili gaudio,

Xxxxx 2

de

LUC. 22.
num. 53.

Ioel. 2. n.
Hieroi. ibi.

de gloriosa Christi resurrectione suscepto, sæpius illâ vocem usurpat. *Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.* Multo inquam lætissimus iste dies, qui tantam Christo Domino gloriâ, ac lætitiâ attulit, dies Domini appellatur. At quo iure hodiernâ lucem vel ut melius dicam, tristissimam hanc noctem, in qua Christus Iesus in squalore, ac tristitia iacens, opprobrijs obiectus, virgarum plagis deformatus, indignissima nece damnatur, quo inquam iure horam Domini nominabimus?

MVL IIS sane de causis hodierna dies Christi Domini hora nuncupatur. Primû enim ea vniuscuiusq; hora dici potest, in qua ille magni alicuius desiderij compos euadit. Hac ratione dictum est iudæis, vt paulo altius diximus. *Hæc est hora vestra*, quia in ea fecerunt fati desiderio, quo multis ante diebus tenebantur, capiendi, & occidendi Iesum. Eadem ratione hæc dies dicitur hora Iesu, quia vehementius desiderabat seruator noster crucem, mortemq; subire, quam iudæi illi vitam adimere. *Baptismo*, inquit Iesus, *habeo baptizari, & quomodo coarctor, vsq; dum perficiatur.* Vbi Euthymius sic loquitur. Baptisma, quod est per sanguinem dicit sui occisionem, tanquam nostri purificationem, & coarctor (inquit) & veluti anxius sum propter tarditatem. Ac si diceret, adeo ardenter desidero mortem hominum causa oppetere, vt præ desiderij magnitudine coarctor. Cum idem Christus de vltima, ac paschali cœna verba faceret. *Desiderio*, inquit, *desideraui hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar.* Id est, valde, ac vehementer desiderauit hanc cœnam. Quod quidem ideo Christum dixisse censeo, quia augustissimum eucharistiæ sacramentum tunc esset institutum. Sed maiore in modum miror, cum illum dicentem audio. *Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor, vsq; dum perficiatur.* Magnum ab illo in nos beneficium extitit. cum in sacra illa mensa, sacroq; conuiuio se nobis sumendum dedit, sed ingens quidem beneficium fuit tormentum, ignominiosissimûq; supplicium sustinere se in cruce nostra causa immolandum adeo libentero sferre, vt præ illius mortis desiderio coarctaretur.

DEINDE illum diem Domini dicimus appellandum, in quo ille de suis hostibus vindictam sumit, iuxta illud Iouel. *Ven et dies Domini* id est, dies vltionis. Quod cum ita sit, merito Christi horam dicemus eam, in qua ipse cruciatus, ac mortem subiit. in ea enim de immanissimis suis hostibus, nimirum de peccato, morte, ac dæmone

dæmone vindictam sumpsit. In ea destructum est peccatum. Hic quippe fuit fructus mortis Christi, vt auferatur iniquitas, in hoc item certamine mors victa, superataq; discessit. *O mors, ero mors tua.* Dæmon a suo imperio deiectus, ac disturbatus, quia nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras.

GLORIOSA sane Christo Domino hora nobis etiam honorifica summæque dignitatis. Si enim in illa Christus Iesus suos hostes deuicit, ac profligauit, in ea etiam nos è nostrorum hostium potestate, de seruitute liberati sumus. & in iucundissimam libertatem asserti, Peccatum etenim non nocebat Deo, sed nobis, mors item nos ipsos vita priuabat, immortalem vero Deum interficere non poterat. Dæmon deniq; grauissimum nobis inferebat bellum, Deo autem non item. Faxit Deus optimus Maximus, vt victoriam hanc à Christo Domino partam sceleriter prosequamur, ne iterum mortis, peccati, aut Dæmonis seruituti subijciamur.

POSTREMO, ea dicitur esse hora alicuius, in qua ille singulari aliqua lætitia affectus gaudet vehementerq; lætatur, & quia seruator noster in hac suæ mortis die summo quodam gaudio perfusus est, illa sua hora merito nuncupatur. *Egredimini*, inquit, *Salomon, & videte filia Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis sui.* In quem locum ita loquitur D. Bernardus. O regem, o diadema, mater siquidem Synagoga non matrem sane se exhibens, sed no uercam regem nostrum corona spinea coronauit. Hæc ille. At, cur diem lætitiæ cordis sui appellat eum, in quo Christus spinarum corona redimitus est, morteq; turpissima interemptus? & qui dem D. Paulus diem lachrymarum appellauit illum. *Qui in diebus, inquit carnis suæ preces, supplicationesq; ad eum qui posuit illum saluum facere à morte, cum clamore valido, & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.* Si ergo cum clamore valido tunc lachrymarum est Iesus, quo pacto eum Salomon diem lætitiæ cordis sui vocauit? Lachrymarum, & tristitiæ potius quam lætitiæ dies nuncupandus videbatur, sed lachrymæ comitabantur lætitiâ, & lætitiâ simul est coniuncta cum lachrymis, sicut pluuia aliquando solis claritatem, atq; splendorem comitatur. Sic etiam quantum sanctissimum Christi corpus flagellis, cruciatibus ac doloribus vexatum, tristitiâ, luctum, ac mærorem præferret, præcipuo tamen gau-

Xxxxx 3 dio

Luc. 12.
num. 50.
Euthym.

Mat.

Cant. 3.
num. 11.

Ber. in fe
sto omniū
sanctorum

Ad Ephes.
5 n 7.

Simile.

dio eius animus perfundebarur, cum ea tormenta humanæ salutis causa suscepta esse perspiceret. Magnum profecto bonum in salute hominum situm est, cum in ea comparanda tam grauissima tormenta, acerbissimosq; cruciatus libenter Christus Dominus sustinuerit, & horum laborum tolerantiam vocauerit horam suam, alias nunc rationes videamus.

Secundus discursus in quo, id quod in proximo fuerat inchoatum, absolvitur.
(?)

Thema.

Hora eius. Ioan. 13.

CVm sanctissima virgo in nuptijs Cana Galileæ a Christo Domino petijt, vt vinum inuitatis suppeditaret. Respondit ei *Ioan. 2. u.* *Nondum venit hora mea.* Et vero illam vocat horam suam, in qua insigne illud miraculum, quo illustrius suum nomen reddere tur, erat editurus. Hæc videtur Diui Chryostomi expositio. *Chryf. ho. 21. in Ioan.* qui ita in ea verba scripsit. Nondum venit hora mea, quia oportet indigentes rogent, vt miraculum vniuersis appareat. Sic etiam in hodierno euangelio tempus mortis, & tormentorum horam suam appellat, in ea siquidem clarius, & gloriosius suum nomen effecit, quamuis enim eo die eorum iniurijs, contumelijs, & opprobrijs obiectus fuerit, qui illudentes ei dicebant. *Ioan. 1.* *si filius Dei est, descendat de cruce. Vah qui destruis templum Dei, &c.* Et extremam crucis ignominiam subierit, atque inter duos latrones pendens animam efflauerit, multum tamen sibi gloriæ, ac dignitatis adiunxit. Atque iccirco diuinus Ioannes *Chryf. ho. 21. in Ioan.* *vidimus, inquit, gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre plenam gratiæ, & veritatis.* Quæ verba diuinus Chryostomus sic interpretatur. *Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a patre.* Quasi diceret. Vidimus gloriam,

riam; qualem deceat vnigenitum, & dilectissimum Dei filium. Sicut qui Regem aliquando preciosissimo cultu ornatum, preciosisque vndique fulgentem lapillis conspicati, alijs speciem illam, ac maiestatem enarrare volunt, purpureum florem, gemmarum magnitudinem, auratos currus, & solium astantium oculos nimio fudgore perstringens; pro viribus enarrant. Cum vero his & alijs collectis cultum, & maiestatem verbis comprehendisse sibi non videantur, addunt. Quid multis opus est, vno verbo dicam, quasi Rex, ita hic euangelista quasi vnigeniti inquit, ad gloriæ maiestatem, & incomparabilem excellentiam significandam. Hæc ille. At, inquiramus, si placet, in quo nam manifestata est hæc gloria quasi vnigeniti a patre. An cum ipse æterni patris filius eo decore, gloria, ac lumine in monte labor circumfusus est, vt splenduerit facies eius sicut sol, & vestimenta eius facta fuerint alba sicut nix? An in sanandis diuinitus ægris, mortuis, ad vitam reuocandis, alijsque miraculis efficiendis? Audite, obsecro, beatum Chryostomum superiorem explanationem prosequentem. Non admiramur Christum duntaxat miraculorum gratia, sed & passionis etiam, cum scilicet, affixus est cruci, flagellis, & alapis cæsus, & sputus ab ijs, de quibus tam bene merebatur. Si quidem in ijs, quæ probrij, & ignominie plena esse videbantur, Dei filius clarissimus apparuit. Et hoc Ioannes gloriam appellauit.

NEQUE vero solus beatus Ioannes mortem, crucem, & contumelias Christi gloriam appellauit, sed etiam ipsemet Christus Iesus. Cum enim iam proximus esset extremis suis tormentis, suæque ignominiosissimæ morti, subleuatis oculis in cælum, dixit. *Pater venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te.* Vbi *Ioan. 7.* *D.* Chryostomus exclamat in hunc modum. Quid Domine, dicis ad crucem cum latronibus, & prædonibus ducendus, maledictorumque, necem subiturus, deinde & conspuendus, & virgis percutiendus es, & alapis, & istam vocas gloriam? ita miratur ille, sed merito sane gloria nuncupatur, restat tamen considerandum, cur gloria in sacris litteris dicatur, id quod apud homines ignominia, & opprobrium appellatur.

Duplicem

Duplicem huius rei rationem reddit Chrysoſtomus in duobus ſcis proxime à me citatis, & prima quidem, quæ in primo loco aſſertur, hæc eſt, quia immenſæ virtutis fuit huiusmodi pati, tunc enim mors abolita eſt, maledictum perijt, dæmones confuſi ſunt, & de his triumphatū eſt. Hæc ille, & merito, ſi enim magna eſt imperatoris laus, magnaq; ducis hoſtes prælio vincere, eorūq; copias fundere ac proſtigare, maxima profecto Chriſto Domino gloriæ, & dignitatis acceſſio facta eſt, cum victoriam de peccato, morte, ac dæmone glorioſiſ imè reportavit. Quapropter Beatus etiam Patulus Chriſti mortem, ac crucem ipſius triumphum appellat. *Et vos* (inquit ſcribens ad Coloſenſes) *cum mortui eſſetis delictis, conuiuificauit cum illo* (ſcilicet Deus cum Chriſto) *donans vobis omnia delicta, delens quod aduerſus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio, aſſigens illud cruci, & ſpolians principatus, & poteſtates traduxit confidenter palam triumphans illos in ſemetipſo.* Triumphus ergo, & victoria dicitur, quæ in cruce comparata eſt, quo circa Eccleſia illud carmen merito modulatur *Pange lingua glorioſi prælium certaminis, & ſuper crucis trophæum dic triumphum nobilem, qualiter redemptor orbis immolatus vicerit.*

Colo. 2. n. 15.

Chr. ho. 3. ad Eph. 4.

Eſai. 53. numer. 7. Eſai. 53. numer. 5.

SECUNDA vero ratio, quæ à D. Chryſoſtomo (qui copioſa nobis materiã in hoc diſcurſu ſuſcepit) adducitur ad explicandū cur Chriſti mors, & paſſio glorioſa dicatur, hæc eſt. Quia pro dilectis patiebarur Ieſus omnia illa, quæ paſſus eſt. Ac ſi diceret, glorioſum atq; honorificum eſſe amanti vinci, mori, ac pati pro eo, quem ſummo amore complectitur. Neq; vero honeſtum, aut honorificum eſt ſi vel inuitus, vel turpis lucri gratia incommoda, vel labores perferas, honeſtiſſimum tamen, & perhonorificum eſt vitro ſe laboribus, pro aliorū ſalute, & incolumitate dedere. In hoc enim elucet maxime illius amor, & bonitas, qui labores illos perpetitur. Hoc igitur modo Seruator noſter moritur, & grauiffima tormenta patitur. Non enim inuitus ſe morti tradit, quia euangelico propheta teſtante. *Obtutus eſt, quia iſe voluit.* Neque mortem, & cruciatum, quos ille pertulit, ad ſuum quaeritum, & vtilitatem reuocauit, ſed omnes in hominum commodum retulit. *Ipe*, inquit Eſaias, *vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, diſciplina paſſi noſtra ſuper eū, & liuore eius ſanati ſum.* Qua ergo via potuit humani generis vindex ſuam gloriã apud homines illuſtrioriorem facere, niſi ea, quam ſuſcepit, cum eximium ſuum erga homi-

nes

nes illuſtrioriorem facere, niſi ea, quam ſuſcepit, cum eximium ſuum erga homines amorem moriendo manifeſtauit. Fateor equidẽ tunc ſuæ maieltatis ſplendorem aliquomodo obſcuratum fuiſſe, & aliquid de illius magnitudinis, quodammodo eſſe detractum, ſed ex eo illuſtrior, & glorioſior apparuit. Vt enim aulici, & elegantes iuuenes, cum thoraci auro intexto, vel ætu elegantiffime depicto veſtem aliquam ſuperponunt, ſolent eam vel ſciſuris ſecare, vel ab illa aliqua fruſtula detrudere, non quidem vt eam deperdant, ſed potius vt ferici thoracis elegantia, ac pulchritudo magis eluceſcat. Sic etiã cum hominum Seruator Ieſus in morte exinanitus eſt, & ictibus, ac vulneribus crucis occubuit, quaſi detractum eſt aliquid de maieltate ſua, ſub qua cum diuinus eius amor, ac bonitas quodammodo laterent, ea illico apparuerunt, & mirum ex ſe miſerunt ſplendorem. Per foramen enim corporis, ait, D. Bernardus, patet arcanum cordis, ſicq; Chriſti dignitas, ac bonitas illuſtrior, & clarior facta, omnium ſe oculis conſpiciendam præbuit. Quod videtur idemmet Chriſtus ſignificaffe, cum ait. *Ego ſi exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipſum.* Quod quidem tunc eſſectum eſt, cum in morte ſua immenſam ſui animi charitatem, ac bonitatem oſtendit. Præterea, ſicut exaltauit, (inquit Ieſus) *Moyſes ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat ſed habeat vitam æternam.* Vtrobique, crucem, & mortem ſuam exaltationem vocat, in ea ſi quidem magnã ſui nominis exaltationem conſequutus eſt.

Simile.

104. 12.

104. 3 numer. 14.

Dignitatem, & gloriã comparabat ſibi olim apud homines præpotens Deus, ex eo quod grauiter in homines animaduerteret. *Uti uificabor*, inquit *in Pharaone, & in omni exercitu eius, ſciantq; Aegyptij, quia ego ſum Dominus.* At tunc gloriſicatus eſt, quoniam Pharaonem, cuiusque exercitū in aquas demerſit, nunc vero præſtantiori quodammodo gloriã ſibi, & dignitatem adiunxit, cum in ſuo præcioſiſſimo ſanguine omnes ſuos hoſtes obruit.

Exod. 14. numer. 4.

VOLVIT immortalis Deus nomen ſuum apud Iſraelitas glorioſius reddere, cum Regem Aſſur, qui eos perſequebatur, grauiter puniuit. *Propter hoc*, inquit, *ſicut populus meus nomen meum in die illa.* Si ergo Maximus Deus honorem ſibi comparat, eo quod acerbo ſupplicio regem illum afficiat, vt populum ſuum tueatur, præcipua profecto gloria dignus erit, eo quod ipſe acerbiffimis flagellis, grauiffimoque ſupplicio multetur vt

Eſai. 52. numer. 5.

Yyyyy omnium

omniū hominū salutem, vitamq, defendat. si ex illo magna laude, summoq, amore dignus est, nonne & propter hoc etiam magna eū laude, summoq, amore prosequemur?

Deut. 32.
numer. 11

CVM vellet Moyſes Iſraelem ad Dei cultum, amoremq, excitare, propoſuit illi maximum illud beneficium, quod à Deo optimo, & maximo in vaſta, ac deſerta ſolitudine acceperat. *Inueni, inquit, eam in terra deſerta, in loco horroſi, & vaſte ſolitudinis, circumdaxit eum, & docuit, & cuſtodiuit quaſi pupillam oculi ſui, ſicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans, expandit alas ſuas & aſſumpſit eum, atq, portauit in humeris ſuis.* Præclarum ſane, & magnum Dei in Iſraelem beneficium, ſed maius, atq, excellentius eſt illud, quod in hodierna die Chriſtianum populum ab humani generis vindice, ac Seruatore accepſſe fatemur, potior enim iure opponitur nobis id, quod Iſraelitis olim obiectum eſt, nos etenim cuſtodiuit Deus quaſi pupillam oculi ſui. Tunc aliquid tanquam pupillam oculi cuſtodimus, ac diligimus, cum brachium iſtibus obijcimus, ne oculus aliqua ex parte lædatur. Hac quidem ratione nos Deus optimus tutatus eſt, cum enim diuinæ iuſtitie iſtus iam iam capita noſtra peteret, brachium ſuum immortalis Deus obiecit percutiendum, cum æternum ſuum filium cruci, mortiq, tradidit. Filius enim dicitur æterni Patris brachium, quia ſicut nos brachio operamur, ſic, omnia per ipſam facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Beatiffima etiam virgo in celebri illo cantico ait. *Fecit potentia in brachio ſuo*, id eſt, in filio. Hoc igitur brachium obiecit ſummus Deus flagellis, vulneribus, reliquiſq, tormentis, ne ea homines ferirent, vitaq, priuarent. Qua propter merito, ac iure optimo dicemus, cuſtodiuit nos Deus vt pupillam oculi ſui. Deinde dixit Moyſes. *Et portauit eum in humeris ſuis.* Sed maius Dei in nos extat beneficium, qui noſtra cauſa grauiffimam crucem ſuis humeris portauit, mortemq, acerbiffimam ſuſtinuit. Quod ſi beneficiū illud laude, grataq, recordatione digum extitit, hoc ſane, quo hodierna die afficimur, maximam laudem, æternamq, grati animi memoriam à nobis exiget meritiffimè.

Deut. 4.

MAGNOPERE admiratus eſt Moyſes, cum vidit Dominum deſcendentem in montem Sinay, nebula, & igne circumdatum, fulgura, & tonitrua emittentem, & humana voce cū hominibus agentem, & dicebat Moyſes ad populum Iſrael. *Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te, ex die quo creauit Deus hominem ſuper terram à ſummo caelo vſq, ad ſummum eius, ſi facta eſt huiusmodi res, aut vnquā*

cognitum eſt, vt audiret populus vocem Domini Dei loquentis de medio ignis, ſicut tu audiſti, & vididi. At, in quas voces Moyſes erumperit, ſi Deum noſtra cauſa cruci affixum cerneret: in quantā raperetur admirationē, ſi eū non in maieſtate, & ſplendore deſcendentē, ſed in humilitate, & ſqualore iacentē, intueretur? O immenſam, & ineffabilem, Dei optimi bonitatem! O amorem erga homines incredibilem! *Cæli enarrant gloriam Dei*, dixit regius vates. Sed taceāt illi, & obmutescant modo, hanc enim gloriam, quam præpotens Deus in hac ſuæ mortis hora manifeſtauit, melius prædicabunt ſpinæ, flagella, cruciatus, reliquaq, tormenta, quæ ipſe benigniffimus Deus noſtri cauſa perpeſſus eſt. Ex qua quidem gloria huiusmodi doloribus, ac tormentis parta, magna nobis gratia, æternaque beatitudo promanauit.

ps. 18. n. 1

CONCIO TERTIA.

Primus Diſcurſus agit de maximo illo amore, quem Chriſtus Ieſus erga homines oſtendit, cum iam ad vitæ exitum vocaretur.

(.?.)

Thema.

Cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.
Ioan. 13.

NON VNA, & eadem eſt ſanctorum Patrum ſententia in explicando verbo illo, *in finem*, Beatus enim Auguſtinus ſic explicat in finem, id eſt in Chriſtum, *ſinis enim legis Chriſtus eſt ad iuſtitiam omni credenti*, vt ait Apoſtolus ad Romanos. 10.

Aug. tit.

55. in. Ioa

Yyyyy 2

Alij

Chryso.
69 in 107
Euth. The.
Cyr. hic

Alij vero sic interpretantur, in finem, id est vsq; ad in finem vitæ, non quia Christus post vitam non dilexerit suos, sed quia ad mortem ipsam amare non desistit, exhibendo tunc maiora dilectionis argumenta diuis vero Chrysostomus, Euthymius, & Theophilactus, quibus videtur assentiri B. Cyrilus, hanc expositionem sequitur. *in finem dilexit eos*, id est, vehementer dilexit eos, ita vt illa particula, *in finem*, explicet amoris quantitatem, dignitatem, atq; præstantiam, *in finem*, scilicet amoris produxit Christus amorem suum erga suos, ita vt nihil ille prætermiserit, quod vehementem amantem deceret. In hac enim nocte & proximo die sequenti vehementiam, & magnitudinem amoris demonstrauit quia maiorem charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis.

Quinq; mille annos Deus optimus Maximus insumpsit, vt in eis suam omnipotentiam, sapientiam, miramq; prouidentiam hominibus ostenderet, ad ostendendam vero sui amoris vim, atq; præstantiam, suprimum suæ vitæ diem elegit. In quo ea opera præstitit, vt eo duntaxat die magis amorem suum erga homines ostenderit, quam antea in quinq; millium annorum spatio suam omnipotentiam, sapientiam, vel prouidentiam manifestasset. Sunt enim præstantissima, et nullis antea sæculis audita ea opera, quibus hodierna die Deus optimus immensam suam charitatem ostendit. Dixit quondam Deus Israelitis: *Dilexi vos. At illi, in quo dilexisti nos?* quibus respondit Deus. *Nonne frater erat Esau Iacob, & dilexi Iacob, Esau autem odio habui, & posui montes eius in solitudinem, & hereditatem eius in dracones deservi?* Ac si diceret, in hoc perspicietis, familiam Iacob, ex qua vos nati estis, à me maxime diligere, secus vero illam, quæ ab Esau ortum habet scilicet Idumæos, nimirum istos a Chaldæis deuastari patior, vos vero tueor, studiosissimeq; defendo, & aliquando vos etiam à Chaldæis capti estis, & in seruitutem abducti, reieci quidem à vobis seruitutis iugum quo Idumæi adhuc miserè premuntur, & in charissimæ patriæ libertatem vindicavi. Ex hac ergo libertate, in quam Israelitæ diuino beneficio asserti sunt, voluit Deus suum erga illos amorem cognosci, potiori tamen iure hæc eadem nobis verba ab ipso Deo proponentur, nempe. *Dilexi vos.* Quod si & nos etiam ab eo interrogemus, in quo dilexisti nos? Respondet sane Nonne vestra causa grauissima tormenta sustinui, acerbissimamq; mortem subiui, vt à vobis durum Chaldæorum

Malach. 1
num. 1.

dæorum, id est, dæmonum iugum auerterem, & à peccati seruitute in iucundissimam libertatem assererem? Quod clarius mei amoris argumentum requiritis? quod aliud maius beneficium desiderari vnquam à vobis potuit? sed amor quidem a quo huiusmodi beneficium profectum est, præcipue considerari, attentioriq; animo cogitari debet

FERCVLVM fecit sibi rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, & ascensum purpureum. Sed in medio perpulchrius, & preciosius emblema collocauit, quia media, charitate constravit. Sic etiam eximie quædam virtutes hodierna luce in Christo Domino splendent, nimirum humilitas, tolerantia, mansuetudo, aliæque huiusmodi, sed illius charitas quæ in medio cordis sedem habet, præcipua quadam ratione micat, ac splendet.

INDVEBATVR olim summus sacerdos preciosissimis vestibus, aureisq; tintinabulis, & malis punicis ornabatur. Rationale tamen, quod supra pectus pendebat omnium ad se oculos reuocabat, quippe quod splendentibus micabat gemmis, & nitidissimo quodam carbunculo maxime fulgebat. Omnia quæ Seruatori nostro insunt preciosa quidem existunt maximiq; valoris, amor vero qui in ipsius pectore ardet, ac micat, cæterarum rerum splendidissimus, ac preciosissimus est.

VIDI I diuis Ioannes Christum Iesum præinctum ad mamillas zona aurea. Discinctus erat quondam præpotens Deus, quapropter nõ vno, & eodẽ modo se cū hominibus gerebat nunc enim supplicij, nunc vero præmij eos afficiebat, modo illis minas, modo autem promissa dabat, iam se illis ultorem, iam vero misericordem præbebat. At in lege gratiæ aureo se præinxit cingulo. Aurum autem in sacris litteris amorem, & charitatem significat. *Suadeo* (dixit spiritus Domini cuidam episcopo) *Suadeo inquam tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias*, id est, suadeo tibi emere charitatem. Sic etiam B. Gregorius per zonam auream, qua Christum præinctum esse diximus charitatem intelligit, hac vero zona cor ipsum, ac pectus constringitur, vt quantus sit diuini cordis amor, a quo reliqua Christi opera exoriuntur, perspiciamus.

Hoc igitur charitatis cingulo humani generis vindex, ac redemptor accinctus, sciens quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrem, maxima, ac suprema dona testamento legauit charissimis sibi

Can. 9.
num. 9.

Exod. 28.
num. 15.

Apoc. 1.
num. 13.

Apoc. 3.
num. 18.

Greg. 34.
mor.

Ioan.

sibi discipulis humilitatē nimiū, quā vel ex eo maximē cōmenda-
uit, quod viliū, egenorumq, hominū pedes ipse, qui sumus, ac ma-
ximus Deus erat, voluit abluere. Deinde charitatem tanquam ma-
ius quoddam legatum illis reliquit, quam quidem semel, atq, ite-
rum in hac nocte suis commendauit aluminis, dum ait. *Hac mando
vobis, vt diligatis inuicem, sicut ego dilexi vos. Hoc est præceptum meum,
vt diligatis inuicem.* Tandem sanctissimum suum corpus, preciosis-
simumq, sanguinem nobis testamento legauit. O diuinum, maxi-
mumq, legatum. Quod enim aliud illustrius, aut excellentius, quæ
hæreditas amplior, aut ditior ea, quæ nobis hodierna nocte Dei
testamento relinquitur? sumus etenim præpotentis Dei hæredes,
& in Iesu Christi demortui bona iure hæreditario venimus.

Fœlices quidem, ac fortunati Christi discipuli, eiusq, fidei asser-
tores, qui tantorum bonorum hæredes instituti sunt. Verum autē
est, plures sua culpa hanc hæreditatem non adire, sed eam potius
reijcere. Etenim primum humilitatis legatum multi sane repudiāt,
malunt enim in superbiam Dæmonis hæreditatem venire quam
Christianæ humilitatis hæredes fieri, quia huiusmodi legatum nul-
lius esse valoris arbitrantur in terra, quam ipsi incolunt, ac colunt.
At maximo quidem precio illud æstimatur in cœlo, qui enim se hu-
miliat in terris, exaltabitur in cœlis.

MULTI etiam eadem ratione secundi legati hæreditate priuā-
tur, cum enim Deus optimus Maximus charitatem nobis tanquā
testamento reliquerit. *Hoc est, inquit, præceptum meum, vt diligatis in-
uicem sicut dilexi vos.* Pauci reperientur qui hoc se mutuo amore
diligant, & cum ille adeo nos dilexerit, vt vitam nostri causa, san-
guinemq, profuderit, multi eo se odio identidem prosequuntur,
vt alter alterum vita, sanguineq, priuare conetur.

PLURES item ab ea Christi corporis hæreditate, quæ legibus,
ac iure diuino sibi obueniebat, excluduntur, cum enim sæpe pos-
sent ad sacram Christi corporis mensam accedere, rarissimē ad eā
accedunt, Neq, volunt nisi semel in anno cœlesti se pabulo recrea-
re, & cum bis quotidie se corporis cibo reficiant, & si pluribus sint
occupationibus distenti, quia hoc ad vitam corporis tuendum ne-
cessarium est, nolunt tamen ad sacrum conuiuium frequenter acce-
dere, & quanuis animi vita hoc cœlesti pane mirificē reficiatur, ni-
hil de eo sumendo curant, plurisq, corporis valetudinem, quam
animi salutem faciunt.

Secundus

*Secundus discursus, in quo agitur de eodem
Christi amore in fine sua
vita præcipue ma-
nifestato.*

Thema.

*Cum dilexisset suos, qui erant in mundo,
in finem dilexit eos.
Ioann. 13.*

ILLUD munus videtur Esaiæ præcipue commissum esse, vt scili-
cet Dei maiestatem, atq, excellentiam hominibus notam redde-
ret. Dauidi vero, vt illius laudes miramq, sapientiam prædicaret,
Ieremiæ, vt eiusdem iustitiam, & seueritatem scriberet. Sacro deni-
q, euangelistæ Ioanni, vt diuini amoris vim, ardentissimamq, Chri-
sti Domini erga homines charitatem enunciaret. Quapropter Ioā-
nes, Ioannes inquam est, qui hanc seruatoris nostri charitatem præ-
dicat, cum ait. *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit
eos,* quia tunc maxima dilectionis signa præbuit, vt in capite proxi-
mi discursus explicuimus. Ex quæ quidem dilectione egregia illa,
& præstantissima opera, quæ Christus Dominus toto suæ vitæ
tempore præstitit, promanarunt. Quod si nullum Dei opus homi-
num mente comprehendere potest, quo pacto animo percipiemus
illius amorem, a quo tanquam ab inexhausto diuinæ bonitatis fon-
te omnia illius opera fluxerunt? Et quidem ex perceptione lucis
a sole dimanantis ipsius solis vim, ac naturam percipimus, sic etiam
ad diuinum amorem cognoscendum, opus est, vt ipsius amoris ef-
fectus prius cognoscamus, qui quidem his præcipue diebus maxi-
me innotescunt.

ET vero nostri amore allectus voluit immortalis Deus huma-
nitate sibi copulare, & ex sanctissima virgine mortalis homo nas-
ci, circumcisionem sumere, in templo immortalis Deo offerri, atq,
illo sanctissimo Baptistæ lauacro ablui. Eodem amore ductus,
tulit.

tulit æquo animo Dæmonis impudentiam, & passus est se ab illo tentari, voluntario se ieiunio dedit, vigiliis, famem, sitim, lassitudinem, reliquosque labores sustinuit, quæ quidem omnia eius in nos amorem clare demonstrabant. At cum iam ad vitæ exitum vocaretur, tunc maximè hunc amorem ostendit, tunc enim his omnibus vehementissime vexatus est, quibus potuit aliqua ratione vexari.

Tripliciter possunt homines aliquo incommodo affici, scilicet in honore, in fortunis, & in sua propria persona. Quæ quidem genera Seruator noster hac vna duntaxat die perpellus est. Primùm enim supra modum de illius honore detractum est, cū inter duos flagitiosissimos latrones pendens, in crucē actus inimicorū iniurijs, contumelijs, & conuictijs obiectus, ignominiosissimam, ac turpissimam mortem subiit, aliaque, opprobria sustinuit, vt in prima conuisione huius diei, in discursu primo latius explicauimus.

QVOD vero ad pecuniarum amissionem attinet, iam ante hunc diem omnibus fortunis Christus Dominus carebat, eas enim sibi nostra causa ademerat. *Egenus pro nobis factus, vt eius inopia nos diuites essemus.* Adeoque erat pauper, ac facultatum inops, vt ne vnam quidem, vt dicitur, agri glebam haberet. Neque aliquid erat in terris, vbi pedem poneret in suo, aut vbi caput suum reclinaret, sed quæsito illi opus erat, ad inopiam suam aliquomodo subleuandam. Atque iccirco cum moriendi iam instaret dies, tanta erat illi rei familiaris tenuitas, vt nihil aliud, quo tegeteretur, haberet, præter tunicam illam à sanctissima Virgine contextam, cuius etiam tunc iacturam fecit, passus enim est eam ab immanissimis tortoribus sibi auferri. Vt potiori iure quam patientissimus ille Iob vsurpare posset hæc verba. *Nudus egressus sum de ventre matris mee, & nudus reuertar illuc.* At alia res domesticæ in hoc naufragio perierunt, quæ maximum Christo dolorem intulere. Sui nimirum discipuli, quos tenere ille diligebat, & à se fugere intuebatur. Grauisimo etiam dolore affectus est Iesus, cum preciosissimam suppellectilem, suam scilicet matrem, quam vnice amabat, vexatam, & afflictam vidit. Harum igitur fortunarum naufragium fecit Iesus hodierna die, huiusmodi res familiaris est illi detracta, & ob id maximè contristatus est.

Denique si Christum Dominum spectes, quod incommodum, quem ve dolorem non perpeffus est in se ipso? quod fuit illi mem-

brum, quod præcipuo aliquo cruciatu non sit affectum? Caput enim eius spinis transsofum est. Illius oculi graui sunt dolore affecti, intuentes carnificum atrocitatem. Aures etiam audientes eorundem blasphemias. Maxillæ eiusdem colaphis cæssæ, sunt pugnis contusæ, sputisque scedatæ, capilli enulsi, collum attritum resti, & clauis manus, pedesque traiecti, totumque ipsius corpus adeo virgarum plagis deformatum, vt à planta pedis vsque ad verticem capitis non sit in eo sanitas. At quo dolore sanctissimum illud, ac delicatissimum Christi corpus tot, tantisque cruciatibus premeretur? Præ dolore sane inter grauissima hæc tormenta, immanissimosque cruciatu, extremum egit spiritum. Quis ergo Iesu bone, tot tibi cruciatu exhibuit? à quibus nam tortoribus adeo inhumaniter cruciatus es? A quibus carnificibus ita vehementer, atque acerbè vulneratus? Mea sane flagitia his te supplicijs mactarunt, sed non ea solum, amor enim tuus erga nos hæc tibi vulnera præcipue inflixit. Quod si dolorum perpessio veri amoris experimentum est, merito, ac iure optimo dixit Euangelista. *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.*

O MAXIMUM Dei erga homines amorem, cum quo nullius vnquam amor iure comparari potest! Voluit quidem cœlestis illa sponsa amorem, quo in diuinum suum sponsum flagrabat, eidem ostendere, & inquit. *Aduro vos filie Hierusalem, si inueneritis dilectum meum, vt nūtiatis ei, quia amore langueo.* Satis videtur sponsæ sui amoris vehementiã verbis augere, cum ad langorem, & ægritudinem se illius causa deuenisse testatur. Multo tamen magis diuini sponsi erga eadem sponsam amor creuit, cum ille acerbissimam sponso mortem attulerit.

PRAECLARE Diuus Bernardus Iesu Christi obedientiam commendauit, cum ait, Iesus perdidit vitam, ne perderet obedientiam. Eodem etiam modo eiusdem amorem commendabimus, perdidit enim vitam, ne perderet amorem, qui quidem tantus extitit, vt prius cruciatus ac labores nostra causa suscepti finem habuerint, quam immensus ille amor defecerit. Idque videtur sibi voluisse Christus Iesus, cum in crucem actus, innumerisque tormentis affectus dixit, *siti*, qua-

Zzzzz

Simile.

si plura, ac maiora tormenta adhuc sitiens, eamq, ardentissimam tormentorum sitim ex amore ortam explere cupiens. Sicut enim ille, qui vehementi aliqua siti premitur, non omnino satiatur, quamuis ingens vas aquæ ei porrigas, sic etiam humani generis vindex ardentissimè labores, ac tormenta sitiens, plurimis, ac gravissimis cruciatibus vexatus, adhuc plures sitit, ac desiderat, quia adhuc amore æstuat, & ardet. Merito igitur dixit discipulus ille dilectus. *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.*

Daniel. 6.
Ezume. 18.

QVAPROPTER rationi consentaneum erit vt tantam Dei optimi charitatem grati animi recordatione colamus, & hac nocte comitemur Iesum tot tantaquæ subeuntem supplicia, atquæ illi nostra causa morienti mente & cogitatione adsumus. Rex ille Darius summo quodam amore complectebatur Danielem, cum vero illum in leonum lacum à satrapis coactus coniecit, ea nocte, *abijt rex in domum suam*, inquit scriptura, & dormiuit incœnatus, cibiquæ non sunt allati coram eo, insuper & somnus recessit ab eo, & primo diluculo consurgens, festinus ad locum leonum perrexit. Iudicauit itaquæ Darius se nullo modo amori suo erga Danielem satisfacere, si dum ille inter leones verfabatur, ipse somno, ciboquæ vacaret. Hodierna quidem nocte Seruator noster Iesus ferocissimis leonibus obijcitur dilaniandus, præbeamus, obsecro nos studiosos illius amatores, euigilantes hac eadem nocte cum illo, prima luce consurgentes, festini ad leonum, ac tormentorum locum pergamus, vbi inuentus Iesum acerbissimè, ac vehementissime nostri causa verberatum, & inter grauissimos cruciatus animam efflantem, diuinus in nobis amor excitetur, & illius ardeamus amore, qui in finem dilexit nos, & ignominiosissima sua morte gloriosissimam nobis vitam gratiæ, gloriæq, comparauit.

-NO-

CONCIO QVARTA.

Primus Discursus, in quo ostenditur, Christi erga nos amorem tunc maximè eluxisse, cum augustissimum eucharistia sacramentum instituit.

(.?.)

Thema.

Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.

Ioan. 13.

VERBA à me proposita eam sentio habere significationè, quæ in discursu primo concionis præcedentis ex D. Chry. alijsq, doctoribus attulimus, scilicet Christum Dñm in supremo suæ vitæ die maiora suæ dilectionis argumenta præbuisse. Quod vt perspicuè, clareq, probetur, præaccipiendū est, nullū esse clarius veri amoris experimentū, quàm illud, quod ex bonorū largitione, cōmunicationeq, desumitur, amor enim in parco, & stricto animo esse nõ potest. Quo circa vt sacræ litteræ amorè Ionathæ in Dauidè indicarēt. *Diligebar*, inquit, *eū quasi animā*, (ecce magnitudinè amoris) 1. Reg. & subiungit scriptura. *Nā spoliavit se Ionathas tunica, qua erat indutus, & dedit eā Dauid, & reliqua vestimenta vsq, ad gladiū, & arcū suū, & vsq, ad baltheū.* En dilectionis experimentū, probatio enim dilectionis, ait B. Greg. exhibitio est operis. Et quidè amor cordis calori iecoris optimè cōparari potest, is enim si vehemens sit, illico erūpit foras, & ad manus vsq, deuenit. Sic etiā cū amor in corde flagrat, & ardet, calefacit statim manus, in quibus illius vis clare cognoscitur. Intuemini ergo Christum Iesum cruci affixū, & sanctissimas illius manus clavis traiectas inspicite, quas quidè amor cordis trāsfordit. *Cum enim dilexisset suos, in finem dilexit eos.* Cuius amor, quia maximè ardebat, à corde ad manus vsq, prorupit.

Greg.
Simile.

SI igitur dona manifesta sunt amoris argumenta, rectè conficiemus, maximum esse Christi amorem cum seipsum hac nocte nobis in eucharistiæ sacramento tradiderit, & cum huiusmodi dono plura alia ac præstantissima munera largè, & liberaliter impertitus sit. O larga & prodiga largitas (Vrbani verbis utor) ubi donator venit in donum, & datum est idem penitus cum datore. *Qui ergo nobis tradidit semetipsum, quomodo non omnia secum donabit nobis?*

Vrbani.

Ioan. 6. n.
51.

Magnum & singulare donum habebatur illud, quod primis parentibus concessum est, cum eis immortalis Deus quandam concessit arborem, cuius fructu incolumem, & perpetuam vitam feliciter degeret, sed maius, & præstantius est hodiernum donum, quod felicissimam, ac supernaturalem vitam diu, multumq; tuetur. Si quis enim manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.

MAXIME æstimatum est illud munus, quod priscis illis hominibus in vasta solitudine versantibus datum est, cum panis ille Angelorum cœlitus descendebat, quo ipsi maxima cum iucunditate alerentur. Quod quidem donum tanti factum est, ut iusserit Deus aliquam illius partem intra Sancta sanctorum in ipsa arca testamenti perpetuo custodiri, ut posterius omnes Dei optimi munificentiæ cognoscerent, qui suauissimo illo pane pluribus annis suum populum sustentarat. At liberaliorem, ac munificentiore in suos Christus Dominus hodierna die se præbet, quibus sanctissimum suum corpus, preciosissimumq; sanguinem donat, ut his tanquam preciosissimo cibo, ac potu, in vasta hac mundi solitudine illi reficiantur. Et vero cibus ille, qui manna dicebatur, typus erat huius, qui Christum continet, manna illud enutriebat quidem corpus, mortè tamen non auferebat à corpore. *Hic vero, inquit Iesus, est panis, qui de cœlo descendi dicit, non sicut manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem viuet in æternum.* Deinde panis ille non fuit perpetuus, sed pro aliquot duntaxat diebus hominibus concessus, hic autem in omnium hominum ætates perdurabit. *Ecce enim vobiscum sum, ait Dominus, usq; ad consumationem sæculi.* Deniq; panis ille panis quidem erat, hic vero panis Deus est. Si ergo manna illud tanquam maximum, & singulare Dei beneficium habebatur, quid de nostro manna dicam? Quanti huiusmodi beneficium faciam? certe. *Non fecit taliter omni nationi.*

Ioan. 6. n.
58.

Matth.

OPTIMO sane iure seruator noster magnam eam cœnam appellauit, in qua diuinus hic panis ad vescendum apponitur. *Homo quidam.*

quidam, inquit Iesus, fecit cœnam magnam. Et vere magnam, quia in ea Christus Dominus magnificum se ostendit. Duo sanè requiruntur, ut aliquod opus magnificum dicatur primum quidem, ut illud magnum in se sit, deinde vero, ut consonum sit ei, a quo ipsum opus proficiscitur, & cum illius dignitate habeat similitudinem. Potest enim conuiuium a priuato aliquo homine instructum magnificum appellari, quod quidem si a Rege, vel primario aliquo viro pararetur, magnificum appellari non posset. Cum præpotens Deus cœlum, terram, & reliqua omnia, quæ ex nihilo finxit, hominis potestati subiecit, iure hominem magnificatum fuisse dicemus, hoc tamen opus non omnino magnificum appellabimus, si Deum optimum maximum, a quo illud promanauit, spectemus. At vero magnificum opus, & magnam cœnam omni ex parte eam fætebimur, quam humani generis vindex, ac Redemptor Christus hodierna nocte instituit, in qua Dei carnem, & Dei sanguinem potus, cibiq; loco reddidit. O cœnam vere magnam! O lautum, splendidumq; conuiuium! In animum induxit Rex ille Assuerus suam magnificentiam hominibus notam facere, quapropter magnifico, atq; regio apparatu conuiuium celebrauit, illudq; multis, multoq; tempore laure, & opipare dedit, sed longe magnificentius hodiernum conuiuium exstat, in quo Deus ipse cibus est, qui omnibus, & omni vitæ tempore comedendus traditur.

Luc 2

Ester. 1.
Num. 4.

AD rem igitur redeamus, & illuc oratio reuocetur, unde aliquantulum declinauit. Si ergo bonorum communicatio magnum est amoris argumentum, cum huiusmodi donum inæstimabile sit, summus profecto, & inæstimabilis amor in illius communicatione perspicitur. Quo circa cum illud à Christo domino donatur, merito quidem, & opportune dixit euangelista. *Cum dilexit suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.*

CVM vellet Natham propheta commemorando augere amorè illum, quo homo, nescio quis, ouem suam complectebatur. *Comedebat, inquit, de pane illius, & de calice eius bibeat.* Sic Christi erga nos amor in eo maxime elucet, quod nos non modo qualicumque pane, & vino, sed suo met corpore, & sanguine alat, atq; reficiat. Et certe si Deus optimus Maximus ea solum ratione in sacra synaxi permanisset, ut nobiscum esset, & a nobis religiose coleretur, maximum erga nos amorem palam ostenderet, clarius ergo; & manifestius illum comprobauit, cum & nobiscum esse, & a nobis suscipi, & suscipi uolerit.

2-Reg. 12

Desi.

Est b. cr.

Desiderauit princeps Aman, vt omnes pro certo haberent se a Rege Assuero magnopere diligere, & plurimum apud eum gratia valere, quod ex eo confirmauit, quod ad lautum cum rege conuiuium ineundum fuisset aduocatus, sed melius nos ab ipso Deo vnice amari comprobabimus, cum ad sacram eius mensam, sanctissimumque Christi corpus sumendum inuitati simus.

1. Regum.

QVOD si magnum experimentum amoris Ionathæ erga Dauidem extitit, cum illi vestes suas donauit, excellentius quidem diuini amoris testimonium erit ipsum Deum se ipsum nobis fuisse donatum.

QVIS vnquam pastor tanto amore oues suas prosequutus est, vt ad illas enutriendas carnem suam absciderit? Quæ mater tanti fecit filium, tamque ardentem illum amauit, vt ad illum alendum brachium sibi ipsa amputauerit? Nullus sane hominum amor huc vnquam peruenit, Christi tamen charitas vltius progressa est, nos siquidem corpore, ac sanguine suo alit, reficit, & sustentat. O mirum Dei erga homines amorem. Inflama, obsecro amantissime Deus hominum animos, & in eis mirabiles tui amores excita, vt tanto tamque ardenti amori amore saltem aliquo respondeamus. Hæc enim à nobis solutionem exigit.

CVM diuinus hic sponsus plura in sponsam beneficia contulisset, pone me (ab ea rogat,) vt signaculum super cor tuum. Ac si diceret, hoc a te peto, vt mihi gratiam referas, & amorem erga te meum tuo item amore mihi rependas. Quocirca de his præcipue conqueritur, qui huiusmodi beneficiorum immemores existunt. *Filios, inquit, enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Cognouit vos possessorum suorum, & asinus præsepe Domini sui, Israel autem non me cognouit, & populus meus non intellexit.* Alloquitur in hoc loco immortalis Deus Israelitas, quos suauissimo illo manna enutrierat, & iure de illis queritur, eo quod ingrati sint, & tanti beneficii immemores, sed potiori iure exostulabit, & querelas de nobis ipse habebit, cum enim præstantius ab eo in nos beneficium extet, & suauiori, ac preciosi cibo nos ille refecerit, nullam ei gratiam pro tanto beneficio vel minima ex parte persoluimus.

Eius.

Eius. 1.
num. 2.

Secundus

Secundus discursus, in quo agitur de magna Christi charitate, & de eximia eiusdem humilitate, qua simul in abluendis discipulorum pedibus emuerunt.

Thema.

Cæpit lauare pedes discipulorum.
Ioann. 13.

HAEC est amoris vis, ac natura, vt amantem demittat, & ei, quem diligit æqualem reddat. Quia, vt quidam poeta dixit, non bene conueniunt, neque in vna sede morantur maiestas, & amor, quapropter si inter vilem agricolam, & nobilissimum regem amicitia aliqua, aut necessitudo constituitur, necesse est, vel regem cum agricola, vel agricolam cum rege æquari. Et eadem ratione si vir puerum sibi amicitia, & amore deuinxit, opus est, vt alter alteri parem se, æqualemque faciat. Exemplo nobis est magnus ille Lacæ demoniorum rex Agefilaus, qui tanta erat in filium indulgentia, tantoque illum amore prosequeretur, vt cum illum puerilibus ludis occupatum cerneret, ipse etiam regie dignitatis oblitus, purpura, sceptro, cæterisque insignibus depositis, arundine equitaret, cum filio adhuc infante illud idem faciente. Quod cum amicus eius intueretur, miratus valde, & ignarus, quo amantis beneuolentia progressi posset, illum reprehendit. Cui Agefilaus. Nunc, inquit, tace, cum vero & ipse filios habueris, tunc tibi per me licebit, regis insaniam irridere. Voluit videlicet sapientissimus Rex, vt ille cognosceret amorem suum erga filium, hanc cum illo similitudinem, æqualitatemque fecisse, & maiestatem cum amore simul esse non posse.

HOC idem, quod de humano amore probauimus, diuino etiam conuenire videbimus, qui quidem ipsum summum, ac sapientissimum Deum humilem, & abiectum reddidit, & hominibus, quibus

Ber. se. 59
in cant.

quibus cum amicitiam contraxit, parem fecit. Quod præclare D. Bern. animaduertit in illis sponsi verbis, quibus suam sponsam ita alloquebatur. *Flores apparuerunt in terra nostra. vox turturis audita est in terra nostra.* Bern. inquam in hæc verba. Dissimulare, inquit, nequeo, quod is, qui de cælo est, de terra loquitur, utiq, tã dignanter, tam socialiter, quasi vnus de terra sponsus est hic, qui cum præmiteret, flores apparuisse in terra, adiunxit, nostra. Ergo ne ratione carebit tam insueta, ne dicam, indigna loquutio? Aduerte igitur quantum suauitatis sit, Deum cæli dicere in terra nostra. Quiq, terrigenæ, & filij hominum audite, magnificauit Dominus facere nobiscum. Non plane principatû sonat vox ista, in terra nostra, sed consortiû, sed familiaritatem, tanquam sponsus hoc dicit, non tanquam Dñs, amor loquitur, qui dominum nescit. Hæc ille. Nescit igitur amor dominum, & maiestatem, sed submissionem, & paritatem, ex quo factum est, vt altissimus Dei filius abiectam hominis naturam susciperet, eiusq, imbecillitatem subiret. Nam cû ille hominẽ mirificè diligeret, eiusq, amicitiam comparare vellet, ipse vero homo à Deo quam longissimè abesset, necesse fuit ad hanc ineundam amicitiam vt diuina, & humana natura quodam amoris nexu conuiderentur. Quamobrem amor quidem effecit, vt ipse Dei filius homo fieret, & diuinam naturam cum humana infinitis ab illa gradibus distante coniungeret, ac copularet. Hinc fit, apte, & merito sacrum scriptorem loquutum esse, cum hodierna die dixit. *Cum dilexisset suos, in finem dilexit eos.* Quauis enim Christus Dominus toto vitæ suæ tempore humilem se præbuerit, & suis discipulis parẽ secerit, hodie tã mirum in modum se abijcit, & minorem se illis præbet, cum eorû pedes humiliter, ac demissè lauat, & abstergit. Quod si ex illo Age filai facto, quod modo commemorauimus, magnum illius erga filium amorem cognouimus, summum profecto Dei in nos amorem esse dicemus, qui illum ad hominum pedes abiecit. Si maximam præpotentis Dei in homines charitatem merito prædicamus, eo quod humanã naturã suscepit, cuius causa ab Angelis minoratus est. Quid de ea charitate dicã, quã hodierna die idemet Deus nobis manifestauit, cum vili seruorum munere fungens, ad abiectorum hominû pedes iacuit.

QVIS ergo non mirabitur, cum æternum æterni Dei filium oculo supplicem, & demissum cernat, vt ad perditissimi, & vilissimi Iudæ pedes iaceat, eosq, amicè, & beneuole abluat? Tanquã aliquid mirum fertur Prophetam Eliseum ita despresisse, vt posuerit os suum

suum super os pueri, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius, vt hac ratione illum ad vitam reuocaret. Sed maiori admiratione dignum est, Deum optimum, Maximum adeo suam magnitudinem extenuasse, vt non quidem oculos super oculos, & manus super manus, sed oculos, & manus suas infra hominum pedes supposuerit.

4 Reg. 4.
nume 34.

Ioan. 1.

FATEBIA TVR plane sanctissimus ille Baptista se non esse dignum soluere corrigiam calceamenti Iesu, nequẽ eximiam in hoc submissionem præferulit, cum nec seraphicæ mentes dignè illo munere existerent. At vero inauditæ humilitatis exemplum fuit, quod humani generis seruator hodierna die præbuit, cum non in soluenda Dei corrigia, sed in abluendis egenorum hominum pedibus occupatur.

Le. 6. n. 10.

ADMIRABANTVR Israelitæ, quod summus sacerdos pontificalibus vestibus depositis, cineres, qui relictis fuerant ex sacrificio, concuqueret, & vt inquit sacra scriptura, vsquẽ ad fauillam consumi faceret. Sed maiorem in modum miramur hodie, cum audimus Christum Iesum de posuisse vestimenta sua, & discipulorum pedes lauasse, illisque puluerem, ac lutum absterfisse.

Exod. 24.
nume. 10.

VIDERVNT nonnulli ex Israelitis (sacra scriptura ita referente) Deum Israel, & sub pedibus eius quasi opus lapidis Saphirini, & quasi cælum, cum serenum es. At illustrius, & honorificentius cælum extitit, cum sub Dei maximi pedibus erat, ipse vero Deus cum cælum ipsum suis pedibus conculcabat, quid sibi comparabat, ex hoc enim illius gloriæ, & dignitati additum est. Quare in nullam admirationem huius rei causa deuenio, maxima tamen admiratione teneor, cum Dei manus sub hominum pedibus positas intueor.

DEMIRATVR regius ille vates, cum diuino spiritu afflatus, vidit æternum Dei filium ab æterno patre valde, & magnificè honoratum. Quid est, inquit, homo, quod memor est eius, aut filius hominis quoniam visitas eum? Omnia subiecisti sub pedibus eius, oves, & boves vniuersas, insuper & pecora campi, volucres cæli, & pisces maris, qui perambulabant semitas maris. Quem locum de Christo Domino intelligendum esse docet B. Paulus, & ait. *In eo, quod omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum ei, & præmisserat Apostolus, nulli Angelorum subiectum fuisse orbẽ terræ, nisi Christo.* In quo quidem multum honoris,

Psa. 8. n. 3.

He. 2. n. 7.

Aaaaa &c

& dignitatis illi delatum est, & iure hac de re demiratus est Propheta. Sed longe magis mirandum est, ipsum Dei filium ad abiectorum hominum pedes abiectum esse, quam omnia sub illius pedibus posita, ac subiecta fuisse. Homines enim, & reliqua omnia recte sub sui effectoris pedibus collocantur, ipsum vero rerum omnium effectorem ad hominum pedes iacere, quas non miretur?

Apocal. 1.

VIDIT sacer Apostolus in suo Apocalypsi humani generis vindicem, ac Seruatorem Iesum, tanto splendore, ac maiestate circumfusum, ut cum vidisset eum, ceciderit ad pedes eius tanquam mortuus. Vidit etiam illum, Esajas super folium excelsum, & eleuatum, stipatum seraphicis mentibus, *que circumstant alter ad alteram cecidit* bant. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus, Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius, Ezechiel item intuitus est eum super magnificum, igneumque cursum, Daniel super thronum flammæ ignis accensum, cui millia millium ministrabant, & decies millia centena millia assistebant. Sed alia quidem ratione contuemur eundem hodierna die, non enim in edito, ac sublimi loco, non in magifico throno, aut igneo curru stantem, sed in humili, abiecto, & loco iacente in aspiciamus.

Esa. 6. numero. 1.

Ezechi. 1.

Daniel. 7.

nume. 10.

Apoca. 4.

nume. 10

VIDIT Præterea Beatus Ioannes viginti quatuor ex primarijs cælitibus, qui procidebant ante Deum sedentem in throno, & adorabant viventem in secula seculorum, & miniebant coronas suas ante thronum dicentes, dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem, quia tu creasti omnia. Recte quidem hæc omnia Deo optimo maximo conveniebant, omnis enim cultus, omnisque obseruantia, ac reuerentia iure illi debetur. At vero dedecere videtur summam Dei maiestatem in eam abiectiōnem deuenisse, ut deposita maiestatis suæ corona ad vilium hominū pedes se abijciat, eos abluat, mundet, linteoque abstergat. O inauditam Christi Domini submissiōnem! quis vnquam putaret tantam maiestatem ad tantam contemptiōnem, quantam hodie præfert Deus, peruenturam?

C V I V S rei causam idem Christus reddidit, cum post pedum ablationem, discipulos suos in hunc modum alloquitur. Scitis quid feceri, vobis vos vocatis me magister, & Domine, & bene dicatis, sum et enim, si ergo ego Dominus, & magister laui pedes vestros, & vos debetis alter alterius lauare pedes, exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodū ego feci, ita & vos faciatis. Hac igitur ratione se ita humani generis

Re-

Redemptor submisit, ut tantę scilicet humilitatis exemplo nos ad animi submissiōnem excitaret. Quam quidem sæpe numero Seruator noster nobis persuaserat, in hoc tamen supremo suę vitę die maximę eam cōmendauit, & quasi testamento nobis reliquit, seq, illus doctorem, ac magistrum constituit, alibi iam huius virtutis præceptorem se Christus Dominus nūcupauerat. Cum discipulos suos hortatus est. *Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.* Quę verba præclare ponderat B. Aug. Discite, inquit, domine, non mundū fabricare, non cuncta visibilia, & invisibilia creare, non in ipso mundo mirabilia facere, & in ortos suscitare, sed quoniā mitis sum, & humilis corde. Cū ergo ille præcipuus huius virtutis magister extiterit, plurimum sane ab eo huiusmodi virtus æstimatur. At nibili eā faciunt plures homines, qui potius fastidio, & arrogantia effe-runtur, & nihil præter honores, & dignitates aucupantur, in eisq, tuendis immoderatos atq, effulos pro suis facultatibus sumptus efficiunt, & ne aliquid honori suo detrahatur, animi corporisq, vitā amittunt. Quibus merito Iesus eā verba obijciat. *In vacuū laboravi, sine causa, & vane fortitudinē meā consumpsi.* Lamentatione enim dignū est, ita se præpotentē, ac sapientissimū Deū subiecisse, in tantāq, abiectiōne, & vilitate deuenisse, homines vero adeo superbos elatos, atq, arrogātes esse, ut omne suū studiū in sumos, amplissimosq, honores consequendos impendat. Quod cū ita sit, iure huiusmodi homines demonis potius, quā Christi, discipulos appellabimus, cū dæmonis superbię studeant, eaq, diligēter addiscant, Christi vero humilitatē cōtemnant, neq, aliqua ratione imitentur. At si in Christi disciplinā traditi estis, & illius vos alumnos, ac discipulos esse fatemini, eius obsecro humilitatē imitamini, & hodiernum eximie submissiōnis exemplar vestris animis exprimate, sic enim fiet, ut cuius humilitatē emulati estis, eius etiam gratia & gloria, in altissimo cœlestis dignitatis gradu collocati, fruamini.

Matth.

Augu ser. 10.

de verbis

Domini.

Esa. 49.

nume. 4.

De

De passione Christi fere nihil inuentum est in concionibus auctoris
& ideo a Collectore addita est subsequens passio.

Concio de acerbissima Christi Domini
passione viginti duos dis-
cursus in se com-
plectens.

Thema:

Christus factus est pro nobis obediens usque ad
mortem, mortem autem crucis.
Ad Phil. 2. 8.

QUA lingua exprimere nunc potero acerbos passionis Christi
domini cruciatus? quibus verbis, quod sentio proferam? quo-
animi sensu quæ proferam explicabo? Deficiunt verba, defi-
cit etiam sensus. Verba igitur ac sensum animi ille nobis hodie cō-
cedere dignetur, qui talia, tantaque pro nobis pati dignatus est. Dul-
cissime Iesu tu qui hodiernadie precioso sanguine tuo, oculos etiā
inimicorum tuorum aperuisti aperi nunc quæsumus oculos seruo-
rum tuorum, vt consideratione saltem te in hac dira passione tua
concomitari valeamus. Non enim equū est, vt nos pro te conside-
rare pigeat, quod tu pro nobis pati non dubitasti. Et tu beatissi-
ma virgo, adesto nobis, scimus quidem, scimus tuam ipsius animam
nunc pertransisse gladium, sed hoc tantum postulamus a te, vt do-
lores tuos dispertias nobis, obnixè id ab ea petamus fratres mei,
quod vt facilius impetremus, &c.

Primus

Primus discursus agit de circumstantijs
passionis Christi domini, quo
verba thematis per-
penduntur.
(?).

DOMINICAE passionis mysterium, quod nostris oculis ob-
uerfatur, ita hominis captum excedit, vt sumus Deus superna
turali fidei lumine illud mundo credibile reddiderit. Quid?
Nonne ipsemet propheta Esaias totis artibus contremiscit, cum à
Domino sibi iniungitur, vt illud prædicet, præuidens paucissimos
ex Israel illi fidē adhibituros. *Qui* (inquit) *credidit* *auditi* *nostro,*
& brachium Domini, cui reuelatum est? Cur ita? *Non est species* (subdit)
ei neq; decor, & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eū
despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, &c. quasi dicat.
Quam exiguus futurus est Israelitarum numerus, qui Christo Do-
mino adhæreant, maxime in crucem elato, & despecto! Quam ali-
ter se res haberet, si eum corona aurea redimittū, pulchro & splen-
denti solio, ebore, auroque, intertexto insidentem viderent, at dum
spinis horret, & cruci affixus circumspicitur, parui penditur, iā vero
si seraphicis mentibus stipatus iudex veniret, vt hominum vitam,
moreque, discutiens, pro delicto illorum sententiam ferret, eū for-
te vererentur, sed dum à Pilato, & Herode iudicandum, insuper &
damnandū norunt, non satis adducuntur, vt ipsi debitam exhibeāt
reuerentiam ac honore eū prosequantur, maxime inter duos latro-
nes constitutum. Nam vt ex Paulo constat, hac vna in re illi fidem
non adhibebant, multis licet miraculis confirmata. *Prædicamus* (in-
quit) *Christum crucifixum Iudæis quidem scandalum, gentibus autē stul-*
titiam Tame in vna Christi passione alij offendunt, alij vero nugæ,
& delirantium somnia inueniunt. Quis Iudæi suadeat illum ipsum
omnipotentem Deum in crucem actum, qui iam olim ex Egyptia
ca seruitute populum eduxit, mare rubrum diuidens, inimicorum
curtus subuertens, regem, principes ac infimam plebem submer-
gens, id est, saluis omnibus Israelitis, ita vt nullus omnino desidera-
retur? Gentilis præterea philosophus, qui Deū actum pium esse
fateretur, immortalem, impassibilem, & beatum, qui fieri, vt credat

eum

Esai. 6. 39

1. Cor. 12
num. 13.

cundem esse hominem, laboribus, ærumnis, mortiq; obnoxium? At nos tum stupentes, tum etiam gratias agentes, omni prorsus ratiocinatione amota, mentis oculos fidei submittentibus, illud vsurpemus, necesse est, *Christus factus est pro nobis obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis*. Perpendamus itaq; verba hæc, quibus passim hoc tempore vtitur ecclesia Christi: breuiter enim magna quæ dici possunt de passione Domini comprehendunt.

Christus, inquit, factus est obediens, circumstantiam patientis ad notauit, Christus est, qui est *filius Dei veri, splendor patris, et figura substantia illius. Qui cum in forma Dei esset, nõ rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit*. Admiratione sanè digna est Isaac obedientia, cum ad patris imperium caput obtulit abscindendum, ac totum corpus ignibus concremandum. Non est illa tamen cum Christi obedientia vlllo modo comparanda. Isaac enim, qua homo humanitatis erat legibus astrictus, quibus sancitum est, vt vnique velit, nolit, mors tandem sit subeunda, Deus autem noster immortalis, & æternus, vt omnis prorsus culpæ expers, ita & pœnæ erat immunis. At hominum causa indissolubili modo humanam naturam sibi copulauit, vt in humano habita, ac forma delitescens, contumeliarum, ac acerbis plenam mortem oppeteret.

Sæpius diuinæ litteræ inculcant, Deum potenti manu gladium arripere iustitiæ, vt in hostes sæuiens ingentes edat strages. Iam Pharaonem aquis demergit, iam reges deuincit, Cananæorum, & Amorreorum regna dissipat, modo superbum Babylonæ regem in feram transmutat, modo militum multa millia trucidat. Quæ quidem omnia magnitudinem, & omnipotentiam decent. At quis nunc nõ miretur? quis non stupeat cum audiat Deum timere, capi, sanguine totum madere præangustia, verberibus cædi, ac tandem in crucem tolli? Quis quæso Dominum ita mitem, & mansuetum reddidit, vt se ab imbecillis hominibus, sic ligari, maledictis proscindi, cõtumeijs affici, cædi tandem, & occidi patiatur? *Deus ait Iob, cuius ira nemo resistere potest, et sub quo curuantur, qui portant orbem*. Vbi ergo hæc præpotens ira? Quando vehementius potuit in homines multa ira ardere? sed illius nec leue quidem signum edidit. *Sub quo, inquit, curuantur, qui portant orbem*, Id est Angeli, vt quædam glossa inquit, vel principes mundi, vt alia interpretatur: vel certe vtrumq; illi enim cuncta obediunt, *omnes Reges* (inquit Daniel visionem quandam exponens) *seruient ei, et obediunt*, ita quidem ratio postulat,

lat, vt omnes Reges seruiant, & obediant Christo vsq; ad mortem, regnaturus enim erat Christus super omnes reges, & *reclutus eos virga ferrea, et tanquam vas figuli confracturus eos*. Hoc vero maxime mirandum est, audiuisse Apostolum, dicentem Deum vsque ad mortem obedire. Singularis, & in audita obedientiæ ratio, Christus obediens! Omnes creaturæ Christo parent imperanti, bene quidem, sed quod Christus vsq; ad mortem obediat! Causam igitur attendamus, *pro nobis* (inquit) qui propter nos homines (canit ecclesia) & propter nostram salutem descendit de cœlis, &c. Crucifixus etiam pro nobis, &c. non sua causa, sed nostra passus est, & in hoc etiam admirabilis ab Esaia merito nuncupatur. Quid enim nos sumus, vt pro nobis talia, ac tanta patiatur Deus? Cum Angelus Raphael, qui ignotus extiterat in via Tobia; se illi, ac patri, manifestaret, dicens. *Ego sum Raphael Angelus vnus ex septem, qui astamus ante Dominum*, subdit scriptura, *cum hæc audissent turbati sunt, et trementes, ceciderunt super terram in faciem suam, et postea postrati per horas tres in faciem, benedixerunt Deum, et exurgentes, narrauerunt omnia mirabilia eius*. Quod ipsis tantum terrorem incussit, confideratio fuit dignationis diuinæ mittendo Angelum suum, qui famuli ministerium exhiberet Tobia;. Quid sibi voluit Deus (meditabantur) Angelo sic præcipiens, vt homunculo deseruiret, ducens, ac reducens, & obsequens per tot dies? Quid igitur nos dicemus, pro quibus non Angelus, sed ipse Angelorum Dominus missus est, qui nõ solum ministraret, sed qui pro nobis vsq; ad crucis mortem pateretur? Quid incommodi accidit Raphaeli? nihil. Christo vero domino quid non incommodi? Si igitur adeo stupefacti ceciderunt per tres horas in facies suas, quo stupore nos rapi fas erit? Non potuit sibi, persuadere philosophus Seneca tanti esse homines apud Deum, vt eorum gratia conderet cœlos, & vt in eorum obsequium cœli circumagerentur. Nimis, inquit, nos suspicimus, si digni videmur nobis, propter quos hæc tanta corpora cœlestia moueantur, suas leges habent ista, quibus diuina exercentur. Qui ergo supra naturam, & merita nostra censuit, cœlum in orbem verti, quid assereret, si audisset, Deum optimum maximum nostri gratia, & hominem factum, & pauperem, & defessum, & opprobrijs affectum, alapis, & verberibus cesum & quasi malefactorum cruci affixum esse? Qua nam vnquam admiratione iste philosophus teneretur? quo extasi reperetur? si talia credidisset?

Cum

Ad Phil. 2
num. 6.

Genes. 22.

Esa. 9. n.
6.Iob. 12. n.
15.Iob. 9. n.
13.Dan. 7. n.
27.

Seneca m.

Deu. 32. n.
9.

CVM sanctus Moyses exponere vellet misericordiam magnam, quam exhibuit Deus populo suo, dixit. *pars Domini populus eius. lacob funiculus hereditatis eius, inuenit eum in loco horroris, & vastæ solitudinis, circumduxit eum, & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui, sicut Aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans expandit alas suas, & assumpsit eum, atq; portauit in humeris suis Dominus solus dux eius fuit.* Mira sunt hæc, quæ fecit Dominus erga populum suum, beneficia quidem eximia, & quæ in sacris litteris adnotentur digna. Sed quæ sunt hæc, vt æquari possint beneficio Domini passionis? Ibi Dominus in partem, ac possessionem suam accepit populum Israel, hic factus est pars nostra Dominus, imo totus in vsus nostros expensus est. Ibi cum inueniret populum suum in loco horroris, & vastæ solitudinis, eduxit eum, hic cum inueniret nos in horrore maximo peccati, liberauit nos: Ibi circumduxit eum, & docuit veluti magister, & dux, hic veluti malefactor circumductus est per vicos, & plateas Hierusalem præconis voce damnatus, & opprobrijs laceratus: Ibi custodiuit eum, vt pupillam oculi, hic plus quam & sanguinem, & vitam suam: Ibi sicut aquila portabat eum super humeros, sed hic pro nobis portauit crucem super humeros suos, in qua & affixus, & mortuus est: Ibi deniq; solus dux eius fuit, sed cum moderatione inculpatæ tutelæ, imo cum potestate magna, & maiestate inimicos suos perdens, hic vero non solum dux, sed Saluator animarum nostrarum existens proprio cruore liberauit nos é manibus inimicorum nostrorum, & tandem ibi nõ Dominus ipse, sed Angelus Domini in columna nubis ducebat eum, hic vero ipsemet Dominus, & legislator, & Saluator morti obiectus eduxit nos. Quid huic beneficio poterit exequari?

PRO NOBIS inquã, pro nobis quidem terram, cælumquæ creauit, pro nobis, quæ in terris, & cælis continentur effecit, pro nobis paradysum, & eius amenitatem constituit. Sed in hoc mirandum magis, quia ipse pro nobis natus, & passus, crucifixus, & mortuus est, cuncta enim, quæ fecit salua vita sua, honore saluo, saluis reliquis suis operatus est. At salutem nostrã precio honoris, & sanguinis, & vitæ suæ comparauit, in multis quidem suum erga nos amorem manifestauit, sed dum modo patitur, multo certe magis, Plus enim in passione, quam in actione ostenditur verus amor, quid pro nobis, quid pro Angelis, & Archangelis, quid pro Cherubin,

rubin, & Seraphin amplius facere potuisset, si eos, qui ex huiusmodi ordinibus ceciderunt, redimere voluisset. Imo excedit eorũ merita, & naturã, & nunquã quidquid illi facerent tali genere redemptionis dignũ esset, & tamen pro nobis id effecit. Quid deniq; filius Dei pro patre suo, si per impossibile, id necesse illi foret, maius facere posset. *Maiorem enim charitatem hac nemo habet, vt animam suã ponat quis pro amicis suis.* Quid ergo amplius pro patre potuit, quam mortem, & reliqua omnia, quæ pro nobis vermiculis peccatoribus, & inimicis passus est vsq; ad mortẽ? O mirabilis censuræ conditio! (ait August.) Peccat iniquus, & punitur iustus! offendit impius, & damnatur pius! quod perpetrat seruus, exsoluit Dñs, quod committit homo, sustinet Deus. Quo nate Dei? quo tua descendit humilitas? Ego iniquẽ egi, tu pena multaris? Quo tua flagrauit charitas? quo tua processit pietas? Ego inobediens fui, tu obediens scelus inobedientialuis. Ecce Rex gloriæ. Ecce mea impietas, & tua claret pietas. Hæc Augustinus.

Mirabatur olim Dauid hominis principatũ considerans, quanta sub hominis potestate subiecerat Deus. *Omnia (inquit) subieciisti sub pedibus eius, oues, & bobes, vniuersas in super, & peccora aëpi, volucres cæli, & pisces maris, qui perambulãt semitas maris.* Multa sane hæc quæ pro nobis Deus præstitit, sed nunc pro nobis, & plura & sublimiora, fecit factus est enim pro nobis obediens vsq; ad mortem.

SED iã mortis huius genus expendamus, mortẽ autẽ (inquit) crucis, o verbũ abreuiatũ, de verbo abreuiato. Quis cogitauit, hæc quæ fecit Dñs exercituũ. Moritur immortalis & gloria, & honore coronat, nũc spinis redimitus, mortẽ subiit ignominia, ac dedecore plena. *Vidit Esaiã s Dñm sedentẽ super solũ excelsũ, & eleuatũ. & duo Seraphin comitabantur illũ, cuius gloria plena erat omnis terra sed, iã aliter ipsummet Dñm modo videmus, non super solũ, sed super crucẽ, non inter duos Seraphin, sed inter duos latrones, nõ gloria mũdũ illustrantẽ, sed opprobrijs, contumelijsq; affectũ.* Fuit (ait Ioannes in Apocalypsi) *in spiritu, & ecce sedes posita erat in cælo, & supra seadẽ sedens, & qui sedebat, similis erat aspectu lapidis iaspidis, & sardinis, & iris erat in circuitu sedis, similis visioni smaragdina, & de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua &c.* Hæc quidem digna erant tãto principe, hic thronus tantam maiestatem decebat, thronus aut crucis admirabilis prorsus. Vbi est sedes illa tua Domine Deus, vbi fulgura, tonitrua vbi? Hic taces, inimici vero tui cõfortati sunt nimis, ipsã voces, & fulgura in te mittunt, tu autem suscipis illa, & si

Bbbbbb les

Aug. in medi.

Ps. 8. nu. 8.

Es. c. 6. nu. 1.

Apo. 4. nu. 2.

ps. 9. nu. 5. **Les, sedisti,** (ait David) *super thronum tuum qui iudicas iustitiam,* Sed in passione sua Dominus non in throno iudicans homines, sed in cruce ab hominibus iudicatus pendet, cruciatur, & moritur.

Daniel. 7. **TEMPORE,** quo Daniel, Dominum super Sion vidit iudicantem orbem terre. *Millia milliam* (inquit) *ministrabant ei,* & decies millia centena millia assistebant ei, ipse vero Dominus tanta in potestate, & maiestate visus est, ut horreret spiritus Danielis in huiusmodi visione, & territus permaneret. Sed hoc nos maiori terrore afficit, maiori què horrore concutit corda nostra, videre scilicet filium Dei, non in maiestate magna, hoc enim decet diuinitatem eius, sed in humilitate, & abiectione maxima, non iam millia millium Angelorum ministrant ei, & astant ante illum, sed milites, & carnifices circumstant, discerpunt, crucifigunt, atq; occidunt eum. **O** charitas immensa Christi Domini! magnitudinis eius non est numerus, celsitudinis eius non est finis.

Dani. 3. n. § 3. **BENEDICEBANT** Dominum tres illi pueri intra fornacem Babylonicam, & dicebant. *Benedictus es Domine in templo sancto gloria tua, & super laudabilis, & super gloriosus in secula. Benedictus es in throno regni tui, & super laudabilis, & super exaltatus in secula.* Sed mihi non solum in templo, throno, & regno, & gloria sua, videtur superlaudabilis, & superexaltatus, & gloriosus, sed etiam in cruce hac pendens, super omnes enim misericordias suas hoc fecit, superque omnia mirabilia opera sua. Quid ergo? super laudabilis in ea, laudabilis in creatione hominum, & Angelorum, laudabilis in constitutione totius vniuersi, laudabilis in temporum gubernatione, laudabilis in miserationibus, imo & in punitionibus suis: Sed super laudabilis est in passione sua, & obedientia pro nobis usque ad mortem, mortem autem crucis. Laudent ergo illum cœli, & terra, & quæ cœli, & terre ambitu continentur. Amen.

Secun

Secundus Discursus agit de fructibus, & utilitatibus passionis Christi, & primo de amore in Deum.

ANTEA quam ad consideranda singula, quæ passus est Christus Dominus, veniamus, fructus, quos ex passione sua incommuni colligere possumus, exponamus. Et vero plura pro nobis passus est, quàm exigebat nostra necessitas, vna quippe sanguinis gutta vniuersum redimere potuisset, voluit autem totum sanguinem fundere, graues cruciatus ferre, & in cruce crudeliter affigi, ut amorem nostrum accenderet: Quo circa primus fructus est, amor in Deum nostrum, qui tanto amore dilexit nos. *Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum daret,* quasi diceret, in hoc ostendit Deus magnitudinẽ amoris sui erga homines, quod dedit eis filium, ut pro ipsis patiat, & moriatur. Amor quidẽ eximius vnde de qua in explicabile ipse filius Dei illum assignauit, dũ dixit. *Sic,* quãlis ergo sit amor, quo tale donũ dedit, dici non potest. Amor ergo tantus, & donũ tantũ quale à nobis amorẽ postulat? Amor amore solo potest cõpensari, pro solo igitur amore illo infinito, infinitũ si fieri posset amorẽ exigebat à nobis, quid ergo pro amore infinito, dono infinito, simul debemus? Hunc fructũ, ex sua passione capiendũ, in nobis Christus requirit. Vnde postquã in canticis se in arbore crucis hominẽ Redẽpturũ afferat, subdit. *Pone me vt signaculũ super cor tuũ, & super brachiũ tuũ* In his verbis id fecit Deus ex Aug. significat, toto nobis figatur in corde, qui pro nobis est fixus in cruce, ideo mater ecclesia toties passionẽ Dominicã in memoriã reuocat, atq; vtinã eã homines frequenti recordatione recolerent, id enim satis esset ad amoris ignem in se ipsis excitandũ. *Ignem* (ait Dñs) *veni mittere in terrã.* Mittere quidẽ ignẽ Christus per totius vitæ suæ spatiũ, at hodie supra modũ misit, & immisit, & ob hanc rationẽ passionis suæ memoriale insigne reliquit in sanctissimo sacramento. *Hec,* inquit, *quotiescunq; feceritis, in mei memoriã facietis.* Animaduertit Christus hoc solũ sufficere ad inflammandũ corda nostra in amorem sui, considerare scilicet sepe hoc eximium beneficium suę passionis.

1 ad. 3. n. 16

Cant. 8.

Augusti.

Luc 12.

nume. 49

1 Cor. 11

nume. 24.

Iob. 12. n.

I.

Postquam Tobias iter, angelo duce, & adiutore, perfecit, vocavit pater Tobiae filium, & dixit. *Quid possumus dare viro isto sancto, qui venit tecum? Respondit filius, Pater, quid dignum poterit esse beneficij eius? Me duxit, & reduxit suam pecuniam à Gabello ipse recepit, uxorem ipse mi habere fecit, & demonium ab ea compefcuit, gaudium parentibus eius fecit, me ipsum à deuoratione piscis eripuit, te quoque videre fecit lumen caeli, & bonis omnibus per eum repleti sumus, quid illi ad haec poterimus dignum dare? Conferamus obsecro modo, quæ angelus erga Tobiam fecit cum his, quæ Christus Dominus erga nos operatus est. Si Angelus Tobiae dux fuit in itinere illo ciuitatis Medorum, Christus dux noster fuit in via caeli: Si debitum pecuniae angelus recuperauit Tobiae, Christus (ait Paulus) nobis omnia delicta donauit, delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci. O debitum supra debitum, o solutio supra solutionem, o recuperatio supra recuperationem! Omne recuperauit Tobias per Angelum pecuniam accommodatam, recuperauimus nos per Christum gratiam, amissum meritum, adoptionem filiorum Dei, & ius ad æternam gloriam. Quid ergo dignum ei præstare poterimus? Angelus Dæmonem ab uxore Tobiae compefcuit, Christus Sathanam ab anima nostra expulit. Uxorem illi Angelus habere fecit, Christus Deum, quo carebamus nobis reddidit. A deuoratione piscis, & morte Angelus Tobiam liberauit, Christus nos à deuoratione dæmonis, & æterna morte liberauit. Angelus Tobiam à cæcitate corporis eripuit, Christus nos à cæcitate mentis. *Er unus enim tenebrae, nunc autem lux in Christo.* Ac denique bonis omnibus (ait Tobias) per hunc repleti sumus. Quanto melius hoc de Christo nobis dicere licet, bonis omnibus quidem per Christum repleti sumus. Non illis, quibus Tobias temporalibus, & caducis sed æternis, & diuinis, & quæ omne desiderium superant, & cogitationem excedunt, quid ergo Christo ad haec poterimus dignum dare, quo modo amorem saltem nostri cordis ei poterimus denegare?*

Psal. 172. num. 1.

Beneficia Domini erga se sanctus Dauid cõmemorans Dicebat. *Benedic anima mea domino, & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto eius, Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia, & miserationibus, qui replet in bonis desiderium tuum, renouabitur, ut aquila, iuuentus tu.* Tanti faciebat beneficia ista sanctus propheta

pheta, vt & animum suum, & viscera sua, ad gratiarum actionem inuitaret, & merito quidem, eximia quippe sunt, sed & nos hæc ipsa per passionem Christi consequuti sumus. pro pitiationem scilicet peccatorum animæ, salutem, redemptionem ab interitu, imo à sempiterna damnatione, hodierna denique die nos & misericordia, & miserationibus magnis coronauit, nam corona spinea in capite Christi coronam auream promeruit nobis. Et quod his omnibus pluris nobis faciendum est, doloribus maximis, dedecore graui, morte turpissima, cruciatibus. eximijs, hæc omnia nobis comparauit. *Benedic ergo anima mea Domino, & omnia, quæ intra me sunt nomini sancto eius.*

HAEC autem gratitudo in Christum Dominum, hoc primum exigit à nobis, vt nulla ratione peccemus in ipsum. Cum Rex Saul persequeretur iniuste Dauidem, sic Saulem affatus est Ionathas filius suus. *Ne pecces rex in seruum tuum Dauid, quia non peccauit tibi, et opera eius bona sunt tibi valde, & posuit animam suam in manu tua, & percussit Philistæum, & fecit Dominus salutem magnam, vniuerso Israeli.* Quare ergo peccas in sanguine innoxio? quod cū audisset Saul, ait scriptura, *placatus voce Ionathæ iurauit, viuit Dominus, quia non occidetur.* Vtinam vel sic placare possemus nunc peccatorem, dominum Christum iniuste persequentem. Ne pecces homo in Dominum Deum tuum, quia non peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi valde, & posuit animam suam, non tantum in manu tua, sed in manu Pilati, & in brachio crucis, & percussit inimicum tuum, non Philistæum, sed diabolum, & fecit salutem magnam, non solum vniuerso Israeli, sed vniuerso mundo. Quare ergo peccas in sanguine innoxio? Nūquid tu crudelior in Christum, quam Saul in Dauidem? placatus enim fuit his auditis Saul, quanuis durus & crudelis, & a Domino reprobatus, & à dæmone arreptus. Placaberis ne tu etiam modo erga Deum tuum, cum creatura eius sis, & sanguine eius redemptus?

SECUNDVM, quod à nobis exigit beneficium passionis Christi est, vt non solum in eum non peccemus, verum etiam vt diligentissimi simus in eius seruitio, & vt simus erga illum ita liberales, sicut fuit erga nos ipse Dominus. Cum Dauid ad Nabalem mitteret famulos suos, vt ab eo cibaria postularent, hanc ad impetrandum rationem adhibuit. *Ex multis annis saluos feci tuos, et omnia tua, nunquam molesti fuimus pastoribus tuis, nec aliquando defuit quidquam eis de grege, omni tempore, quo fuerunt nobiscum in Carmelo.* Videbatur Dauidi hoc sufficere, ad suadendum ei beneficium illud, quanuis duræ

I. Reg. 19 num. 4.

I. Reg. 25 num. 7.

duræ cervicis esset homo ille Quanto potiori ratione poterit hō dierna die à nobis exigere Christus, vt in ipsum grati simus, & eius amore in pauperes, & famulos suos benefici simus, qui nō gem nostrum, sed animas nostras liberauerit, saluaq; fecerit, ipse tibi, o homo, & diuitias dedit, & seruauit vsq; adhuc, & salutem, & vitam præbuit, & conseruauit, & pro te in cruce moriens vitā æternā promeruit: quid ergo erit illi? quid facies amore illius, qui amore tui talia fecit?

Gal. 2. 19.

AVDI quid Apostolus faciebat. *Christo* (inquit) *confixus sum cruci. Vivo autē, iam nō ego, viuit vero in me Christus* & subdit causam, *qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me.* Ac si dicat totū me tradidit illi qui totū se tradidit mihi, ipse pro me vitā exposuit, & ego illi meā exhibeo vitā, nō enim ego iam in me viuo, sed in eo; & ipse in me. Vtinā oēs sic in Christū affecti essemus, si quidē vnusquisq; nostrū sicut Apostolus, dicere potest. *Dilexit me, et tradidit semetipsum pro me.* Quid retribuam Domino? vitam suā mihi dedit, quid magnum ego fecero, cum illi pariter tradidero vitam meam, & vitam iam non ego, sed Christus in me. Ita vt cūcta mea ipsius sint, cogitatio, amor, desiderium, domus, supellex, & vita ipsa?

Tertius Discursus de odio peccati,

ratione passionis

Christi.

(.?.)

Esaï. 37. num. 9.

EATENVS Dominus Deus desiderat peccatum è mundo aboleri, vt omnem fructum apostolicæ prædicationis, peccati expulsiōnem esse dicat. Sic enim per Esaïam ait. *Iste omnis fructus, vt ualeatur iniquitas Iacob* Et quidem iste est fructus maximè intentus in cunctis operibus Dei. Opera enim tam iustitiæ, quam misericordiæ, Dei promissa, & comminationes, beneficia, & supplicia, & reliqua omnia, hoc potissimum intendunt, vt à nobis auferatur iniquitas, & sanctitas introducatur.

CVM autem multa sint, quæ nos in odium peccati manu ducāt, inter omnia id maximè præstat passio Christi Saluatoris. Certum est enim tanto aliquid esse magis dignū odio, quanto maiori odio

prose

prosequitur illud Deus, non enim odisse potest Deus, nisi quod malum est. Vnde pro mensura odij diuini, mensura mali sumenda est; & odij nostri ratio, Aequum enim est illud amare, quod Deus ipse amat, & illud prosequi odio, quod Deus odio habet, & maximo odio, quod maximo odio prosequitur Deus.

ODIVM autem Dei erga peccatum multis argumentis manifestauit ipse, potissimum vero supplicijs acerbissimis, quibus mundi crimina puniuit. Cum propter vnus pomi esum, quo transgressi sunt primi parentes mādātum Dei, quantum ipsi & opera manuū Dei peculiari modo essent, quantum charissimi, &c. eos tamen cum sua posteritate capite damnauit, & de paradiso eiecit, & in abyssum multam, & baratrum miserarium omnium deturbauit. Hoc valde peccati detestationem, quam habet Deus in corde suo, declarauit. Adde, & reliqua supplicia, quibus peccata reliqua est prosequutus diluuium nimirum illud vniuersale, vniuersum mundum submersit, pluuia illa ignea, sulphureaq; qua Sodomam, atq; Gommorram succendit, hiatus ille terræ, quo Datham, & Core absorbuit, & alia huius generis supplicia huiusmodi odium Dei nostri in peccatum manifestarunt. Sed inter omnia supplicia, id potissimum effecit, scilicet supplicium crucis Christi, imo si reliquis pœnis ipsas inferni pœnas annumeres, quib⁹ animas ad imaginē Dei creatas, inextinguibili flāma, & inexplicabili cruciatu cōburet, nec ipsæ prorsus ita detestationem peccati, quam habet Deus exponēt, ac passio filij Dei. Cum enim peccatores, cruciātur cruciantur hi, qui satis id promeruerunt: At Christus Dominus, innocētia ipsa, & Deus optimus, quid mali fecit, vt tantos cruciatus pateretur? In inferno patitur inferno dignus, nec mirum, Christus vero gloria, & honore in terris, & cœlis dignus, in cruce opprobrijs, & cruciatibus plenus moritur, o rem omnem excedens admirationem! Dic quæso, quantum detestatur peccatum Deus, quando in se ipso ita puniuit illud?

CVM Sāson funditus vellet Philistæos delere, ingressus in templum Dagon die quadam, cum conuenisset ibi magna Philistinorū multitudo, apprehēdens duas colūnas, quibus innitebatur domus, alterā dextera, & alterā læua tenens, ait. *Moriatur anima mea cum Philistæis, concussisq; fortiter columnis, cecidit domus super omnes principes, & ceteram multitudinem, que ibi erat. Multoq; plures occidit moriens, quam viuens occiderat,* ait scriptura. In multis antea ostendebat Samson odium contra Philistæos, in percussione scilicet illa qua maxilla quadam mille viros occidit, in combustione segetum,

&

Iud. 16. n. 29.

& alijs huiusmodi, at maximè in facto hoc, quippe qui nec propriè vitæ pepercit, vt se de hostibus vindicaret. Antea occidebat alios, salua salute sua, at modo vitæ precio vindictâ sumpsit, maius animi odiû nemo habet, quâvt animâ suâ ponat quis cõtra inimicos suos, sic igitur Dñs sepius peccati odiû ostendebat, cû peccatores verberibus magnis afficiebat, sed tunc maximè, ac supra modû, cû animâ suâ posuit contra peccatû, vt omnia peccata deleteret. Qui vitæ suæ non pepercit propter peccatû, quomodo detestatur illud?

SED quod amplius mirandû videtur, ita necesse fuit Christum pati, vt sanguine suo peccati maculâ deleteret, hoc certe quâ detestabile sit, peccatû ostendit, quia maximè grauitatem eius manifestat. Licet enim potuerit Deus peccato remediû adhibere alio, & alio modo, nullo tamen ita vt pro peccato de rigore iustitiæ satisficeret, nisi Dñs ipse satisfactor extitisset. Et licet leuioribus penis præstare potuit, voluit tamen diris cruciatibus, & dira morte id efficere, vt grauitas peccatorû nostrorû pateret melius. Vnde iâ ex ordinatione diuina ita oportuit pati Christû, vt diuina iustitia satisfacta remaneret, ex hac consideratione B. Bern. vulneris peccati grauitatè agnoscebat, ex consideratione, inquit, remedij periculi mei æstimo quantitatem. Filius Dei iubetur occidi, vt vulneribus meis precioso ipsius sanguinis balsamo medeatur, agnosce, o homo, quâ graua sint vulnera illa, pro quibus necesse fuit Christû Dñm vulnerari. Hæc Bern. Agnosce inquit, &c. Nâ talis agnitio scutum erit in expugnabile aduersus iacula inimici. Merito proinde B. Pet. Apost. clamat, dicens. *Christo igitur in carne passio, & vos eisdè cogitatione armamini.* Ecce qualiter cõsiderationè passionis Christi arma vocat, arma quidè aduersus quancûq; peccati tentationè, qui enim meditatatur Deû pro nostris peccatis crucifixû, timebit merito tale facinus perpetrare, quo Deus occiditur, & quantû est ex parte peccatoris iterû crucifigitur. Et quidè si Christus modo, capax doloris esset, maiori afficeret eum dolore peccata nostra, quâ ipsa mors afficit, quapropter Sanctus Bern. inducit Dñm Christû sic loquentè. Nonne satis propter te vulneratus sum, nunquid nõ pro iniquitate tua afflictus sum? magis aggrauant me vulnera peccati tui, quâ vulnera corporis mei. Hæc ille. Dicat ergo Christianus, cû tentatur quomodo potero iterum cõmittere, quod Deus morte deleuit, & soluit, quomodo iterum in me crucifigere Dominum meum?

Discursus

Discursus quartus de tertio fructu passionis Christi, eius scilicet imitatione.

(?)

QUOS præsciuit Deus, & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui, ait ad Romanos Apostolus, quod sic explicat Sanctus Anselmus, quos præsciuit conformes fieri imaginis filij sui, imitatores futuros Christi, etiam prædestinavit illos hoc fore. Hæc ille. Hæc igitur conformitas (secundum Anselmum, imo & secundum Augustinum) ad quam prædestinantur Christi serui, intelligitur secundum mores, atque adeo vult Dominus, eos sic ambulare, quemadmodum Christus ambulauit, qui certe non sibi placuit, vt Apostolus ait, nõ quæsiuit delicias mundi, sed opprobria, cruciatus, crucem, & passionem diuinam, in hoc vult Deus nos imitatores Christi esse, quod & Beatus Petrus, expressius docet, dicens. *In hoc vocati estis, quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.* Dixerat de patientia, quam seruare debemus in illatis iniurijs, & subdit: *In hoc vocati estis*, hæc est vocatio vestra, ad passionè, & crucè exèplo Christi, qui hunc fructû ex passione sua nos colligere desiderat, & intendit.

SED & ipsemet Christus, id ipsum postulat, dicens. *Si quis vult venire post me. &c.* Sicut dicit ille Abimelech, vt in libro iudicum habetur, quicum vellent inimicorum præsidium succendere arrepta securi præcidit arboris ramiu imponitque ferens humero dixit ad socios, *quod me vidistis facere, ita facite sic Christus Dominus volens mundi præsidia succendere, crucem sibi baiulâs, inquit. Siquis vult &c.* & per Lucam dicit, *rollat crucem suam quotidie, & sequatur me.* Nullum diem voluit esse sine cruce ipse enim quotidie aliquid in corpore, vel in corde patiebarur. Vnde & Beatus Bernardus explicans, quæ sint vestigia illa Christi, ad quæ scilicet nos exhortatur Petrus, ait: Omnes viæ Christi secundum carnem sunt, spontanea paupertas, cumulata vilitas, tam assumpta, quam illata penalis. Ad huiusmodi ergo vestigia nos inuitat Apostolus Petrus.

Ccccc Hæc

Anselm. sup. hunc loc.

Aug. l. 2. 2 de ciu. Dei

1. Petr. 2. nume 21.

Matt. 16. num. 24. Iud. 9. num. 48.

Ber. quære fert. 5. Th. ibid.

Bernard

1. Petr. 4. nume. 1.

Hæc est crux, qua nos Christum sequi ipsemet poscit, & quotidie inquit. Ipse enim nec in die illo, & hora, qua transfigurari voluit, sine cruce aliqua esse voluit, vnde & tunc de excessu, & passione sua loquebatur, cum Moyse & Helia. Væ nobis, qui non solum nō quotidie crucem tollimus, & sequimur Christum, verum quotidie sumimus crucem, & ad voluptates declinamus, nec vno die crucē Domini ferre valeamus, quanto minus quotidie, & quidem non ad crucem suam, sed ad nostram nos Christus vocat. *Forat* (inquit) *crucem suam*, & nec nostram leuem prorsus sustinere volumus. Recte Augustinus. Christus opprobria, irrisiones, contumelias, alapas, sputa, flagella, spineam coronam, crucemq; sustinuit, & nos miseri ad nostram confusionem vno sermone fatigamur, vno verbo dei cimus. Hæc ille. Et merito quidem ad nostram confusionem hoc esse dixit, quænam enim confusio maior, quam duce, & Domino nostro sub cruce cadēte, nos erectos remanere. Pudeat nos sub spī nato capite mollia, ac delicata membra enutrire.

Aug. li. de
confl. vir.
& vi. c. 9.

CVM fidelis Vrias nollet in domū suā recreādi animi gratia declinare, & rex David causā inquireret, dixit. *Arca Dei Israhel, & Iuda habitant in papilionibus, & Dominus meus Iacob, & serui Dñi mei, super faciem terre manent, & ego ingrediar domum meam, vt comedam & bibam, &c.* O Christiane, arca Dei in qua sunt omnes thesauri sapientiæ Dei absconditi, habitat in cruce, Dominus tuus Christus passionibus cruciatur, & tu delicijs dissolueris filia vaga. Non te pudet Christiane miles &c. Fugiebat olim David à facie Absalon, & comitabatur eum quidam Gethæus nomine Ethai, ad quem David, cur venis nobiscum. *Reuertere quia peregrinus es, & egressus es de loco tuo.* Respondit Ethai. *Viuat Dominus, & viuat Dominus meus Rex, quoniam in quocunq; loco fueris Domine mi Rex siue in morte, siue in vita, ibi erit seruus tuus.* O fidelis seruus! O vtinam tales, & omnes essemus erga Deum nostrum, & cum tentatio inuaderet nos fruendi gaudijs mundi, diceremus. Absit, sed vbicunq; fuerit Dominus. noster Christus, siue in morte, siue in vita, siue in cruce, siue in monte Thabor, sequar eum quocunq; ierit.

Iere. 3 I.
nume. 22.
2 Reg. 15
nume. 21.

HODIE vidimus creaturas insensibiles suo modo sequentes Christum, & veluti cruces suas ad hoc tollentes, sol obscuratur, terra tremat, lapides scinduntur, velum tēpli rumpitur, &c. Videtur cū Christo dolente dolere, & pati cū patiente. Quid mirū si nos etiā cōpartiamur, & patiamur cum Christo! qui solū sumus redempti à Christo. Non redimitur sol, & patitur, tu redimeris, & non pateris?

ORABAT

ORABAT olim Sanctus David Dominum, dicens. *Exurge Domine Deus meus in præcepto, quod mandasti, & synagoga populorum. circundabit te.* Id est secundum Augustinum: quia humilitatē præcipisti, humilis appares, vt exemplo tuo vincentes homines superbiam, non possideantur à Diabolo. Hæc ille. Videbatur itaque sancto Dauidi impossibile fore, quin Deum humilem homines non imitarentur, & synagogam, ac multitudinem hominum, non in quā vnum, aut alterum, sed multitudinem gentium exemplum Domini sequaturam. Et ita quidem factum est, multi Christum sunt imitati, sed multi à tali exemplo deuiarunt. Quid isti, quæso in iudicio diuino respondebunt, quando Christus rationem exempli sui exegerit ab eis? Ego pro vobis labores immensos pertuli, crucem baiulaui, vsque ad mortem. *Factus sum obediens, mortem autem crucis, vos autem vitia sequentes non me sed voluptates, deliciasque quæsiuistis semper.* Hocine fuit Christianos esse? Ad hoc exemplar vestrū fui constitutus? Quid igitur nobis agendum est, videntibus regem nostrum in cruce pendentem, alloquamur eum dicentes Domine mi tu felle, & aceto potaris, & ego melle, & precioso vino pascar? Tu nudus in cruce, & ego veste serica, & polimita ornatus incedā? Tu in angusto crucis lectulo cōstitutus, & ego in molli culcitra requeiscam? Absit nunquam sic confundar in eternam, sufficit mihi sicut Dominus meus. *Imo mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi sequarte quocunq; ieris.*

ps. 7. n. 8.
Aug. ibid.

CVM milites sequentes ducem Abimelech, viderunt illum ranaum arboris præscindentem, & super humeros suos illum gestantem, & dicentem, *quod me vidistis facere cito facite*, statim certatim ramos de arboribus præcidentes, sequebatur ducem, & præsidium succenderunt. Videbatur illis indignum esse, videre ducem præcidentem, lignis onustum, & ipsos milites manus intra sinus portare. Quid nos igitur facere oportet videntes ducem nostrum, & creatorem cruce oneratum & dicentem *Qui vul venire post me, &c?* Illi homines hominem sunt sequuti, nos vero Deum nostrum denegabimus? Quid times crucem, in qua Dominus est crucifixus? *Ego* (inquit Apostolus) *stigmata Domini mei in corpore meo porto*, stigmata vocat carnis macerationem, exemplo Christi susceptam, valde enim vrgebat eum exemplum Christi ad æquo animo perferendas tribulationes, & mortificationes.

Ad Gal. 6

VIDIT sanctus Andreas crucē sibi ad necem preparatam, & exclamare cepit. O bona crux, quæ decorem ex membris Domini suscepisti, diu desiderata, sollicitè amata, sine intermissione quaesita, & aliquando cupienti animo preparata. Accipe me ab hominibus, & redde me magistro meo, ut per te me recipiat, qui per te me redemit. Consideravit sanctus Apostolus iam nō esse crucē, quæ solebat, sed dedecus eius in maximum esse honorem commutatū, deformitatem in decorem, cruciatum in gloriam esse conuersum, in qua iam non verecundari, sed gloriari oporteat, quia Dominus Christus pendet in ea. & nos ad eum per crucem sequendum vocat, *qui venit venire, &c.*

CVM filij Israel ad locum illum Mara nuncupatum peruenissent, ubi aquas illas adeo amaras inuenerunt, ut ex illis bibere nequirent, ostendit Dominus Moyse lignum quoddam, quod cum Moyses in aquas misisset in dulcedinum veræ fuerunt. Mirum valde, quomodo lignum aquas potuit dulcorare? imo si dulces aquæ fuissent, in amaritudinem debuisset lignum eas conuertere, cuius naturæ (ait Augustinus) ut tantæ dulcedinis esse videretur, etenim si fauam mellis quis in amaram vnam iecerit, nonne potius fauus amarus, quam vnda sapida erit? Respondet huic quaestioni sanctus Gregorius Nissenus: poterat Deus solo verbo aquam peroptabilem facere, sed lignum voluit indicare ut typum salutaris crucis insinuaret. Et Tertulianus libro aduersus Iudæos. Lignum crucis tunc in sacramento erat quando Moyses aquam amarā dulcem reddidit, iam igitur nobis fratres lignū crucis, in quo dulcedo diuina pendet, dulce habendum est.

HINC martyribus sanctis animi additi sunt, ad immanes illos cruciatus ferendos, hinc sancti monachi, & anachoritæ, tam acerbam, & arduam pœnitentiæ viam sunt ingressi, & profecti, hinc ad laborum tolerantiam reliqui sancti fortissimi exiterunt, sequentes Dominum nostrum. Quid ergo nos inermes, & pusillanimes, timidi, & formidolosi remanebimus? absit, sequere Deum dicebant illi Græci sapientes. Quid enim scilicet quam Deum sequi, oculis clausis id facito. Vbi cunquē enim fuerit Deus, licet in columba flagellatus, licet in cruce affixus, ibi scilicet gloria. *Fidelis sermo (ait Apostolus) nam si commortui sumus, & conuincemus, si sustinebimus, & conregnabimus si neauerimus illum, & ille negabit nos, Non igitur negemus illum, sed commoriamur, sustineamus,*

Aug. li. de
uirg. sa-
cra ser. c.
22.
Gre. Nis.
lib. de vit.
Moyse.

I. Thim. 2
num. 11.

mus, ut conregnemus. Vnum enim ex signis prædestinationis nostræ, hoc est, si sequamur vestigia Christi patientis. Sic enim Christus ipse, dum de signis prædestinationum suorum ageret, sub nomine ouium dixit. *ipse (scilicet Christus pastor) ante eos vadit, & oues illius sequuntur.* Hoc est, non tantum verbis suadet Christus euangelicam vitam, sed exemplo factorum, ipse enim prior in paupertate, in persecutionibus sustinendis, in ieiunijs, & vigilijs multis, & in laboribus supra modum, oues præcedit suas, oues autem quæ propriæ oues sunt, huiusmodi vestigia Christi sequentes, ieiuant, in paupertate degunt, in vigilijs, & laboribus, &c. perseverant cum Christo dicentes. *Trahere nos post te, in odorem curremus unguentorum tuorum, exemplorum scilicet tuorum Domine Deus noster, qui vero non in Christum sequuntur, nec consequuntur quidem, signum est enim reprobationis, non sequi Dominum Christum Ducem, & saluatorem.*

10sa. 10.

Quintus Discursus, de quarto fructu passionis Christi oblatione scilicet passionis multum valere ad peccatorum veniam

ab eterno patre conse-

quendam.

(.?.)

QUI peccatorum suorum remissionem consequi desiderat, sacrificium passionis Christi æterno patri offerat. Exaudietur que procul dubio à tali patre, per talem filium, offererent olim sacrificia plura filij Israel secundum institutionem diuinam, quibus placabatur Deus, inter quæ potissimum locum tenebat holocaustum, de quo in leuitico ubi modus illud offerendi traditus fuit, sic habetur, holocaustum est, & oblatio iuauissimi odoris Domino, sed, ô holocaustum supra holocaustum! si auicula quedam in huiusmodi sacrificio oblata, sic Dominus placebat, sic illum

Leui. 1. n.
17.

pla

placabat, quid faceret oblatio hæc holocaustum, hæc passionis filij sui? displicuerant aliquando Deo oblationes, & holocausta, quæ illi offerebant filij Israel, vnde & dicebat, quo mihi multitudinè victimarum vestrarum? plenus sum. Holocausta nolui, incensum abominatio est mihi, ostendam ego tibi, o Christiane, sacrificium, aliud, quod nunquam despiciet pater, sacrificium scilicet, filij sui, nunquid auertet faciem à Christo suo? non virulus hic, sed Deus offertur, quid Deo quam Deus gratius esse potest? quid Deo patri quam Deus filius? oblationem, inquit, & pro peccato non postulauit, tunc dixi ecce venio, hoc est, vt explicat sanctus Augustinus, cessauerunt sacrificia, adueniente Christo, qui hostia fuit, excellentissima, & omnium hostiarum præstantissima, imo si hostiæ illæ gratæ Domino fuerunt ea de causa fuit, quia figurabant hostiæ hanc passionis Christi, & propter quod vnunquodque tale, & illud magis, habentes igitur tam acceptabile sacrificium, offeramus illud Domino semper, pro peccatis, & offensionibus nostris, à Domino postulantes, vt per sanguinem, dolores, passionem, & mortem filij sui, auertat oculos suos ab iniquitatibus nostris, & misereatur nostri.

EVERVNT aliquæ mulieres, vt sæculares historiæ narrant, quorum viri fuerunt, ab inimicis suis immaniter occisi, ipsæ autem seruantes tunicas eorum cruentas, illas ob oculos filiorum suorum ostendebant, vt eos prouocarent, ad vindictam sumendam de necce parentum, nobis autem ecclesia sancta tunicam sponi sui Christi sanguine conspersam ob oculos nostros ponit, non vt vindictam aliquam cogitemus, sed vt eam antè patris æterni oculos offeramus, obsecrantes, vt per illam sanctam passionem filij sui liberet nos à peccatis nostris. *Placebit certe Deo sacrificium hoc super vitulum novellum cornuæ producentem, & vngulas, videant pauperes, & laudentur.*

HOC autè mire significatū fuit, quādo præcepit Deus Israelitis egrediētibz de Aegypto, vt sanguine agni tingerent super limina riam domorum, & subdit *Erit autem sanguis vobis in signum in aedibus, in quibus eritis, & videbo sanguinem, & transibo vos, nec erit in vobis plaga disperdens, quando percussero terram Aegypti.* Ad quid rogo necessarium fuit huiusmodi sanguinis signum. Nunquid Deus non agnosceret Israelitas absq. vilo signo, cum sint omnia perspecta, & manifesta oculis Dei. Ratio ergo fuit, quia voluit in sanguine illo, vir

virtutem sanguinis Christi manifestare. Quam scilicet potens sit ad gladium diuinæ iustitiæ retundendum, ne illo discindamur, propter peccata nostra. Peccatores fuerant Aegyptij, peccatores etiam filij Israel, sed Aegyptij puniuntur, Israelitæ liberantur, quia protecti erant sanguine agni. Quod si sanguinè agni, qui figura Christi erat, tantifecit Deus, quanti faciet sanguinem Christi? Quid mirum, sanguis filij sui dilectissimi est.

Accersistis (ait Apostolus) ad testamenti noui mediatorem Iesum et sanguinis asperzionem, melius loquentem, quam Abel? Quænam est ista noua sanguinis loquutio? Quomodo loqui potest sanguis aspersus? Optime quidem, de sanguine Abel habes vbi Dominus ad Cain dicit. *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Nunc etiã sanguinem Christi diffusum etiam clamare, sed alio modo testatur Apostolus. Quænam est hæc differentia clamorum? Sanctus Anselmus, sic exponit Melius loquitur sanguis Christi, quam sanguis Abel, quia sanguis Abel mortem fraticidæ fratris petit, sanguis autè Christi vitam persecutoribus impetrauit, sanguis Abel expetit vindictam, sanguis Christi misericordiam, ille vni nocuit, hic multis profuit, & idcirco loquitur melius. Hæc ille. Ad uocatus igitur noster factus est sanguis Christi, quid mirum, si in patrocinium tuum assumpseris illum. *Clamant peccata tua contra te, fac vt clamet sanguis Christi pro te. Offer illum æterno patri, exaudietur sanguis pro effusione sua, & quia misericordiam petit, misericordiã tibi consequetur. Amen.*

Sextus Discursus de egressu Christi Domini è cenaculo in hortum.

(.?.)

IAM ad particularia passionis Christi veniamus. Peractis igitur mysterijs legalis illius cœnæ, & instituto iam diuino sacramento, corporis, & sanguinis Christi, abiit è cenaculo Christus in montè Oliueti, & hortum Gethsemani. Exit quidè, & tēdit audacter in aciē, & caueã, vbi iã mortē ad bellū incundū cōuocauerat. *Mors arma elegit, campum vero Christus. Et non sine causa in horto*

horto voluit inire certamen cum morte. In hortu enim, ipsa vicit primum Adam, in hortu æquum fuit ut vinceretur à secundo Adā. In hortu ortum habuit mors, in hortu ortum habeat vita, ut vnde mors oriebatur, inde resurgeret vita, in hortu sepulta fuit vita, in hortu pariter sepeliatur mors, & vita resurgat, quid enim aliud fuit sepelire Christum in hortu, vbi etiam resurrexit ad æternam vitā, nisi ibi sepelire mortem & vitā viuificare? Nō ignarus ibi ab hostibus esse se inuadendum, & capiendum. Multa in itinere cum discipulis egit sicut alter Iacob cum filiis suis, de his, quæ illis euentura erant, de mutuo amore inter se, vocans præceptum suum huiusmodi mandatum. *Hoc (inquit) est præceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut ego dilexi vos.* Multa denique loquutus est illis, ad Dei gloriam, & animarum salutem attinentia, & sicut diuinus cygnus dulciter & suauiter cecinit in hora mortis suæ constitutus, cantus quidem edidit dulces, sed corda discipulorum, magistri mærore maximo estuabant, dum per viam torrentis Cedron incedebant. Transierat olim Dauid torrentem illum iter etiam agens in montem oliueti suis fidelibus stipatus. Illi mæstissimi incedebant, ipse vero vultu cooperto lachrymas vberes profundeabat, maximo enim afficiebatur dolore, considerans se a dilectissimo filio Absalone à regno suo expulsus, & ad interitum inquisitum, & Achitophellem, qui erat à consilijs suis, quem ipse honorauerat, & ditauerat, partes hostium agere, & consilia eis dare ut regno, & vita eum spoliarent, si ergo Dauid, & quidem merito ita pressus dolore iter illud agebat, quid de Christo dicemus, cum ipse videat populum illum Israel, filium dilectissimum sine causa, & contra fas, & iustitiam sanguinem suum sitientem, & Iudam, qui erat velut à consilijs suis electum in Apostolum eximijq; beneficijs à se cumulatam sui proditorem factum, & consilium præbentem inimicis, ut eum morti traderent. *Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utiq; (dicebat tunc Dauid) & si is qui oderat me super me magna loquutus fuisset, abscedissem me forsitan ab eo. Tu vero homo vnanimis dux meus, & notus meus, &c.* Vide quanto mærore affectus fuit Dauid, eo quod Achitophel se ipsum persequeretur, in quem multa bona contulerat. Multi tunc rebelles fuerant Dauidi, sed hoc potissimum lamentabatur, quod ab inimico amico traderetur, quanto ergo exultimas sensisse magis Christum Dominum Apostolum Iudam, ex discipulo dilecto, eum quoties cibos sumplerat, quem in domum, & in collegium suum intro duxerat, cui patrandorum miraculorum virtutem communicauerat

Ioan. I 5.
num. 12.

Reg. I 5.
num. 23.

Ps. 57.
nu.
meo. 13.

rat, & c. nunc ipsum modo in traditorem videre conuersum, hoc vehementer stimulabat viscera Christi. Sic pergebat Christus Dñs viā, quā nūquā reuersurus erat. In 3. lib. Reg. habetur, Salomonē præcepisse Semei (propter quæ ille commiserat in Dauid Patrē suū) ut nec semel transiret torrentē Cedron, alioquin pena capitis multandus. Contigit, ut serui quidā Semei fugerent, quos insequens ille præceptū fuit transgressus, tortētēq; Cedron pertransiuit, delatū est hoc Regi, & penā mortis contra ipsum iussit. O Christe Redemptor, tu audes modo torrentē Cedron pertransire, fugiuos seruos quærens, vereor ne tanti constet tibi transitus iste, quanti constitit Semei. Hoc duntaxat excepto, quod Semei quantū vis iniquus mortē multatur honesta, tu vero turpissima inter latrones, sicut latro verberatus, & tanquā latro inter duos latrones affixus.

3. Reg. 2.

Transiuit Cedron Christus, & assumptis secū tribus discipulis dilectis, Pet. Iacob. Ioan. cæterisq; relictis, ingreditur ad interiora horti Gethsemani, nox serena erat, luna resplendens, mediūq; silentiū cū cæta tenebāt, cū Christus ingreditur hortū, in crucis ingressu tactus dolore cordis intrinsecus, *capit pauere, & tedere, ac mæius esse, Dixit q; discipulis suis, tristis est anima mea usq; ad mortē.* Accedūt discipuli charissimi, & tantā rei nouitatē admirantes, dicunt. *Quid hoc, bra-* Matth.
*chiū, & fortitudo Dei? Vnde tibi huiusmodi timor, & tremor? Tu nunquā animi dei ectionē ostēdisti quid noui accidit modo? Quid sibi volūt hęc lachrymę? Quid vultus immutatio? quid pallor oris? vidisti ne aliquid horrendū? Vidit quidē digitos quosdā contra se scribentes sententiā mortis, & ideo timor, & tremor venerunt super illū, & contexerunt illū tenebrę, & umbra mortis, solantur illū Apostoli, sed tanto ille maiori afficiebatur dolore, quāto magis eū verbis consolabatur. Videbat enim amorē discipulorū maximū erga se, nec posse illos efficere, quod volebāt, & ideo dolor illorū dolore Christi augebat, et ideo super timorē tristitia magna superuenit. *Tristis (inquit) est anima mea usq; ad mortē.* Mortalis quædam tristitia inuasit cor meū, hucusq; dissimulaui, sed iā doloris vehementia filere me non finit. *Tristis est anima mea usq; ad mortē.* O brachiū Dñi, induere fortitudinē tuā, paucant inimici tui, non peueas tu, o læticia Angelorū, o consolatio beatorū, quid te in tales angustias redegit, o Christe Dñe gaudij, solatijsq; fons, quomodo in te potuit locū inuenire tristitia? Quod si potuit inuenire, quomodo potuit sic crescere, ac prærahi, ut sit usq; ad mortē? *monta flumina intrāt in mare, & mare non redundat* propter eius immensā capacitātē, cor*

Dddddd

tuum

tuū, Dñe Iesu, capacius est Oceano mari, quomodo ergo sic redū
 dat præ dolore? O beatissima Christi mater, quantū inter fuit tua,
 hinc abesse, si enim huiusmodi filij amantiſſimi suspiria, & gemitus
 audiuiſſes, qualis doloris lancea trāsuerberaſſet tenerimū cor tuū,
 sed heu sanctiſſima virgo q̄ modo excuſas, iuxta crucē pluſquā
 duplicatum exolues. Quod ſi Christus vſq; ad mortē est triftis, tu
 pluſquā ad mortem, dolor Christi morte ipſius finietur, tuus vero
 mortuo eo, non morietur. Sed tu dulciſſime Ieſu, cur tantū dolorē
 admittis? cur tu cruciaris? Scio cauſam. Et primo quidē non mirū, ſi
 mortē tuā times, & de ipſa contriſtaris. Quia, vt ait S. Tho. (verbis
 eius vtar) vita corporalis Christi fuit tantæ dignitatis, & præcipuē
 propter diuinitatē vnitā, q̄ de eius amiſſione etiā ad horā magis ef
 ſet dolendū, quā de amiſſione vitę alterius hominis, per quantūcū
 q̄, tēpus. Vnde & Philoſophus dicit. Virtuofus plus diligit vitā ſuā
 quanto ſcit eā eſſe meliorē, & tamē eā exponit propter bonū virtu
 tis. Sic Christus vitā ſuā maxime dilectā expoſuit propter bonum
 charitatis, ſecundū illud Ieremię. *Dedi dilectā animā meā in manibus
 inimicorū eius.* Hęc vna cauſa, ſed aliā potiorē conſideremus, inter
 alias pēnas pro peccatis, quas in lege tua conſtituiſti contra pecca
 torē, hęc erat vna. *Dabit tibi Dñs cor pauidū, & animā conſumptā meo
 re* Tu autē Dñe quia Saluator es à Patre conſtitutus, ſalus autē no
 ſtra, ex ſatiſſatione peccati pēdet, ſatiſſatio vero culparū propriē
 in pēnarū perpēſſione conſiſtit, ideo doloris pēnā non admittis,
 quia nunc pro nobis ſatiſſacere decreuiſti. Et quia de tanto in nos
 beneficio agitur, libet verba ſancti Thomę cōtexere, Christus (in
 quit) non ſolū doluit pro amiſſione vitę corporalis ſuę, ſed etiam
 pro peccatis omnīū aliorū, qui dolor in Christo exceſſit omnē do
 lorē cuiuſcunq; cōtriti, tū quia ex maiori ſapientia, & charitate pro
 ceſſit, ex quibus dolor contritionis augetur, tū etiā quia pro omni
 bus peccatis ſimul deluit ſm̄ illud *ſat̄. Vere dolores noſtros ipſe tu
 lit* Hęc S. Tho. Vbi nota illa verba. Ex maiori ſapientia, & charitate,
 in nobis procedit dolor, ex cognitione grauitatis culpe, & ex amo
 re Dei offenſi, & quia cognitio hęc & amor in Christo eſt in gra
 du excellentiori, ideo grauiſſima fuit triſtitia, & dolor eximius. De
 timore idē dicendū omnino, ſicut enim noſtri cauſa dolet, ſic & ti
 met, vt dolore, & timore pro nobis patri ſatiſſaciat, vnde pluſ no
 ſter, quā ipſius ille timor erat. Sicut enim, vt deſtrueret mortē no
 ſtrā, effecit illā ſuā, licet ſtipendiū noſtri peccati eſſet, ſic noſtrū ti
 morē, noſtrāq; triſtitia in ſe ſumpſit, licet ſtipendiū, & pēna pecca
 ti

S. Th. 3. p.
 q. 46. ar. 6
 ad 4.

Ariſto 3.
 Ethic 6. 5.

Ier. 12.

Deut 28.
 nume 65.

S. Th. 3. p.
 q. 46. ar. 5
 ad 4.
 Ef. 11. 33.

ti noſtri eſſent. Meā in te agnoſco mortē Dñe, meū in te pariter ti
 morē, & dolorē. Laudent te cęli, & terra, vnde ſicut Chriſtus Dñs
 ſumendo mortē noſtrā, eā ſic enervauit, & debilē reddidit, vt iam
 non mors ſed ſoninus nuncupetur, ſic timorem noſtrū in ſe illū ſu
 mendo ſic extenuauit, vt iā in tormentis, & cruciatibus vehementi
 bus, & in ipſa ſumenda morte vix illū ſancti cōceperint. Sic autē ex
 terius huiusmodi triſtitia manifeſtari decebat, vt notū nobis eſſet,
 quanto dolore nos emit, & redemit, & nos noſtrā ſalutē, diuinam
 q; charitatē plurimi faceremus. Sic igitur Christi tremor, & timor
 ille mortis, pluſ noſter quā Christi Dñi eſt (vt aiunt ſancti) ſicut. n.
 mors, quā ſubiit, noſtra potius, quā eius erat, *ſtipendiū quippe pecca
 ti mors eſt.* Sic & mortis pauor, quē Christus paſſus eſt, noſter po
 tius, quā eius fuit. Ex peccato enim noſtro pauor mortis, ſicut
 mors ipſa originē traxit, ex quo factū eſt, vt ſicut mortē noſtram
 moriendo deſtruxit, Deus, ſic & timorē mortis, & laborū, timēdo
 detruxerit ipſe, regnabat olim mors vſq; ad Chriſtū, & ideo ab ho
 minibus timebatur, at poſtquam illam in ſe ſuſcepit Christus, iam à
 viris ſanctis ſæpenumero non ſolū non timetur, ſed inſuper ama
 tur, deſiderabat enim eam Paulus, amplectebatur eam in cruce ſan
 ctus Andreas, expetebat eam ſanctus Martinus, & in cruciatibus di
 ris ſancti Martyres gaudio magno perfūdebantur, dū in illis vitam
 agebant. Et licet multi ex Christi ſectatoribus nunc etiam mortē ti
 meant, non tñ timore tanto, ſicut olim alij timere ſolebant, qui leo
 nē offendit, quid mirū ſi timeat, at manſueſcit leo, & domesticus ef
 ficitur, licet ratione ferocitatis natiuę primo aspectu timorē incu
 tiat, ſtatim ſedatur animus offendentis illū, attendens in manſuetu
 dinē ferocitatē eſſe conuerſam. Verſabatur in mūdo mors quouis
 leone ferocior, quis nō timeret illā, voluit autē Deus nos ab illius
 pauore liberare. Sed Deus noluit interficere mortē, neq; enim ex
 pediebat hoc enim ad iudicij tēpus, & vniuerſalē reſurrectionē reſer
 uauit. *Tūc enim*, vt Paulus ait, *noſſime inimica deſtruetur mors* Nūc
 vero q̄ in morte peius erat, ferocitatē ſcilicet, labefactauit, & reli
 quit eam in mūdo velut leonē manſuetū, ita vt dorſum eius manu
 audeant pueri, ac ſeminę delicatę demulcere. En cauſa cur cum
 Christus tantū mortis metum oſtenderit, quā plurimi diſcipuli
 Christi, à tali metu liberi videantur.

Roman. 6.
 num. 23.

Septimus Discursus de oratione
Christi in horto
(.?.)

IN huiusmodi ergo timore, ac mærore Dominus constitutus patrem suum conuenire decreuit, orans, & petens aliquid ab eo. Hoc refugium afflictis omnibus ostendens, quo vel a tribulatione liberentur, vel à Domino fauorem valeant impetrare. Semotus igitur ab Apostolis: *Quantum iactus est lapidis, vt ait Ioannes. Pro-* nus in terram pro reuerentia Dei patris, & statim genu flexo, oculis, ac manibus in cælum eleuastis, & lachrymis vberimis genas rigans, patrem sic affectus est: *Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste.* Ac si diceret, o pater huius filij, in maxima cordis angustia constituti, nunquid patieris, pater mi, filium tuum dilectum, in quo nõ semel testatus es, tibi bene complacuisse, tantis, ac talibus tormentis cruciari? tali morte finiri? *Vtinam appenderent peccati, qui bus iram merui, & calamitas, quã patior in statera.* Quasi arena maris hec grauior apparet. Quid enim mali egi? aut in quo tibi molesta fuit, responde mihi, indica mihi cur me ita iudices? Heu pater mi, si possibile est, &c. Nullum è cælo responsum habet Christus. Surgit, & ad discipulos veluti confugit. *Inuenit autem eos dormientes, erã enim oculi eorum grauiti* præ nimia tristitia, excitans vero eos, ait Petro. *Hic vna hora non potuisti vigilare mecum?* O quantis angustijs te circumdatum intuemur, Domine Deus. Oras Patrem, & si let? Quæris a discipulis leuamen, & ipsi dormiunt? omni solatio te video destitutum? Heu qualis hortus est hic Gethsemani? in hortis animos relaxare solent alij, & delicias capeffere, tu vero Domine mi lachrymaris, tristaris, & torqueris, *veniat in hortum,* dicebat sponsa, *& comedat fructum pomorum suorum.* Nunquid ad hortum istum inuitabas sponsum tuum, o sponsa Christi? o quam acerba sunt poma horti huius? etenim dicere potest Christus, quã ipse ibi subdit. *Miseri myrrham meam,* in suo scilicet horto, myrrham amarissimam super Absynthium. Hortus iste Domine Iesu, spinas, & tribulos germinat tibi, timores, angustias, & sanguineum sudorem

Iob 6. n.

2.

C. 11, 5.
num. 1.

sudorem. O quam aliter nobiscum te gefisti, ac nos tecum? Cum primum creasti hominem, in horto deliciarum constituisti, nos vero te in horto angustiarum constituimus, in illo horto aberat dolor: aderat gaudium, in isto vero abest gaudium, adest labor, & dolor. Parce mihi Domine, nihil aliud producit hortus noster, quia maledictione plena est terra, quo circa, Domine mi, confuge iterum ad cælestè refugium, & patrem denuo ora. Impossibile quippe est, quin talem filium exaudiat talis pater, &c,

Secunda oratio in horto, &c.

SECUNDO igitur in genua filius Dei prouolutus eandem protulit orationem, dicens. *Pater si possibile est, &c.* O Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui audis & exaudis peccatores in tribulationibus suis constitutos, cur non exaudies etiam me filium tuum in tribulatione mea? Domine Pater, si tu animo decernis hanc tam acerbam passionem me subire, adsum, manus has offero clavis, caput spinis, corpus verberibus, faciem colaphis, pectus lanceæ, denique vitam cruci, & morti. Dummodo tua voluntas fiat. Tali modo filius orat 2. sed, & 2. Silet Pater. O Christe consolator animarum nostrarum, magna est velut mare cõtritio tua, quis medebitur tui? Pater sancte, nõquid obliuisci potes filij vteri tui? Ex vtero ante luciferum tu genuisti eum, negare ne potes filium dilectissimum? Nunquid in te aliquod crimen commisit, damnum intulit, iniuriam ve irrogauit? Vnde nam Christo, & quare ei æneum factum est cælum? Cum in monte sancto celi aperti sunt, & vox intonuit. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit.* Nunquid agnouisti pater filium, quia tunc videbas illum gloria, & honore coronatum, nunc vero, quia tristis est, vsq, ad mortem, & ad illam requiritur a principibus, illum ignoras & deseris? Absit a te, qui omnibus es adiutor, in oportunitatibus, in tribulatione. O pater si non vis illum audire vt filium, audias illũ vt pauperem. *Quia pauper pro nobis factus est, & in laboribus à iuuentute sua.* Tibi autem derelictus est pauper, pauperi tu eris adiutor. sed denique, taces o Iesu afflicte? *tribulatio proxima est, & non est, qui adiuuet.* Escribæ, & Pharisei contra te cõcilium inierunt, princeps sacerdotum contra te mortis sententiam protulit, Iudas triginta te vendidit argenteis, Apostoli dormiunt, Pater dissimulat, quid tibi agendum speras?

Psal. 68.
num. 21.

speras? O virgo beatissima, si non accurris in articulo hoc tribulationis maximæ filij tui, omnes consolationis Ianuas clausas cerno. O discipuli Christi hæccinè est fides vestra, & fidelitas vestra tanto magistro debita? consolatores minimè estis vos. O Petre sic dormis. Iudas quidem non dormit, sed vigilat tota nocte, vt Christu morti tradat, & tu, qui solatio esse debueras, non potuisti vna hora vigilare cum illo? Tanti fecit hunc defectum consolationis Christus, vt multis ante sæculis de illo conquestus fuerit per prophetam David, *Sustinui qui simul constriſtaretur, & non fuit, qui consolaretur, & non inueni.* Erat tristis vsq, ad mortem Christus, adduxit secum tres illos discipulos, vt simul cum illo cõtristarentur, & non fuerunt, quia dormierunt. Quæsiuit consolatores, ideo ab oratione surgens, ad ipsos Apostolos, properabat, & non inuenit consolatores, sed dormientes. Quando graui aliqua febre ac labore quis laborat, videas illum iam in hoc, iam in aliud latus se conuertere, in nullo requiem ad inuenientè. Sic Christus maximo cordis labore vexatus, iam ad patrem, iam ad discipulos, iam a discipulis ad patrè, iam à patre ad discipulos progreditur. Quid igitur modo agèdū est tibi Iesu bone. Nunquid iterū adeūdus est pater, at non respõdet. Vere Domine fieri non potest, quoniam inter te & patrem tuum interposita est aliqua nubes peccatorum, quod si non tuorum, nostrorum saltem. Tu ita peccata nostra cõsiderasti, vt tua esse confitearis. *Longe* (tu inquis) *a salute mea verba delictorū meorum.* Hęc igitur modo efficiunt, vt longe sit à consolatione tua responsio patris. Hęc, hęc, sunt quæ tibi bellum inferūt, hęc tibi reddiderunt æneum cœlum, sed quia peccata hęc efficere non potuerunt, quin sis filius patri dilectus, ita nec efficere poterūt, quin ab ipso exaudiaris. Reuertere, reuertere ad patrem iterū, vt intueatur te, sonet vox tua iterum in auribus eius, vox etenim tua suavis est illi, & facies tua decora.

simile.

Tertia oratio in horto. &c.

Psal. 19.
num. 1.

AM igitur tertio humani generis Seruator, ac vindex Iesus ad patrem suum orationem conuertit. *Exaudiat te Dominus, Domine mi, in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob. Mittat tibi auxiliū de sancto, & de Sion tueatur te. Memor sit Dominus sacrificij tui, & holocaustum, passionis tuæ pingue fiat.* O Pater (ait Iesus noster) si possibile est, trāse. et à me calix iste. Exaudi me Domine propter magnam misericordiā tuā. *Clamabo per diem, & nō exaudies, & nocte, sed*

non

nō ad insipientiā mihi. Respexisti mærorè Danielis cū intra leonū lacū oraret, & liberaſti eū. Exaudisti Ionā de vētre Cæti, & liberaſti eū, exaudisti preces trium puerorū intra fornacē ignis, & liberaſti eos, clamo etiā ego de medio tribulationis meæ, & nō exaudies? pro me non audis, audi saltē. me pro matre mea supplicante, respõde mihi pater iā. 3. clamanti. Hanc orationem ferūt aliqui sancti la chrymis plenā emisſiſſe, ac de illa loquutū fuisse B. Paul. ad Hebræos, dicens de Christo *Qui in diebus carnis sue preces, supplicationesq, ad eū qui possit illū saluū facere à morte, cū clamore valido, & la chrymis offerens, exauditus est pro sua reuerētia.* S. Chryf. & alij doctores de oratione in horto interpretātur locū hunc, & quidē si dies aliqua vel hora aliqua dici potest carnis suæ, hæc est, licet enim spiritus eius prõptus fuerit, caro infirma visa est, vt ipsemet Christus attestatus est. Nunquā enim caro Christi adeo caro apparuit, sicut modo lo, nunc enim illi Christus habenas laxauit, vt se carnē esse manifestaret, & munera carnis subiret. Hic ergo exauditus est pro sua reuerentia, nō vt à morte, & passione liberaretur, sed ad resurrectionē, aliosq, effectus quos implicitis verbis hic petebat. & vt Angelū mitteret ad eum pater è cœlo. *Apparuit ergo illi Angelus de cœlo cõfortans eū,* ait Lucas. Haud quidē Angelorū cõfortatione egebat Christus, illi creaturæ erant, ipse vero creator eorū. Sed quia erāt dies carnis suæ, se hic voluit ostendere verū hominē esse, et paulominus ab Angelis minoratū, infirmitates humanæ carnis assumens, vt nos fortitudine sua roboraret. Sicut enim paupertate sua nos diuites effecit, & opprobrijs suis nos gloriosos, & morte sua vitam contulit nobis, sic infirmitate sua firmitatem, & fortitudinem, promeruit nobis, vidit Zacharias visionem hanc in spiritu multo ante, & exclamauit, dicens. *Ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram Angelo Domini, & Iesus erat indatus vestibus sordidis, & stabat ante faciem Angeli.* Erat coram Angelo ille, ante quem omnes Angeli astant, eiq, ministrant, & hoc quia indatus est vestibus sordidis. Quæ nam istæ sunt sordidæ vestes? Aliqui dicunt vestes sordidas esse carnem, quam assumpsit. Ita Tertullianus libro contra Iudæos cap. vltimo, & Lactantius libr. 4. capit. 14. Origenes homilia. 9. in Leuiticum. Ambrosius libro. 3. de fide cap. 4. Chryostomus homi. 5. ex varijs locis in Matthæum, Greg. 20. Moralium 20. Cur autem vocetur sordida vestis caro Christi, Chryostomus vbi supra respondet, quia carnem assumpsit ex genere peccatorum. Gre. vero, quia venit in similitudinem carnis peccati.

Chryf. 111

Luc. 22. n.
430

Zach. 3.
num. 2.

Tertull.
Lactan.
Orig.
Ambros.
Chryf.
Greg.

Alij

Alij vero, & probabilius aiunt, indutum esse Christum vestibus for-
didis, quoniam peccata nostra suscepit, & pro eis dolore, atq; igno-
minia est affectus. Ita Eusebius lib. 4. de demonstratione euangeli-
ca capite ultimo. Origines homilia. 19. in Luc. Amb. ser. 5. in psal-
mum. 118. Hic. super hunc locum Zachariæ, & libro. 2. contra Iouinia.
Cum igitur vestibus fordidis esset indutus, & vestibus Esau pecca-
toris noster Iacob vestitus esset, quid mirū, si corā Angelo stat, vt
ab eo confortetur? &c.

Euseb.
Orig.
Amb.
Hier.

APPARUIT igitur Angelus in hac 3. oratione Christo, dicens.
O princeps cœli, & terræ, videns pater tuus vehementiam agnoris
cordis tui, me misit, non vt tibi solatio ego esse merear, sed vt tibi
ex parte Patris annunciem, quæ iam tibi notissima sunt. Ecce iam
venit plenitudo temporis redemptionis generis humani, tempus
est ineundi certamen cum hoste, ecce adest. Te spectat vniuer-
sum genus humanum in te conuertunt oculos suos patres in lim-
bo detenti, hoc tamen superest vt illius, cuius es, patris te filiū præ-
stes. Si posueris pro peccato animam tuam, videbis semen longeuū
*Nisi enim granum frumenti cadens in terram mortuū fuerit, ipsum solū
mores: si autem mortuū fuerit multū fructū affert.* Multum quidē per
omnem modū, per Apostolorum scilicet decoratam coronam, mar-
tyrum purpuratum exercitum, virginum candidatum Chorum,
confessorumquē multitudinem gloriosam. Vt autem tantus conse-
quatur fructus, multis es, Domine mi, cruciatibus afficiendus, ver-
beribus dilaniandum corpus, spinis acutissimis transfodiendum
cerebrum, manibus, pedibusquē cruci affigendus, in qua extremum
huius vitæ deges diem, tibi acerbissimum, generi vero humano fœ-
licitissimum quidem. Vale, nam tempus est, vt reuertar ad eum, qui
misit me.

*Octauus Discursus, sanguinem su-
dat Christus.
(.?.)*

TACTVS fuit vehementer dolore cordis intrinsecus Rex Eze-
chias, cum ex parte Dei illi sententia mortis notificata est,
& conuertens faciem suam ad parietem, fleuit fletu magno. Si-
tau-

Esaï. 38.
num. 3.

tantum sensit Ezechias mortis sententiam, videns se in lectulo suo
mori, amicis circumdatum, famulis circumseptum, & a populo suo
lachrymis, & obsequijs cohonestatum, quid faciet Christus Iesus
videns se non in lecto, sed in cruce moriturum, non amicis, sed ini-
micis circumdatum, non inter equites, sed inter latrones vltimum
spiritum se daturum, blasphemij affectum, opprobrij laceratum,
& cruciatibus maximis tibi vitam finiendam esse. Tanto igitur an-
gore hic Christus Dominus correptus fuit, viua quadam, subtilis-
simaq; & efficacissima imaginatione, cuncta, quæ passurus erat, ap-
prehendens, vt non solum commota fuerint viscera eius, sed om-
nes partes corporis eius fuerint velut dissolutæ. *Et cum positus in ago-
nia prolixius oraret factus est sudor quidam in eo, sicut gutta sanguinis
decurrentis in terram.* Heu quali angustia angitur cor Domini Iesu,
vnde talis sudor emanat, talis, vt sanguineus sit, tātus vt vestis non
sufficiat eum imbibere, cum vero non solum corpus, sed etiam ter-
ram valeat irrigare, omnes partes corporis tui, Domine Iesu, mihi
oculi videntur non lachrymas, sed sanguinem profundentes. O no-
uū sudoris genus, nunquam in terris simile quid visum est, legimus
aliquando mortis cogitationem tantum potuisse apud quēdam, vt
cum nota facta fuisset illi mortis sententia, iuuenisq; esset, & capillis
nigris vnius tantum noctis spatii cani illi, & albi facti fuerint, quæ
res in tantam admirationem omnes adduxit, vt sententiam mortis
iudex reuocauerit. O afflicte Iesu. O Redemptor animæ meæ, licet
mirabilius eo multo fuerit te sanguineum nunc sudorem profun-
dere, nullum tamen video agentem de liberatione tua, imo tātum
abest, vt sanguinis sudor ad remissionem deseruiat, vt potius sit
mortis indicium manifestum. Cū olim aliquando accideret sangui-
neam pluuiam pluere (vt accidisse narrant antiquæ historiæ Roma-
norum) stupebant omnes, arbitantes fieri non posse quin aliquid
maxime aduersum futurum esset, siquidē sudabant (vt illi dicebāt)
sanguinem cœli. Vere Deus meus hæc sanguinis tui pluuia, hic no-
uus sanguinis sudor magnos labores minatur, sed vt video, omnes
cadent super caput tuum, eo quod peccata nostra assumpseris super
te, & satisfactionem eorum. Sudor iste tuus, Domine Iesu, tibi mor-
tem, nobis vero indicat vitam, &c.

Luc. 22.
num. 44.

SED vnde ortum habuerit huiusmodi agonia, & angustia cor-
dis vehemens, consideremus. Et quidem omnes in hoc conuenire
videtur, Christum Dominum in hac hora ante oculos suos consti-
tuisse peccata omnium hominum, quæ omnia veluti coniuratione
Eccece

Quada facta cor illius inuasserunt. Ad vulnera corporis Christi multae manus concurrerunt, adeo, ut dicat S. Tho., omnium generum gentes concurrere ad eum cruciandum. Dominos & famulos, Principes, & populares, familiares, & extraneos, ecclesiasticos, & seculares, Iudeos, & Gentiles, & ubi plures fuerunt tortores, plurima necesse est fuerint ipsa tormenta. Vis autem nosse, quam graua fuerint, & immania tormenta cordis Christi supra tormenta corporis Christi, considera quanto plures atrocioresque, tortores cordis eius, extiterint. Affirmant igitur sancti peccata non solum tunc praesentia, sed praeterita a principio mundi, & futura usque, ad ultimum finem illius omnia concurrere in memoriam Christi ad maiorem cruciatum cordis eius, qualem existimas dolorem cordis Christi? Quis non doleat super te frater mi Iosatha? si videres hominem habentem peccus vulneratum & apertum, & cor & viscera patentia, & serpentem aliquam horribilem supra talia viscera mordentem, & acriter torquentem illa, dentibus, & veneno, esses ne tam inhumanus, ut non condoleres, & misericordia maxima moueris. O Christiane constitue tibi ante oculos diuinum Iesu Christi cor, & videbis illum non ab uno sed ab innumeris serpentibus dilaceratum. Quid enim aliud est peccatum. Quasi a facie colubri fuge, peccatum ait ecclesiasticus, si peccatum est serpens quid innumera peccata, nisi innumeri Serpentes erunt torquentes viscera Christi? Est quidam serpens in Africae desertis, ut scribit Plinius, & alij auctores, adeo crudelis & venenosus, ut cum mordet aliquem hominem, ita totum sanguinem intra venas commoueat, & voluet, ut hominem faciat per mille partes disrumpi. Si vnus serpentis morsus id efficere potest, quid facient innumeri serpentes peccatorum? tanto crudeliores serpentibus Africae & Thraziæ, quanto pestilentius est peccati venenum? Unde nec mirum si omnia peccata, quae nunc simul inuaserunt viscera Christi, sic cruciarent illa, ut sanguinem per omnes corporis partes fecerint effluere. Hoc potius mirandum videtur, quomodo sustinere potuerit Christi cor tam vehementem dolorem, quomodo non simul finierit vitam, Me miserum, ego peccavi, & peccatorum dolor, & plaga torquent viscera Saluatoris. Vidi eos, qui seminant dolorem (ait Eliphaz amicus Iob) & metunt illos, stante Deo, perisse. Quasi diceret, consideravi peccatores, & vidi illos peccando, seminare dolores, & sic dolores metere, digna quidem retributio, & debitus fructus semini tali. Sicut enim ex tritico triticum, & sicut ex hordeo hordeum &c. sic ex peccato oritur dolor, Merito ergo qui seminant dolores, metunt illos Sed hac ratione peccatores, qui seminant dolores, debent illos

me:

metere. Quomodo ergo Christus Dominus metit illos. Quid dicam Domine Iesu, nisi quod tu alias, Apostolis dixisti. In hac est verbum *Ioan. 4. uniuersum introistis. me. 37.* Nunc videmus, & tu Domine metis, & colligis illos. Nos peccando seminauimus dolores, & tu Domine metis, & colligis illos. Nos commisimus culpas, tu vero seminas penas. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, ait Esa. Quot igitur, & quanti dolores huiusmodi extiterunt, ubi tot sunt peccata commissa, & committenda, &c.

VIS nosse quam magnam multitudinem dolorum ex huiusmodi ratione collegerit Christus Dominus? Attende quam magna pars ex hac messe contigerit illi tristi, & desolatae matri, quae sequebatur eum. Cum Ruth in agro Booz sequeretur messores tempore messis, colligens spicas remanentes in agro, animaduertens hoc Booz precepit messoribus, ut de industria, e manipulis spicas projicerent, ut plures colligeret Ruth. Equidem cum video Dominum Iesum onustum, in Caluariae montem euntem, doloribus maximis constrictum, & sanguine suo, vias & vicos ciuitatis Hierusalem rigantem, & virginem matrem eius illum sequentem, & cum video Christum in cruce pedentem, clauis affixum, & vulneribus plenum, & riuos sanguinis emittentem, matrem vero suam stantem iuxta crucem, guttas sanguinis dilectissimi filij colligentem, videor mihi videre Christum Dominum magnos manipulos dolorum colligentem, & matrem eius veluti spicas remanentes, dolores pariter colligentem. Quod si dolores virginis (vel ex remanentibus Christi) adeo vehementes fuerunt, ut inexplicabiles videantur, quid de doloribus Christi est dicendum? Maximi ergo dolores sunt in corde Christi, quia maxima sunt peccata nostra propter quae dolet, & sanguinem sudat, &c.

SED adhuc interrogare quis posset, an ex timore vel ex amore, vel ex alia passione partis sensitivae emanauit ille sudor. Omisiss autem multis, quae hic dici possunt, hoc pro deuotione nostra dicendum existimaui. Amor, & timor huius inauditi sudoris causa esse videtur. Timor inquam mortis, & amor salutis nostrae. Quod dixisse videtur euangelista Lucas, dicens. Factus in agonia prolixius orabat, & factus est sudor eius quasi guttae sanguinis decurrentis in terram. Agonia si vim verbi consideres, bellum quoddam significat. Iam a multis seculis Deus morti indixerat bellum, voluit enim illam priuare tyrannico dominio, & imperio, quo mundo dominabatur, unde libellum bellicum ad illam per Osam Prophetam misit, dicens. O mors, ego ero mors tua, &c. Aduenit certaminis dies, accessitque ad Christum mors, armis crudelibus armata, flagellis, scilicet,

Ecece 2 cla-

clavis, spinis, opprobrijs, lancea, & cruce. O mors quam amara est præsentia tua. Tremere fecisti potentissimum gigantem. *Cor meum conturbatum est, & formido mortis cecidit super me. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebrae.* Ita David in persona Christi, sed cuius animus non se illico morti humiliter subderet, & manus illi supplices traderet ita horribilem eam circumspectans. Non sic vero animus Christi, non sic, timuit quidem cor eius naturæ legem obseruans, & potius dignatione magna timori locum præbens, ut dictum est. Timore autem illo sanguis ex omnibus corporis partibus ad ima cordis penetrauit, ut fieri solet semper, natura sic providente, ut sanguis principalius membrum, cor scilicet, cum paritur, adeat, illique succurrat. Timor ergo mortis multum sanguinem corporis eius misit in cor. Sed non solus timor mortis in pectore Christi versabatur, sed etiam & multo magis amor salutis animarum nostrarum, unde & in alio psal. in persona Christi, ait Psal. *Factum est cor meum tanquam cera liquefens in medio cordis mei;* liquefactio hæc amoris effectus est, unde et in canticis sponsa Dei amorem cordis per hunc effectum, manifestat, cum ait, *anima mea liquefacta est, ut dilectus loquutus est.* Id est, cum verba sponsi mei suauissima perpenderem, quibus me sororem, columbam, & immaculatam appellauit, amore cepit flagrare cor meum. Proprium est ignis liquefacere ceram: at amor ignis est, ideo liquefacit cor amatæ, ait ergo Christus in passione positus. *Factum est cor meum tanquam cera liquefens;* id est amoris ignis, velut ceram, cor meum liquefecit, conuenerunt ergo pariter in corde Christi, timor, & amor, timor moriendi pro se, & amor moriendi pro nobis, adeoque præualuit amor, ut omnem sanguinem, quem timor traxerat ad interiora cordis, retraxerit vehementi quodam impetu ad exteriora corporis, et ex bello isto, & agonia manauit & sudor ille nouus, & multus sanguinis Christi, & ex nimio amore Christi in nos potius quam ex timore mortis suæ, ortum habet sanguineus sudor iste. & c.

HINC colligamus fratres, in quantam nos obligationem induxit tantus amor Christi, euitandi, & fugiendi omni modo cuncta peccata, siquidem amore nostri tam vehementi affectu mortis timori restitit, ut ex illo conflictu sanguinem sudauerit, vsque quo illo terram irrigaret. Profecto si hodie tali amore, & tali sudore non curatur infirmitas, iure optimo nobis dicere poterit Deus. *Nimio labore sudatum est, & non exiit nimia rubigo eius, neque per ignem.* Nimio quidem sudore modo sudauit, non Ieremias, non Esaias, aut vnus

cx

ex prophetis, sed Deus vsque, ad sanguinis effusionem, & non exiit rubigo, neque per ignem. Quid amor iste, qui causam dedit sanguinis effundendi, nisi nimius quidam ignis? Si tanto sudore, tanto igne non exit rubigo peccatorum, non sanatur infirmitas tua, merito quæ subditur, de te dicere poterit. *Malitia tua execrabilis, quia mundare te volui, & non es mundata à sordibus tuis.* Insuper & illa *Curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam.* Terribilis derelictio, sed iusta, plaga enim, quæ medicamine non curatur, infanabilis dici potest. Quod enim efficacius medicamentum? Visitans quidam sanctus (ut refert S. Dorotheus) loca sancta, cum ad hortum, ubi Christus sanguinem hunc effudit peruenit, conuersus est conuersione mirabili ad Deum, eo quod in hoc loco infernum depictum viderit. Ego autem, Domine Deus, nolo ad conuersionem meam in hoc loco videre infernum, sufficit mihi videre afflictionem animæ tuæ, pectus tuam apertam, faciem sanguinem defudantem, & vehementem amorem cordis tui erga me. Accipe cor meum frigidum, & immitte illum intra ignem charitatis tuæ, & sic cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum in nouum in visceribus meis, ut nouo corde de nouo incipiam tibi deseruire. *Diligam te Domine fortitudo mea,* in medio timoris tui, & relictis & spreto mundanis omnibus amoribus te solū diligam, te solum quæram, te solū cōsequar.

Nonus Discursus. Christus Apostolis vale dicit.

POSTQUAM tertiam cōpleuit orationem Christus Dominus iterum discipulos conuenit, viditque, illos firmiter dormientes.

Ego (ait sapiens) *nouissimus euigilauit, & quasi qui vindemiat, repleuit torcular respicite quoniam non soli laboraui mihi.* Quam meritò hæc eadem poterat dicere Christus. Ego euigilauit die, reliqui comites mei dormitabant, & sicut qui calcando uas vinū exprimit in torculari, sic & culpas vestras, & pœnas meas in corde, veluti in torculari meditatione, & oratione calcans, sanguinē pro vino per omnes corporis partes expressi, & respicite, quia non mihi soli laboraui, quin potius vobis. Hinc enim mihi corporis gloriam, vobis autem & corporis & animæ gloriam promerui. Sed iam Domine mi, properat Iudas, quid tibi agendum est? O Iudas tu non dormis, sed alio modo vigilat magister tuus. Tu vigilas, ut mortem inferas magistro

Eccle. 33.
num. 16.

Psal. 54.
num. 5.

psal. 21.
num. 1.
Cant. 5.3.
6.

Ezech. 2.
num. 17.

Matth. 26
numer. 46
stro tuo, sed magister tuus vigilat, ut tibi vitam præstet. Tu autem eum tradis, ut vinciat, ille pro te vinciri optat, ut à peccatis soluaris, tu eum in manus inimicorum tradis, ille te à manibus inimicorum tuorum te liberare desiderat. Væ tibi quia ad amaritudinem prouocasti Dominum tuum.

VIDENS ergo Christus properantē Iudam, excitat discipulos suos. *Surgite eamus, ecce appropinquauit, qui me tradet.* Non permittit Iudas vos amplius dormire, venite filij, iam hora est de somno, surgere, adest tempus mortis meæ, iam amplius non agitis mecum &c. venite amplexamini me, hi enim ultimi erūt amplexus in hac vita mortali, separari autem à vobis non minus fere quam mori mihi est. Accede, Petre amantissime, cui relinquo commissas oues meas, & amplexare me. Accede Ioannes charissime, quem matris meæ solatum spero futurum. Accedite omnes discipuli mei, quibus sponsæ meæ dilectissimæ cura commissā est. *Non potestis me sequi modo, sequemini autem postea.* Loquimini ad cor matris meæ, cōsolamini eam nimio mærore confectam, id enim est, quod intra viscera mea confixum defero. Ipsa enim quasi vidua sedebit, cum sit domina gentium, & amaritudine oppressa supra omnes compatiens, patietur. Ipsi enim animum gladius acutus doloris pertranfibit. Seruite illi, & fideles ministros, & consolatores vos illi exhibete. Hæc dicens amplectens peramanter illos, ultimam illis benedictionem tribuit. Heu Domine mi, nunquid vnā tantum benedictionem habes, benedic & mihi seruo tuo, extende brachia tua, fruor & ego amplexibus tuis, nam ut video, brachia tua illico erunt post tergum ligata, nec tempus erit amplexandi, sed cessandi ab amplexibus, utinam amplexeris me, ita ut amoris nexu tibi coniunctus, nūquam à te dilungar, nec fame, nec siti, nec nuditate, nec vi-
ta, nec morte, &c.

*Decimus Discursus. Christus inimicis se
manifestat, & à Iuda tradi-
tur osculo.*

ACCESSERUNT igitur milites, duce misero Iuda. Sed Xps
Adnis nec fugitat, nec latebras querit, licet noctis fauore, &
ma-

maxima diuinitatis virtute facile refugium inuenire potuisset, quin potius se obuiam illis procedit, & offert spontaneè. O quam dissimiliter primus, & secundus Adam in suis hortis se gesserunt. Audiuit vocem diuinæ iustitiæ primus Adam, & abscondit se, audiuit nunc Christus vocem humanæ iustitiæ, & manifestauit se. Interrogauit enim illos Iesus *Quem queritis, at illi, Iesum Nazarenum, ego sum, ait Christus.* Non nego, adsum. Non potest se negare Christus Dominus huic dulcissimo nomini Iesu. Neque enim est aliud nomen sub cælo, in quo magis Christus Dominus gloriatur. Olim Deus sic se appellare solebat. *Ego Dominus, hoc est nomen meum. &c.* nuncautem hoc multo sibi charius nomen habet Iesus. Et ut Iesum se se inimicis prodit, esse illis Iesum desiderans. Sed attēde, christe Domine, quæ in nomine Iesu lateat obligatio, qui Iesus futurus est, ut mundum saluet, oportet eam catenis vinctum ante iudices Hierusalem præsentari, pœna capitis dānari, per vicus, & plateas Hierusalem vinctum duci, & præconis voce malefactorem proclamari. Oportet insuper tanquam latronem peccatorum meorum verberari, spinis coronari, opprobrijs lacestrari, & crucifigi, & in cruce extremum spiritum dare, videas modo si tanti emere velis hanc appellationem. *Ego sum: Ego sum* (ait Christus) *ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me.* O amor fortis, o fortitudo amabilis! o amor potens, sine te quis posset ligare omnipotentem, &c. *Ego sum, inquit, quo audito* (ait Ioannes) *milites abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.* Quenam vero ratio tanti terroris? Sanctus Gregorius super Iob, & alij sancti asserunt hoc prouenisse ex vehementia quadam in verbis Christi. Sanctus Hieronymus explicans illa verba Psalmi 44. *spaciosus forma, &c.* in epistola quadam ad Principiam, innuit hunc terrorem ex quodam ingenti splendore vultus Christi processisse. Et ne ab horum patrum sententijs, recedamus, utrumque simul dici posse videtur, & ex fortitudine verborum Christi, & ex nimio vultus splendore eum prouenisse. Sicuti cum scinditur nubis, & tonitrum magnū profilit, solet nos deterrere, tum tonitruī strepitu, tum etiā splendore fulguris. Solet Christus in sacris litteris nubis appellari, ut patet in Ezechiele cap. 1. & Esaia cap. 10. & alibi sæpe, in hac nube latet diuinitatis ignis, volens igitur in hoc exiguo temporis articulo aliquam diuinitatis, suæ signum dare, & in voce tonitruī, & in facie ita fulgorē ostendit, ut illico in terrā omnes prosterneret inimicos. O milites Hierusalem, vbi nā fortitudo vestra? vbi armorum præsidium? vbi nam impetus, quo duce-

Ioan. 18
num. 7.

Esaia 13
25.

Greg.
Hieron.

ducebamini in Iesum? O Iudas, vbi sunt promissa tua? *Ego eum vobis tradam.* Vbi symbolum, quod spondidisti? vbi nam stratagemma, à te decretum, surge si potes, & adimple promissum? O Domine Iesu, quid amplius desideras, tua est iam victoria omite illos in terra iacentes, tu vero cum discipulis tuis reuertere in locum tuum. Voluit quidem Christus facto illo demonstrare, quam spontaneè pro nobis pariat. Voluit quantum ex se fuit, & Iudæ, & iudæis occasionem dare, vt deitatem cognoscentes, ab iniquitatis via reducerentur. Voluit etiam, vt D. Aug. & Greg. asserunt, ostendere, quid iudicaturus faciet, qui iudicandus hoc fecit? quid regnaturus poterit, qui moriturus hoc potuit. Ita quidem, nam si vox agni mansueti inter lupos constituti militum exercitus. vno balatu prosternit, quid faciet in iudicio, quando rugiat tanquam leo? *Quis non timebit te, ó Rex Regum?* Erit vox Domini ita in virtute, vt ad illam aperiat terra, & per meatum eius peccatores viui detrudantur. Sed quia tempus patiendi modo, qui virtute vocis suæ deturbauit hostes, eadem virtute sua illis vim præstitit è terra surgendi, surgunt, & Iudas incide durior, ad signum suum exhibendū properat, accedit, osculatū eum, & ait. *Aue Rabbi.* O dire seductor, o proditor nefande, quomodo iungis cū bello pacem? quomodo vocas eū Rabbi quē hostibus tradis? Hicne est discipuli amor? & Apostoli amor? sed quid ad eum Christus? *Amice ad quid venisti?* O Domine mi, amicum vocas proditorem istum? Inimicum potius dicere debuisses, est etenim, reuera, negauit te, vendidit, prodidit te, tradidit te, & eo in tempore, quo tradit te, amicum illum dicit? O benignitas immensa! non capit os tuum inimici vocem. *Amice ad quid venisti?* Verbum breue, sed consideratione dignissimū, amicū ait? Ego semper me tibi amicum exhibui, & amici opera in te operatus sum, si minus, dicit modo, *in quo tibi molestus fui, responde mihi?* paratus enim sum satisfacere tibi. Propter quod ergo nunc me tradis? Quod si mei compati noluisti, cur non compassus es matris meæ beatissimæ, quam morte mea & viduam, & supra modum afflictam relinquis. Recordare, quoties ipsa tibi suauiter indulgit, leniter quē recipit, cum defesus domum eius ingrediebaris, ac veluti famula tua mei causa tibi ministravit. Hæccine reddis pro tantis beneficijs illi mansuetę oui? Sic tollis ab ea me vnicum agnum, solatium, & leuamen laborum eius? Si pecunias desiderabas, cur non me matri vendidisti, & dedisset illa plusquam triginta argenteos, &c. si non tam multos haberet, se illa pro illis vendidisset, ne tu me venderes

ini-

inimicis, qui nihil ex me nisi mortē appetunt, & sitiunt, abi, ó beata virgo, & videan possis similit̄ emptionē dissoluere, nam citra dimidiū iusti precij datur recuperatio, precij auge, vt tibi, non lupis agnus tuus exhibeatur. *O Iuda of. uls filiu hominis tradis?* & pro tā vili precio, pluri ego te feci, tu me triginta nūmis æstimas? ego te sanguine, ac vita emere concupisco.

Discursus Vndecimus. Christus auriculā Malcho restituit, &c.

(?)

NON potuit Apostolus Petrus zelum, & cordis impetū cohibere, sed vidēs, quod futurū erat, (vt ait Lucas) *exemit gladium, & percussit quēdam seruum principis sacerdotum & amputauit auriculam cuiusdam militis.* In gratiam Christi hoc Petrus effecit, sed non fuit gratum Christo, ideoq. Christus ad Petrum, conuertere gladium tuum in locum suum, omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt, ita refert Sanctus Matthæus, Sanctus Lucas hoc sic refert. *Respondens autem Iesus ait, sinite vsq. huc, & cum tetigisset auriculam eius sanauit eum.* O supremiens Christi clementia! quale miraculum quæli tempore patrauit, merebantur omnes illi milites & omnes, qui miserant illos, non solum occidi, sed etiam quod terra os suum aperiens, viuos, sicut Dathan & Abiron deglutiret, & ipsos viuos reciperet infernus. Et tamen non finit Christus Petrum in eius defensionem, nec vnā vnus famuli auriculam scindere. Quin imo benignitate summa, & famulum adesse iubet, & sumens in manu sua sancta pollutam illam auriculam, quæ nullum vitæ verbum Christi recipere voluit, sanauit miraculose illam. Nūc tempus benefaciendi tam perditis hostibus? cum te circundarent pauperes, & misericordiam postularent, non mirum, si miracula faceres. *Tibi enim delictus est pauper, & pater pauperum es,* at modo cum te circunstant inimici, & in cruce tollere quam primum procurant, miracula in eorum salutem operaris? cum miseri & destituti à te salutem peterent, misericordia magna erat miraculis illis præstare illam, at non modo, cum nec miseri pauperes, sed crudeles & inima

Fffff

nes

nes hostes hi sint, nec petant misericordiam à te, sed necem inferre tibi desiderent, cur talem exhibes misericordiam indignis? ita quidem, ut operibus comprobaret, quod verbis monuerat. *Benefacite ijs, qui oderunt vos.* Ne dicere quis possit, imponis nobis onera graui, & importabilia, & digito tuo noluisse tangere illa. Ideoque benefacit Christus ijs, qui odio prosequuntur illum, usque ad mortem. Quid igitur tibi vermicule agendum est? hostes habes, & infestos, qui gratis, & iniuste persecuti sunt te. Esto ita sit, nunquid deteriores sunt hostibus Christi? nunquid iniustiores? Nunquid tu maior es Domino Deo nostro? quem te ipsum facis, aut quomodo te illius profiteris discipulum, cuius non, amplecteris disciplinam? cuius non imitaris exemplum? Si ergo ille Dominus ac magister miraculose etiam fauet inimicis, cur tu famulus, & discipulus non parces saltem in corde tuo? Quam excusationem habebis in die mortis tuæ? &c.

SED iam ad Dominum reuertamus, sanauit Dominus auriculam hostis mirabiliter, & misericorditer. At nescio quid me potius in admirationem rapiat, vel lenitas Christi, vel obstinatio militum horum, non ne iustum erat, cum tam pium opus, tam eximium miraculum oculis inspexerunt, in terram prosternere se omnes, & dicere. Venite adoremus eum? Quid cum prius aliud non minus forte miraculum viderunt, cum solo verbo cunctos in terram deturbaret, cum ceciderunt retrorsum, nihil à Christo audientes nisi, ego sum, & tunc omnipotentiam, & modo misericordiam, & in utroque, miracula facile aduertere potuerunt, quo ergo pacto semper in eadem animi pertinacia perseuerant? ô cordis duritia, heu animi obstinatio! quam difficile curatio tibi adhibetur. Quis tam omnipotentem non timeret? Quis tam misericordem non amaret? O utinam omnes vos, Dei optimi Maximi bonitate nunquam in tam immedicabile malum incidatis.

Discursus duodecimus, Christus comprehenditur, & ligatur, &c.
(.?.)

§ IC omnia, & singula passionis suæ opera disponebat Christus Dominus, ut nihil accideret, nisi ubi, & quando ipse vellet. Vnde

de licet incredibili desiderio milites accessissent ad Iesum, ut eum apprehenderent, nunquam manus in eum miserunt, quousque ipse permisit. His itaque sic habitis, leni quadam querela conquestus est Christus, dicens. *Quasi ad latronem existis, cum gladijs & fustibus, cum quotidie vobiscum fuerim in templo non extendistis manus in me, sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.* Ac si diceret, solutas desino manus vestras, ut ad arbitrium vestrum me exercere possitis, quantum velitis. Hac illis potestate permittitur. *Impetum fecerunt vniuersim in eum.* Sed qualis fuerit impetus illis, quanta rabies, quis dicere queat? Non leo rugiens fame prouocatus ita ferociter adortur ouem, non lupo famelicus, sicut hi leones in Christum mansuetissimam ouem, & agnum Dei. Cum flumen reprimatur aliquando, & postea repressio illa dissoluitur, mirum est, quo impetu aqua ruit præceps, solet enim fortissima mania dirumpere. Represserat Dominus usque, adhuc furorem inimicorum suorum, nunc autem repressio abstrulit. Et mirum fuit videre, quo impulsu barbara illa, & inhumana gens irruerit in Christum Dominum. Recte hoc in sua persona explicuit sanctus Iob, loquens de persecutoribus suis, & dicens. *Dissipauerunt itinera mea, insidiati sunt mihi, & praeualuerunt, & non fuit, qui ferret auxilium. Quasi rupto muro & aperta ianua, irruerunt super me.* Quasi rupto muro (inquit) sumpta metaphora à bello, quando milites ciuitatem aliquam obsidentes dirumpunt muri partem, tunc quo impetu profiliunt, quanto furore ingrediuntur ciuitatem, & aggrediuntur omnes, nec iuueni nec seni parcent, sed in omnes crudeles, omnes occidunt. *Lattent enim cum homine sene omnia dissipant, conflagrant, diripiunt, & discerpunt.* Qualis tunc remanebit ciuitas illa? sic irruerunt in Christum hostes, sic enim, ait euangelista. *Cohors ergo, tribunus, & ministri Iudeorum comprehenderunt Iesum & ligauerunt eum.* Quod quidem non vnus, aut alter, omnes simul impetum fecerunt vniuersim in eum. Et tribunus ipse, & omnes milites eius, & ministri & tribuni militum, qui veluti prius obsederant Christum & à muro omnipotentis voluntatis Christi detinebantur, cum primum ab ipsa permissum est, irruerunt veluti rupto muro, quo enim alio modo ciuitatem aliquam inimicorum adorirentur, & inuaderent? Alij ergo apprehendebant vestres eius, alij manus, alij mittebant manus in capillos capitis, alij in barbæ capillos, ipsos in humaniter euellentes, alij vincula parabant,

Luc. 22.
§ 2.

Simile.

Iob. 30. 34
me. 13.

Ioann. 18.
num. 12.

IIII 2 alij

alij maximis iniurijs & opprobrijs afficiebant eum, alij deniq; pugnis, & alapis cædebant sacrosanctam faciem, & venerandum caput Domini, nec ullus erat, qui non magnificeret aliquid in Christum committere. Prædixit hoc sanctus Dauid in persona Christi, dicens. *Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues absederunt me, aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens, & rugiens, circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me.* Ecce quales in Christum fuerunt isti, canes vituli, tauri, & leones, non homines deniq; sed animantia dira. Christus vero patiebatur, & tacebat, pro vt in persona Christi prophetauerat Esaias *corpus meum desili percutientibus, & genas meas vellentibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me, & alibi, oblatas est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum, sicut ut oris ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tendente se obmutescit, & non aperiet os suum.* Ipsi vero abutentes patientia Christi crudelius se gerebant, & valde credibile videtur, quod aliqui contemplantur hic, cum scilicet saluatorem vehementer impellerent scelesti illi, cecidisse illum in terram, maxime cum ex labore angustiae, & agoniae præteritæ languens, & imbecillis remansisset, in terram autem proiectum, quis dubitat, non solum manibus, sed etiam pedibus percussum esse. O Christe saluator hucusque manus tantummodo inimicorum te contigerant, nunc vero pedibus suis & faciem, & pectus tuum sanctissimum conculcant, & torquent. *Botrus Cypræ dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* Dicebat ad Christum sacra sponsa eius, vere Botrus, ex quo iam pedibus peccatoribus vinum exprimitur, quo ecclesie sanctæ torcularia repleantur, o Domine Iesu, quid in animo versabas, dum te sub ini quorum pedibus conculcatum videbas? o stulti, & immanes Hebraei, Angeli non sunt digni osculari pedes Christi, & vos super os eius imponitis pedes vestros? Cui comparabo te, vel cui assimilabo te, altissime nate, assimilabo te latroni, quando in manus ministrorum Republicæ deuenit, tu enim id asseruisti. *Tanquam ad latronem, &c.* sed melius te agno mansuetissimo, cum Esaias, comparabo, quando incidit in truculentos luporum dentes. O vere agnus Dei, qui tollis peccata mundi, iam incipis pro nobis immolari. Patientiam habe Domine mi nam nostra salus, & tota redemptio ex tua patientia pendet. *Aperne, ut super te os suum omnes inimici tui, sibi uocant, & si emorunt dentibus, & dixerunt, deuorabimus.* En ista est dies, Dñe mi quam nos redempti tui expectabamus, inuenimus videm. Nunc ergo in terra conculcaris, vt nos possimus cælum, astraq;

*Psal. 11.
num. 13.*

*Esa. 50. n.
6.*

*Esa. 53.
num. 7.*

*Cant. 1.
nu. 14.*

*Iere 2. n.
16.*

astraq; pedibus perfundare, & calcare, tu modo vincendus, & ligandus es, vt nos à peccatis nostris soluamur, & liberemur, sed omnes dolemus nihilominus super te videntes, quam sint in te crudelis & inhumana, feræ huiusmodi Manus tuas ligant quas tu sapienter aperiebas, vt infirmos eorum, & miseros curares Tu Domine aperis manus tuas, vt impleas omne animal benedictione, ij vero manus tuas coniunxerunt, & in humaniter obstringunt, religant & reuincunt, ita stricte, vt pene sanguis irrumperet ex brachiali tuo. Timebant enim, ne arte aliqua se liberaret Christus, & Iudas mouerat eos dicens. *Tenete eum, & ducite caute.* Timor ergo eos reddebat cautos, odium inhumanos, crudelitas autem nullam rationem ducebat teneritudinis Christi, vnde aliqui asserunt per tres partes corporis ligatum esse Christum, communis assensus tenet tortores tãtũ ligasse collum eius, alij vero graues auctores asserunt, catenam in collum Christi emisisse, manus autem post terga fuisse reuinctas, hic crudelitas & dedecus obuauerunt sibi.

*Matt. 14
num. 44.*

De Rege Dario narratur, fuisse dolose à suis traditum, & sic ab inimicis comprehensum, sed habita dignitatis ratione, catenis aureis ferunt, ipsum esse cõstrictum. Hodie vero Christus Dominus prodicione cuiusdam discipuli sui traditus, licet Rex sit, & Dominus dominantium, non vt Rex, sed vt præstigiator, & latro, non aureis, sed ferreis catenis circumligatur, imo nunquam in Hierusalem ita quis fuit captus, & ductus latro. O milites attendite, quæso, qualiter huius Domini collum subligatis, cauete ne suffocetis illum, nam collum eius eburneum aquæductus est diuinæ sapientiae, per quem medijs verbis Christi nobis sapientia ipsa, & Dei voluntas nota fit nobis. Cauete, ne dum incaute ligatis collum eius, halitum extinguatis, in quo vita nostra consistit, *spiritus enim, oris nostri Christus Dominus, in ipso enim viuimus, mouemur, & sumus.* Cum ducitur ad supplicia reus manibus reuinctis, si Carnifex nimium constringit funem solet altans religiosus illum monere vt mitius, cum illo agat. At modo dulcissime Iesu, nullũ intueor religiosum, fugerunt enim discipuli tui, omnes isti congregati sunt, venerunt contra te, nullus ex tuis remansit nisi, Iudas transfuga, & vnus iam ex illis, qui dicit tenete, & ducite caute. Nunc consonant verba tua iam pridem per prophetam Dauidem anuntiata. *Considerabam ad dexteram, & videbam, & non erat, qui cognosceret me, perijt fuga a me, & non est, qui requirat animam meam.* O crudeles, & diræ tibi catenę Domine, nobis autem admodum suauis, quanto enim te plus ligant,

Psal. 141.

ligant, & religant tanto plus nos soluunt, & liberant. Ligate, ligate satis manus Domini o funes acerbi, quantunus enim religetis, solutas nos illas reperiemus ad liberationem nostram, misericordiae quippe diuinæ manus nunquam poteritis alligare.

SĒD ô fortissime Samson, quomodo non fortitudine tua vincula rumpis? nunquid fortior te Samson, quia â Philistæis reuinctus nouis funib⁹, ita rupit vincula sicut fila telarum, sed heu mi bone Iesu, nō funes, sed peccata nostra sunt, quæ te strictius ligauerunt. Captus est (ait de Christo Ieremias) in peccatis nostris. Funes peccatorum circumplexi sunt te. O peccata! O crimina nostra, o vtinam nunquam fuissent Domine mi, quæ te tam acerbe & inhumaniter constrinxerunt. O vtinam in posterum nunquam in ecclesia tua sint, qui peccando mittant manum in te Domine, vt cum istis carnificibus iterum te obstringant. Fateor, peccata nostra funes isti fuerūt, sed qui te fortius alligauit, amor tuus eximius fuit, hic te vinxit, tenuitq; vehementius, sine quo nec funes, nec catenæ sufficere potuissent. Amor Dalidæ tuæ, o inuictissime Samson, te cōprehendit, & ligauit, nō funes linei nō catenæ ferreæ, nunc vocē muto Dñe, & dico, nec Darius pulchrioribus catenis fuit vinctus, catenæ quippe ferreæ istæ vermiculatæ charitate diuina, preciosiores sunt omni argento, & auro pulchriores, super adamantē & topaiū, amoris enim sunt, amore ligatur Christus. O amor amorū, tu omnipotentē detinere valuisti, tibi laus, tibi gloria, &c.

Genes. 37. Captus est Christus, & ligatus funibus mei amoris. O vtinam & nos amore Christi ligati maneamus. In funiculis Adam, traham eos in vinculis charitatis. Quid si trahant nos ad te Domine Iesu vincula charitatis, licet plumbei simus? Ego Domine seruus tuus sum, & filius ancilla tuæ, similibus catenis vinctus semper incedam, Amen. Ad vincula vero ferrea Christi redeamus.

Vinctus est ergo Christus Dominus noster & maximis est laboribus affectus. Legimus de patriarcha Iosepho, qui cum a fratribus venditus, & ab Ismaelitis captiuus ductus fuit in Aegyptum, quod tunc fratres eius sumpserunt tunicam illius, & eam prius hædi sanguine tabefactum miserunt ad Iacob patrem. quam cum vidisset ait, tunica filij mei est, fera pessima deuorauit. Ioseph. Iam nunc Ismaelitæ captiuum ducunt Dei filium Iesum, æquam erit matrem de filio suo certiozem facere, impossibile quippe est, quin magno desiderio teneatur sciendi ea, quæ circa filium suum dilectissimum aguntur in horto. Quod si tunicam illi deferre nequeamus, non

decrunt

decrunt capilli capitis, & barbæ ex sanguineo sudore, adhuc forte madefactæ, & dicamus illi, vide Domina, an capilli omnes sint ex capite filij tui. Omnes enim capilli capitis eius tibi cogniti, & numerati sunt. Vere domina ipsius sunt, fera pessima deuorauit Iesum filium tuum, quid facies sine filio ô mater? O Maria Maria, si scires, â quibus feris captus sit Christus, quam dirus gladius pertrā furet animam tuam, scies autem postea.

Discursus decimustertius. Fugiant Apostoli
& Christus ducitur ad
iudices, &c.
(?)

CVM omnes Apostoli iam conuenissent in vnum, videntes Iu-
mina, & strepitum inimicorum, & omnes vndecim, vsquē ad
impetum militū Christū comitarentur, timuerunt valde furo
rē hostium, et omnes, relicto Domino, fugerunt, vt ait Mat. & relique-
runt Dominum in manibus inimicorum suorum. Heu Apostoli
Dei, hiccine est amor vester in Christum? hæc fidelitas erga Domi-
num. O Petre vbi nam est promissio tua. Tecum paratus sum in car-
cerem, & in mortem ire? Et si oportuerit me mori tecum non te negabo, &
si omnes scandalizati fuerint in te, ego non scandalizabor, iam negare
incipis, iam scandalum pateris ignominia plenum? iam nec in mor-
tem, nec in carcerem ire vis cum magistro tuo? O Thoma, vbi est
fortitudo tua, non ne tu alijs Apostolis animum addebas, dicens.
Eamus & moriamur cum eo? Apostoli sancti non ne cum Petro om-
nes dicebatis Christo. Ecce nos reliquimus omnia & sequuti sumus
te. Quomodo non sequimini Ducem, & magistrum vestrum, in re
tam incerta? vbi aliud refugium vobis iustius & securius? non
recordamini verborum Christi? Ego sum via, veritas, & vita, si ip-
se via, sine ipso errabitis omnino, si ipse veritas, sine ipso solo-
mendacio protecti esse vultis. Si ipse vita, sine ipso mortem,
quam fugitis, facile reperietis. O, Christi oues, â pastore, receditis
quis vos à lupis liberabit? O? milites ignaui, inertes, & pusillanimes,
ficcine terga vertitis inimicis, relicto duce in cauea, & campo?
ficcine milites, & serui Ducem, Dominumquē deseruistis, destitu-
tum relinquitis inter agmina hostium? o duces exercitus Christi
tarni,

Mat. 26.
num. 586

tiani, quomodo fugitis, nemine persequente? ubi relinquitis Regē? inuasit vos, & fugitis omnes? Ipse orat pro vobis, & petit, dicens. *S. nite hos abire.* Præclaram profecto illi refertis gratiā debueratis dicere, quin imo finite hunc abire, & tenete nos seruos suos, ab acie recessistis? Ille pro vobis militans, pedem fixit in acie, & vos, pro quibus initur certamen, refugitis, pusillanimes? O Petre in monte Thabor clamas. *Domine, bonum est nos hic esse.* & in horto cum periclitatur Christus terga vertis, & recedis à Deo salutari tuo? O Apostoli. Ecclēsiæ Christi ornamentum, & decus, quid ubi adest Christus, timetis? si Deus pro vobis, quis contravos. O confusio! ô ignominia! Apostolorum nomine prorsus indigna. Heu quam pusillanimis est omnis, qui non confortatur à Deo, subtrahit aliquatulum manum Dominus, & impleta est scriptura. *Percutiam passioem, & dispergentur oves gregis.* Torcular enim vult Christus calcare solus, solus ipse mori, & pati vult qui solus Saluator esse meretur, & debet. Sed quantum ita dissimulavit Apostolorum fugam, se se tamen ab illis seuocare vix poterat, oculos in illos studiosius conijciebat, & ad Patrem quis dubitat quin pro illis orauerit, & dixerit. *Non rogo, vt tollis eos de mundo, sed vt serues eos à malo, &c.*

EVGERVNT ergo discipuli, nec mandatum acceperant milites de illis, ligauerunt autem fortiter Christum, timentes ne perinde atque cum mittere vellent manus in eum pharisei abscondit se ab eis, sic faceret modo. Primo non solum restibus, & funibus, sed catenis ferreis vinxerunt, & reuinxerunt, & cum tot essent, tãq, in humani, & crudeles, non dubium est, quin dum cum tollerent, & ducerent impetu magno, in terram cum deijcerent, & cum Christus manibus ligatis incederet, non poterat illis nisi vt se erigeret, calcibus eum cedebant, pedibusq, pulsabant, imo & conculcabant. O dulcissime Iesu, super thronum excelsum, & eleuatum, pedes habes in celo, nunc sub pedibus peccatorum collocatum te videmus.

Abac 3. n. 12. *In fremitu conculcabis terram, de te dixerat propheta, & in furore obstupescies gentes:* Recte quidem, ita enim decet omnipotentiam conditoris. At modo mirabilius est, quod audimus, in fremitu conculcari in terra, & nec sic obstupescies gentes, quid est hoc Domine Deus? *Petibus,* ait Esaias, *conculcabitur corona superbie ebriorum Ephraim.* Merentur hoc quidē superbi Ephraim, ebrij prorsus, super

perbia enim ebrietas est, stultitia est, quid enim stultius, quam homunculum, & vermiculum se exaltare, cum nec sublimibus spiritibus concedatur. O ebrietas! O insania! merito proinde conculcatu superbia ephraim, sed tu Domine humilitatis exemplar. *Disce* (inquit) *à me quia mitis sum & humilis cordi.* Qui modo conculcatis? Sed iam rem noui. Pedibus nunc conculcatur quidem superbia nostra, nunquam sic punita fuit, vt modo punitur superbia nostra, te Christe humiliasti sub pedibus immundorum hominum, non tu, sed superbia nostra conculcatur ibi. Vtinam semper sic maneat conculcata. O vtinam nunquam erigat caput, superbia nostra conculcatur, ne vna nobiscum ad inferos detrahatur.

SEDO vos pectora ferrea, cur sic ante tempus iudicatis hunc sanctissimum reum? Quis vnquam prius à ministris puniri aliquem vidit quam à iudicibus condemnari. Quin potius cum damnatus est aliquis, vt per terram trahatur, & raptetur, omnes dolemus, & conamur illum aliquantulum subleuare, ne in lapidem illidatur, vos immanes, & truculente fere prius quam dāctur à Pilato Christus, & conculcatis, & raptatis in fontem, & māsuetissimum agnum? quis ergo dicere sufficiet, quæ Christus Dominus in itinere isto passus est? quæ opprobria? quas alapas? crinū euulsiones? quos ictus pugni? quæ tormenta pertulerit? ipse qui passus est, nouit.

*Discursus decimusquartus. Christus Dominus
in domo Anna alapa
cæditur.*

(?)

IAM fere media nox erat, cum milites trahentes Christum conprehensum, peruenerunt in domum Annae, qui erat focer summi Pontificis Cayphæ, & alternatim cum illo pontificatum regerat, qui vnus erat ex præcipuis inimicis Christi, qui plurimum sitiebat sanguinem eius. Igitur Annas recepit Christum ligatum, & vt aliquam notitiam colligeret in causa Christi, quo melius ad eius condemnationem instare posset, cœpit interrogare eum, dicens,

G g g g g quæ-

quænam est ista doctrina tua? qui vero discipuli tui, satis constat doctrinam tuam nec veram, nec precio dignam esse, cum sic tui discipuli fugerint, & te necessitatis tempore reliquerint in periculo vitæ. Ego (inquit Christus) palam loquutus sum mundo, & in occulto loquutus sum nihil, quid me interrogas? Interroga eos, qui audierunt, quod loquutus sum ipsis, ecce hi sciunt, quid dixerim ego. Quasi diceret, ut notum sit, an aliquid suspectum docuerim ego, non necesse est me interrogare, Reus enim non ita interrogari solet, cum testes manifesti, & multi, cum ergo doctrina mea non obscura sed clara sit, tot sint testes, quot homines, interroga illos, & testes ierunt sine aliqua suspitione. Quid modestius, & moderatius poterat respondere. Nequè id respondisset, nisi de doctrina fieret interrogatio, cuius veritati tota religio nostra nititur. Cùm de morte sua ageretur postea, videbis illum, quasi mutum tacentem. Nunc quia de veritate doctrinæ agitur, responsum præstitit grauius, & modeste. Sed o celi, & terra, & mare audite inauditum facinus, & luna quæ hac nocte, & hora tenebras illustrasti, collige radios, ne videas facinus execrandum. Famulus enim quidam Pontificis responsum Christi audiens existimans se obsequium præstare Annæ, manum eleuans, alapam crudelem dedit mitissimæ Iesu, dicens. Sic respondes Pontifici? O facies Christi? & alapa dira, & sacrilega manus. Tremuit Christus, pene cecidit in terram, erat quippe ex itinere fatigatus, & ex vehementia ictus digitorum expressio mansit in facie Christi. O Angeli cælestes, quis vestras reuinxit manus? Cur tantam in Dominum vestrum iniuriam non vindicatis. Cur non detinuistis manum istam? Leuauit Abraham manum suam, ut abscinderet filij caput, ut præceptum Domini adimpleret, & detinuistis eam. Cur non etiam manum diabolicam militis huius detinetis. Extendit aliquando Rex quidam manum suam, dicens. Apprehendite prophetam illum, & statim, ait scriptura, exaruit manus eius, quam extenderat contra eum, propheta enim Domini erat. Ecce nunc extenditur manus quædam non Regis, sed cuiusdam abiecti serui, non in prophetam Domini, sed in Dominum prophetarum, non ut iuberet comprehendere illum, sed ut percuteret faciem eius, & non vidimus eam exarescere, sed incolumè prorsus hunc hominem remanere. Percussit quidam quædam Apostolum Christi, & canis auulsit brachium illud, quo percussus fuit famulus Dei, non est hic canis aliquis, vel infernalis furia, quæ auellat brachium huius hominis temerarij! O facies pulcherrima Saluatoris Quis te ita deformauit. O facies omni

Genes. 22.
3 Reg. 13.
Num. 4.

re-

reuerentia digna, in quam desiderant Angeli prospicere, & in quâ oculos dirigere sancti audaciam putant. Quis ausus fuit te tali alapa cedere. O sanctissima virgo, accede, & intueri speculû filij tui, speculum inquam illud in quod gaudens prospicere consueueras, sic immutatum, ut nec ipsum aspiciere audeas, vultus ille, quem tu tantum reuereraris, ante quem flectere solebas genua, sine reuerentia percussum, & digitorum iniquissimi famuli liuore obscuratum. O sponsa sanctissima, quæ facie Dñi considerans, dicebas. Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus. Ecce tu pulcher es, & decorus. Respice nunc, & vide iam aliter, quàm antea rubentem nõ ex pulchritudine, sed ex alapæ incussione, ecce nunc speciosû forma præ filij hominû, dedecore affectû, & specie immutatû ictu alapæ huius, vide facie illius, qui est candor vitæ æternæ, & speculum sine macula, nunc maculatam, & denigratam hac crudeli percussione.

Cant. 5. mu
mero. 10.
& ca. 11. 16

NARRAT sanctus Efrem moris olim fuisse quando aliquis seruus libertate donâdus esset, & manumittendus prius illû duci & ante iudicè Sisti ubi illi alapa infligeretur, aliter nunc fieri videtur, nos in passione Christi manumittedi sumus, & incutitur alapa Christo.

Væ mihi, in facie Christi deformata deformitate intueor vultus mei. Non poterâ faciem meâ inspicere sine speculo, facta est facies Christi speculû faciei meæ. Deformitas vultus tui Dñe Iesu nõ tua, sed in te est, ex facie mea, in tuare lucês, in ea peccatorû maculas vides, hæc sunt peccata nostræ, quæ in te me deformem manifestant, tu enim Dñe mi quanto pro me vilior, & deformior, tanto in te illustrior, atq; pulchrior demonstraris. Nõ manus militis est figura genæ tuæ, sed iniquitatis nostræ, nec opus est prophetizare nunc, quis te percussit, iniquitas nostra percussit te Dñe. Hic hic plane nigredo peccati patet, nunquã enim atramenti macula, & litura ita patet, sicut dũ in albâ papyrû, seu in ebur cadit, in tua pulcherrima & candida facie Dñe Iesu, litura & nigredo peccatorû nostrorû expressa manet ad viuû. O Adâ. O Eua, si cû extēdistis manus vestras ad arborē prohibitâ, vobis pomû visû est pulchrû, videte nunc, dũ extēdit miles iste manû suâ in facie Christi, quâ pestilens sit pomû vestrû. O Pater sancte, tu, nosq; pariter in facie respicimus Christi tui, tu in eo perfectionē, & decorē figuræ substantiæ cõsideras, ego vero in eo turpitudinē malorû meorû animaduerto, quantûq; perfectio in Xpo placet tibi, tantû deformitas mea maxime displicet mihi, & vtinã displiceat sepe, fac Dñe, quæso, vt ita hodie peccatorum grauitatem, & deformitatem agnoscam, vt nunquam amplius audeam perpetrare.

GGGGG 2 Hæc

Ioh. 16.
num. 10.

HAEC alapa incussio vna fuit ex grauioribus iniurijs, quas Christus Dominus passus est, cuius id argumentum fuit, Dominum scilicet conquestum fuisse propter eam de milite illo. Ceditur postea verberibus magnis, & multis, & non conqueritur de verberantibus, Crucifigitur, & non conqueritur de crucifixoribus, imo orat patrem pro illis, & modo queritur de impingente alapa illi. *Si male* (inquit) *loquutus sum, testimonium perhibe de malo si autem bene, cur me caedis? imo, & multo ante conquestus erat per sanctum Iob, dicentem. Aperuerunt super me ora sua, & exprobrantes percusserunt maxillam meam.* Satiati sunt poenis meis, sed attende, quanta mansuetudine, ac lenitate, querelam suam proponit Christus. Non irritatur, non vociferatur, non caelum manibus arripere tentat, non testes excipit, nec iudicium, iustitiamq, a Deo vel a iudicibus postulat, non clamoribus replet aerem, sed cum grauitate, pace, ac vultus modestia, inquit. *Si male, &c.* Ac sic diceret, si male loquor, ecce aliam maxillam, percute illam. Vnde Ieremias inquit, *Dabit percipienti se maxillam, saturabitur opprobrijs.* Per responsionem ergo illam non sibi satisfactionem fieri, honoremq, restitui postulauit, sed vt ad cor suum rediret temerarius ille, respondit, & vt se ad omnia mala sufferenda paratum demonstraret, vnde se saturum opprobrijs dicit, loquitur de Christo quasi de homine, qui opprobria sitiebat. Nunc, inquit, sitim explebit suam, satiabitur enim opprobrijs. Primo non vindictam querit, sed maxillam percipienti praestat. O Christiane, disce a Christo iniurias, opprobria, alapas, a quo animo ferre. Est ne hic aliquis aliqua iniuria lacepsit, per Iesu Christi sanguinem peto, & per alapam, diram, quae nunc sacro sanctam faciem eius acriter verberauit, vt parcas proximo tuo. Parce frater, ita Deus non ter omnia peccata tua condonet tibi parcito, ac dicito, Dne Iesu, si tu alapam percussus patienter sustinuit pro me, ego etiam alapa & opprobrium libenter fero pro te & amore tui parco illi. Remitte, quae so, mihi peccata mea parcat tibi indubie frater, eadem quippe mensura metietur tibi, qua tu mensus es proximo tuo, &c.

*Discursus decimus quintus. In domo Cayphae
quae patitur Christus, &c.*

DESIDERABAT ergo Annas Christum cruci affixum videre, & primo ad Iudicem supremum Caypham, illum statim misit ad

ad quem similis causae iudicium pertinebat. In domo autem Cayphae conuenerant principes, sacerdotes, qui odio tanto prosequerentur Christum, vt illum ibi dentibus dilacerare, & moribus absumere vellent, sed vt iustitiae pallio iniustitiam palliarent, testes inquirunt, vt statim saeculari brachio eum relaxare possent. Sed attende execrandam impietatem. *Principes sacerdotum & omne concilium.* (ait sanctus Matthaeus) *querebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent.* O iudices, iudices. O Principes sacerdotum, o concilium, sine consilio! Vbi Deus? vbi ius? vbi ratio? vbi sensus? vbi iudicium & iustitia? Vos qui talionis poena falsos testes punire debuissetis, vos inquam, estis qui nunc in publico foro in medio tribunali, coram omni populo quaeritis falsos testes: qui talia quaerit angulos, & latebras quaerere solet, timide, ac verecunde facinus & iniustitiam regens: vos autem, quibus iudicium iustum iniustorumq, iudiciorum cura est demandata sine fronte publice falsum testimonium indagatis? Res adeo haec plena horrore maioribus vestris visa est, cum duos illos iudices senes quos contra Sathanam insontem, falsum testimonium protulisse senserunt, vt falsos testes acriter puniendos esse deberent, & miraculo id dignum esse putauerunt, quo Deus veritatem manifestaret, & vt iudices iniquo capite plecterentur, & facinus tantum aeternae memoriae litteris sacris mandaretur, aequissimum esse iudicaret. Quomodo igitur nunc vos, o capita populi Dei, nec Deum timentes, nec homines reuerentes, in virum sanctum, iustum, pium, ac de vestra cuncta republica, omnium voce, maxime bene meritum, quaeritis falsos testes? Reete de vobis Dominus, dicit. *Haec est hora vestra, & potestas tenebrarum.* In qua enim Republica etiam hominum agrestium, & esseratorum, qui humana carne vescuntur, tam atrox delictum, reperitur. Vere potestas vestra, potestas est tenebrarum, non lucis. Primo media nocte conuenitis, & sedet iudex vester pro tribunali in caligine noctis. O potentes quam potenter tormenta aeterna patramini. Querebant ergo hi testimonium falsum, sed non inuenerunt. Nemo quippe audebat in Christum iustum, & pauperum, ac miserorum patrem falsum proferre testimonium. Verum est duos testes inuentos fuisse qui assererent, hunc dixisse. *Possim destruere templum Dei, & post triiduum reaedificabo illud* Qui, licet falsos testes eos euangelium vocet, quia & sensum Christi & aliter verba immutarunt, non tamen ausi sunt omnino falsum testimonium componere contra Christum, sed neque res illa morte digna erat, de potentia quippe erat sermo, & neq, mirum id posse, qui poterat mortuos ad vitam reuo-

Matt. 26.
num. 59.

Thrs. 3.
32.

Matt. 26.
num. 61.

reuocare. Quapropter Cayphas videns nullum efficacis testimonium contra Christum reperiri, surgens, & stans, vehementi quodam spiritu, sic Christum interrogare aggressus est. *Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei.* O cæca fatuitia, quot retia pandis, quot laqueos condis, & abscondis, vt capias Christum, *Sed frustra iacitur rete ante oculos pennatorum.* Tunc ergo Christus propter reuerentiam nominis patris sui, per quem adiuratus fuit, sic respondit. *Tu dixisti, verum tamen dico vobis a modo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus caeli.* Debuerat pontifex verba tam sublimia reuereri, ac timere huiusmodi vocem, ne forte qui miraculis verba sua confirmare solebat, verum diceret tunc, & in caput suum insidias quæreret contra Christum. Sed ve animo obdurato iam statuerat ille declinare oculos suos in terram. Quid igitur ait? quid facit? *scidit* (inquit Matthæus) *vestimenta sua, dicens, blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? ecce nunc audistis blasphemiam. Quid vobis videtur.* Omniquis iudex, si ab ore Christi verum audire desiderabas, an scilicet ipse esset Christus filius Dei, cur animo accenderis aduersus eum, qui adimpleuit desiderium tuum. Quid interrogas eos, qui tecum quærunr falsum testimonium, quid illis videatur? ex illorum responsione poterat. *Reus* (inquiunt) *est mortis, & tunc* (ait Matthæus) *expuerunt in faciem eius, colaphis eum caeciderunt, alij autem palmas in faciem eius dederunt dicentes. Prophetiza nobis, Christe, quis est, qui te percussit.* Hæc Domine mi, merito quidem tu tacebas, cum falsa testimonia profertur, caro quippe tibi constat responsiones tuas, ecce cum Annæ responsum dedisti colaphum incutitur tibi, nunc respondes Cayphæ, & multis te colaphis omnes cædunt, & sputis maculant, & pugnis torquent, & vna voce mortis sententiam in te profertur dicentes. *Reus mortis est,* O beatissima virgo, vbi nam es, quomodo non quæris dilectum tuum. Quæsiisti aliquando eum, & inter doctores inuenisti eum honoratum ab illis, & tanquam Dominum & magistrum docentem illos, nunc vero inter legis doctores inuenies quidem ipsum, at non honore, sed dedecore effectum. nõ vt Dominum, sed vt malefactorem ligatum & victum, non respõsis suis applaudentibus sacerdotibus, sed vellentibus cornu, & conspuentibus in eum sacerdotibus, & principibus. O quam merito dicere potuisses, nunc. *Dolentes quærebamus te,* quæres tamen postea illum, & inuenies inter latrones ad supplicium crucis properantem, & quas modo lachrymas, quosq; doloris cruciatu excusas, tunc

ex

exolues affluenter. In hac ergo domo Cayphæ per totam illam quintæ feriæ noctem milites, & leones illi nihil aliud contendebant, quã vulnera vulneribus Christi, addere adeoq; fortiter Christum vexauerunt (vt secundum aliquorum sententiam) Iudas qui præsens aderat, doleret super Christum, cœperitq; eum penitere delicti sui, adeoq; timuit, vt existimaret, nullum sibi superesse locum veniæ, considerans se tantæ crudelitatis in Christum ansam dedisse. Quod si cor illud adamantinum Iudæ hic leniri cœpit, quales credis fuisse Christi pœnas. Afferunt etiam aliqui, ita deturpasse & cæcidisse hos homines Christi faciem, vt ob hanc rationem velaue-rint illam, non enim sine animi dolore venerabilem vultum illum ita cœdatum poterant intueri, O Christe decus, & ornamentum celorum, quam deformatum confidero vultum tuum, cum illum immites hostes aspiciere sine dolore non audent.

VELABANT igitur in Cayphæ Domo faciem Christi Dñi, percutiebant illam, dicentes. *Prophetiza nobis Christe, quis est, qui te percussit. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus. Oculi sole splendidiore Christi, quo modo nunc lucis defectum passi estis. O facies speciosissima quomodo colaphis tam crudeliter afficeris. O mansuetissime agne, adimple quæ de te scripta fuerunt, sicut ovis* (ait Esaias) *ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram* tondente obrutescet, & non aperiet os suum. Ego tamen licet nec propheta sim, nec prophætæ filius interrogantibus audebo respondere. Prophetiza, dicunt, quis est, qui te percussit. Percusserunt te peccata nostra, & delicta nostra te colaphis ceciderunt. O Pharisæi in me, in me inquam cœuertite manus. *Ego sum qui peccaui, hic autem quid mali fecit.* O Pater æternæ siquidem pro peccatis meis hæc patitur filius tuus. pro meis peccatis suscipe passionem eius.

Esai. 53.
num. 7

Discursus decimus sextus, Christus à Petro negatur.

ALIIS lóge acrioribus alapis percussus fuit nocte illa Christus dñs, quã his modo narratis, negationibus scilicet Apostoli Petri, qui videns crudelitatem hostium in Christum, plurimum timuit, simile se pœnã subiturum, si modo Christi discipulus existimaretur. Litigabãt in corde Petri timor, & amor, timor nẽpe mortis, & amor magistri sui. Amor ad sequendum Christum Petrum cogebat, timor

cum

eum se occultare cogebar. Tantum vero creuit pauor, vt pauori ce-
deret amor, & sic Christum negauit. Ergo qui stat, videat ne cadat,
Apponite, quæso, coram oculis animæ vestræ, hoc exemplum Pe-
tri, idquæ fratres à summo Deo precibus contendite sæpe, ne vos
ita derelinquat, vt in eum vos peccare contingat. Prius Domine
Deus mortem, quam peccatum lethale desidero. Faxit ita prouiden-
tia, & misericordia tua. Petrus ergo in momento à Domino dere-
lictus semel, bis, terq; eum negauit, & cum iuramento. *Tu ex Disci-
pulis eius es?* obijciunt Petro, ille, *non* (inquit) *noti hominem.* O Petre
Apostolorum caput, & princeps, hunc hominem modo ignoras?
Nosti ne hominem quendam, qui ad mare Galilææ, videns te fra-
tremq; tuum mittentes retia in mare vocauit vos, dicēs. *Venite post
me. sicut iam vos fieri piscatores hominum.* Ad cuius vocem tu relicti re-
tibus, sequutus es vocantem? Nosti ne hominem illum, qui in mon-
te Thabor transfiguratus ita fuit, vt fieret facies eius splendida, vt sol
vestimenta vero eius candida sicut nix. Cuius pulchritudine tu captus
dixisti. *Bonum est nos hic esse.* Nosti ne hominem illum, de quo tu te-
stimonium perhibuisti, dicens. *Tu es Christus filius Dei viui.* Quomo-
do ergo nunc dicere audes? *Non noui hominem.* Tu ne o Petre es ille
qui dicebat. *Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego non scandaliza-
bor. Tecum paratus sum in carcerem, & in mortem ire, & si oportuerit me-
mori tecum, non te negabo?* Quomodo ergo nunc ita scandalizaris?
Quomodo nec in morte, nec in carcere cum illo esse audes? Quo-
modo negas illum? O Petre vulnerasti Cor Domini tui. Inimici
eius caput eius faciemq; contundunt, at tu cor eius transuerberasti:
quo animi dolore hic Christus Dominus fuerit, quis dicere potest?
vidit se à Iuda venditum à Discipulis relictum, à Petro negatum.
Bene quidem nunc dicere potest Christus. *Considerabam ad dexte-
ram, & videbam, & non erat qui cognosceret me.* Quid mirum si à fini-
stra inimicorum nemo Christum agnoscat, si à dextera Petrus ne-
gat, quousq; te peccata nostra traxere Domine Iesu? Lamentabatur
Ieremias afflictionem ciuitatis Hierusalem, dicens. *Plorans plorauit
in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius. Non est qui consoletur eam ex
omnibus charis eius. Omnes amici eius spreuerunt eam.* Quibus lachry-
mis prosequemur nos afflictionem Domini, & salutaris nostri?
Plorans plorauit ipse in hac tristissima nocte, imo marore ma-
ximæ sudauit sanguinè viuū, & tū non est, qui cōsoletur eū ex om-
nibus charis discipulis eius. Et non solū non est, qui cōsoletur, sed
est inter eos, & quidē omniū primus, qui timore perterritus, neget
illum

psalm:

Thre. 12.

illū maledictus timor, qui negare facit Christū, timeā te Dñe solū
non me timor aliquis separet à te. Conforta me in die timoris, ne
forte denegē ego te, si Petrus timore negauit, quis erit à timore tu-
rus, nisi tu adiuues illum? Sed heu quot habet imitatores Petrus?
qui ad tēpus credunt, & in tēpore tentationis recedunt. Recte sapiēs. *Est* Eccles. 6.
nume. 2.
amicus secundū tēpus suū, & nō permanebit in die tribulationis. Ita qui
dē multi dū peccata sua confitentur, proponunt semper in posterū
cauere peccata, sed cū tentatio pulsat, cū tribulatio aliqua minatur,
ne diuitias homo amittat, ne ve honore, vel voluptate aliqua priue-
tur, immemor propositi sui, in hoc illudq; mortale peccatū facile
cadit, amicus ad tēpus, dū scilicet nulli periculo opponitur. Huius
valde timenda est salus, caueat ergo sibi, &c.

SED iā ad Petrū redeamus, dolebat Christus. super denegatione
Petri, plusquā de opprobrijs, & tormentis suis, et ideo misericor-
dia motus super eū, oculis quæsiuit Petrum. Et cū Petrus Gallū ca-
nentē audisset, memor verborū Iesu. *Prus quā Galius caure: ter me
negabis.* Etiam oculos in Christū misit, oculi ergo oculis obij facti
sunt, occus sus autē talis fuit, vt Petrus perterrefactus subsisterit. Nū-
quā Sagitta vehementi impetu emissa ita pectus inerme sic trans-
fodit, vt visio illa Christi pectus & cor, & intima Petri viscera pe-
netrauit. Tacuit Christus, sed oculi eius sic Petrū affati sūt. Sic me
Petre negas? vbi nam fides? vbi fidelitas? vbi tuus in me, & meus in
te amor? Hic corpus meū torquēt, tu vero animā meā cruciabis? Hęc
cine reddis Saluatori tuo, qui te inopē à terra suscitauit, vt colloca-
ret cū principibus. Imo vt te omnium principē faceret in populo
suo? Emarcuit Petrus & ad se reuersus ex intimo corde, gemitus, la-
chrymasq; deducere cepit. *Exiuit foras, ait Lucas, & fleuit amare.* Et
sicut nix ad intuitū Solis liqueferi solet, sic algens cor Petri ad in-
tuitū Christi in lachrymas liquefcere cepit. Optimū exēplar peni-
tentia datū est nobis. Primo exiuit Petrus foras, intus locus ille ex-
titerat, qui fuit Petro occasio negandi Iesum. Exiuit ergo foras, &
fleuit. sic penitere volenti occasio peccandi relinquenda est, alio-
quin in periculo ipso, quod amat, peribit. Secundo *Fleuit amare,* vē
quorūdā peccatorū, sine lachrymis, & sine dolore vllō, aut detesta-
tione peccati, hęc quomodo penitentia dici potest, cum non pee-
niteat peccatorē cōmisisse peccata? Fleuit Petrus, & fleuit amare, iā
timorē in amorē conuertens. Quia in re illud Petro cōtigisse vide-
tur, q̄ olim ipsi cū Christo contigisse in mari, narrat Matt. quādo,
scilicet, dū essent discipuli in mari, in nauicula quadā, & venit ad eos

Luc. 22.
nume. 62Matth. 14.
nume. 26.

Hhhhhh

Christus

Christus ambulans supra mare. Turbatiq; discipuli, dicebant. Phantasma est. Quē tū, vt cognouit Petrus, rogare cepit, dicens. Dñe si tu es iube me venire ad te, cui Christus. Veni, & descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquā, videns vero ventū validū timuit, & cū cepisset mergi clamauit dicens. Dñe saluū me fac, & continuo Iesus extēdens manū, apprehēdit illū dicens: Modica fidei, quare dubitasti? Et sic liberauit eū. Id ipsum contigit modo, hac enim nocte ingressus est Christus mare immensum passionis suæ, ceperuntq; fluctus huius maris in altum extolli, Christus tamen nunquam immerfus fuit, sed super aquas amaras istas stetit. Nulli enim cruciatus, nullę iniurię potuerunt labefactare Christi patientiam admirandam, nec obruere charitatem eius, cognouit Petrus Christum in medio mari, licet enim negauerit eum ore tenus, intus cognouit Dominum esse, desiderauit igitur ad Christum ire, vnde ad Pontificis domum accessit, vbi maris tempestatem videns, timere vehementer cepit, & submergē, extendit autem misericors, & miserator Dominus manum suam, dum illum clementer aspexit, & intuitu velut lingua increpans illum, dixit. Modice fidei, quare me negasti? et liberauit eum. Infelix & felix Petrus, infelix dū negat, felix dum ipsum Dominus intuetur. Exiuit enim foras, & fleuit amare, & flendo recuperauit, quę miserat delinquendo, o felix fletus, felix dolor, penitentię felix. Vere videtur voluisse Christus penitentię virtutē, & efficaciam manifestare. Sicut qui antidotū optimū comprobare vult, solet in brachio serpentis morsum recipere, vt illico antidotū sumens, & illo venenum extinguens, antidoti vis intus declaretur, sic Christus Dominus permisit Petrum precipuū sui corporis membrum inficere veneno, & triplici morsu mortifero, vt dum statim plorās ab illo liber euadit, penitentię virtus exponatur, sed oculis Christi felicitas tribuenda est. O vtinā respiciat me visus hominis Dei. *Respice in me, & miserere mei Domine*, vt flere valeam peccata mea, & nunquam amplius audeam in te peccare, relinquamus Petrum flere peccatum suum, & ad Christum iterum reuertamur.

simile.

Discur-

Discursus decimus septimus. Christus ad Pilatum & Herodem ducitur, & rediscitur.

INSOMNEM & martyrio plenam traduxit Christus noctem illā & summo mane decreuerunt principes tenebrarum, potius quā sacerdotē ducere Christū ad Pilatū relaxātes illum brachio seculari. Quod intuens Iudas, vidensq; iā nullum superesse remediū mortis Christi, penitentiā motus, propter criminis sui atrocitatem, & crudelitatem Iudeorum in Christum, nunquam ab ipso excogitatā, retulit. 30. argenteos principibus sacerdotum, & senioribus dicens. *Peccatum tradens sanguinem iustum ac illi dixerunt Qui ad nos? in videm.* O cęca crudelitas, o iniusta iustitia? Quod ad nos, dicunt, ad quos ergo iusti ad vos? Non ne vos principes, & iudices estis? Nūquid non ad iudices spectat proditores punire, & infantium defendere causam? Si ergo ipsius proditoris testimonio sanguis Christi iustus est, ad vos pertinet eum liberare, & Iudam punire, sed heu corruit in platea veritas, & iustitia apud iudices non est. Vbi enim inuidia, mordidatusq; regnat affectus, æquitas, & ratio, quomodo poterit locū habere? proiecit ergo Iudas argenteos, & à templo recessit, animo se laqueo suspendendi. O Iuda, caue, ne id efficias, te enim æternę dānationi tradis, & in Deum graue scelus cōmittis, de diuina misericordia desperans. Ne oro, te suspendas, maiori enim dolore cor Christi afficietur suspensione tua, quam morte sua, & desperatione tua, quam prodicione tua. Ne te suspendas, o miser, sed vade ad pedes Christi, & pete ab eo misericordiam, miserebitur sane delicti, propter magnam misericordiam suam. Quod si hoc non audes, vade ad matrem eius, & eius intercessionē implora, & ipsa pro te orabit, est enim misericordię mater, & veniā, crede, impetrabit, potens est enim. Quod si ante matris oculos consistere ve recundaris, eo quod filiū eius dilectū super pupillā oculi sui tā iniquē tradidisti, vade ad discipulos Xpi, & condiscipulos tuos, ipsi enim, etiā peccauerunt deferentes magistrū suū in tēpore necessitatis extreme, Petrus insuper negauit non semel, inuenies illos plorantes, plora tu etiam cum plorantibus, & cum illis pariter veniam consequeris. Nihil audet Iudas. Diabolus enim, qui prius peccatū exte-

Matthæ.
27. n. 3.

Hhhhhh z nuauit

nuauit, ipse modo ita illud, amplificauit, vt nulli Iudæ superesse locum veniæ persuaserit. Abijt ergo miserrimus Iudas, & ad cumulū perditionis suæ, *laqueo se suspendit, & crepuit medius, diffusiq; sunt omnia viscera eius.* Quid ex graui peccato nisi grauis pœna spectari debet. Merito quidem sic diffusa sunt viscera tam dira, & iniqua sic Iudas suam maledictam vitam finiuit, qualiter nunc finiatur benedicta vita Christi videamus, &c.

DVXERVNT ergo sacerdotes Christum ad Pilatum petentes ab eo, vt statim iuberet Christum crucifigi, crimina quærit Pilatus, propter quæ sic puniri mereatur. *Commouei* (inquiunt) *populam deorum per vnum suum Iudæam, incipiens à Galilæa vsq; huc, nunquid.* Galilæus (ait Pilatus) est homo iste? Galilæus est, respondent, tunc Pilatus, cum igitur Rex Herodes Galileam prouinciā regat, ducite illū ad Herodem. Qui viso Iesu gauisus est valde, desiderabat eum videre propter famam factorum Christi, & sic sperabat videre tunc signū aliquod. Cæpit ergo interrogare Christū, at Christus nihil respondit, proseguitur interrogationes suas, & multas Herodes, sed Christus semper tacebat. Quod pro ignominia nota accipiens Herodes spreuit Christum, & veste alba contumeliosa indui iussit. O æterna Dei sapientia! nihil aliud iam supererat, nisi vt stultus & insipiens haberi velles, iā te malefactorem, & præstigiatorē, demonium habentem, Samaritanum, & populi turbatorem Pharisæi reputarant, & nunc te mentecaptum sæculi principes iudicant. O vos stulti & tardi corde ad credendum! quomodo post tot litterarum monumenta à Christo exhibita, post tot miracula, & mirabilia, quibus & infirmos sanauit mortuos suscitauit, & dæmonia profligauit, nunc stultum iudicatis? Nunquid stultitiam dicitis silentium Christi? Imo in hoc magis eius relucet sapientia, quod tempus sit taceandi, vbi non ratio, sed passio viger, poterat quidem Christus se ab omni stultitia nota facite liberare, sed noluit, vt sua ignominia nos faceret saluos. De rege Dauide narrat scriptura sacra, quod cū se in mortis periculo videret constitutum, insanum se hominē similiauit coram quodam Rege Achis. Nec mirum cum de vitæ discrimine ageretur potius enim voluit Dauid se stultum iudicari, quam mortē subire potius honorem, quam vitam perdere. At Christus Dominus, cum se liberare à morte posset, sapientiam suam manifestando, ita tunc haberi passus fuit coram Herode, volens potius & honorē, & vitam amittere, quam à nostra liberatione cessare, Dauid ergo stultus haberi passus est, vt vitam propriam seruariet, Christus

Acto. 1. 11.

19.

Luc. 23.

num. 5.

I. Reg. 2.

num. 12.

stus vero, vt nostrā, & vt eo facto ad Pilatū rediret pro nobis moriturus. Benedicta sit eius charitas incomparabilis, & immensa. Vidit Apostolus Ioānes in cælo sanctos illos innumerōs, indutos vestibus albis, vestes illæ non dedecoris, sed decoris sunt & insignia gloriæ magnæ, Christus vero in terris etiam induitur veste alba, sed non ad decorem, sed ad dedecus pertinente. Mira tamen conformitas est inter vestes illas, & vestem hanc, ideo enim beati pulcherrimis illis induuntur vestibus, quia Christus vili hac, & infami vesti ri dignatus est, albedo illa ex albedine hac prouenit, & pulchritudo illa ex dedecore & deformitate hac. Vnde & in sanguine agni dealbara fuisse indumenta illa dictum est Ioanni. *In sanguine* (inquit) *agni,* in contumelia scilicet, in infamia, in ludibrio, in dolore, in vulnere, cruciatu, & morte Christi. Quid retribuemus Domino pro cunctis, quæ retribuit nobis. O vtinam Domine Deus ego pro te pari aliquam iniuriam discam, siquidem tu pro me tot, tantaq; pati modo dignaris. Amen, &c.

Apo. 7.
num. 9.

Discursus decimus octauus. Christus in domo Pilati falso accusatur. & illi preponitur Barabbas.

INTERVM Christus Dominus reducitur ab Herode ad Pilatum, & non sine magna contumelia, per vias publicas ciuitatis Hierusalem vincetus ducebatur, erat quippe iam proximum festum illud maximum Paschæ, ad quod multi, ex multis orbis plagis, conueniebant, & Iudæi ne inuidiæ suæ & iniquitati daretur, apud omnes disseminabant, maleficia plurima illius patefacta fuisse. Horum autem principum sacerdotum auctoritas oppositum existimare nō permittebat. Ductus igitur ad Pilatum multis clamoribus postulabant, vt eum in crucem tollere iuberet. At Pilatus sicut rei ratio exigebat, causam propter quam damnandus Christus esset, postulabat. *Quam* (inquit) *accusationem assertis aduersus hominem: hinc,* quasi diceret. Quiescite parumper, & deposita omni perturbatione res agatur. Non tam facile in crucem tolluntur homines, rei causam oportet indagare. O vtinā Pilatē, vt capisti prosequeris, aue ne te isti decipiant, nam veniunt ad te in vestimentis ouium, intrinsecus autē sunt lupi rapaces. *Quam* (inquit) *accusationē habetis:* Mirū quor.

quot mendacia hi sacerdotes afferuerunt, & vt alia taceam. *Hunc* (in-
quiunt) *inuenimus prohibentem tributa dari Cesari.* Quanta falsitas,
imo cum ab ipsis interrogatus. *Licet tributa dari Cesari an non,* respō-
dit illis Christus. *Reddite, que sunt Cesaris, Cesari.* Et cū huius verita-
tis multi essent testes, nō verētur ita manifeste falsum dicere testi-
monium. Nōuit optime Pilatus nequitiam eorum, & quia per inui-
diā tradidissent eum, ac proinde oprabat eum à morte liberare. Ex-
cogitauitq; cōsiliū hoc. Mos erat inter Iudæos in huiusmodi festo.
in festiuitatem dimittere aliquē vincētū, (& vt fertur, in memoriā
illius magni beneficij liberationis populi Israel de potestate Pharao-
nis.) *Erant autem tunc in carcere insignis quidā malefactor, Barabbas no-
mine, qui ob seditionem, & homicidium vincētus erat.* Et omni supplicio
& cruce dignus, cogitauit ergo Pilatus in tra se, impossibile videtur,
si optio eligendi inter Christū, & Barabbā his detur, quin Barabbę
Christum antepōnant. Proposita ergo ante illos consuetudine su-
pradiçta. *Obrulistis* (inquit) *nibi hunc hominem quasi aueritē populū,*
& ecce ego coram vobis interrogans, nullā causam inueni in homine isto:
sed neq; Herodes, nam remisit vos ad illum, & ecce nihil dignum morte
atq; est ei. Quem vultis e, go vobis dimittam, Christum, an Barabbam?
Proh Deum immortalē, inuidiæ, & iræ mala, quid non morta-
lia pectora cogunt exclamant omnes. *Tolle hunc, & dimitte nobis Ba-
rabbā.* O Iesu sanctissime, cœlorū Deus, & gloria etiam, si Barabbas
ad mortem ex postulatus esset, & tibi esset vita concessa, compara-
tio sola in summum tuum cederet dedecus, & ingētem ignominia,
quæ enim contumelia maior, quam mansuetum agnum cum lupo,
auctorem vitæ cum homicida, pacificantem, siue quæ in cœlis, siue
quæ in terra sunt, cum homine seditioso, deniq; innocentia cū ne-
quitia, Deum cum Barabba comparari.

Conquerebatur olim Deus de idolatris, qui simulachra Dei cōfi-
ciebant, & adorabant, ac si idolum esset Deus, & dicebat *Qui asini*
laetis mi, & adde qui vobis dicit sanctus. Leuate in excelsum oculos vestros,
& videte, qui creauit hæc. Quasi dicat, simulachris mutis similem me
fecistis. Heu Dñe mi, peius nunc aliquid audio, asinilaauerunt te
Barrabbæ. Cuius secundum nomē, ita & laus, dæmonis nomen ha-
bet, & opera etiam, & cum ipso cōparatus es. O Pilate cui cōparasti
sanctum? Simile fecisti sanctū pessimo homicidæ, & omnium creato-
rē, illi qui meruerat extingui? O peruersitas cordis humani, in eadē
tracina innocentia Dei, & Barabbæ nequitiam cōstituisti? Sed vt
nā Dñe mi in eadē lance cum illo te mundus collocasset. *Tolle hūc*

(di-

Esai. 40.
Ier. 17. 25.

(dicunt) & dimitte nobis Barabbam. Si Barabbæ asinilari, summa
& incredibilis extitit contumelia, qualē dicemus fuisse te peiorē
Barabba, & vita minus dignum, quam sit nequissimus ille iudicari.
Nullum in carcere sceleratiorem inuenit Pilatus, vt hac ratione
tenerentur Hebręi, et te veluti necessario liberaret, & cum omniū
nequissimo cōparatus sis, te ad mortē, illū ad vitā petierunt. Parce
nobis Dñe. Electio enim hæc prius ex peccatis nostris ortū habuit,
decretum enim est in tribunali supremo, morte tua vitā nostrā re-
dimendam esse: ad hoc quod mors conferebat homicidæ illius? tua
Dñe mors nō Barabbæ vitā nobis erat præstitura. Clamant coram
Pilato Iudæi dicentes. *Nō hūc, sed Barabbam.* Clamauerunt prius, &
aliter ante Deum peccata nostra, & dixerunt, nō hūc sed Barabbā,
Audiuisti Domine pater has voces, clamor hic peccatorum perue-
nit ad te, & misericordia nostri motus, audisti clamorem peccatorū
nostrorum, & nō hūc sed Barabbā dimittere permisisti. Sed miseri-
cordia tua malitiam hominū horum nō tollit, tu misericorditer Ba-
rabbā illæsum abire fecisti, & filiū mori voluisti, at principes isti,
ex nequitia cordis sui hanc electionē inuenerūt, nūc Dñe Iesu me-
rito dices. *Vermis sum, & nō homo, opprobriū hominū, & abiectio plebis.*
Abiectio plebis erat Barabbas, sed nunc abiectio illius supera-
sti. Nec remanet inter vincula latronum abiectior alter. Cōquereba-
tur per Esaiā Dñs de populo Israele dicens. *Filios enutriui, & exalta-
ui, ipsi autē spreuerunt me.* Sed quomodo spreuerunt illum? peccādo
quidem, & leges Dei trāsgrediēdo. Nunc autē multo peius spreue-
runt eum, quia non solum trāsgrediuntur legē eius, sed vere ante
tulerunt illi Barabbam, peiorem iudicantes ipsum, quam illum. Ci-
uitatē Hierusalē desolatā lamētabatur Ieremias, dicens. *Omnes qui*
glorificabant eū spreuerūt illū. Quāto iure nunc dici potest idē de
christo Dño, in festo ramorum, in hac ciuitate Hierusalē omnes
fere glorificabant christū, dicētes. *Benedictus, & c.* nunc iudē ipsi præ-
ferūt Barabbā despiciētes omnino ipsū. Nunc ergo ad impletū est
q̄ habetur in Esaiā. *Vidim⁹ eū nouissimū virorū.* Quis enim superest
iam nouissimus in hominum æstimatione, præter Iesum, cui nunc
antepositus est Barabbas? Nunc ergo nequioris (Domine mi) & vi-
lioris hominis existimationem assumpsisti. Oro Patrem tuum, vt
dicat tibi cito. *Amice ascende superius, det tibi nomen super omne no-
men, exaltet humilitatem tuam, ita vt in nomine tuo omne genu flectatur*
cœlestium, terrestrium, & infernorum. O munde immunde, & iniu-
ste quam iniqua sunt iudicia tua, postremum locorum omnium
illi tribuisti in terris, cui primum, & supremum omnium
tribuit

Psal. 21.

Esai. 11.

Ier. 1. n. 8

Esai. 53.
num. 3.

Mat. 6. n. 11. tribuit Deus in cœlis. Nūquid iustificabo stater à impiā? dicit Dñs. Quis te constituit iudicē super hominū merita, vel demerita, super bonū, & malū? Rex ille Balthasar in Babylonica lance imperio dignus habebatur, accepit in manu lancē suā Deus, & mittit ad eū Danielē dicentē ei. *Appersus es in statera, & inuentus es minus habens.* Tanto precio habitus est Absalon apud omnes, vt capilli capitis eius ducētis siclis venderentur, personā vero eius adeo magni fecerunt, vt à Dauid eius patre, & dignissimo Rege coronā auferre, & super caput Absalonis plurimi constituere conarentur. Deus autē ē conuerso, ita Absalonē, & capillos eius deauratos parui pendit, vt ex quārcu eum suspenderet, & ex capillis restē, quo suspenderetur, confecerit. Nunc pręterea in tērrēstri Hierusalem, ita despicit mundus Christū, vt iudicet eū, non ita ac Barabbā dignū esse vitę, quę in cęlo adorant Angeli, tremunt potestates, quę omnes cęli cęlorum venerantur, & laudant dicentes. *Dignus est agnus, qui occisus est accipere virtutē, & diuinitatē, & sapientiā, & fortitudinē, & honorē, & gloriā, & benedictionē.* Ecce quę in terra homines dignū morte iudicant, in cęlo cęlites adoratione, honore, gloria, sapientia, & benedictione dignū proclamant. Quis ergo credet mundi staterę dolose? Merito Paulus ab huiusmodi errore liberatus clamat. *Mihi autē pro minino est, vt à vobis iudicet, aut ab humano die, qui enim iudicat me, Dñs est.* O Dñe libera me ab hac dolosa statera Chanaā, vt id solum ego æstimare valeā, quod tu volueris æstimare. Et siquidem tu ita spretus, & neglectus in mundo fuisti pro me, ego negligi, & despici equo animo feram pro te. Deniquē à tua bonitate suppliciter peto, vt te omnibus rebus anteferam, & ne peccando præferam diuinę maiestati tuę vilia mundi, siue diuitię sint, siue honores, siue delicia omnes.

Apo. 5. n. mer. 12.

I. Cori. 4. numer. 4.

Discursus decimus nonus, Christus flagellatur.

MIRABATUR Pilatus obduratam pertinaciā Iudeorum, sed nequę eorum audebat voluntati satisfacere, nec omnino illis contradicere, vt autē Christū à morte liberare posset, & ita aliqua rationē pacare illorum furorē, decreuit Christum verberibus punire, vt sic a mortis petitione cessarent. *Emendatum ait illum*
di

dimittam, cognouit optime Pilatus iniuste prorsus se ad verbera dare Christum, sed videbatur illi parum referre, si debilior pars aliquid iniurię acciperet. Existimabat enim Christum ita pauperem, ac derelictū esse, vt nemo de iniuria huiusmodi cōquereretur, nec ipsemet Christus, quem Pilatus incredibili patientia cuncta sufferentem intuebatur. O pilate, o iudex inique, iam incipis à iustitię tramite deuiare. Tu modo dicebas. *Nullam ego in eo, inuenio causam.* Si nullam inuenis in eo causam, cur nō dimittis eum? cur ergo flagris imperas cędī? iam humanus timor impie tuum pectus inuasit. Age si enim Christus non fuerit de te conquestus, conquerentur cęli, & terra, conqueretur sol, & lapides, & mortui conquerentur de te, & de iniustitia tua. Nā sol obscurabitur, terra tremet, lapides scindentur, & mortui resurgent, vt tantū facinus accusent, cōqueretur insuper sanctissima eius mater, lumen enim oculorū eius extinguis, & filiū dilectissimū iniustissime dilanias. O stulte, si scires quis est, quem verberari iubes, procidens adorares Dominum, & flagella manibus eius traderes, vt in te conuerteret sententiā tuā prolata in illū. *Emendatū illū dimittā, inquis.* Oscelestē, quid tu emendandū in eo inuenisti, qui metrū & mensura est equitatis vniuersę. Emendare quidē debueras inuidos homines istos, si quidē scis per inuidiā eos tibi tradidisse Christum, emendare debueras hoc genus sanguinolentū, quod in prophetas Dei sequere consuevit. Esaiā fecerunt, Ezechiā occiderunt, Ieremiā persecuti sunt ad mortē, vsq; Zachariā inter tēplū, & altare occiderunt. Quę deniq; prophetarū non sunt persecuti? Et nunc vt ad cumulū iniquitatis peruenirent, Dominū prophetarū petunt ad crucifigendum sine causa. Hos emendare debuisses, & te ipsum, qui iā ad iniquitatē declinas. Quid in Christi operibus emendare vis? Nunquid infirmorum miraculosam salutem? mortuorum ve resurrectionem? o sacrilega cęcitas! o consilium sacrilegum!

SED iā Dñe executioni mādanda est sententia iudicis, siquidē hanc inimicorū tuorū horā esse voluisti, arripiunt ergo Christū & ducunt illū in locū vbi malefactores verberari solebant. Timentes autē, ne forte Pilatus noller eū in crucē tollere, decreuerunt eū flagellis occidere. Quo inuito consilio multa, & crudelissima flagella adduci fecerunt, et carnifices desiderio principū sacerdotū satisfacere cupientes (sperabant enim cōmodū se inde reportaturos) pręceperūt Christo Dño, se vestibus denudare. Attendite oro, animū Saluatoris, quid tunc in corde versabat, cū manibus suis se ipsum

exuere iubetur ad sufferenda tam dura flagella. O clementissime Iesu, cui obediunt omnia, obediendum ne tibi est? Est, sane. Statim enim se tunica spoliavit, cepitque, contremiscere, tum ex frigore quod urgebat valde, siquidem Petrus tunc temporis calefaciebat se. Tū etiam ex consideratione verberum, sciebat enim, quam crudelia futura essent. Accipiunt ergo ministri tenebrarum Christum Dominum, & restibus manus, pedesque, ad columnam acriter, & fortiter reuinxerunt, ita ut verbera declinatione corporis effugere nequirit, o Iesu sancte, fuitis quibus nunc ligaris, non tam sunt lini, quam amoris, & charitatis. Nunc Domine, nunc aperte video, viscera charitatis tuæ. Columna hæc frigida, & dura, cor meum est quod tu vinculis amoris amplectens, paulatim calefacere, & emollire contēdis. O utinam sic fiat in eo, quod per prophetam tu promissisti olim. *Aufferā cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis, cur carneum.* Sed heu Domine Iesu quantis cruciatibus affectus id præstabis.

Exce. 3. 6.
num. 26.

Accedunt igitur carnifices rabi maxima stimulatī ad Christū. O lingua mea, o cor meum, o anima mea, quo pacto poteris explicare dolorē hunc eximiū, & contumeliā Christi tui? O Angeli celestes, qui videntes Christū in præsepio pānis inuolutū obstupefacti mirabamini, quid nunc dicetis, videntes ipsum tanquam latronem, ad colūnam vincitū, & flagellis acerbissimis verberatū? Romani ciues in causis criminalibus, nullomodo flagellis cedebantur, quia indignū iudices iudicabant Romanū ciuē flagellari. Nunquid non sufficit ciuē cęlestē esse, & cęlorū conditorē, ut tali gaudeat priuilegio. Quod si ita est, iā Dñe mi, potius iā ehigā tecū verberari, quā cū ciuē Romano a verberibus liberari. Hęc mihi gloria sit, tecū cędi, tecū pati, tecū mori, absit mihi gloriari nisi in cruce tua. Si aquæ Jordanis ex eo quod corpus Dñi cōtigerunt, (vt ait Aug.) sanctificatæ remanserunt, cur aquas tribulationū, quę non corpus in cute, sed vsq; ad aīam intrauerunt, non reputē sanctificatas? Seruent igitur Romani ciues priuilegiū suum, priuilegiū meū sit pro te dolores, & labores pati, priuilegiū meū esto, quod August. ex postulat. Hic vre, hic seca, dummodo in eternum parcas. Ad Christū tamen iam reuertamus. Quando sic se Christus ligatum vidit, oculos in cęlum eleuans, quid secum in corde dicebat, nisi, o hominēs, quot quantisque, cruciatibus salus vestra mihi constat? O Adam, o filij hominum, pro quibus hæc patior, quam facile vos perpetratis, quæ tā difficulter ego persoluo. O Maria dilectissima mater, si me reuinxerunt.

August.

Et ū

Et ū conspiceres, tuā ipsi aīam qualis dolor pertrāfiret, o pater æternus, in manus tuas commendo humanitatem meā, tu enim scis imperium meū, & confusionem meā, & dolorem meum. Et siquidē tu ita staruisti, fiat volūtas tua. Ecce corpus Spiritus sancti manibus plasmatum, fiat ex eo sacrificium, & holocaustum, quo tibi honor, & gloria restituatur. O Redemptor animæ meæ, quam aliter liberaisti populum Israel ex manibus Pharaonis, ac modo nos eripis e manibus sathanæ. Tunc quidē in columna, & modo in columna, sed columna columnæ quantum præstat: Illa columna splendidissimi ignis, hæc marmoris duri. Illa gloriæ, hæc ignominia: In illa interger, & incolumis populum educebas, in hac diris verberibus attritus nos a peccatis ad Patrem reducis. Gratias tibi Dñe innumeras reddimus omnes pro beneficio tanto, & deprecamur clementiam tuam, ne memineris peccata nostra, propter quæ cruciaris.

Asserit sanctus Vincentius, cęsum hic fuisse Christum primum virgis plenis spinis, deinde restibus, quorum extrema plena erant cuspidibus ferreis, postremo catenis. Hoc asseruit ille sanctus, & alij cū eo. Nec mirū, voluerunt enim verberibus Christū interimere. Cœperunt igitur hi carnifices acriter flagris Christum cędere, su pramodum sequentes in eum, flagella super flagella ita cadebant, vt exiguo temporis spatio totum Christi corpus sanguine cooperiretur, contrahebat Dñs carnē dolore cruciatā, & quia nimirū tenera, ac delicata erat, vsq; ad intima cordis verberū dolor penetrabat, fluebant sanguinū riuī, ex omnibus corporis partibus, & ex oculis Christi lachrymę, ex pectore gemitus, & suspiria. O Angeli, & spiritus superni, quid agitis in cęlo, dum in terra hæc patitur Dñs vester? Quis manus vestras alligauit, ne vindictā sumatis de scelere tāto? *Millia milliū* (ait Daniel) *ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei.* Vbi sunt ergo tot ministri? tot assistentes? Credo equidē, omnes cęli ciues colūnā hanc circundedisse mirantes Deū talia pro peccatoribus patientē, & adorantes sanguinē Christi diffusū, mirantes etiā qualiter a carnificibus calcabatur sanguis Dei, quę ipsi adorabant, quęq; attingere ipsi non auderent. Et quidē si doloris capaces extitissent, hic vel præ dolore deficerent, vel præ dolore diu assistere non valerent, ego vero, qui doloris capax sum, quantum possum doleo super te Domine mi, Iesu dulcissime. O quis super te pallium suum mittere potuisset, & ad pedes hominū horū prosterni, & eos suppliciter sic orare. Parcite innocenti, parcite de omnibus vobis benemerito, reducite

Daniel. 7.

Psal. 31.
num. 10.

memoriam excelsa, & mirabilia opera eius. Omnibus benefecit, & nulli vnquam malefecit, propter quod horum sic atrociter verberatis eum? Ego sum, qui peccaui in me conuertite flagra, hic autem quid malefecit? *11. tu flagella peccatores* (ait Daud) Merito quidē peccatori flagella paratur, at iustus, hic & sanctus est. Quomodo ita creditur tam dire? O feris crudeliores ministri, quanto Christus Dominus noster plus dolebat, maiores ipsi animos subiebant ad eum acerbius verberandum, & verberibus verba inhumana commiscebant, qui adstant, dicentes. O latro, o benefice, o Samaritane. Nunc incipis exoluere pœnas, pro tuis sceleribus debitas, hunc tua maleficia exitum exigebant. Nunc quæ merebaris, iuste pateris, quid gemis? quid lachrymaris? Sic finies vitam. Ita quidem videtur credibile, & nisi Christus ipse ad crucem vitam seruare decreuisset, mirum est si viuus ex huiusmodi manibus euasisset, iam sanguis paumentum rigabat, & in ea, quæ longe aberant, guttatim profilliebat. Quale cogitas corpus Domini tunc extitisse? Probabile quidē videtur, quod auctor quidam insignis asserit, reuelatum fuisse cuidam sanctæ, id quod etiam affirmare videtur sanctus Laurentius Iustinianus, adeo scilicet crudelia fuisse verbera hæc, vt inter vulnera carnis ossa patescerent, væ mihi, Iesu dulcissime, quis tantam adinuenire potuit crudelitatem in te? Super dorsum tuum fabricauerunt peccatores, tabescit caro tua, & ossa, quæ tecta fuerant denudantur. O sacratissima virgo, vbi nunc ades? cur non properas antequam filius tuus animam exhalet? O si nunc videres carnes sacrosanctas in tuis visceribus genitas verberibus discerptas? O si audires verbera, quæ resonant super dorsum dilectissimi filij tui? O si conspiceres lachrymas eius, cor, vultum, riuos vero sanguinis terram irrigantes. Quid in corde sentiret, quid diceret? Quomodo sanguinē sanctissimam colligeres, & adorares. Veni, & vide acerbiter nūquam antea visam. Deprecare iudices, ne prætergrediantur adeo humanitatis terminos. Attamen, quid dico. Quiesce Domina, ne accedas. Quod enim cor spectaculum hoc ferre valeat? O pulcherrime Absalon, vbi est decor, vbi pulchritudo tua? O speciose præ filijs hominum? Fuit ne vnquam seruus emptitius, qui pro maximis delictis ita dilaniaretur, sicut Christus Dominus modo? o milles maledicta peccata pro quibus Deus maiestatis, & gloriæ sic cruciatur. Væ nobis, si in viridi ligno hæc fiunt, in arido quid fiet? Quis audeat in eum peccare, qui propter seruorum peccata proprio filio non pepercit? Si dum miseretur Deus, & parcit, sic in filium sauit,

cum

Dion. car.
lib. de agō
Christi. c.
14.

cum irascatur, & punire velit in seruos, & peccatores, quomodo sauiet? Nunc Domine peccatum in omni sua deformitate conspicio, nunc noui, quid sit peccatum. Non est opus inferos adire, & damnatorum pœnas conspiceret, nunc suis coloribus, delineatum, ac depictum peccatum intueor manifeste. O vtinā, Domine Deus, prius per latera disrumpar, quam in te læthaliter peccem, eia fratres, hoc mecum omnes animo proponite firmo, nunquam amplius, o Domine nunquam amplius, per gratiam tuam, delinquam, contra te. O sponse sanguinis, quis mihi daret, vt ad pedes columæ huius præ dolore deficerem, & super hos puteos sanguinis tui mortuus caderem. Quod si hoc multum est ad me, supplex oro, vt aliqua huius sanguinis guttula in partem meam deueniat, quo debita mea exsoluere possim, offeras peto suppliciter, vnum saltem ex tuis verberibus patri tuo pro peccatis meis. Vnico illo ditior ero, quam vniuerso mundo.

Discursus vigesimus. Christus coronatur spinea corona.

CVM christi charitas ad patiendum, vires verberantium superaret, & amor Christi malitiam vinceret iniquorum, prius illi defecerunt verberando, quam Christus ferendo, iam igitur ministri nequitie ita defessi erant, vt brachia mouere non possent, nec halitum edere, & ideo decreuerunt eum soluere, priusquam dies deficeret ad eum crucifigendum. Soluunt igitur Christum, ibi Christus cum pene sine sanguine remaneret, vix pedibus cōsistere valens, super sanguinis suæ balneū cadit. O bone Iesu, sic balneū fume, quo infirmitas corporis tui mystici, expellatur, valer enim ad hoc plurimum acsupramodum. At Iesu sancte, o si quis tibi manum præbere posset, vt aliquod adminiculum exhiberet, Nam vt video, nec miraculis hic, vti vis vti solebas, nec in his, qui te circumdant, viscera alicuius pietatis intueor, vt id præstare velint. Repetans igitur, vt cūque potuit, ad locum accessit, vbi vestes eius iacebant, & induit se super vulnera vestes. Nemo enim est, qui vulneribus Christi moderi curet. At illi pessimi aliam vestem adducunt Christo, vestem scilicet purpuream, vt illuderent ei: solebant enim Reges purpura indui & vt quasi fictitium componerent regem purpurea-

purea, & vili veste induerunt Christum Domini. Sed id pessimum, quia ad Regem coronæ spectant, ex iuncis marinis coronam quandam spineam texuerunt acutissimis aculeis refertam, & imponerunt super Domini caput. Super vulnera dolorem acerbum addentes. Septuaginta enim, & duabus spinis ferunt, constituisse istam coronam.

Nulla pars corporis Christi à vulnere libera remanebat, nisi caput, quod nunc transfigitur dicitur, ut dicere verè possimus. *A planta pedis vsq; ad verticem capitis non est in eo sanitas.* Pungit ergo tempora capitis Christi corona illa, profluit sanguis, & totam eius faciem cruentavit, & in super ministri, arundine quadam percutiebant Christi caput, quo spinæ plus caput penetrabant, & altius infugebantur quo dolore hictorquebatur Christus Dominus, quis dicere poterit? Si folius capilli auulsio torquet caput, quid infixio acutarum spinarum? Mirabatur olim Moyses Deum inter spinas videns, quia nunc admiratione teneretur, si Deum spinis transfixum intueretur in rubo spinæ nihil in Deum efficiebant, & tamen obstupebat Moyses, eo solum quod inter spinas licet liber, ille adisset, qui supra cœlos cœlorum sedet. Quanto magis nunc stupeat coram Christo spinis transfixo? O bone Iesu, quot adinventiones adinueniunt inimici tui, ut magis, ac magis te opprobrijs, & doloribus afficiant! Quis tale diadema, talem purpuram, tale sceptrum vnquam excogitauit? In cœlis vidit Ioannes beatos ex capitibus suis coronas aureas deponentes, & ad pedes tuos illas proijcientes, & dicentes. *Dignus es Domine accipere gloriam, & honorem.* Hæc est adinuentio beatorum in cœlo. At in terris aliam dissimilem adinueniunt filij hominum non ad pedes tuos coronas aureas, sed supra caput tuum collocant coronam spineam. Non dicunt te gloria & honore dignum, sed opprobrijs, & morte dignum, ita Domine, nã ideo coronis aureis & honore te prosequuntur cœlicolæ, quia corona spinea te dedecore affecerint terrigenæ. Ita Domine humilitate quippe, qua humilias caput tuum, vsq; ad spineam coronam, humiliabitur superbia nostra. *Va corona superbia ebrijs Ephraim.* Humiliatur Deus, & superbi vermiculus, atq; intumescit? Ita deniq; Domine, quia peccata mea super te fumere dignatus es. Quid ergo mirum si maledictio etiam ex peccato pronuens te pariter comprehendat? Hæc enim fuit maledictio Adæ. *Maledicta terra in opere tuo, spinas, & tribulos germinabit tibi.* Tibi ait, quia tu peccasti. Iam Domine mi, tibi etiam germinavit terra spinas, quia tu peccata mea, tua esse voluisti, vnde

Exod. 3.

Apoc. 18.

Gene. 3 n.

17.

&

& venit super te maledictio, quæ venerat super nos, veniet super nos proculdubio benedictio tua, quia tu pro nobis spineam coronam super caput tuum recepisti, ideo in cœlis nobis coronæ aureæ referuantur. Sic colligemus de spinis vvas, & de tribulis ficus, & de ignominia gloriam. Quia humiliatio tua exaltatio nostra est. Quæ tumuis ergo spinæ caput tuum dilacerent, non minus pulcher appares, quam, si regia corona coronatus esses. *Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias,* dicebat sponsus Dominus sponse suæ. Nunc ipse identidem, ac vicissim sponsa dicere potest, sicut liliū inter spinas, sic dilectus meus liliū es. *Quia cadit es lucis æterna.* Et sic flores sicut liliū inter spinas. Caritas enim tua Dñe, quæ te deformitas sine cõparatione vlla pulchritudine reddit, sic splendis magis quàm si sine spinis esses, vexent spinæ, sanguinè extrahant, faciem eruent, vultum deformant, quanto pro nobis deformior, tanto nobis pulchrior, quia quanto pro nobis plus pateris, tanto plus pietas, & misericordia tua manifestatur. Spinæ quippe tuæ Domine mi, ab spinis & cruciatibus, quibus digni eramus propter peccata nostra liberarunt nos. Voluit olim offerre Deo sanctus Abraham filium suum, at detinuit eum Deus, & ostendit ei arietem quandam inter vepres hærentem, quem assumens obtulit holocaustum pro filio, nepes Domine morte digni eramus, tu autem ut nos ab ea liberares, non arietem, sed filium tuum inter vepres, & spinas ostendis, ut pro nobis offereretur, & salui nos maneamus. Quid ergo mirum si mihi hostia hæc inter spinas liliū esse videatur. Merito proinde sponsa contemplanis sponsum suum Christum, corona hac coronatum, inuitat filias Sion, dicens. *Egredimini, & videte filie Sion regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua.* Quod nam vocat diadema Christi? sanctus Thomas, & alij dicunt, hanc spineam coronam, ad hanc igitur nos vocat intuendam tanquam magnum quid, licet illa ignominie plena sit. Nunquam enim rex ita eleganter & magnifice diademate auro, gemmisq; contexto decoratus apparuit, ut Christus veste purpurea, & spinea corona hodierna die indutus, & coronatus. Videris mihi Domine cœlum firmamenti, tot stellis ornatus, quot plagis, & vulneribus vulneratus. Stellæ sunt vulnera tua, quæ melius in nos quam altra cœli influunt, & emicant.

Cant. 2. n.

2.

Gen. 22.
num. 13.

Cant. 3. n.

II.

S. Tho. ibi

Dis-

Discursus vigesimus primus de verbis Pilati, ecce homo.

(?)

Esai. 53. num. 2.

NUNQUAM vlla facies ita deformata fuit ac Christi forma, & aspectus. Recte quidem nunc de christo dicere poterit Esaias *Non est species eius neque decor. Quasi absconditus vultus, & eius despectus. Et nos putauimus eum quasi leprosum.* Ita quidem leprosus apparet, nam & corpus eius tumidum, & turgidum erat, magis, minus ve, secundum varias corporis partes, in quibus magis, minus ve flagellis deformatum fuit, color etiam varius erat, hic turgebat quedam pars nigra, ibi alia pallida, alia rubea erat, alia vero libida ex viciis flagellorum, capilli, & oculi, & facies sanguine maculabatur, vnde vere leprosus apparet. *Vere absconditus est vultus eius.* Ita absconditus, ita deformatus, ita denique, ex omni parte Christus attritus, vt Pilatus existimauerit illius aspectum sufficere, ad placandum, & emolliendum obdurata corda Iudaeorum, vt nihil amplius exigerent & a morte Christi petenda cessarent, protulit ergo eum in omnium conspectu purpurea veste indutum, resti ad collum ligatum, corona spinea coronatum, & oculis in terram defixis, & duris plagis affectum. Et dixit. *Ecce homo* quasi diceret, ecce homo hic est, quem mihi puniendum tradidistis. Quod maius supplicium sumi potest de ipso? *Ecce homo*, qui non homo, sed monstrum quoddam videtur. *Ecce homo*, qui iam pene mortuus est: Humanitas poscit, vt a pluribus supplicijs iam cessemus, canis enim in via sic dilaniatus, nos ad compassionem prouocaret. Quiescat igitur indignatio vestra, & pro hac vice sufficiant (quæso) huiusmodi cruciatus. Nec enim timendus est homo pene mortuus, & illico moriturus. Hæc ille. Et quidem neque, verba hæc necessaria erant ad placandos animos hominum, aspectus enim Christi, ad hoc præstandum sufficiens erat, & maxime illa humilitas, & mansuetudo Christi. Narrat scriptura diuina Regem syriæ Benadab in prælio victum fuisse a Rege Israel Achab, Benadab ergo abiit, & abscondit se in loco, nequaquam tuto, vbi decreuit vicem gratiam petere ab illo, a quo poterat morte puniri, & vt Regem Achab placaret, hac usus est arte, misit familia

3. Reg. 1. num. 32.

res

res suos ad Achab succinctos saccis, & cum funiculis in capitibus suis, qui pro Benadab misericordiam deprecaretur. Quo facto motus est misericordia Rex Achab, & pepercit illi. Si humilitas illa, & amictus cilicinus, & funes in capite, emollire potuerunt cor illius Regis iniqui, & crudelis, cuius cor non emolliret submissio Christi, amictus ille purpureus, corpus vulneratum, caput spinis crudelissimis transfixum, sed o pectora ferrea, o corda plusquam adamantina, nescierunt misereri, nec parcere. *Tolle tolle* (inquiunt) *crucifige, crucifige, ve vobis, o dirge fere, ve vobis, qui sic vultis persequi hominem hæc? pauperem, & mendicam, & copunctum corde mortificare. Maledictus furor eorum, quia pertinax, & amulatio eorum, quia dura.* O homines, non homines, sed vrsi, & leones omni humanitate destituti, qualis huius sanctitatis, & crudelitatis rationem poteritis Deo reddere? cruciavit animam Christi plus hæc feritas iudeorum, quam corpus cruciauerant flagra, & spinæ, vnde iam diu per Ieremiam conquestus est, dicens. *Facta est mihi hereditas mea quasi leo in sylua dedit contra me vocem, ideo odium est.* Inuisus quidem maxime propter hanc duriciam factus est Deo populus ille.

Iere. 12. num. 8.

O vtinam nos alios in hominem hunc oculos conijciamus. *Ecce homo.* O homo pro te, & pro salute tua sputis, alapis, verberibus spinis, & opprobrijs abiectus, quid tu retribuens Domino, pro omnibus que retribuit tibi?

Ecce homo o peccator, vide hanc mortalem figuram, vide filium Dei pro tuis peccatis tormenta hæc dira sustinentem. Ecce tibi speculum, in quo videre, & cognoscere possis culpæ malum, & peccati grauitatem. Vt quid ea perpetras, que sic Deum ipsum pro te soluentem dilaniant? vsque, quo eris graui corde, quo vsque, Christum persequeris, cur iterum verberas, iterum coronas spinis, iterum crucifigis.

ECCE homo, o Pater æterne, qualis tu desiderabas, & exigebas, vt penis tuis tibi posset satisfacere, est enim Deus, & homo, homo vt pati posset, Deus vt satisfacere de iustitia posset. Si peccatum nostrum bitum est magnum, ecce solutionem magnam. Imo vbi abundabit delictum, ibi superabundabit solutio. Parce iam peccatis nostris. *Miserere nostri, Domine, miserere nostri, per passionem filij tui.*

Ecce homo, sanctissima Virgo, que tu ex tuis visceribus genuisti, nosti ne illum, vide an vultus ille filij tui sit, qualis erat dilectus tuus o pulcherrima inter mulieres, qualis erat dilectus tuus, ex dilecto tuo? *nonne candidus, & rubicundus, & electus ex millibus.* Noli ergo huius

Cent. 5. num. 10.

KKKKKK lio

lio tuo, nam huiusmodi signis non agnosces hominē hunc. Hic enim sanguinolentus est, deformis, denigratus, & quasi leprosus, reus iudicatus est hic, & morte dignus, & ad crucē postulatur. Vide an ad te pertineat causa hominis huius, antequam sententia proferatur, vide an habeas, quod in eius fauorem excipere possis. nam si sententia proferatur definitiua, post eam tibi appellare, vel supplicare non licebit. Quin etiam nec modo, quia iā in supremo consilio decretum est in cœlis, vt filius tuus moriatur in terris, et ideo sic diuina Trinitate permittente, conualescunt, & præualēt inimicorum voces, dicentium, *crucifige, crucifige, &c.*

*Discursus vigesimus secundus. Christus
ad crucem dam-*

natur.

(?)

Ioan. 19. m. 6. **D**EMIRABATUR Pilatus inuidiam, & crudelitatem Iudæorum, & indignatione quadam respondit. *accipite eum vos, & crucifigite, ego enim nō inuenio in eo causam.* Cognouerunt Iudæi plurimum desiderare Pilatum Christum à morte liberare, quod ne vllō modo efficeret, dixerunt illi: *si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris, omnis enim qui se Regem facit contradicit Cæsari Non habemus Regem nisi Cæsarem.* O Pilate, & ad hæc quid respondes? nunquid Cæsaris amicitiam, & gratiam amittere audebis? Vtinam sic facere decreuisses, & potius Deum, quam homines timeres, vtilior esset tibi gratia eius, quam gratia Cæsaris. Sed ô quantum præualet humanus timor, & metus amittendi honorem, dignitatem & res humanas. Quod nec ratio nec ius, nec leges permittebant, metus ille potuit. Sedens ergo Pilatus pro tribunali sententiam tulit, dicens. Crucifigatur Christus. O conditor rerum omnium, ô Angelorum causa, ô vita viuentium. Iam iam Domine moriendum est tibi, morte turpissima in patibulo crucis, ad hæc te peccata nostra, amorque tuas deduxerunt. Comitetur te vniuersus religiosorum cœlestium chorus, *protegat te nomen Dei*
Iacob.

Iacob. Succurrat dilectissime, & sanctissimæ matri tuæ omnipotēs pater tuus. *Mittat ei auxilium de sancto, & de Sion tueatur.* Assistat illi sanctus Angelus Gabriel, & Spiritus sanctus obumbrer illi. Tu autem Domine mi, vale dicitō nobis, & tuam vltimam benedictionem elargire.

ARRIPIUNT ergo ministri crudelissimi Christū, & offerunt illi paratam sibi crucem, magnam quidem, & grauem, vt super humeros suos veheret illam. Eh! lectulū tuū bone Iesu in quo requiescās à laboribus tuis. Hanc crucē tibi præstant filij Adā pro vniuersis beneficijs tuis. Egredere Dñe ex Pilati prætoris, domo pessimè quippe de te actū est ibi, in hoc lectulo nervos laxare, & ossa reficere potes: Non abhorruit Christus crucē, quā amore patris, & hominū ab ineunte sua ætate, & præ oculis habuit, & dilexit. Et licet caro eius infirma, & debilis supra modū existeret, ex maximis laboribus, & nimia sanguinis effusione, qua ex sanguis pene remanserat, vires tñ ex debilitate resumens, accepit crucē ambabus manibus, & super humeros collocauit dicens. Salue crux preciosa, diu desiderata, & iā concupiscenti animo preparata, perficientur in te quæ dicta sunt à prophetis, in te consumabitur hominū salus, & obedientia à patre mihi iniuncta. Tu scala Iacob, qua cœlorū. repagula effringentur. Tu sceptrū imperij mei, tu clavis æternæ vite, tu arcus fœderis, tu hasta, qua hostis latera confodientur, tu thronus gloriæ meæ, surgite eamus hinc. Aderat præ ianua Pilati maxima hominū multitudo, qui ad iā auditū, & inopinatū spectaculū intuendū accesserat. Aderant duo latrones cū Christo pariter crucifigēdi. Aderāt ministri circumferentes instrumēta necis Christi, funes, clauos, malos, & terebrā. Et inter duos illos latrones collocantes Christū, ac si illis peior esset arripiunt omnes in Caluariā iter, cepitq; statim resonare præconiū dicens: Hoc supplicio iubet Pōtius Pilatus Romanus præses puniri hominē hūc reip. perturbatorē, proditorē imperij Cæsaris, et in diuinā maiestatem reū, iubet illū in crucē tolli, vt qui talia fecit, talia soluat. O præco false nō sic præconiū edicere debes, sed sic. Hoc supplicio iubet Deus omnipotens filiū suū dilectissimū puniri propter Adæ peccatū, & crimina filiorū eius, & propter diuini numinis gloriā & propter ipsius damnati amorem eximiū in patrem suū, & in homines omnes, vt qui talia fecit, talia soluat. O Pater hominum, nunc vere de te triumphum agit amor ille, te vinctum ac reuinctum ad crucem trahit.

CVM beatus Ioannes Apostolus res ita se habere conspiceret, nec ullam iam vitæ Christi spem superesse, ne sacra Virgo, in articulo mortis Christi à pedibus eius, abesset, decreuit illam certiorè facere euentus rei. Abijt oculis in lachrymarum fontes conuersis, ita vt præ lachrymis vix exprimere verba posset, peruenit ad domum Virginis, quem cum illa ita lachrymantem, & præ angustia spiritus gementem intueretur, statim de filio interrogauit eum. Quid fleui tanto causam dedit? ubi reliquisti filium meum? Quomodo res eius habet? O mater Christi (ait Ioannes) quibus verbis rem tibi aperire potero? Heu mi, de filio tuo interrogas? Inter manus hostiū reliqui modo illum, et ne te amplius suspenso animo detineam actam est de illo, iam ducitur vt crucifigatur, si vis illum antequam à viuus discedat, viuum conspiceret, surge Domina, propera, & vna mecum veni, ostendam tibi illum, vix enim aliter cognosces illum. O inter matres omnes, ô super omnes afflicta, quid ad hæc verba respondes? & tuam nunc vere animam gladius pertransibit, hæc mihi fili mi Iesu, ait mater Iesu fili mi, quis mihi daret mori pro te, &c.

Iere 2. n.

13.

Maria magna est velut mare contritio tua, quis medebitor tui? Cui comparabo te? vel cui assimilabo te mater Christi, Cui exæquabo te, vel quomodo consolabor te Virgo filia Sion? consoletur te ipse qui tanti doloris tui extitit causa, Surge propera Domina nostra, vt vltimam filij benedictionem consequaris.

Abijt ergo beatissima Virgo, & quanto magis hominum strepitum sentiebat, tanto magis dolor animam eius transuerberabat. Quid cum præconia audiret? quid cum sanguinis vestigia per vias ciuitatis intueretur? peruenitur tandem ad filium, non enim ita properare poterat ille præ cruciatibus ita languês, vt mirum esset quo pacto incedere etiam podetentim posset, tandem consequuta fuit mater filium, sed quis dicere poterit quid filius in corde, quid mater in anima sua, tunc senserint? Vidit filius matrem taliq, dolore corporis intrinsecus tactus fuit, vt iã vires, deficerent illi, & sub cruce ceciderit super terram. At mater cum clamore valido, quid hoc video fili cordis mei, tu ne es speculū meū? Quis ita deturpauit te ô Hierusalem Hierusalem, hæccinæ reddis Domino Deo tuo pro omnibus, quæ retribuit tibi? O milites, ô prætores, nostis hominē? ô pater æternæ, hic ne est filius tuus in quo tibi bene cōplacuiisti? Quomodo taces, & dissimulas? cur non respicis in faciem Christi tui? quomodo talia in eum fieri permisisti. Quid faciam, tibi ego fili

fili mi, tibi vltra quid faciam, &c? Lapidés duros liquefaciebant Virginis verba, non tamen corda hominum illorum, ideo expellunt eam, recede inquit mulier, recede infelix, infelicitis hominis mater. Surge tu inique, quid iaces? calcibus eum cædentes illum stare faciebant, ô christe Saluator noster, quis manum porrigere posset tibi, surge Domine, non enim longa restat via.

SURGIT Christus, sed crucem iam ferre nequibat, vnde necesse fuit, angariare hominem quendam, qui asportaret eam, eoq, modo, licet difficulter, satis ad caluarie montem Christus potuit peruenire. Stating, satanici illi carnifices, crucifixioni operam dederunt, quorum alter foueam excauabat, alter terebra foramina conticiebat, alter clauos præparabat, alius scalas adducebat, aliusq, ad Christum accessit, & iussit illi, vt se vestibus statim exueret. At Christus Dominus vix id præstare poterat, ob maximam virium imbecillitatem vnde ministri accesserunt, & sine vilo humanitatis vestigio denudare cœperunt illum, & cum vestis plagis, & sanguini adhæreret, non tantillum expoliarunt, quam excoriarunt & discerperunt, itaque cunctorum vulnerum dolor renouatus est, & sic agnus ad victimam excoriatum apparuit, & nudus, & deformis, qui cælos pulchritudine, & decore induit. Vbi nam est quod dicebat David *Dominus regnauit, decorem induit, induit est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.* Ecce homo. David, ecce Dominus, de quo tu loqueris, vbi est decor iste, vbi fortitudo, vbi regnum? Nō est species ei, neq, decor, non fortitudo, vix enim pedibus consistere valet, non est regis forma, sed hominis inter iniquos reputati. O Domine Deus. *Audiuisti auditionem tuam, & timui, consideravi opera tua, & exprobraui.* Deus qui ascendit super Cherubim, & volauit, nunc spoliatus est, vt ascendat tanquam latro in patibulum crucis.

Psal. 92.
num. 1.Ahab. 22.
num. 2.

PROSTERNUNT iam milites in terram crucem, & iubent Christum super eam extendi detrahit carnifex clauum, & super manum Domini collocans eū, fortiter, & crudeliter manum sacrosanctam transforauit, in manu Christi cecidit ictus sed cor Virginis matris eius transuerberauit. O ictus crudelis, vna simul corpus filij, & cor matris acriter vulnerasti! o manus Deifica, quæ tot ægros sanasti, & miracula operata es, & hanc tibi reddūt vicem pro beneficijs tantis? O Virgo Dei genitrix nunc persolues dolores, quos in partu passi non fuisti. Quæ vnquam turris adeo fortis esse potest, vt puluere sulphureo succensa per mille partes non crepet, o turris

Sion

Sion huius modi sulphureo puluere succensa, quomodo per mille partes non fuisti disrupta? si dolor amori responderet, quis dolorē tuum explicare nunc poterit, quæ amore inexplicabili filiū amas? Extenditur iam alterum brachium, & compages corporis Christi, violentia dissoluuntur, nulla minima pars corporis Domini à dolore vacat, solum modo pedes videbantur dolorum expertes extitisse, & ecce tibi tertius adest clauus, super ponitur pes pedi, & maleo quodam clauum super pedes iam positū incutiunt, & per tenerimas illas partes transmittunt, iam, Domine, sine amplificatione dicere possumus. *A planta pedis vsq; ad verticem capitis non est sanitas in te.* Sic igitur crucifixo Domino, crucem in sublime tollunt. *Hic erigatur in altum imago crucifixi.* O spiritus cælestes aperite ianuas, & fenestras cælorum, & videte spectaculum factum Deo, vobis, & hominibus. Quis crederet vnquam tale? o sanctissima Virgo adesto, auxiliare filio morienti, & vale dicito illi. Accurrite fratres, est iam Dominus noster Iesus in agone constitutus. Ad sis o alme spiritus anxietati corporis Christi, quod tuis manibus in utero Virginis cōpaginasti. O pater sancte respice in faciem Christi tui, in manus tuas commendat spiritum suum, tu suscipe ex eius manibus sacrificium sanctum in remissionem peccatorum nostrorum. Parce Domine, parce, miserere Domine, miserere nobis. Nos sumus, qui peccauimus, nos iniquè egimus, nos crucifiximus filium tuum, sed parce peccatis nostris. Ad tuam confugimus clementiam, respice quæsumus Domine super hanc familiam tuam, pro qua Dominus noster Iesus Christus non dubitauit manibus tradi nocentum, & crucis subire tormentum. Per eundem Dominum nostrū Iesum Christū filiū tuū qui tecū viuit, & regnat in vnitatis spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen. &c.

FINIS TOTIVS OPERIS.

*Pedro Zapata
del Marmol.*

EXCVDEBAT TYPIS

Thomæ Guzmanij

anno 1597.

) (?) (

INDEX RERVM MEMORABILIVM, QUÆ IN HOC CONCIONVM LIBRO CONTINENTVR.

A.



- NIMI** perturbatio amentem hominẽ reddit. p. 83 r.
Aquę labores signi cant. 774.
AEncenia quid sint. 777.
Anna nobis præbuit exemplum ad iniurias tolerandas. 769.
Amor Dei tribulationes faciles reddit. p. 545.
Amare proximum quantum placet Deo p. 74. & 99.
Amare debemus proximos exemplo Christi. pag. 80.
Amare inimicos quantum interfit vt Deus nobis ignoscat. p. 83. & 94.
Amare nos inimicos quãto opere Deus exoptet. pag. 114.
Amare inimicos quam difficile. pag. 110.
Amãdi sunt inimici quia Deus præcepit. pag. 109.
Amor Christi in tribulationũ tolerantia enituit. pag. 545.
Amore quanto quantaquẽ suauitate nobiscũ agat Christus. 576.
Amorem suum voluit Deus ostendere vt nostrum excitaret. 849.
Amor nullus potest cum nostri seruatoris amore comparari. 848.
Amorem suum maxime ostendit Deus in cõlis sed magis dũ se cruci affigendum tradit. 856.
Amor Dei in morte omnipotentia in operibus. 856.
Angelus lumen afferens mundo figura Christi. 34.
AEgyptij tenebris densissimis opteti figura peccatorum. pa. 647.
Animi egritudo causa cecitatis eiusdem. pa. 652.
Amor qua ratione excæcat. p. 653.
Aduersitates aliquãdo Deus permittit hominibus euenire, vt homo afflictus gloriosior fiat. pag. 660.
Amentia eorum qui plures dies menses et. c. conterunt terrenis lucris occupati. pag. 670.
Animus quomodo intereat. p. 687.
Animi de mortui seditas. pa. 683.
Animus mortuus, vt ad vitã redeat Dei opera necessaria. p. 687.
† Animi

Animi mors velut ostium. 689.
 Amor maximos labores reddit le-
 ues. 920.
 Amor Christi erga homines præci-
 cipue in fine suæ vitæ manifesta-
 tus. 915.
 Amor Christi erga nos maxi-
 me in institutione sanctissimi Eu-
 charistiæ sacramenti elucet. 919.
 Amoris vis amantem demittit &
 ei quem diligit æqualem reddit. 923. & 13.
 Amor nescit Dominium & maiesta-
 tem sed summisionem & parita-
 tem. 924.
 Animum à diuitijs auocare necessa-
 rium. 869 & 18.
 Alexandrum Magnum vnus sag-
 gittæ ictus ab errore liberauit. 874.
 Amoris veri argumentum. 775.
 Amoris in Deum & in homines dif-
 ferentia. 776.
 Amor Christi eximius in homi-
 nes: in quo maxime perspiciatur. 772.

B.

In bello spirituali necessarium est
 cum rebus aduersis dimicare. 714.
 Bellum turbulentum nobis infe-
 runt hostes. 174.

Bona temporalia cur nulla sufficiat
 hominibus. 612.
 Bona temporalia nobis & mortis
 & salutis obliuionem afferunt. 31. & 40. & 10.
 Bona tempora li quare sint despr-
 cienda. 300. & 485.
 Bona temporalia breuiter disparer-
 unt. 384.
 Bonorum temporalium vilitas. 384.
 Bona temporalia cur nobis auferat
 Deus. 410.
 Bona temporalia nulla fatiant ani-
 mam præter Deum. 608.
 Bona temporalia Deus etiam suis
 fatis super quæ ministrat. 399.
 Bona spiritualia quanti facien-
 da sint & quam graue suppli-
 cium sit eis priuari. 424. &
 483.
 Beneficijs suis Deus priuat eos qui
 illis abutuntur. 413. & 429.

C.

CHRISTIANUS quis digne voca-
 tur. 665.
 Christiano non satis est ad sa-
 lutem, sacro baptisate initiari
 sed opus est Christi vitam imitari. 665.
 Christiani nomē supplicij est causa
 his qui non viuunt digne tali no-
 mine. 666.
 Chri

Christianum esse aliquem vnde de-
 prendendum. 666. & 24.
 Cibus in hac vita nobis quæren-
 dus quo in æterna vita alimur. 671.
 Cygnus à Deo reprobatus quid sig-
 nificet. 673.
 Charitas vita animæ. pagina. 685.
 Christus habet clauis mortis cor-
 poralis & spiritualis. 688.
 Christus quare lachrymatus in La-
 zari morte. 695.
 Christum sæpe lachrymatum esse
 nunquam tamen risisse legimus. 697.
 Christi lachrymæ magnum te-
 stimonium malitiæ peccati. 697.
 Christus lachrymatus vt homo
 addisceret peccata sua lugere. 699.
 Christus propter suam humilita-
 tem à patre & ab hominibus ho-
 noratus. 880.
 Christus Dominus non solum
 nostri causa vitam amisit sed
 plura alia beneficia contulit. 860.
 Christus Dominus ditissimum
 se ostendit in misericordia in
 sua passione. 857.
 Concilium pharisæorum congrega-
 tur ad mortem Christo interen-
 tem. 830.
 Christus maxima cura homines ad
 se trahere conatur. 835.
 Christus qua charitate tot labores

fit passus. 836 & 47.
 Christus Dominus non solum ver-
 bis sed & operibus instruxit ho-
 mines. 785.
 Christus patienter tulit opprobria
 ad præbendum nobis exemplum. 768.
 Christus verax in seruandis promi-
 ssis. 752.
 Christus Dominus mortuus est vt
 suum amorem erga nos manifesta-
 ret. 855.
 Christus in lampade figuratus. 635.
 Christi doctrina & vita perturba-
 tionem mundi patefecit, pagi-
 na. 636.
 Cæcitas multorum causa malorum
 est. 639.
 Cæcitatem permittit Deus eo quod
 animus noluerit cælesti lumine
 vt. 641.
 Cæcitatibus magnum malum eam
 ab hominibus non cognosci. 642.
 Cæci curatio obsecrati animi cura-
 tionem adumbrabit. 642.
 Cæcitas Adami. 643.
 Cæcitatibus effectus exemplis com-
 probatur. 643.
 Cæcitas iudæorum quanta. 643.
 Cæcitas obstinationis causa. 646.
 Christianum quæ opera deceant. 662.
 Christiani quæ pauci christiano no-
 mine digni. 664.
 Christum nos sanctificare qua ra-
 tione intelligatur. 817.
 Con

Ad crucem nos vocat Deus, non ad voluptates. 134
 Curiositas perniciofa. 111
 Corpori non est nimis indulgentum. 26.
 Christus magister non solum verbis, sed factis. 122
 Christum ieiunare & laborare pro nobis quantum beneficium. 141.
 Christi lachrymæ labores & ieiunia quantum apud eius patrem valuerint. 146.
 Christum medicum animarum nostrarum esse, quam magnum beneficium fit. 245
 Christus cum saluator fit, quare multi non saluantur. 251. & 255
 Christus auriculam Malcho restituit. 265.
 Christus comprehenditur & ligatur. 266.
 Christus ducitur ad iudices, & Apostoli fugiunt. 271.
 Christus Dominus in domo Ananæ alapa cœditur. 273
 Christus quæ patitur in domo Cayphæ. 276.
 Christus à Petro negatur. 279.
 Christus ad Pilatum & Herodem ducitur, & reducitur. 283
 Christus in domo Pilati falso accusatur, & illi præponitur Barabbas. 285
 Christus flagellatur. 288.
 Christus coronatur spinea corona. 293.

D.

Deus amice se gerit cum hominibus, cum eos labore aliquo castigat. 838.
 Durities animi obstinati difficile curatur. 827
 Dæmon immediate, & mediantibus hominibus tentat nos. 797.
 Dissidium semper fuit inter bonos & malos. 793.
 Deus pater cur Christum non defendit in opprobrijs, cum defendit alios. 765.
 Dæmonis filius dæmonis opera exequitur. 665
 Deus vita animi. 687.
 Dei amissio, etiam ab ipsis diuinis mentibus non potest explicari. 682.
 Dei amissio mors animi: quæ maius malum est quam omnium damnatorum pœnas subire. 683.
 Deus permittit flagitiosum aliqua studiosa opera facere, dum modo in suæ vitæ turpitudine persistat. 692
 Diabolus iocatur cum flagitiosis quos suis laqueis tenet irretitos. 693.
 Deo non placent opera religionis si immunda manu offerantur. ibidem
 Deus paternum animum habet in viros bonos. 713.
 Deus quanto gaudio afficiatur expectans viros bonos colluctantes cum aliqua calamitate. 715.
 Deus tam amabilis, maxime mirandum quod aliquibus displiceat. 729.
 Di.

Differentia inter Deum & mundum. 731
 Deus eo modo se gerit nobiscum ac nos cum illo. pagina. 731. 16.
 Deus hominem supra naturam Angelicam extulit. 891.
 Deus appellabatur, Deus ultionum & exercituum in lege veteri modo vero mitis & mansuetus. 892. 22.
 Dies passionis quare hora Christi dicatur sicut, & iudeorum. 904.
 Dies Domini dicitur in quo ille de suis hostibus vindictam sumit. ibidem
 Deus non potuit suam gloriam apud homines illustriorem facere, quam moriendo pro hominibus. 909.
 Deus nos custodit vt pupillam oculi sui, & quare. 910.
 Deus per quinq; mille annos suam omnipotentiam sapientiam, &c. manifestauit, at suum amorem in supremo suæ vitæ die. pagina. 912.
 Dona sunt amoris argumenta. 920.
 Diuitijs carere melius quam illas habere. 69.
 Deum humilem & abiectum videre maxime mirandum. pagina. 876
 Delicijs & voluptatibus omnino se tradunt qui mundo seruiunt. 867
 Delicose viuentes nec ad corporalem, nec ad spirituale bellum apti sunt. 868.
 Dicere sumitur sæpe in scriptura pro eo quod est firmiter discernere. 841.
 Dæmonis dona peritura bona sunt imo bona non sunt. 838.
 Dæmonium habere aliquem vnde dignoscendum. 818
 Detractorum hominum ingenium quod. 819.
 Detractores Dei iram in se concitant. ibidem
 Detractores maxime Deus odit. ibidem
 Detractorum supplicium quod. 820
 Detractionis vitio difficile remedium adhiberi potest. ibidem
 Detractionis vitium facile serpitem. ibidem
 Detrahunt mali de bonis qui non faciunt mala sicut illi. 794.
 Dauid nobis præbuit exemplum ad iniurias tolerandas. pagina. 769.
 Deum esse sequendum quia verax mundum vero relinquendum quia fallax est. 747
 De verbis Pilati ecce homo. pagina. 996.
 Christus ad crucem damnatur. 998
 Deus homo quare terrena bona contempserit & mala sustinuit. 877.
 Deus

Deus proponit filio suo ecclesiam
 quæ illi nuptura erat parta prius
 à Dæmone victoria 860
 Dæmones cæcære contendunt in
 tellectum nostrum 640
 Dæmon flagitiosis hominibus
 primum oculos eruit ne lumen
 videant cæleste. 645
 Deus non immittit tenebras homi-
 num mentibus, sed permittit ho-
 minem cæcutire. 650
 Deus castigat remp. propter homi-
 num flagitia. 654
 Deus percurit impium ne in deli-
 cijs, & diuitijs se iactet. 657
 Deus quare soleat infortunijs ho-
 mines afficere. 659
 Deus quare tres pueros in forna-
 cem immitti voluerit. 666
 Deus obsidione peccatores premit
 & præcipit, vt illi se dedant dum
 vitæ lucerna succensa durat.
 672
 Discipuli Christi fœlices qui bono-
 rum Christi hæredes sunt insti-
 tuti. 914

E.

Errant maxime qui peritura bo-
 na comparare conantur. 853
 Ecclesia in candelabro signifi-
 cata. 635
 Eleemosynam elargiri est opes au-
 gere. 629
 Eleemosynas in terra pauperibus
 impertitas quantum in cælis re-
 muneret Deus. 630

Exemplum præclarum diuitibus in
 Abraham & Iob 870
 Eua voluit serpenti potius obedire
 quam Deo. 832
 Equus à Deo inter animalia immu-
 da computatus quid significet.
 813
 Ecclesia Dei qua ratione deplorat
 mortem Christi. 763
 Eleemosyna exhibenda, vt Deus bo-
 na sua nobis largiatur. 585
 Eleemosynæ fructus. 627
 Eucharistiæ sumptio quam pura cõ-
 scientia fieri debeat 493
 Educatio bona filijs procuranda.
 380
 Exemplum bonum proximis præ-
 bere quam vile. 537
 Explanatio illius Pauli ad Rom. vin-
 ce in bono malum. 798

F.

Facultates antequam distribuam*
 oculos ad cælum debemus tol-
 lere exemplo Christi, & quare
 631
 Facultatum suarum non est homo
 proprius Dominus sel villicus.
 637
 Flagitioso sermones de diuinis re-
 bus non placent. 637
 Flagitiosi idolis similes qui oculos
 habent, & non vident. 644
 Flagitiosi nocturæ & bubonis simi-
 les.
 Flagitiosus immerito cõqueritur qd
 de sua fama, detrahatur. 813
 Flagi

Flagitiosus odio prosequitur eum
 qui illi veritatem proponit. 808
 Festa sunt obseruanda & honesto
 exercitio colenda. 882
 Festiuis diebus homines in operi-
 bus virtutis esse occupandos. 786
 Festa indebite celebrantes grauius
 reprehenduntur à Christo. 78
 Filij hominum qui dicantur. 749
 Fructus tertius passionis Christi sci-
 licet eius imitatio. 921
 Fidendum est remedijs à Christo
 adhibitis & si aduersa videantur:
 675
A flagitiosis iure exigitur vt praua
 consuetudine repugnante in virtu-
 te perseuerent. 22
 Filius qui Dei dicendus est qualis
 esse debeat. 734
 Festorum violatio qua ratione puni-
 niatur à Deo. 789
 Festos dies celebrare, ad commo-
 dum hominum & vtilitatem
 spectat. 790
 Festi dies ad quid sint instituti. 786
 Filij Dei qui vocentur. 749
 Filiorum Dei & filiorum sæculi dif-
 ferentia. 754

G.

Gratia Dei quam ardentem
 exquirenda. 566
 Gloria Dei quanto interuallo
 super & gloriam mundi. 300
 Gloria æterna vires addit ad supe-
 randas virtutis difficultates. 315
 Gloriam æternam quam pauci con-
 sequantur. 341
 Gloria æterna quam magna sit.
 325
 Gaudio etiam in hac vita afficit
 Deus sectatores suos. 594
 Gloria mudi quam defectuosa sit.
 300
 Gloria mundi cruciatibus termina-
 tur. 335
 Grati animi recordatione colen-
 dum est beneficium redemptionis.
 918
 Gaudia laboribus & labores gau-
 dijs misceri necessarium. 863
 Gaudij veri magna fames in terra.
 865
 Gubernatoris boni exemplum Da-
 uid. 848
 Gubernatores nullum peccatum im-
 punitum relinquere debent.
 849
 Gubernatori reipublicæ culpæ tri-
 buendum est si malis reip. reme-
 dium non afferatur. 849
 Graui corde qui dicantur. 749

H.

HUMILITATIS exemplum in
 signe prebet Christus prima-
 rius viris. 877
 Humilitas quam perum exerceatur
 à viris primarijs.
 Humilitatis mensura vnicuiquæ ex
 mensura magnitudinis data.
 878
 Humilitate sulcitur magis auctori-
 tas quam superbia. ibidem.

INDEX

Honor Deo redundat ex rebus ad-
uersis hominum. 659.
Homines quare relinquant Deum
730
Hora passionis gloriosa Christo, no-
bis honorifica. 903
Hara alicuius dicitur, in qua ille
singulari aliqua læticia afficitur.
ibidem
Ad humiliandum hominem effica-
cissima ratio Deum humilem &
abiectum videre. 874
Honor qui debetur q̄dibus sacris, &
templis. 802. & 804
Hominibus improbis veritatem clā-
re proponi expedire ostenditur.
806
Humilitas exemplo Christi quærē-
da. 571.
Hypocrisis quid sit. 62.
Hypocritis plenus mundus. 161. &
531
Hypocrisis quam inuisa sit Deo.
64 & 531
Homo quam abiectus quod attinet
ad corpus. 17. & 21

I.

Ingratitudo hominū erga Deum
821
Ingrati non solum iudæi sed plures
etiam Christiani. 820.
Ingrati animi culpa duplex. 823
Ingratitudinis vitium quam egre-
ferat Deus. 823.
Iure Deus conqueritur de his qui
beneficia in se collata, obliuiscū-
tur. 824.
Immundos non capit cælum.
781.
Iniurias tolerandi exemplum singu-
lare. 770
Iusti in asinis significati. 881.
Iusti à mundanis contemuntur, &
despiciuntur. ibidem
Iusti à mundanis insensati iudican-
tur, & deridentur. 882
Iusti qua ratione purgamenta mun-
di dicantur. ibidem.
Iusti animis non debent concide-
re, quantumuis sint ab hominibus
contempti. 883
Illitteratus aliquando in diuinis re-
bus sapientior quam, litteratus &
hoc in Balaam & asina præfigu-
ratur. 645.
Incommoda & despectiones quam
parum noceant ex verbis David ps.
63. 884.
Immisericordes punit Deus, & qua
ratione. 632.
Ignorantia caliginem mentis infert
651.
Iusti laboribus vexantur ob eorum
excellentiū meritum: 658. & 711
Induratione solent homines à Deo
puniri. 706.
Indurare hominem qua ratione di-
catur Deus. 706.
Iudicium officium quod. 847.
Iudæi eo laqueo capti fuerunt, quo
putauerunt Christum capere.
852
Iudæis idem accidit quod Dæmoni
in morte Christi. 852.

Iu

ALPHABETICVS.

Iudæi cur Christum nō sunt sequu-
ti, qui talia miracula perpetravit.
844
Iustus magnā affert vtilitatē. ibidē.
Ira Dei dicitur reuelari cum graui-
ter punit. 843.
Iudæos valde pēnitebat, quia pluri-
mī Christum sequebantur. 835.
Iuuentutis libidines quomodo co-
ercebimus, 759.
Indurationi quod remedium adhi-
bendum. 707
Indurationis causa est in ipso homi-
ne. 708.
Iusti quare laboribus afficiantur.
710.
Iustos laboribus affici beneficium
Dei. ibidē
Iustos laborib' Deus afficiēs, vt pa-
ter cū filijs dilectis se habet. 712.
Iusti laboribus afficiuntur ne ex-
tollantur. ibidem
Iniurias quot quantasquē passus sit
Christus. 724
Iusti lætantur non solum in beati-
tudine, sed etiam in hac vita in
laboribus. 733.
Iusti mundanis hominibus viden-
tur insensati. 886.
Iudicij dies merito dies Domini ap-
pellatur. 903.
Inuitare aliquem ad conuiuū amo-
ris maximi argumentum. 922.
Iudæi neglexerunt Christum. 845.
Iudæi odio habuerunt Christum,
quia eius luce eorū tenebræ apa-
rebant. ibidem
Incarnatio quam eximium sit Dei
beneficium. 448

Iudicium finale futurum vbi illumi-
nabuntur abscondita tenebrarū.
65.
Ieiunium optimum remedium ad
placandum diuinum numen. 55.
Ieiunio vincitur hostis. 170
Ieiunandum qua ratione. 171
Ingratitudo qualiter puniā a Deo
420. & 413.
Iudex non accipiat munera. 456
Iudex curet de medio tollere vitia.
505.
Iudex non sit acceptor persona-
rum. 505
Iudex reddet rationē pro subditis.
528.

L.

LATVS Domini apertum fuit,
vt omnibus incredibilis eius
amor pateret. 858
Lumini rebellisquis dicatur. 637 &
609.
Lumine cœlesti orbatī in quos in-
cidant errores. 644.
Lachrymula modo pro peccatis e-
missa quam grata sit Deo. 62
Lachrymarum fluxus post hanc vi-
tam nihil proderunt. 62.
Lachrymas nihil æquē potest exci-
tare ac peccatum 700.
Lachrymę Magdalenę copiosę. 703
Lenitas Dei non cognita ab homi-
nibus. 731.
Labores maximos patitur qui nun-
do seruit. ibidem.

Lex

INDEX

Lex noua lex amicitiae non timoris. 893.
 Legata Christi plurimi repudiant. 914.
 Labores in praesenti sustinendi pro praemio futuro. 865.
 Labores libenti animo subeundi exemplo Christi. 837.
 Loci sacri irreuerentia maximum peccatum. 803.
 Locum sacrum qua ratione coluerit Patriarcha Iacob. 804.
 Lex Christi quam ingens beneficium. 401. & 405.
 Legi Dei multi anteponunt mundum ritus. 516.
 Libido quomodo hominem a veritate seducat. 745.

M.

Mundus errat aut Christus fallitur, sed Christus non potest falli, &c. 637.
 Mors animae merito appellatur mors, corporis vero mors somnus appellatur a Christo & non mors. 686.
 Morte peccati interfectus non resurgit si manus solam est pulchro educat. 691.
 Malum proprie dicitur, quod hominem malum reddit. 701.
 Mortui tres a Deo resuscitati tria mortuorum genera spirituali morte significant. 717.
 Morbi principio medicina applicanda. 722.
 Mundani vident bonorum castigationes, & labores non autem gaudium, quod ex illis capiunt. 733.
 Mors Christi quare dicatur horatiorum. 903.
 Mors Christi duplici ratione dicitur eius gloria. 908.
 Manna a patris illis hominibus maxime aestimatum. 920.
 Mundiciam internam potissime Deus requirit. 779.
 Mundus qua ratione Absalonem deceperit. 750.
 Mundus beatitudinem pollicetur quam praestare non potest. 751.
 Mariae deuotioni debent opera adhiberi. 1.
 Ministros eucharistiae quales esse oporteat. 455.
 Mortificatio est virorum sanctorum ac fortium. 163.
 Mundus quam plenus periculorum. 153.
 Mors speculum in quo homines & eorum peccata cognoscuntur. 14.
 Mors ad conuersionem in Deum iuuat. 23. & 30. & 35.
 Mors in euitabilis, & omnino certa. 35.
 Mors nemini parcit. 41.
 Mortis hora incerta. 45. & 49. & 209.
 Mortis memoria quantum interfit. 49.
 Missam dicitur quam pura conscientia accedere debeat. 492.
 Miracula multum valent ad persuadendam veritatem. 826.

ALPHABETICVS.

Miraculo conuersus fuit Rex Babylo-
 nicus. 826.
 Miraculo conuersi Israelitici. 827.
 Mundus insequitur illum qui ab eo fugit. 794.
 Mandata seruare quam vtile. 762.
 Mundus saepe decipit hominem fallaci spe. 750.
 Mundi fallacitas ostenditur. 748.

N.

Nobilis si se humiliter gerat ab hominibus diligitur, atque laudatur. 879.

O.

Opera cuiusque, indicant quis sit. 810.
 Operum duplex genus in Christo. 756.
 Oratio Christi in horto. 952.
 Oratio secunda in horto. 953.
 Oratio tertia in horto. 954.
 Odium quomodo excæcat. 653.
 Opus magnificum quod dicatur. 921.
 Odor caelestis iustorum manifestat in illis esse Christum. 816.
 Ex operibus vniuscuiusque, colligimus an in illo sit Christus. ibidem.
 Obedientia vitam donat sicut in obedientia mortem. 763.
 Opera Christi testimonium perhibebant de illo. 756.
 Obedientiae opus exequendum quoniam Deus imperat. 109. & 114. & 123.
 Occasiones peccatorum quare vitandae. 288.
 Oratione transfiguratur anima. 357.
 Oratio requirit conscientiam mundam. 494.
 Oratio quantam laetitiam cordis pariat. 597.
 Opera bona omni tempore exhibenda. 420. & 416.
 Otiositas qualiter puniatur a Deo. 420.
 Obstinatio cauenda. 6. & 581.
 Obstinatio signum reprobationis. 9. & 280.
 Obstinatio quam insanabilis sit. 488. & 204. & 243. & 461.
 Odium proximi quantum displicet Deo. 64.
 Odium quo prosequendum est peccatum ratione passionis Christi. 938.

P.

Prosperitate & aduersitate qua ratione uti debemus exemplo Christi. 884.
 Persecutionis humanae ictus interitum non affert. ibidem.
 Pauperis manus thesaurus & gazophylazium Christi. 630.
 Prodigii filij supplicium. 682.
 Peccatores extra se sunt & quare. 641.
 Pec-

INDEX

peccantes aliquando & statim res-
 piscentes temporali aliquo supli-
 cio puniuntur à Deo. 648.
 In profundum peccatorum venire
 quis dicatur. 648.
 Primarij reipublicæ si diuini hono-
 ris studio flagrarent maximis be-
 neficijs à Deo cumularentur ho-
 mines. 656.
 Prudètia magna ei qui modo sibi
 prouidet pro æternitate sequenti
 Regis Aegyptij exemplo. 672
 Pœnitentiam, differre in aliud tem-
 pus quam ineptum, & periculo-
 sum. 673.
 Peccatum mortale mortem affert
 animæ. 686.
 Peccati vulnus sicut ictus fulminis
 686.
 Peccatores mortuos vocat Chri-
 stus. 680.
 Pax Dei, & pax mundi maxime di-
 stant. 732.
 Præmio maximo remunerat Deus
 paruos labores. 889.
 Peccatum regnare in homine qua-
 re dicatur. ibidem
 Peccata hominum seuerius in Chri-
 sto punita, quam si homines ad
 inferos detruderentur. 776.
 Præmium gustantium sermonem
 Dei. 760.
 Peccata sacerdotis & populi maxi-
 me distant. 742.
 Passio Christi quam eximium bene-
 ficium fuit. 359. & 362. & 540.
 Pro passionis beneficio quales a
 nobis sint Deo gratiæ referendæ.
 449. & 450. & 543.

Passio Christi quid nos doceat.
 566.
 Passio Christi dignitatem animæ,
 & salutis eius ostendit. 372.
 Passio Christi peccati grauitatem
 ostendit. 376.
 Passio Christi quam eximium be-
 neficium sit, ex circumstantia per-
 sonæ patientis. 372.
 Passiones, & fatigationes Christi
 ad animæ salutem procurandam
 hortantur. 594
 Peccata publica quam detestanda
 sint. 58.
 Peccati vulnus quam periculosum.
 176 & 360.
 Peccatum quam contra rationem
 sit. 214.
 A peccatis quomodo liberari de-
 beamus. 215.
 Peccator sua culpa in peccato per-
 manet. 255.
 Peccatum quam difficilem habeat
 curationem. 460.
 Peccatum quanta afferat nocumen-
 ta. 475. & 479.
 Peccatum excæcat mentem. 476.
 Peccatum morsum conscientiæ in-
 ducit. 481.
 Patris quæ bona procurare debeat
 filijs. 380.
 Pœnitentia quam grata Deo sit.
 221.
 Pœnitentia cuncta peccata delet.
 224.
 Pœnitentia qualiter fructuose ex-
 hibenda. 227. & 62 & 188.
 Pœnitentia non differenda. 227.
 & 581
 pœ

ALPHABETICVS.

Pœnitentia quam periculosa, quæ
 sero fit. 237
 Pœnitentia quam facilis sit. 255.
 & 257.
 Perfectio qualis esse debeat. 499.
 Prosperitas iniquorum qualem exi-
 rum habeat. 589. & 335
 Passionis Christi fructus, & utilita-
 tes, & primo de amore in Deum
 agitur. 935.
 Passionem Christi multum valere
 ad peccatorum veniam consequen-
 dam. 945.
 Peccatū mortale, & veniale, mors,
 & egritudo. 680.
 Peccatum quare colubri simile di-
 catur. 680.
 Peccatum non solum animam, sed
 corpus etiam vulnerat. 681.
 Peccati vulnere remedium non nisi
 à Deo potest adhiberi. 681
 Peccatum merito lugebatur a san-
 ctis. 702.
 peccatum acerbè lamentatus est
 David. 703
 peccatum quam amare fleuerit Pe-
 trus. 704.
 peccatum maxime ligat hominem,
 & ab eo sine auxilio Dei eripi
 non potest. 839
 Pascha magno olim ritu celebra-
 tur apud Iudæos. 901
 Peccatum, & mors non Deo nocer-
 bant, sed nobis. 905.
 Pati pro amicis gloriosum & hono-
 rificum. 908.
 Philosophiæ summa duobus verbis
 comprehensa sustine & abstine.
 869.

Prosperitas allicit cor hominis, &
 inducit ad negandum Deum.
 869
 Prosperitati modus ponendus.
 ibidem.
 Prosperitate qua ratione sint vi-
 Abraham & Iob. 870.
 Patientiam in laboribus suadet Pau-
 lus Hebræis. 874.
 Processio læta, & passio cur con-
 iungantur in Dominica in Ramis.
 864.
 Primarij viri primi arma sumere
 debent, & cum hoste conficere.
 868.
 Peruersi homines veritatem fugiunt
 842.
 Peruersorum hominum ingenium
 est, vt quemlibet suæ prauitati cõ-
 trarium odio prosequantur. 841.
 Pharisei animi morbo laborantes
 stulte aduersus Christum iudica-
 runt. 837
 Prosperi successus malorū flagella
 sunt a Deo. 800.
 Peccator nequit virtutem, & eius
 sectatores sustinere. 796.
 Præceptum obseruationis festorū
 præ cæteris intimatur. 783.

R.

R Edemptionis beneficium quā
 ti æstimandum. 726.
 Resurrectio Lazari resurrectio-
 nem a peccatis significat. 686
 Reprehendi ægræferunt homines.
 846.
 Reli-

INDEX

Religiose viuentes multis persequu-
tionibus afficiuntur. 791.
Recti ab iniustis insecantur. 792.
Renouatio interna qua ratione pro-
curada & quid considerandū. 780

S.

SERMO Dei gustandus ob vi-
tam æternam sicut cibus ob-
temporalem. 759
A Dei sermonibus quam primum
quis recedit consilium diuinum
ab eius memoria effluit. 760.
Sanguinem sudat Christus. 936.
Salutē animæ quam ardentē Chri-
stus optauerit. 561.
Salus animæ exemplo Christi pro-
curanda. 549
Salus animæ quam serio procuran-
da sit. 483. & 549.
Salutem animæ alienæ quam pauci
curent. 293.
Salus animæ proximorum sollicitē
curanda est. 438
Salus animæ ex passione Christi æs-
timanda. 372
saluantur quam pauci. 341.
Sapientia vera quibus in rebus con-
sistat. 200.
Sapientes multi in rebus inutilibus
& in rebus vtilibus ignari sunt.
200
Sapientia donum Dei. 204.
Societas hominum quā periculosa
173.
Sacerdos qualis esse debeat. 456
Sacerdotes quam nitidis manibus

ad missæ sacrificium accedere de-
beant. 492.
Superior reddet rationem pro sub-
ditis. 528
Superiores debent vnanimiter con-
tra vitia dimicare. 499.
Superiores curent e medio tollere
vitia. 505
Superior nō sit acceptor personarū
505
Solicitudo in rebus animæ & non
sæculi collocanda. 483. & 559.
Scandalū quā graue malum sit. 443
Superbia quā insita sit cordi huma-
no. 388.
superbia causa est multarum sedi-
tionum. 391.
Spes quantam lætitiā pariat iustis
596.
Simplicitas quantum placeat Deo.
700. & contra quantū displiceat
duplicitas ibi per totū discursum
Sacramenta quomodo salutem affe-
rant animæ. 839.
Supplicium reproborum in hoc sæ-
culo incipit. 839
Supplicium maximum Dei cum om-
nia ex animi sententia homini ac-
cidunt. 838
Salomonis sapientia quanta & qua
ratione insipiens fuerit lactus a-
more mulieris. 832.
Sanctitas vera in quo consistat. 757
Sermonem diuinum qui gustane-
rit qua ratione non morietur in
æternum. 758
Superiores eam vitæ rationem in-
ire debent vt ab illis virtutū ex-
pectantur. 741

ALPHABETICVS.

Superbi nullus precij apud Deum
habent. 879
Superbus Deo & hominibus di-
bilis. 878
Supplicium Dei cessat cesante flagi-
tio. 635
Serpentium aspectu sanat Deus vul-
nera à serpentibus inflicta. 675.
Sacrificia nostra vt Deo sint grata
quo remedio vtendum. 694.
Supplicia à Deo inferuntur vt vitia
corrigantur. 709
Supplicium iustum Dei vt in mor-
te obliuiscatur eius, qui invita obli-
tus est Dei. 709
Supplicia temporalia sagittæ paruu-
lorum dicuntur, & quare. 889.
Sūmissio animi incognita homini-
bus vsquē ad aduentum Christi.
873
Solatium confert Deus in labori-
bus. 862
Superstui sumptus moderatiōe dō-
cet Christus. 866. & 26.

T.

TEMPVS omne diuino serui-
tio dicandum. 416.
Tribulatio gratē suscipienda
cum à Deo sit. 260
Tribulatio antidotum peccatorū.
269.
Tribulationes cum Deus mittit, etiā
fert opem, vt patienter ferantur.
349
Tribulatio magnum Dei beneficiū
est. 297

Tribulatio prodest iam progressus
animarū. 410
Tribulatio amore Christi ferenda
nō timenda. 443
Tribulatio iustorum gloriosissime
terminatur, & contra fœlicitatē
quorum. 589
Tentat hostes sub specie boni. 58
Tetrationes aduentus equarū armis
pugnandum. 169. & 311
Tentatio gloriosæ victorię occa-
sionem præbet. 179.
Tentationis facilis est victoria, ne-
gato fœlicet assensum. 184. & 434
Tetrationes Deus temperat, & mor-
tificat illas. 186.
Tribulatio ferēda est patienter exē-
plo Christi. 545
Tristitia nostrā habet quasi gaudiū
nostrum, non habet quasi & qua-
re. 845
Tumulus in quo Lazarus sepultus
est stratum peccatoris significat.
691.
Tribulationes permittit Deus iniu-
stis, vt sint alijs exemplo patien-
tiæ. 713.
Trāsitus maris rubri apud Hebræos
fuit celebris. 901
Triumphus Saluatoris cū triūphis
Romanorum comparatur. 846.
Testimoniū falsū duorū senium
contra castam Susannam. 829.
Tolerantiæ fructus. 799
Templum cælum vocatur. 804.

V.

+++ Voca

INDEX

V ocationi Dei respondendum, p 6. per totum discursum, & 123.	deo sectatores suos? 594
V ocatio Dei signum prædestinationis. 9.	V irtus lætitiæ conscientie causat. 596.
V ocatio ad fidem quam ingens beneficium Dei fuerit. 594	V irtutem colere quam utile & necessarium. 615.
V oluptas despicienda vel ex eo solum quod mundi sit. 260	V irtutis Christianæ splendor maxime elucet in contumelijs aspernandis. 883
V oluptas multorum causa peccatorum. 267.	V ita hominis militia, & quare. 669
V oluptas quem terminum habeat. 335. & 589	V iuere secundum carnem quid. 687.
V oluptati inest mors animæ. 260	V ita animi quanti æstimari debeat 682
V erbum Dei administrat arma contra tentationes. 173	V niuersum tenebris erat circumfusum vsq, ad aduentum Christi. 892.
V erbum Dei opere exequendum 203	V iuentes male inœliciter peribunt. 829.
V erbum Dei quam ingens beneficium. 401. & 405	V erba diuina non audientes filij Dei non sunt. 758.
V erbum Dei quam ingratis recipiatur à peccatoribus. 428	V erba Dei audire quis dicatur. 754
V erbum Dei cur in efficax sit. 428	V eritas iniquo animo accipitur ab hominibus, & quare. 743.
V irtus spem lætæm efficit in corde 596.	V eritas despicitur ab hominibus & qua de causa. 744.
V irtus quanto sit honore digna. 226.	V irtutis spectatæ qui esse debent si improbitatis exemplum alijs præbeant timere debent 741
V irtutis difficultates quomodo vincere possimus. 311.	
V irtus omni tempore colenda. 416	
V irtus etiam in hac vita afficit gau-	Z elus animarum habendus 438

Finis.